BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA BARTOLOCCII.

PARS II.

קרית ספר

והוא חבור גדול שבו נכתבו כל המחברים היהודים וספריהם וכל
ספרי החיצוניים שנעתקו משאר לשונות ללשון הקדש: חברו
ויסרו חכם הכלל ברורו דון יוליוס ברטולוני אבא מכרת
הקרושה ציסטירציאנצי:

BIBLIOTHECA MAGNA RABBINICA

De Scriptoribus & Scriptis Rabbinicis, ordine Alphabetico Hebraicè, & Latinè digestis.

PARS SECVNDA.

Sex literas ר׳ה׳ו׳ז׳ח׳ט׳ complectens.

In qua complures identidem interseruntur Dissertationes, & digressiones; quarum Elenchus habetur post Imprimatur *Reuerendiss. Patris Sac. Palatij Apostolici Magistri.*

Cum triplici Indice, Hebræo vno; locorum Sac. Scripturæ altero; tertio rerum Vocumque memorabilium.

A V C T O R E

D. IVLIO BARTOLOCCIO DE CELLENO

Congreg. S. Bernardi Reform. Ord. Cisterc. & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbate.

Πάντα δοκιμάζοντες, τὸ καλὸν κατέχετε. Πρὸς Θεσσαλ. Κεφάλ. ε.

Omnia probate, quod bonum est tenete. 1. Thessal. 5.



ROMÆ, Ex Typographia Sacræ Congregationis de Propaganda Fide. Anno Domini M DC LXXVIII.

SVPERIORVM PERMISSV.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO
DOMINO, D.

INNOCENTIO XI.
PONTIFICI
MAXIMO.

IVLIVS BARTOLOCCIVS Congreg. S. Bernardi Reform. Ordinis Cistercienſis Abbas

Poſt beatorum pedum oſcula ſempiternam felicitatem.

SEXTVS ſupra vigeſimum iam elapſus eſt annus, quòd in Collegio Neophytorum Vrbis Hebraicæ linguæ Magiſterium ad hanc vſque diem exerceo, Te præſertim Auctore (BEATISSIME PATER) cuius protectione gloriabatur ille locus, cùm inter Purpuratos Patres effulgebas, modò verò eandem retinens, cùm toti Orbi Chriſtiano præſides, miratur tantam maieſtatem munus idem non dedignari. Neque decebat tam diuturni temporis ſpatia ſine literaria, vt ita dicam, coronide concludere, neque Tua in me collata beneficia publico ſigno non teſtari. Nam Tu labores meos leniebas; Tu ingenij mei tenuitatem euehebas; Tu ſenili meæ ætati perquirebas commoda; Tu voce, Tu affectu velut brachijs me humaniter complectebaris; Tu feſſum recreans fouenſque

ad

ad vlteriorem cursum promouebas. Quid ego tot officiorum cumulis deuinctus, tamquam grati animi perpetuum monimentum Tibi exhiberem, nisi omnium ferè laborum meorum fructum, mihi quidem permolestum, cæteris fortè non iniucundum, nec inutile futurum?

Bibliothecæ meæ Rabbinicæ Pars Secunda, in qua inter cæteros *Dauid*, hoc est Hebraicè *Dilectus*, describitur, Te exposcebat, dilectum sanè Deo & hominibus: sed quam Purpurato Tibi animus dicauerat, feliciùs prouidit Deus, vt Tibi Sacerdotum omnium Principi, altiori, sed æquiori titulo consecrarem. Cui enim debebatur nisi Fidei Summo Magistro Volumen, vbi Iudaicæ perfidiæ arcana reuelantur, & oppugnantur? Vbi superstitio multiplex explodenda ac exsibilanda proponitur? Noueras iamdiù (BEATISSIME PATER) quanti momenti sit præ cæteris fidem Christi tueri ac propagare, & zelo religionis succensus, quoniam vbique adesse non poteras, præcipuam curam, quam & Christus Dominus, & Apostoli susceperant, suscepisti, vt scilicet, filios Israël gratia Dei euocatos parens benignus protegeres, officijsque eos deliniendo, tamquam vinculis charitatis cæteros ad fidem alliceres. Alijs quoque gentibus sciebas debere imitatorem Christi. Sed legeras apud B. Paulum, *Iudæo primùm, deinde Græco*, seu Gentili; imò Saluatoris præceptum ab Apostolis ritè seruatum perpenderas, primam & præcipuam de conuersione Iudæorum habendam diligentiam, fidemque Christi ibi superædificandam, vbi radix fidei præerat. Non enim ignorabas, populum huiusmodi esse *cui credita fuerant eloquia Dei, qui nouerat voluntatem Dei, probabat vtiliora; instructus per Legem, dux erat cœcorum, lumen eorum qui erant in tenebris, eruditor insipientium, Magister infantium, habens formam scientiæ, & veritatis in Lege. Quem portauit Altissimus in fortitudine sua ad habitaculum sanctum suum; qui erat pars Domini funiculus hereditatis eius: & quem Dominus sicut Aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans expandit alas suas & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Dominus solus Dux eius fuit, & non erat cum eo Deus alienus*: ex quo tandem non modò Prophetæ, & primi Religionis nostræ satores, sed Christus Dominus secundùm carnem, & B. Virgo eius Mater prodierunt.

Quòd si tanta calamitas hodie illum opprimit, vt viliorem non agnoscat mundus, & completa sunt Diuina illa oracula in Israëlitas: *Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine,*

se-

sene. Dixi, vbinam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Apostolus tamen clamat: *Dico ergo: numquid Deus repulit populum suum? Absit. Non repulit Deus plebem suam, quam præsciuit.* Reliquiæ scilicet illius populi supersunt accedentes ad fidem; sique cæteri excœcati sunt ne videant, *non tamen sic offenderunt, vt caderent.* Cœcitatem ex parte contigisse Israëli, & diminutionem tantùm eius esse factam tuetur idem Paulus; eum esse secundùm naturam bonam oliuam, aliquos tantùm ramos esse fractos; oleastrum esse populum Gentilem insertum in Iudaismum, & sic socium radicis & pinguedinis oliuæ factum esse: sicuti inserti sunt rami excisi ex oleastro, ita faciliùs inseri posse in bonam oliuam ramos naturales. Altè siquidem animo tuo (BEATISSIME PATER) insederant illa verba: *Quamdiù quidem ego sum Gentium Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quomodo ad æmulandum prouocem carnem meam* (Iudæos) *& saluos faciam aliquos ex illis.* Cœcitatem, duritiem, ac reprobationem, quantam nos videmus; non diffitebatur Apostolus expertus peruicaciam, dum post tam strenuos labores irritos tamen propter proteruiam populi, prædicationem ad Gentes conuertit: & nihilominus dum se Gentium Doctorem appellat, totam planè Euangelij propagationem in Gentibus, profitetur se direxisse ad Iudæorum aliquorum conuersionem. Quid verò de Petro Ecclesiæ Capite constituto dicendum, cùm ei creditum fuerit circumcisionis Euangelium & Apostolatus? Idcircò Israëlitarum accessum ad veram Christi Religionem totis visceribus exoptabas, affectu verè Apostolico, qui Christi Vicarium decet, proptereaque mirum neque est, Te ad supremam dignitatem in terris exaltatum, neque Te eamdem in Iudæorum conuersionem auxisse propensionem.

Hoc BEATITVDINIS TVÆ antiquum studium pro modulo meo conatus sum imitari, & vt ex ramis fractis iterum inserantur in bonam oliuam, vt oues illas dispersas, & extra caulam, in Tuum, Supreme Pastor, ouile, si fieri potest, inducam, ramos virides eis ostendo, Scriptores nempè Hebraicos, quorum indigent Catalogo, vt sic quoquo modo glorientur de linguæ sanctæ dignitate, ac diuitijs, sed in ijs ipsis, tùm scripta pro fide Catholica palàm facio, tùm quæ contra fidem exarata sunt; vt illorum vsui Religionis nostræ propugnatores, istorum verò confutationi dent operam. Imò, quod præcipuũ est, ex occasione de Ritibus & superstitionibus eiusdem gentis diligenter inquiro, ineptias detego, & oppugno, vt sic per ignominiam confusi, sua somnia deserant, &

ve-

veritati se tradant. Scripturæ Sacræ intelligentiam (cui vsque ad superstitionem animum accommodant) eos non habere identidem demonstro, vt sic penes nos, Tuosque (BEATISSIME PATER) filios, agnoscentes Sacrorum Bibliorum sensum legitimum, ad castra Christi conuolent. Opus fateor varium est, sed non indignum Summo Pontifice, cui Deus ipse in Testamento Veteri præceperat *applicari superhumerale de auro & hyacintho, & purpura coccoque bis tincto, & bysso retorta, opere polymito. Ipsa quoque textura* (inquit Mosi) *& cuncta operis varietas erit. Rationale quoque Iudicij facies, opere polymito iuxta texturam superhumeralis. Pones autem in rationali iudicij, doctrinam & veritatem.* Munusculum itaque istud meum literarium, in quo textura varia reperitur, sed primas partes obtinere videtur *Doctrina & Veritas*, grato iucundoque (BEATISSIME PATER) animo suscipe, & quod tenebrosum ac rude apparuerit, Sacratissimi Tui Nominis radijs illustra, & nostris benedic laboribus, vt reliquæ, quæ hanc pro complemento totius Operis sequentur Partes, Tua benedictione fœcundatæ vberiùs accipiant incrementa. Deus interim Te feliciter gregem Christi pascente, oues non paucas Israëliticas reuocet, sanctissimis votis Tuis annuat, Teque ad gloriam Christi suęque Ecclesiæ vtilitatem seruet incolumem.

CENSVRA

Admodum R. P. F. GREGORII DE SCHARINTIIS Sacræ Theologiæ Magiſtri Ordinis Prædicatorum, Romæ apud Hebræos publici Concionatoris, & in Sacroſancta Liberiana Baſilica S. D. N. Papæ Pœnitentiarij.

INſtituti Monaſtici primum typum cùm in Paradiſo terreſtri cognoſcant & venerentur Orthodoxi Doctores; mirantur tamen aliqui regionem illam ſua natura fœcundiſſimam, gratuitis affluentem bonis, ipſos etiam Elyſios Campos vbertate vincentem, quæque (vt Vates quidam cecinit) Omnia liberiùs nullo poſcente ferebat; mirantur inquam nonnulli, cur colonos potiùs quàm incolas efflagitaret, & eos, qui aptiores eſſent ad operandum quàm ad feriandum lubentiùs inhabitatores acceptaret. Tritum enim eſt illud Geneſ. 2. Tulit Dominus hominem, & poſuit illum in Paradiſo voluptatis vt operaretur, & cuſtodiret illum. *Non miratur tamen Auguſtinus myſteriorum conſcius, ſed admittit in homine duplicem operandi facultatem, videlicet naturalem vnam, alteram, voluntariam, & liberam; illam neceſſitatis, iſtam voluptatis; illam ad exigentiam naturæ, alteram ad delicias terrigenæ; illam, quæ corpori proſit, iſtam, quæ ſpiritui faueat: excludit tamen illam à Paradiſo, iſtam includit, concludens his verbis:* Poſitus quippè homo eſt in Paradiſo vt operaretur, non laborioſè, ſed delitiosè: & vt mentem prudentis magna & vtilia commoneret.

Simile quid occinit de Monachali inſtituto D. Bernardus in ſerm. de S. Nicolao, vbi cùm dixiſſet: Tranſi ad ſecundam regionem, quæ eſt Paradiſus clauſtralis, verè Clauſtrum eſt Paradiſus, *ſubdit ſtatim:* Hic prata virentia Scripturarum; præterfluens lachrymarum vndoſitas, quam de puriſſimis affectibus amor ille cæleſtis eliquat. Hic ſunt arbores erectiſſimæ Chori Sanctorum, nullaque eſt, quæ non multa gaudeat fructus vbertate. Hic eſt ſublimis illa menſa, in qua Deus eſt cibans & cibus, munerans & munus, offerens & oblatum, conuiuans & conuiuium. Hic aggeſtæ ſunt optionis diuitiæ. Hic refuſa eſt gloria Angelorum. Putaſnè vllas hic eſſe nundinas, & ociari illos qui habitant vnius moris in domo? Videas hunc ſacris lectionibus intendentem, illum incubantem orationibus &c. *Nec quicquam alienum perſuadet praxis, ſed confirmat idipſum. Siquidem conſtat ex Abbate Trithemio;* Mella Sacræ Scripturæ, Angelicæ Theologiæ roſas, cæleſtium myſteriorum flores, Cœnobitas delitioſo quodam ſtudio collegiſſe, eaſque in varijs voluminibus quaſi in aluearijs Apum congregaſſe, quibus Eccleſia ditata, fidem ſeminauit, religionem auxit, charitatem ampliauit, hæreſes deſtruxit, vitia amputauit, mores expurgauit, & ſanctitati mira contulit incrementa. *Hæc ipſiſſmet imperitis nota mirum eſt ignorare quoſdam, qui aliàs ſapientes cùm ſint, vnum noſtris temporibus efflореſcentem Abbatem D. Iulium Bartoloccium eruditiſſimum, in ſtatu Monachali tot volumina ex Sacris Scripturis, & Rabbinorum ruderibus congregantem, doctiſque recondita myſteria propinantem, demirantur. Conſulant Gregorios,*

Caſ-

Cassiodoros, Rupertos, Trithemios, & alios innumeros; qui eidem prætulerunt facem, & vbi tot viderint efflorescentes Scriptores, hunc tanquam fœcundissimam Monachalis Paradisi arborem demirentur quidem, sed simul tanquam innumerabilium Doctorum asseclam fidelem venerentur, & eius eruditissima volumina, quæ sub nomine Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ *prodeunt, studiosè legant, vt fructuum vbertate pinguescant.*

Legeram ego diligenter olim iussu Reuerendissimi Patris Fr. Raimundi Capisucchij Sacri Apostolici Palatij Magistri Primam Partem istius Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ *ipsius* R. P. D. Iulij Bartoloccij Congregationis S. Bernardi Reform. Ord. Cisterciensis, & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbatis, *eamque approbaueram: modo, eodem Reuerendissimo Patre Sac. Apostolici Palatij Magistro iubente, Secundam Partem eiusdem* Bibliothecæ Rabbinicæ *eadem diligentia legens, & studiosè relegens fatigatus nunquam sum, sed succedanea materia nouitate recreatus, opimæ mensæ visus sum assidere, conditissimas dapes edere, cæleste nectar potare, quorum singula non modò purgata, sed insuper purgantia Iudæorum venena cùm sint, prælo existimo digna vt ab omnibus legi possint, & reuolui. Sic censeo sub censura tamen. Romæ ex Collegio Pœnitentiariorum S. Mariæ Maioris die 15. Maij* 1678.

Fr. Gregorius de Scharintijs Ord. Prædic.

APPROBATIO.

Magnæ Bibliothecæ Rabbinicæ P. Abbatis D. Iulij Bartoloccij Ordinis Cisterciensis Congregationis S. Bernardi Partem alteram legi ex commissione Reuerendissimi Patris Raimundi Capisucchij Sacri Palatij Apostolici Magistri; nihilque in ea reperi sanæ doctrinæ Catholicæ dissonum, aut bonis moribus; imò eruditionem refertissimam Hebraicæ doctrinæ, quam impugnat, vbi opus est, complectatur, admiratus, typis dignissimam hanc quoque Partem censeo.

Romæ in Collegio Vrbano de Propaganda fide die 21. Iunij 1675.

Ioannes Pastritius Philos. ac S. Theol. Doctor,
& Polemicæ Theol. in eodem Collegio Lector.

D. Io-

D. Io. Baptista à S. Geltrude Congregationis Reformat. Monachorum S. Bernardi Ordinis Cistercienfis Vicarius Generalis.

FAcultatem concedimus Admodum R. P. D. Iulio Bartoloccio Congreg. nostræ Monacho, & S. Sebastiani ad Catacumbas Abbati in lucem edendi Secundam Partem præclarissimi Operis à se elucubrati, cuius titulus est, *Bibliotheca Magna Rabbinica*, si ijs, ad quos spectat, ita visum fuerit. Datum in nostro Monasterio S. Bernardi ad Thermas de Vrbe die 11. Decembris 1677.

D. Io. Baptista à S. Geltrude Vicarius Generalis.

D. Io. Dominicus à S. Ioachim Secretarius.

Imprimatur
Si videbitur Reuerendissimo Patri Magistro
Sac. Palatij Apostolici.

I. de Angelis Archiep. Vrbinas Vicesger.

Imprimatur,
Fr. Raimundus Capisucchius Sac. Pal. Apost. Magister.

ELENCHVS

Digressionum, & Dissertationum, quæ in hac Secunda Parte Bibliothecæ Magnæ Rabbinicæ continentur.

FINIS.

קרית ספר
של ברטולוצי חלק שני ;

BIBLIOTHECAE
MAGNAE RABBINICAE
BARTOLOCCII PARS II.

ד

nagoga, quam כנסת ההכל *Templi Scholam* nuncupant, in vitrea fenestra cernitur, hisce numeris ש״ב 320. expressa, qui si ad numerum annorum Christi conferantur, efficiunt annum 1560.

Hæc autem mulier Debora literis Hebraicis, & Italicæ Poësi operam dans, quædam Opuscula ex Hebraicò in Italicum transtulit Idioma, & Carminibus popularibus Iudæis tradidit decantanda. Inter quæ primum locum obtinet Cantiuncula quædam Hebraicè à R. Mosè de Reate composita, cuius initium est

מעין השואלים; *Maaòn hasciòelim*, *Habitaculum postulantium*. Est spiritualis, seù moralis, & omninò non inelegans. Excusa primò fuit vtraque lingua Venetijs anno mundi ש״ב 362.

ע׳ דבורה אשת רבי יוסף עזכאריאל מרומה העתיקה מלשון עברי אל לשון איטלקי פיוט ובקשה המתחלת מען השואלים וכו׳ ; המחבר ר׳ משה מריאטי והביאה אל דפוס בויניציאה ר׳ דוד דילה רוקה ועשה עליה הקדמה או אגרת בתחלת הספר ונדפסה שנת שכ״ב לפ״ק ; וגם כן הביאה לדפוס יולין רינאלדי שנת שס״ה על יד רבי משה אקשטיל כוכו קוסב רומה ; ונמצא בספר בותה בקשה אחרת על תפלה בתכנת קהל רומה והעתיקה גם כן מלשון בקשת ברכי נפשי : ווידוי ; וסדר העבודה ;

403 DEBORA VXOR R. IOSEPHI ASCARIEL, vulgò ASCARELLI ROMANI fuit, quæ anno ab Orbe condito secundùm Hebræorum calculum ש״ב 362. min. supp. (reiectis scilicet quinque millenarijs) correspondente anno Christi Domini 1602. Romæ superuiuebat. Eius Viri memoria adhuc in Maiori Sy-

ואמרו כי בעבורה יעל כדי לינעו : וזאת לא נכון כי אותו
רשע גם ברגליו אשר הנפל כל מחנהו לפי חרב ולא נשאר
עד אחד : וקנא היה עיף ונפש נפשו והיא היתה אשת איש
ולא ראוי לדבר כן : ומה שאמר הכתוב ברע נפל וגו' , הכל
מנהג הלשון לכפול הדברים כדי לחזקם : ודבורה וברק שרו
שירה ואמרו בפרוע פרעות וגו' במו שמפרש בספר שופטים
פרק ה' :

404 DEBORA VXOR LAPIDO'TH, cuius Vir R. Dauid Kimchio, R. Leui Ben Gerson, & omnibus ferè Rabbinis est idem ac *Baràk*. לפיד *Lapid* enim & ברק *Baràk* vocabula sùnt cognata, cùm idem fermè significent: Quis enim tam stupidus est, vt ignoret inter *Lampadem* & *Fulgur*, cùm vtrumque refulgeat, inesse aliquam similitudinem, seù cognationem? *Lapidòth* itaque Vir Deboræ Prophetissæ ac in populo Iudicis, alio nomine (ex sententia Hebræorum) vocabatur *Baràk*. Reijce ergo R. Salomonis Commentum, quo vocem אשת *E'sceth* non pro *Vxore*, sed pro nomine communi mulieris exponit, dum ait:

אשת לפידות שהיתה עושה פתילות למקדש :

Mulier Lapidòth (ita vocabatur) *quia faciebat lychnia pro Sanctuario*.

Debora autem præterquam quòd plusquam virili auctoritate regebat populum, etiam prophetabat, non de rebus longè futuris, sed de his, quę sub ipsius gubernio futura erant. Scriptura siquidē Prophetissam eam vocat habitantem תחת־תומר *Tàchath Thòmer, Sub Palma*, Iudic. 4. v. 5. de illius tamen vaticinijs nihil in Scriptura, nisi Propheticum Carmen, quod simul cum Baràk cecinit pro gra-

362. minor. supputat. Christi 1602. apud Danielem Iuntam in 12. opera & diligentia R. Dauidis de la Rocca, cui Epistolam præfixit ad eandem Deboram directam. Iterum ibidem prodijt apud Io. de Gara an. לפ״ק 363. Christi 1609. in 8. opera Samuelis de Castel nouo Romani incolæ. In cuius fine habetur בקשה *Bakescià Deprecatio* quædam recitanda in actu Circumcisionis secundùm ritum Synagogæ Romanæ.

II. Transtulit tria alia Opuscula eiusdem Mosis de Reate in eandem linguam Italicam rhythmicè, ברכי נפשי *Barechì Naphscì, Benedic anima mea*, ex Psal. 103. ודוי *Viddùi, Confessionem peccatorum*; & סדר העבודה *Sèder haauodà, Ordinem seruitutis*, nempè Rituū, & Ceremoniarū adhibendarum in Sacrificijs, & hoc dum sacra Ædes Ierosolymis extabat; nam hodie Iudæi sacrificare non possunt; cùm inter gentes in perpetuum exilium abacti sint. Hæc vnà cum supradictis Italicè excusa sunt ibidem:

יד' **דבורה אשה נביאה אשת לפידות** אשר שפטה את ישראל בימים ההם ובנבואתה
היתה לוחמת כי לא מצאנו לה כבושה למתיד : ומיסרא שר
צבא יבין מלך כנען עם כל רכבו תשע מאות רכב ברזל ועם
כל העם אשר אתו עלה על הערכה והלך אל נחל קישון
והלך דבורה עם ברק בן אבינועם קדשה כי לפידות וברק הם
קרובים בענינים ואיש א' הוא וירד ברק למלחמה עם סיסרא
ויהם ישוע את סיסרא וגו' : וינס סיסרא ברגליו אל אהל יעל
אשת חבר הקיני ונכנסו בשמיכה : ואמר ר' יוחנן ביבמות
פרק י"ג דף ק"ג : עמוד א' : שבע בעילות בעל' אותו רשע
באותו היום שנ' בין רגליה כרע נפל שכב בין רגליה
כרע נפל באשר כרע שם נפל , שנאמר כתיב בקרא

dit, curuauit se, cecidit: inde contra Iahelis honorem, & Sacræ Scripturæ sanctitatem colligunt impij Rabbini, à Sisara defesso Iahelis Tabernaculum ingresso (parcant pudicæ aures pudori Rabbinico) eamdem illo die septies cognitam fuisse. Nec eam, quamuis Virum haberet, ideò peccasse aiunt, quia bona intentione id fecisse existimant, vt videlicet illum debilitaret, eumque omninò viribus destitutum faciliùs opprimeret, & interficeret. Legitur hoc elegantissimũ Rabbinorum Commentum in Talmude Cod. יבמות *Ieuamòth Fratriarum*. cap. 12. מצות חליצה *Mitzuàth Chalitzà Præceptum extractionis calcei.* pag. 103. tribus lineis ante finem, his verbis -

אמר רבי יוחנן שבע בעילות בעל אותו רשע באתו היום שנ׳ (שופטים ה׳ : כ״ז :) בין רגליה כרע נפל שכב בין רגליה כרע נפל באשר כרע שם נפל שדוד :

Dixit R. Iochanàn: Septem coitibus coiuit ille impius in illo die, sicut dicitur (Iudic. 5. 27.) *Inter pedes eius incuruatus est, cecidit, decubuit: inter pedes eius incuruauit se, cecidit: in quo se curuauit, ibi cecidit vastatus.* R. Salomon illud בין רלגיו *Ben raglàu Inter pedes eius*, exponit -

בין יריכותיה שבא עליה סיסרא ונתכונה כדי ליינעי :

Inter fæmora eius, quia ingressus fuerat super eam Sisera; & intentio (Iahelis) *fuit, vt defatigaret illum.* Iisdem verbis idem legitur in עין ישראל *En Israël Parascià 2. pag. 8. col. 3. num.*

gratiarum actione post victoriam reportatam de Sisara Principe Regis Iabin, quem profugum Iahel Vxor Haber Cinæi excepit in Tabernaculum, & dormientem occidit, infixo clauo in tempus illius, soporemque morti consociauit. Hoc Iahelis insigne facinus quod à Spiritu Sancto in Scripturis laudatur, fœdè deturpant obscœnissimi Rabbini. In libro Iudicum cap. 5. 24. benedicitur Iaheli, & gesta per eam in Tabernaculo contra Sisaram referuntur, & commendantur. Inquit Scriptura: *Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinai, & benedicatur in Tabernaculo suo.*

Vers. 25. *Aquam petenti lac dedit, & in phiala Principũ obtulit butyrum.*

Vers. 26. *Sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, percussitque Sisaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.*

Vers. 27. *Inter pedes eius ruit: defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis.* Hic vltimus versiculus Hebraicè ita se habet -

בין רגליה כרע נפל שכב בין רגליה כרע נפל באשר כרע שם נפל שדוד :

Inter pedes eius incuruatus est, cecidit, decubuit. Inter pedes eius curuauit se, cecidit; in quo se curuauit, ibi cecidit vastatus. Quia ergo ibi septem verba leguntur -

כרע נפל שכב כרע נפל כרע נפל :

Caraà, naphàl, sciacàu, caraà, naphàl, caraà, naphàl: Incuruauit se, cecidit, decubuit, curuauit se, ceci-

num. 45. Et in ילק״ט *Ialkut Par.* 2. *pag.* 18. *col.* 2. *num.* 55. *circa fin.* §. בין רגליה editionis Liburnensis an. ס״ליפ 5416. Christi 1656. in fol. His in citationibus vsi semper sumus, & in posterum vtemur.

Huiusmodi turpissimũ Commentũ refertur etiam à R. Dauid Kimchio, sed illud (quamuis reperiatur in Talmudis Codice maximæ apud eos auctoritatis, cuius omnia deliramenta dicũt diuinas esse traditiones ex Monte Sinai, eaque simul cum Decalogo Mosem à Deo recepisse, vt docet idẽ Talmud Cod. ברכות *Berachòth cap.* 1. pag. 5. circa principium) libenter & ingenuè fatetur esse alienum à sensu Scripturæ, illudque explicat, & falsitatem eius ostendit, ad locum citat. cap. 5. v. 27. Iudic. his verbis -

בין רגליה כרע נפל׃ כל מנהג חלשון לכפול הדברים כדי לחזקם והענין כי כרע כריעה שלא היתה לו תקומה וזה״ש באשר כרע שם נפל שדוד׃ ויש בו דרש והוא רחוק כי יש בפסוק שבעה בין כרע ושכב ואמרו כי שבע בעילות בעל אותו רשע ליעל אותו היום ומה שכתבו למעלה במלת שמיכה מכחיש זה הדרש ׃

Inter pedes eius incuruatus est, cecidit: Omnia ista (vocabula) *sunt secundùm stylum linguæ* (Hebraicæ) *quæ reduplicat verba, vt magis ea roboret. Et illud: Quoniam incuruatus est, significat incuruationem, cuius non erit ampliùs surrectio. Et hoc est illud: In quo se curuauit, ibi cecidit vastatus. Et est in his quædam allegorica explicatio, sed remota est; quoniam enim sunt in hoc versiculo septem* (voces) *Incuruatus est, decubuit, &c. ideò dixerunt*

quòd septies ille impius eo die Iahelem compresserit. Sed ex eo, quod scripsimus suprà in dictione שמיכה *Semichà apparet, hanc allegoriam esse mendacem.* De hoc vocabulo שמיכה *Semichà* cum litera ש *Sin*, quod cap. 4. Iudicum ver. 18. reperitur, agit idem R. Dauid Kimchi, & ex eo probat, Sisaram non tetigisse Iahelem. Explicans autem quid sit שמיכה *Semicha* ait -

הוא כסות עב יוצאין ממנו ציציות מן הצמר בכל פני הכסות ונראה כי מפני זה נקרא שמיכה כי בדבריהם שמיכתא דבר עב ובויקרא רבה ותכסהו בשמיכה רבנן דתמן אמרי בסודרא רבנן דהכא אמרי במשיכלא אמר ריש לקיש חזרנו בכל המקרא ולא מצאנו כלי ששמו שמיכה אלא מה הוא שמיכה בשי״ן כתיב שמיכה כלומר שמי הוא כאן שמעיד על יעל שלא נגע בה סיסרא׃

Semichà est indumentum spissum, ex quo vtrinque exeunt flocci lanæ, & apparet quòd inde vocetur Semichà, quia apud Rabbinos שמיכתא *Semichtà est res crassa. Et in Vaikrà Rabbà ad hunc locum* (Iudicum 4. 18.) *Et operuit eum* שמיכה *Semichà stragula villosa. Rabbanan qui illic sunt* (in terra Israëlis) *dixerunt* בסודרא *Besodrà, in Sudario. Rabbini autem, qui sunt hic* (in Babylone) *dixerunt Stragula* (seù lecti tegumento). *Dixit Resc Lakisc: Recurrimus per totam Scripturam, neque vnquam inuenimus instrumentum, cuius nomen sit* שמיכה *Semichà. Quid autem sit Semichà cum* ש *Sin? Scriptum est* שמיכה *Semichà, ac si diceres,* שמי הוא כאן *Scemì hù càn, Nomen meum est hic:* שמעיד על יעל שלו נגע בה סיסרא׃ *Scemeìd al Iaël scelò naghaà bà Sisera, quod testatur de Iahele, quòd*

non

conseruatur :nihilo tamen minus Auctores Sacros in Canone Sacrorum Bibliorum commemoratos, vel eos, qui ex Sacris literis habentur aliquid scripsisse, non omninò arceri ab hac Bibliotheca, sed ad eam *per accidens* (vt dicunt) reuocari, quatenus scilicet vel illorum *nomina*, vel *scripta*, vel aliæ ab eis res gestæ à Rabbinis fœdantur, medijs illorum profanis, & erroneis commentationibus. Hoc itaque pacto quascumq; commentationes Rabbinorum etiam insulsas, vel impias, suo loco & quidem congruo, referendi & refellendi facultas datur: vti apparet in nostra Debora Prophetissa, cuius sacram Cantionem, quam habes c. 5. Iudicum, suis ineptis expositionibus, Rabbinicã reddunt Rabbini. Insulsæ siquidem quin & obscœnæ sunt, quas suprà vidimus. Insulsa pręterea est illa commentatio, quam referunt Talmudistę in Cod. פסחים *Pesachim*, c. 10. pag. 118. b. circa princ. vbi Deum introducunt colloquentem cum Principe, seù Neptuno Maris Rubri, cui quòd Dei iussionibus obtemperare noluerat, cadauera Ægyptiorum in terram euomendi, nisi præstita à Deo cautione de restitutione cum vsura, tradidit pro fideiussore Torrentem Cison, qui suo tempore cadauera exercitus Regis Iabin cum fœnore Mari Rubro, & eius Principi seù Custodi restituit. Hæc Commentatio his verbis loco citato *Pesachim* refertur -

דרש רבה בר מרי מאי דכתיב (תהלים קו״ז)
וימרו על ים בים סוף מלמד שהמירו ישראל באותו
שעה

non tetigit eam Sisera. Vide in ויקרא רבה *Vaikrà Rabbà, Sèder* אחרי מות *Parasciá* 23. pag. 192. col. 2. in princ. En vides beneuole Lector, quomodo Talmudistæ Talmudem destruant.

De Debora quæri potest: Cur dicatur à Scriptura habitasse תחת תומר *Tàchath Thòmer Sub Palma?* R. Salomon Iarchi ad hunc locum dicit, Deboram fuisse mulierem prædiuitem, & habuisse Palmeta, Vineta, & Olіueta תמרים היו לה ביריחו *Palmeta in Iericho*, כרמים ברמה *Vineta in Ramà*,

וזתים בבקעת בית אל שהוא מקום שמן:

& Olіueta in Conualle, seù planitie Beth el, loco pinguissimo. Et quamuis habitasset cum Viro suo Barak in קדש נפתלי *Kadèsc Nephtalì*, attamen quando oportebat iudicare populum, pergebat in Iericho ad locum populo commodiorem, ibique sub Palmeto lato, spatioso, & vmbroso iudicia exercebat, eumque, secundùm mentem R. Leui Ben Gerson -

יקראוהו תומר דבורה כי מנהגה היתה לשבת
במשפט במקום הוא:

Vocauerunt Thòmer Deuorà Palmetum Deboræ, quoniam ipsa eo in loco solebat sedere, quando iudicabat.

Sed si quæras: Cur Deboram Prophetisſã ferè inter Rabbinos reposuerimus, cùm in hac Rabbinica Bibliotheca Sacri Scriptores Veteris Testamenti locum non habeant?

Resp. Verum quidem esse, me in hac Bibliotheca non recensere præcipuè nisi Auctores, qui extra Canonem Sacrum sunt, & quorum memoria extra sacras literas in scriptis proprijs

שעה ואמרו כשם שאנו עולין מצד אחד כך מצריי עולים מצד אחר אמר לו הקב״ה לשר של ים פלוט אותן ליבשה אמר לפניו רבונו של עולם כלום יש עבד שנותן לו רבו מתנה והוזר ונוטל ממנו אמר לו אתן לך אחד ומחצה שבהן אמרו לו רבונו של עולם יש עבד שתובע את רבו; אמר לו נחל קישון יהא לי ערב מיד פלטו אותן ליבשה ובאו ישראל וראו אותן שנאמר (שמות י״ד : ל׳) וירא ישראל את מצרים מת על שפת הים מאי אחד ומחצה שבהן דאלו בפרעה כתיב (שם ז׳) שש מאות רכב בחור ואלו בסיסרא כתיב (שופטים ד׳ : י״ג :) תשע מאות רכב ברזל : כי אתא סיסרא אמר מן השמים נלחמו הכוכבים כיון דנחיתו כוכבי שמים עליהו אקדירו חני דקרי דפרזלא נחיתו לאקורי למיכחן נפשן בנחל קישון : אמר לו הקב״ה לנחל קישון לך והשלם ערבונך מיד נרפם נחל קישון והשליכן לים שנאמר (שופטים ה׳ : כ״א) נחל קישון גרפם נחל קדומים : מאי נחל קדומים נחל שעשה ערב מקדם באותה שעה פתחו דגים של ים ואמרו ואמת יהוה לעולם :

Declarat Bar Mari: Quid est, quod scriptum est (Ps. 106. 7.) *Et rebellaverunt super Mare, Mare Rubrum? Docet, quòd Israël rebellaverat ea ipsa hora, & dixerat: Sicut nos ascendimus ab hoc latere, sic Aegyptij aliunde ascendent. Dixit Deus sanctus benedictus Principi Maris: Evome illos in aridam. Dixit coram eo: Domine Mundi: Numquid est servus, cui herus largiatur donum, & statim pœniteat, & auferat? Dixit ei: Dabo tibi tot, & dimidium plùs, quàm sint illi. Respondit ei* (Princeps Maris) *Domine universorum, estne servus, qui postulet fideiussionem à Domino suo? Dixit ei* (Deus) *Torrens Kisciòn erit mihi fideiussor. Statim expuit illos in aridam. Venerunt Israëlitae; & viderunt eos, sicut dicitur* (Exod. 14. 30.) *Et vidit Israël Aegyptios mortuos super littus Maris. Quid est tot, & dimidium plùs quàm sint illi? Quia de Pharaone scriptum est* (Ibid. ver. 7.) *Sexcentos currus ferreos. Et de Sisera scriptum est* (Iudicum 4. 13.) *Nongentos currus ferreos. Quando venit Sisera, dixit: De Cœlis pugnauerunt Stellæ. Quando descenderunt Stellæ Cœli super eos obtenebrata sunt Castra curruum ferreorum. Descenderunt ut natando refrigerarent animas suas in Torrentem Kisciòn. Dixit Deus sanctus benedictus Torrenti Kisciòn: Ito, & solue quod spopondisti: Statim Torrens Kisciòn euerrit eos, & deuolutauit ad Mare, sicut dicitur* (Iudic. 5. 21.) *Torrens Kisciòn devoluit eos, Torrens antiquitatis. Quid est Torrens antiquitatis? Id est Torrens, qui fecit sponsionem antiquitùs. Eadem hora Pisces Maris aperuerunt* (os) *& dixerunt: Et Veritas Domini manet in aeternum.*

Idem prorsùs exscribitur in עין ישראל *En Israël* Parte 1. pag. 97, colum. 3. num. 59. circa medium, emendatis quibusdam locis, quæ in Talmude videbantur mendosa, uti locus Exod. cap. 14. 7. *Sexcentos currus* ברזל *ferreos*, iuxta textum Biblicum emendatur בחור *electos*. Et post illa verba אתא סיסרא *Venit Sisara*, additur -

עלייהו בדקרי דפרזלא הוציא הקב״ה עליהם כוכבי ממסילותם דכתיב מן שמים נלחמו הכוכבים ממסלותם וגומר :

Super eos in currus ferreos egredi fecit Deus sanctus benedictus Stellas de semitis suis, sicut scriptum est (Iudic. 5.

אנו שומעין שעוביו של רקיע נגובה שמים על הארץ :

Caput, seù Principium Stellarũ esse in Cælo, & finem, seù pedes earum in terra. Hinc dixerunt sinus, seù densitas, aut crassities firmamenti est sicut aër, qui est inter Cælum & terram: nam Stellæ sunt infixæ in firmamento sicut pessuli in foribus (seù veriùs vt canales in fornicibus aquaductuum) mensura longitudinis ac crassitiei est eadem ac eiusdem expansionis; & à Scriptura, quæ testatur de itineribus fixis suis, seù exaltationibus suis pugnauerunt. nos audimus, quòd crassities של רקיע *firmamenti sit alta à Cælis ad terram.* Ex hac vocis רקיע *Rakiaa* Rabbi Salomonis notione innotescit, quàm imprudenter Amama carpat Vulgatam editionem Gen. 1. 14. vbi de luminaribus magnis puta Sole & Luna dicitur, *Fiant in firmamento Cæli*, ac si in firmamento, seù octaua sphæra facta fuerint hęc luminaria, & ibi collocata. Non intelligens, quòd pro firmamento, non ibi accipitur Cælum stellatum, sed tota illa crassities, quę ab hoc Cælo inclusiuè vsque ad terram extenditur, iuxta significatum vocabuli רקיע *Rakiaa* intelligitur, in qua Sol, Luna, & cæteri Planetæ collocati sunt & facti, quique nomine Stellarum veniunt, vt placet R. Dauid Kimchio. Inde (seruato tamen suo ordinario cursu & ordine) pugnauerunt contra Siseram influxibus auctis, maximè calore. Quare idem Kimchius Iudic. 5.

כי הכוכבים חממו אותם והיו לובשים שריונים ומרוב

דב

v. 20.) *De Cælis pugnauerunt Stellæ, de itineribus fixis suis pugnauerunt &c.* Dum versiculum septimum Ps. 106. *Et irritauerunt ascendentes in Mare, Mare Rubrum*, explicare volunt Talmudistæ, fabulis inuoluunt Scripturã, introducentes in Scenam Deum Opt. Max. qui colloquatur cum Neptuno Iudaico, eidem Torrentem Cison fideiussorem tradat, & pro vsura se pacíscatur, dimidium vltra sortem ei restituturum: nam pro sexcentis curribus ferreis in Mare Rubrum submersis, nongenti restituti fuerunt à Torrente Cison currus ferrei Sisaræ in eo demersi. Nec minùs indocta fabula est, quã suis obtrudunt Talmudistæ docentes, Stellas descendisse de Cælis, & pugnasse contra Sisaram. Contrarium constat ex Scriptura, Iudic. 5. 20. pugnarunt quidem Stellę ממסלותם *de exaltationibus suis*, concumulatis videlicet virtutibus & fortitudinibus suis, hoc est, totis viribus pugnauerunt contra Siseram, *manentes* tamen *in ordine & cursu suo*, vt dicit Vulgata. Non enim Stellæ locum suum reliquerunt, & ad terras descenderunt vt contra exercitum Sisaræ pugnarent. Pugnarunt itaque Stellæ influxibus præpotentibus suis, non corpore, vt solent milites in bello. Vnde R. Salomon hunc influxum Stellarum innuere vult, quando ad hunc locum ait -

ראש הככב בשמים וסופו בארץ מכאן אמרו עוביו של רקיע כאויר שבין שמים לארץ שהכוכב תקוע ברקיע כמין נגר בדלת מדת ארבו בעביו של רקיע ומן המקרא שמעיד ממסילותם נלחמו

זמרוב חמימות היו נכנסין בנחל קישון להתקרר ושוטפם הנחל לפיכך סמך פסוק נחל קישון גרפם לפסוק מן שמים נלחמו ׃

Stellæ autem calefecerunt (milites Sisaræ) *quia erant induti loricis , & præ nimio calore introierunt in Torrentem Cison, vt refrigerarent se, & submersit eos Torrens . Idcirco vnitur versiculus (21) Torrens Cison deuoluit eos, superiori versiculo (20) De Cælo dimicatū est contra eos &c.* Sol igitur nec non & cęteri Planetæ positi sunt in firmamento Cæli : quandoquidē vox רקיע *Rakiaa* & aërem , & ætherem , & supremā Cæli partem , vbi Stellarum multitudo cernitur , quam propriè *Firmamentum* Philosophi appellant , significet . Sic in Gen. 1. 8. רקיע *Rakiaa* firmamentum vocatur Cælum . Et v. 14. & 15. vocatur רקיע שמים *Rakiaa sciamàim Firmamentum Cælorum* , vbi Sol , & Luna ponuntur ; nempè in spatio illo quod intercipitur inter terram & octauam sphæram . In eo siquidem numerantur quàm plurimi Cæli , imò & ipsemet aër aliquando Cælum vocatur, vt cùm Volucres Cæli in Scriptura dicuntur Genes. 1. v. 30. Psal. 8. v. 9. & alibi frequenter. Sol igitur & Luna in רקיע *Firmamento* lucere legimus, cùm in eo posita sint vt Genes. 1. 15. Et in ואלה שמות רבה *Exod. Rabbà Parascià* 15. pag. 130. col. 1. ante med. etiam hoc documentum datur -

אתה מוצא בלילה אם אין הלבנה נראית ברקיע חחושך בעולם ואין אדם יכול להלך אפילו תוך המדינה כיון שהלבנה נראית ברקיע הכל שמחין ומהלכין בדרך וגו׳.

Tu si de nocte exieris , & Luna non appareat in firmamento, tenebræ sunt in mundo , neque potest quis ambulare , nec quidem per Vrbem : quando verò conspicitur Luna in firmamento, omnia lætantur , & ambulant per viam , &c.

Stellæ etiam quod fixæ sint in רקיע *Rakiaa Firmamento* , clarè apparet ex testimonio ipsius Rabbòth loco citato post med. vbi dicitur , quòd -

יב׳ מזלות יש ברקיע בשם שאין השמים יכולין לעמוד חוץ מיב׳ מזלות ׃

Duodecim signa Zodiaci sunt in רקיע *Rakiaa firmamento , nam Cæli resistere nequeunt sine 12. signis Zodiaci .* En quomodo vox רקיע *Rakiaa Firmamentum* dilatetur ad diuersos Cælos . Quid igitur oblatrat Amama contra Vulgatam , quòd *Interpretamentum Græcum* στερέωμα verterit *Firmamentum . Cùm nec in voce Hebræa, in Themate eius significationis vllum vestigium vel vola appareat ?* Legat Buxtorfium in Lexic. ad vocem רקע & inueniet רקיע Expansum , *Cæli scilicet in latum diductio , & extensio , quod Græci dixerunt* στερέωμα , *Latini Firmamentum .* Idem habet Mercerus , vt euidenter appareat רקיע *Rakiaa* quod Græci στερέωμα dixere , pro octaua sphæra aliquando , & quandoque pro expansione illa inter octauam sphæram , & terram intercepta , accipi , sicut aliquando à Rabbinis fit , vt ex loco Rabbòth citato vidimus . Temerè igitur Sixtinus Amama in ipso exordio lib. 1. c. 1. Censuræ Vulgatæ versionis, vulgatam lectionem , quòd רקיע *Rakiaa Firmamentum* habeat , corrigit . De

תה׳ **דבק טוב** והוא ביאור על רש״י על ספר בראשית
ולא נודע שם המחבר : ונדפס בויניציאה

405 DE'VEK TO'V, *Adhæsio bona*, Tit. Libri desumptus ab Isaia c. 41. ver. 1. & est explanatio in librum Genesis, ignoti Auctoris. Excusus est Venetijs. Ex Plantauitio, num. 117.

תו׳ **דברי הימים למלכי ישראל**
הוא שם הספר שנזכר במלכים א׳ : ט״ו : ל״א : ובאותו הספר היו נכתבים כל דברי הימים של מלכי ישראל כאורך היה והוא ס׳ המיוחד ולא נחבר מעולם אל כתבי הקדש לפי שלא עמדה מלכות ישראל כמו שאמר רד״ק בהקדמה דברי הימים :

406 DIVRE' HAIIAMI'M LE-MALCHE' ISRAE'L, *Verba dierum, seù Chronicon Regum Israël*: Est Nomen Libri, cuius mentio fit 1. Reg. 15. 31. & 2. Paralip. 33. 18. & in quo vberiùs narrantur Historiæ & res gestæ Regum Israëlis. Hic seorsùm à cæteris Libris Sacris reperiebatur tempore, quo Chronicorum Libri Regum Iudę conscripti fuerunt, quia sæpè in illis citatur. Nec Esra Protoscriba eum in Canonem Sacrorum Librorum referre voluit, quia, vt ait רד״ק *Radàk* in Præfatione lib. 1. Paralipom. 1. -

וכן דברי הימים למלכי ישראל היו נכתבים בספר אלא שאותו ספר לא חבר אל כתבי הקדש לפי שלא עמדה מלכות ישראל :

Sic etiam Chronica Regum Israël fuerunt scripta seorsim in libro, attamen cæteris Sacris Codicibus non fuerunt adiuncta, eò quòd Regnum Israëlis non fuit permanens. Huiusmodi Chronicorum liber perijsse exi-

De Debora malè sentiunt Rabbini, dicunt fuisse superbam & arrogantem, ac Spiritum Sanctum ab ea recessisse, quia gloriata est, & dixerat Iudic. 5. 7. *Donec surrexi ego Debora, &c.* Ad illud עורי עורי דבורה עורי עורי דברי שיר *Exurge, exurge Deuora: exurge, exurge, loquere Canticum.* Ibidem ver. 12. ita refert R. Salomon -

ורבותינו אמרו מפני שנתהללה ואמרה עד שקמתי דבורה נסתלקה הימנה רוח הקדש :

Et Rabbini nostri dixerunt, quia (Debora) gloriata est, & dixit: Donec surrexi ego Debora, sublatus est ab ea Spiritus Sanctus. At ista non sunt verba arrogantiæ, sed excitationis animi, & vt idem R. Salom. ait, est -

לשון שבח כפשוטו התגברי בשיבתך :

Phrasis lætitiæ secundùm literam (quasi diceret) Viriliter agam in tua laude & Cantico. Sed Hebræi omnia interpretantur prauè & in sinistrum sensum.

Cæterùm Debora Prophetissa cum Barak floruit anno mundi 2637. ante natum Christum 1124. nam eo anno cæpit iudicare Israëlem, vt habetur ex *Radàk*, & *Sèder Olàm*, iudicauitque populum annis 40. nempè vsque ad annum 2676 ex ijsdem, & R. Dauid Ganz. Eamque collocant in Paradiso, preficiuntque cuidam Mansioni, vbi cum innumeris mulieribus eandem cantare faciunt Canticum, quod dum in terra esset, cecinit. Confer librum זהר *Zòhar* Numer. Sect. שלח לך *Scelàch lechà* p. 167. b. post med. editionis Mantuanæ.

ram esse imperfectam.

ט׳ דברי הימים למלך מדי ופרס ׃. הם הספר הנזכר במגילת אסתר פרק י׳ ב׳ והוא ספר מספרי [illegible] אשר לא היו נכתבין אל כתבי הקדש והוא היה ידוע בימיהם ׃

407 DIVRE' HAIIAMI'M LE-MALCHE' MADAI VPARA'S, *Verba dierum, seu Chronica Regum Mediæ & Persiæ.* Titulus est libri, de quo in Historia Estheræ cap. 10.2. fit mentio. Erat liber Chronologicus, in quo facta & dicta istorum Rerum memorabantur ea ætate valdè notus, sed nunquam inter Sacros Codices connumeratus, vt testatur Aben Ezræ ad locum citatum Estheræ, & ad verba ונכתב בספר *Et scriptum est in libro*, his verbis

הוא הידוע בימיהם ואבד הספר כאשר לא מצאנו מדרש עדו וספרי שלמה וספרי דברי הימים למלכי ישראל וספר מלחמות השם וספר הישר ׃

Notus erat illis diebus, sed perijt iste liber (Chronicorum Regum Mediæ & Persiæ) *sicut ampliùs non inuenitur Midràsc Addo Prophetæ. Libri Salomonis. Libri Chronicorũ Regum Israël. Liber bellorum Domini. Et Liber Haijasciàr Recti.* Quod non ita accidisset, si in Canone Sacrorum Codicum fuissent relati.

י׳ דברי הימים של משה הנביא ולא נודע מה הספר וזה הספר [illegible] ספרים אחרים מהם [illegible] הכהן גדול ; ובספירת [illegible] הכל

stimatur. Nec ideò, quia huiusmodi liber non reperiatur hodie, nec in Canone, nec extra; dicendum est Sacrorum Bibliorum Codicem aut mutilum, aut imperfectum existere, vti malignè Leusden Caluinista nobis imponit in suo Philologo Hebræo Dissertat. 9. *De Libris nominatis &c.* num. 3. *Pontificij* (inquit) *ad stabiliendas suas Traditiones conantur probare Textum Sacrum esse imperfectum*. (putida est Hæretici impostura.) *Vtentes argumento desumpto à libris nominatis in Veteri Testamento; quorum tamen vel pauci, vel, vt illi volunt, nulli in Biblijs inueniuntur. Si iam probauerint illos libros, quorum mentio fit, esse Canonicos, putant se simul probasse S. Scripturam esse imperfectam*. Hæc Leusden. Sed tantum abest, quòd Catholici Doctores dicant Sacram Scripturam esse imperfectam, quin potiùs semper, & vbique doceant eam esse perfectissimã, complectentem Verbum Dei sanum & irreprehensibile.

Licèt enim libros nominatos in Sacris literis, qui tamen non extent, putent aliqui fuisse Verbum Dei; non id asserunt cum fide, sed probabiliter: Ergo non habent pro Canonicis. Omnes libros, quos Canonicos dicimus, enumeratos habemus in Catalogo nobis à Conc. Trident. sess. 4. in decreto de Canon. Script. tradito. Inter quos nihil de huiusmodi libris nominatis in Scriptura & deperditis habetur. Vndè temerè & calũniosè Leusden imponit nobis Catholicis præfatos libros pro Canonicis habere, & Sacram Scripturam esse imperfectam.

quam audiuit talia? Ex Scriptura habemus Exod. 12. 37. numerum bellatorum Iſraëlitarum ſexcenta ferè millia peditum Virorum ex Ægypto egreſſorum fuiſſe, contra Amalecitas pugnaſſe, eoſque viciſſe, refertur c. 17. ver. 8. ſed de numero Amalecitarum nihil habetur ex loco citato: vnde hyperbolicum valdè eſt & fabuloſum, quod de numero Amalecitarum dicunt Rabbini; & quòd omnes fuerint Arioli & Magi, omninò incredibile eſt.

Quod ad librum præſentem attinet, inuenitur coniunctus cum alijs libellis, nempè cum -

פטירת משה *Petiràth Moſcè Exceſſu eiuſdem Moſis.*

פטירת אהרן הכהן *Petiràth Aaròn Hacohèn Tranſitu Aaronis Sacerdotis.*

ספר טובי בן טוביאל *Sèpher Toui Ben Touièl Libro Tobiæ filij Tobielis.*

ספר אלדד הדני *Sepher Eldàd Hadanì Libro Eldadis Danitæ.*

משלי סנדאבאר *Miſclè Prouerbijs Sandaadàr.*

מעשה של ירושלמי *Maaſsè ſcel Ieruſcialimi Hiſtoria cuiuſdam Hieroſolymitani.*

ספר חנוך *Sèpher Channòch Libro Enochi.*

חידות איזופיטי *Chidòth Ezopittì, Aenigmatibus;* ſeù *fabulis Aeſopi.*

ומשלים של שלמה המלך *Vmſcialìm ſcel Scelomò Hammèlech Et Parabolis Salomonis Regis.*

Excuſus fuit Venetijs anno mundi ה׳ 304. min. ſupput. Chriſti 1544. apud Cornelium Ben Baruch Adil-Kenàd, per manus Artificum Magi-

הכ״ל, וספר טובי בן טוביאל, וס׳ אלדד הדני: ומשלי סנדאבאר מעשה של ירושלמי, וספר חנוך: וחידות איזופיטי, ומשלים של שלמה המלך ע״ה, וכולם נדפסו יחד בויניציאה שנת ד״ש לפ״ק, ותשלם המלאכה ע״י האומנים מ״ו יואן ואחיו ומ״פ הבקי במלאכה המנים בדפוס קורניליו בכ׳ ברוך אדי״ל קינד ערב ר״ה ש״ס לפ״ק:

408 DIVRE' HAIIAMI'M SCEL' MOSCE' &c. *Verba dierum*, ſeù *Chronicon Moſis Prophetæ &c.* in quò de eius vita vſq; ad mortem fusè agitur, quamuis multa fabuloſa, iuxta Rabbinorum conſuetudinem, in eo permixta ſint. Et vt reliqua prætercam, ne prolixiùs protrahatur huius libelli relatio, ſolùm ſufficiet referre id, quod de pugna Iſraëlitici populi contra Amalech pag. 10. b. narratur. Ibi enim ſic legitur -

ובני ישראל באו המדברה ויבא עליהם עמלק בן אליפז בן עשו להלחם עמהם ועמו היו מאה אלף ושבעים ושמונים רבוא איש כלם היו קוסמים ובעלי אוב וידעונים וכו׳:

Et filij Iſraël venerunt in deſertum; & venit ſuper eos Amalek filius Eliphaz filij Eſau, vt pugnaret contra eos, & cum eo erant mille & ſeptuaginta octo myriades virorum: Omnes erant Diuinantes, Pythones, & Arioli &c. Forſan Auctor huius libri non intellexit vim huius vocabuli רִבּוֹא *Ribbò Myriadis*, quod decem millia notat. Si igitur multiplicentur 1078. Myriades per 10000. fiet ſumma 10780000. *decem millionum*, vt Itali loquuntur, *ſeptingentorum octoginta millium* militum Amalecitarum pugnantium contra Iſraëlitas. Quis vn-

bus mentionem facit. Ex 2. Paralipom. 33. 19. vbi de iniquitatibus & resipiscentia Manassæ dicitur -

הנם כתובים על דברי חוזי :

Nonne scripta sunt in Verbis Chozài? Rabbi Dauid Kimchi existimat nomen Chozài non esse proprium alicuius Prophetę, sed appellatiuum omnium Prophetarum החוי *Chozài* (inquit) כמו חוזים *est ac Chozim*, hoc est, idem valet ac *Videntes*; quasi diceret, inter Prophetias Videntium, siuè Prophetarum, scriptæ sunt res gestæ à Rege Manasse: vel vt suprà vers. 18. dictum fuerat -

ודברי החוזים המדברים אליו בשם יהוה אלהי ישראל הנם על דברי מלכי ישראל :

Et verba Videntium (nempè Prophetarum) *loquentium ad eum in nomine Domini Dei Israël nonne ipsa sunt in Verbis Regum Israël?* Sicut enim verba Prophetarum relata sunt in Chronicis Regum Israël, sic inter verba eorundem Prophetarum pœnitentia, & reliqua eiusdem Manassis opera recensentur. Vel si mauis חוזי *Chozài* pro aliquo Prophetarum accipere, dicendum est: librum hunc iam perijsse, quia hodie *apud nos*, ait Lyranus, *non habetur, quia ista quarto lib. Reg. non ita exprimuntur, vt hic dicitur, & eodem modo dicendum est de hoc quod sequitur*, Scripta &c.

De Libro Verborum Regum Israëlis, qui 1. Reg. 15. 31. vocatur -

ספר דברי הימים למלכי ישראל :

Sèpher Diurè haijamìm Lemalchè Israël, Liber Verborum dierum Regum Israël. Vide suprà ad n. 406.

דואג

stri Ioannis, & fratrum eius. In 8.

Gilbertus Gaulmyn Molinensis vertit illum in Latinam linguam, cui Annotationes addidit, impressusque fuit Parisijs apud Tussanum du Bray anno Domini 1629. in 8. Hebraicè item ibidem excusus an. 1628. in 8.

קט״ **דברי חוזי** שם איש נביא כי נביאים נקראו חוזים עיין שמואל א׳ ט׳ ו ט׳ ; ובדברי הימים ב׳ : ל״ג : י״ט : הנם כתובים על דברי חוזי יש אומרים אי הוא ישעיה בנבואה שמעלת חזון ישעיה וזאת אין נכון כי בנבואת ישעיה לא כתובת דברי מנשה ותפלתו אל אלהיו וכל חטאתו והמקומות אשר בנה בהם במות והעמיד האשרים והפסלים ; ורד״ק אמר כי מלת חוזי הוא כמו חוזים ; ואם כן דברי חוזי הם דברי החוזים המדברים אליו בשם יהוה אלהי ישראל הנם כתובים על דברי מלכי ישראל כמו כתוב שם בפסוק י״ח :

409 DIVRE' CHOZA'I, *Verbà Chozài*. Videtur, quòd sit nomen alicuius Prophetæ: nam Prophetæ aliquando vocati fuerunt *Videntes*, vide 1. Sam. 9. 9. -

כי לנביא היום יקרא לפנים הראה :

Quia Propheta hodie, vocabatur antea Videns. Et quamuis hic הרואה *Harroè* positum sit; attamen cùm רואה, & חוזה synonima sint, idem significare deprehenduntur, vt patet in Ezechiele cap. 12. ver. 27. -

החזון אשר הוא חוזה לימים רבים ולעתים רחוקות הוא נביא :

Visio, quam ipse videns, ad dies multos est, & in tempora longa ipse prophetans. Hieronymus *in Tradit.* refert, qui putent hunc fuisse Isaiã. At Isaias nunquam de Oratione & Pœnitentia Manasse, aut de illius præuaricationi-

ת"י **דואג האדומי** הוא היה איש מעבדי שאול ואביר הרועים ונעצר לפני יהוה בנוב עיר הכהנים ושמו כתיב דואג וכתיב דוייג ועליו אמר רבי יוחנן בתחילה יושב הקב"ה ודואג שמא יצא זה לתרבות רעה לאחר שיצא אמר ווי יצא זה : והיה גבור בתורה וכי שהיה מורגל בלשון הרע קראו הקב"ה רשע והיה סבה להרוג נוב עיר הכהנים על פיו כדגרסינן בפרק חלק ועל פי כן שהוא היה חכם גדול בהלכה לא מת עד ששכח למודו : ואמרו שכל שנותיו לא היו אלא שלשים וארבע שנים : עיין בפרק חלק דף ק"ו : עמוד ב' ואף על פי שהוא לא כתב ולא חבר מאומה אבל כי הוא היה חכם ועל חכמתו אני במקום הזה זוכרו :

410 DOE'G IDVMÆVS Princeps Paſtorum & ſeruus Saulis Regis Iſraël. Dicunt Talmudiſtæ, vt refert ר"דק *Radàk* 1: Samuel. cap. 21. v. 7. ad illa verba נעצר לפני יהוה *Detentus erat coram Domino*, quod erat doctiſſimus in Lege -

ונעצר עצמו לפני אהל מועד לעסוק בתורה. ופי' אביר הרועים שהיה אב בית דין :

Et detinebat ſcipſum coram Tabernaculo Teſtimonij, vt vacare poſſet Legi. Exponunt verò illud Princeps Paſtorum, quia erat Pater Domus Iudicij, hoc eſt Princeps Curiæ, Conſiſtorij Iudicialis Caput. Hinc communiter cum Auctore מנורת המאור *Menoràth Hammaòr, Candelabri lucis, Lucerna 2. Concluſ.* 4. cap. 3. eum vocant גבור בתורה *Ghibbòr bethorà, Fortiſſimum in Lege*, id eſt doctiſſimum. Attamen, quia delator, & maledicus erat, in cauſa fuit, quòd Rex Saul iuberet interfici omnes Sacerdotes Domini, & Nob Ciuitatem euerti, interfectis in ea omnibus Viris, mulieribus, paruulis, & lactentibus; bobus quoque, aſinis, & ouibus.

De malitia Doëg agitur in Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrìn*, cap. חלק *Chèlek*, pag. 106. b. non longè à principio, cuius verba omnia ferè ad literam exſcribuntur in בית ישראל *Beth Iſraël*, num. 229. pag. 134. col. 4. in fine. Ea autem ſunt -

כתיב גואג וכתיב דוייג אמר רבי יוחנן בתחילה יושב הקב"ה ודואג שמא יצא זה לתרבות רעה לאחר שיצא אמר ווי יצא זה: סימן גבור ורשע וצדיק חיל וסופר : אמר רבי יצחק מאי דכתיב (תהלים נ"ב: ג') מה תתהלל ברעה הגבור חסד אל כל היום : אמר לו הקב"ה לדואג לא גבור בתורה אתה מה תתהלל ברעה לא חסד אל נטוי עליך כל היום ואמר רבי יצחק מאי דכתיב (שם נ': ט"ז) ולרשע אמר אלהים מה לך לספר חוקי אמר לו הקב"ה לדואג הרשע מה לך לספר חוקי כשאתה מגיע לפרשת מרצחים ופרשת מספרי לשון הרע מה אתה דורש בהם ותשא בריתי עלי פיך: אמר רבי אין תורתו של דואג אלא משפה ולחוץ: ואמר רבי יצחק מאי דכתיב (תהלים נב) יראו צדיקים וייראו ועליו ישחקו: בתחילה יראו ולבסוף ישחקו : ואמר רבי יצחק מאי דכתיב (איוב כ': ט"ו) חיל בלע ויקיאנו מבטנו יורישנו אל : אמר דוד לפני הקב"ה רבונו של עולם ימות דואג אמר לו חיל בלע ויקיאנו אמר לפניו מבטנו יורישנו אל: אמר רבי יצחק מאי דכתיב (תהלים נ"ב : ז) גם אל יתצך לנצח יחתך ויסחך מאהל ושרשך מארץ חיים סלה : אמר הקב"ה לדוד ניתו דואג לעלמא דאתי אמר לפניו גם אל יתצך לנצח לימרו שמעתא בי מדרשא משמיה יחתך ויסחך מאחל ליהוי ליה בנין רבנין ושרשיו מארץ חיים סלה : ואמר רבי יצחק מאי דכתיב (ישעיה ל"ג: י"ח) איה סופר איה שוקל איה סופר את המגדלים איה סופר כל אותיות שבתורה איה שוקל ששוקל כל קלי' וחמורי' שבתורה: איה סופר את המגדלי' שהיה סופר שלש מאות הלכות פסוקות במגדל הפורח באויר : אמר רבי אמי ד' מאות בעיי הוו

בעו דואג ואחיתופל במגדל הפורח באויר ולא אפשיט להו חד וכו׳ ׃

נ״מר כך אמר רבי אמי לא מת דואג עד ששכח למורו שנאמר (משלי ה׳ ׃ כ״ג) הוא ימות באין מוסר וברוב אולתו ישגה וכו׳ ׃ אמר רבי יוחנן ג׳ מלאכי חבלה נזדמנו לו לדואג אחד ששכח למורו ואחד ששרף נשמתו ואחד שפיזר עפרו בבתי כנסיות ובבתי מדרשות ׃ אמר רבי יוחנן דואג ואחיתופל לא ראו זה את זה דואג בימי שאול ואחיתופל בימי דוד ׃ אמר רבי יוחנן דואג ואחיתופל לא חצו ימיהם ׃ תניא נמי הכי אנשי דמים ומרמה לא יחצו ימיהם כל שנותיו של דואג לא היו אלא שלשים וארבע ושל אחיתופל אינן אלא שלשים ושלש ׃

Doëgh ſcribitur דואג *&* דויג *: Dixit R Iochanan : In principio ſedebat Deus , & anxiè timebat , & hoc modo dicebat : Fortaſſe egredietur iſte , vt multiplicet malum . Poſtquam exijt , dixit : Væ quia iſte exijt . De Doëgh ſub his vocibus intelligit Scriptura, videlicet ſub* גבור ורשע וצדיק חיל וסופר *Ghibbòr , Raſciaà , Tzadìk , Chàil , & Sophèr ; Gigas , Impius , Diues ; & Doctor . Dixit R. Iſaac : Quid eſt , quod ſcriptum eſt* (Pſal. 52. 3.) Quid gloriaris ò potens ? Miſericordia Dei eſt omni die . *Dicebat Deus ſanctus benedictus Doëgo : Tu non es Gigas in Lege ? Quid igitur gloriaris in malo ? Nonne miſericordia Dei extenditur ſuper te quotidie ? Dicebat etiam R. Iſaac : Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Pſal. 50. ver. 16.) Impio autem dixit Deus: Quid tibi , vt enarres ſtatuta mea , & aſſumas pactum meum ſuper ore tuo? *Dixit Deus ſanctus benedictus Doëgo : O improbe, quid tibi eſt, vt enarres ſtatuta mea ? Quando tu venis ad ſectionem homicidialium , & ad loca vbi agitur de calumniatoribus ; cur tu ſermocinaris de illis , & aſſumis teſtamentum meum per os tuum ? Dixit Rabbi : Non erat Legis doctrina ipſi Doëgh niſi tantùm labio tenus . Et inſuper dicebat R. Iſaac : Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Pſal. 52. 8.) Videbunt iuſti & timebunt , & ſuper eum ridebunt ? *In principio timebunt , ſed in fine ridebunt . Et proſequebatur R. Iſaac : Quid eſt quod ſcriptum eſt* (Iob 20. 15.) Facultates deglutiuit , & euomet eas , & de ventre eius expellet eas Deus ? *Dixit Dauid coram Deo ſancto benedicto : Domine mundi : Moriatur Doëgh . Dixit ei* (Deus) *Facultates deglutiuit , & euomet eas . Dixit* (Dauid) *Scriptum eſt :* De ventre eius expellet eas Deus . *Dixit Rabbi Iſaac : Quid eſt , quod ſcriptum eſt* (Pſal. 52. 7.) Etiam Deus deſtruet te , in æternum conteret te , & abradet te de Tabernaculo , & eradicabit te de terra viuentium ſemper ? *Dixit Deus ſanctus benedictus Dauidi : Partem habeat Doëgh in futuro ſæculo . Dixit coram eo* (Dauid) *Scriptum eſt :* Etiam Deus deſtruet te in æternum . (Dixit Deus) *Legantur & recitentur lectiones ex nomine ſuo in Academijs .* (Reſpondit Dauid) *Non , quia ſcriptum eſt :* Conteret te , & abradet te de Tabernaculo . (Dixit Deus) *Sint illi filij Doctores .* (Reſpondit Dauid) *Non , quia ſubditur :* Et radices eius (id eſt filij ipſius eradicentur) de terra viuentium ſemper . *Et dicebat R. Iſaac : Quid eſt , quod ſcriptum eſt* (Iſai. 33. 18.) Vbi eſt Scriba , ſeù

Deo ſentiant: nam anxium & timidum eum faciunt ac improuidum. Cùm enim anxius ſit & anguſtietur de proxima natiuitate Doëgi, clarè patet, eum non præuidere hominis naturam, nec ſcire, qualis futurus ſit homo, poſtquam in lucem editus fuerit.

Iſta blaſphema de Deo pronuntiata deſumpta ſunt ex vana vocum דואג *Doëgh* & דויג *Doijégh* etymologia. Quatuor etiam vocabula, quæ in aliquibus Sacræ Scripturæ locis reperiuntur Rabbini attribuunt Doëgo; ea ſunt גבור *Ghibbòr*, *Gigas*, *Potens*, *Validus*, & ad doctrinam Doëgi referunt illud Pſalmi 52. 3. *Quid gloriaris in malitia, ò potens? &c.* Vnde non ſolùm fuiſſe doctiſſimum ex hoc loco deprehendere credunt, ſed ex מדרש תהלים *Midràſc Theillìm* ad eundem Pſalmum pag. 30. in fine columnæ primæ docent.

דואג היה ראש לסנהדרין שנאמר אביר הרועים אשר לשאול:

Doëghum fuiſſe Principem & Caput Synedrij S. D. (1. Samuel. 21.) *Potentiſſimus Paſtorum, qui erant Sauli.* Et ibidem col. 2. poſt medium mirantur, quomodo omnium Senatorum Dux & Princeps ad ſimplicem Saulis nutum, propria manu trucidare auſus ſit octoginta quinque Sacerdotes, & Summum Sacerdotem Achimèlech, cùm tantū nefas Abner militiæ Princeps noluiſſet perpetrare? De quo intelligi volunt illud Eccleſ. 8. v. 5. שומר מצוה לא ידע דבר רע *Cuſtodiens præceptum, non cognoſcet verbum malum.*

Numerator? Vbi Ponderator? Vbi numerans Turres? *Vbi eſt, qui numeret omnes litteras, quæ ſunt in Lege? Vbi eſt ponderans? Hoc eſt, qui ponderet omnia leuiſſima & grauia, quæ ſunt in Lege? Vbi eſt numerans Turres? Qui ſcilicet numeret* 300. *Hallachòth. Lectiones Talmudicas deciſas, quæ ſunt in Turre volante per aërem? Dixit R. Ammè* 400. *Quæſtiones, ſeù Quæſita propoſuerunt Doëgh & Achitòphel circa Turrim volantem per aërem; & neque vnam ex ipſis definierunt, ſeù nullam deciſionem exhibuerunt. Dixit R. Ammè: Non eſt mortuus Doëgh niſi poſtquam oblitus eſt doctrinæ ſuæ, S. D.* (Prou. 5. 23.) Ipſe morietur ſine eruditione: & in multitudine ſtultitiæ ſuæ errabit, &c. *Dixit R. Iochanàn: Tres Angeli deſtructores parati fuerunt ipſi Doëgh. Vnus obliuiſci eū fecit doctrinam ſuam: Alter combuſſit animam illius, & tertius diſperſit cineres ſuos per Synagogas, & Academias. Dixit R. Iochannàn: Doëgh & Achitòphel non viderunt ſe ad inuicem, Doëgh fuit in diebus Saul, & Achitòphel in diebus Dauid. Dixit Rabbi Iochannàn: Doëgh & Achitòphel dimidiam ſuorum dierum partem non attigerunt. Eſt traditio, huc referri etiam illud* (Pſal. 55. 24.) Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos. *Omnes anni Doëgh fuerunt tantùm triginta quatuor, & anni Achitòphel triginta tres.*

Ex hac Talmudica narratione de Doëgh Idumæo manifeſtatur, qualis ſit doctrina Rabbinorum in exponendis Sacris Scripturis, & quàm piè de

lum. Laudant enim Abner qui custodiuit præceptum de non occidendo, nec annuere voluit Sauli necem Sacerdotum præcipienti. Hunc itaque versic. *Custodiens præcepta, &c.* hoc modo explicant ibidem -.

זה אבנר שלא הניחו לפגע בכהנים שנאמר (א׳ שמואל כ״ב, י״ז) ולא אבו עבדי המלך, כיון שראה שלא שמעו לו אמר לו לדואג מה אתה עומד הכיתם בלשון חכם כחרב שנאמר (שם י״ח) ויאמר המלך לדואג סוב אתה ופגע בכהנים עמד והכה אותם שנא׳ (שם) וימת ביום ההוא שמונים וחמשה איש ראה אי זה גבורה היה לו שלא סייעו אדם בעולם אלא הוא עצמו הרגן ולא אלו בלבד אלא ואת נוב עיר הכהנים הכה לפי חרב, ודוד צוח ואומר (תהלים נ״ב, ג׳) מה תתהלל ברעה הגבור חסד אל כל היום, אמר לדואג אדם גבור וראש לסנהדרין יתעסק ברעה הזאת, ואומר לשון תרע: ברעה הגבור אמר לו וזו גבורה היא שרואה אדם את חברו על פי הבור ודוחפו לבור ורואה אותו על ראש הגג ודוחפו זו גבורה היא, אלא אימתי הוא גבור כשעה שיביא חבירו ליפול ואוחזו בידו שלא יפול, וכן מי שרואה חבירו שנופל לבור ומעליהו ואתה ראית שאול כועס עלי והטלת מים על אבירי: ברעת הגבור:

Iste est Abnèr, qui noluit irruere in Sacerdotes, S. D. (1. Samuel. 1. 27. 17.) Et noluerunt serui Regis. *Cùm autem vidisset, quòd noluerint obedire, dixit Doëgo: Cur tu cunctaris? Percussisti eos lingua, percute & gladio, S. D.* (Ibid. v. 18.) Dixitque Rex Doëgo: Conuertere tu & irrue in Sacerdotes. *Stetit, & percussit eos, S. D.* (Ibid.) Et interfecit in die illa octoginta & quinque viros. *Vide quanta fuerit illius fortitudo, quoniam nullus ei homo auxilium præstitit, sed ipse solus occidit eos, & non solùm istos, sed & Nob Vrbem Sacerdotum gladio percussit. David autem præcipit, & dicit* (Psal. 52. 3.) Quid gloriaris in malitia ò potens? Misericordia Dei est omni die. *Dixit Dauid ipsi Doëgo: Homo prævalidus & Princeps Synedriorum occupatur in malitia ista, & calumniator est. Ad malum prævalidus est; vti ille, qui videns proximum* (cubantem) *super os putei, in illum proijcit: aut videns socium super pinnaculum tecti impellit eum deorsum. Talis est fortitudo* (Doëgi) *Quis autem verus dicendus est fortis? Ille scilicet, qui cùm viderit socium prolabentem, manu illum apprehendit, & prohibet ne cadat; aut si iam in puteum est prolapsus inde extrahit. At tu Saulem contra me iratum vidisti, & aquas imposuisti super pennas meas? In malitia tu es potens. Misericordia autem Dei est super me omni die.* Et paulò ante pag. 30. col. 2. circa fin. idem David sic Doëgum compellat -

סבור אתה שאם קבלני אחימלך ולא נתן לנו פרוסה לא היה אדם מישראל שיתן נתונין חן ישראל לעשות חסד אל כל היום.

Putasne (ò Doëgh) *quamuis non recepisset nos Achimelech, & non dedisset nobis frustum* (panis) *non fuisset aliquis ex Israële, qui nobis similiter tradidisset? Solent enim Israëlitæ misericordiam Dei facere omni die.*

Improbitati Doëgi applicant Talmudistæ locum Psalmi 50. v. 16. -

ולרשע אמר אלהים מה לך לספר חוקי ותשא בריתי עלי פיך.

Pec-

Nec locus 1. Samuelis 21. ver. 7: אביר הרועים *Potentissimus Pastorum*, aliud annuit, quàm Doëgum inter Pastores gregum, vel armentorum Saulis fuisse fortissimum, & validissimum Iuuenem: nam Talmudistæ asserunt Doëgum non peruenisse ad dimidium dierum suorum, cùm omnes anni ipsius tantùm fuerint 34. Quomodo igitur verisimile est, seruum Saulis adscitum inter Senatores, & Senatorum Caput ac Principem extitisse, si Synedrij Senatores, omnes ætate prouecti esse debebant בעלי שיבה *Baalè senà*, *Canitie ornati*? referente Mose Ægyptio in הלבות סנהדרין *Hallabòth Sanhedrìn*, cap. 2. Erat itaque Doëg vnus de seruis Saulis, vt dicitur in Textu, 1. Samuel. 21. 7: מעבדי שאול & inter illius Pastores potentissimus ad malum.

Locum etiam Psalmi 52. vers. 8.

ויראו צדיקים וייראו ועליו ישחקו:

Et videbunt Iusti & timebunt, & super eum ridebunt, applicant Doëgo, & nomen צדיק *Tzaddik* ex hoc loco eidem attribuunt; sed quàm benè non apparet, cùm potiùs de Iustis, qui pœnam Doëgo debitam visuri erant, intelligenda sint verba Psalmi, vt intelligit R. Kimchì -

יראו צדיקים הנקמה שיקח האל ממך על דם הכהנים ויוסיפו ליראה מהאל וישחקו על דואג וביתו ויאמרו הנה הגבר וכו׳

Videbunt Iusti vltionem (inquit Kimchius) *quam sumet Deus de Doëg super sanguinem Sacerdotum, & addent timere Deum: & ridebunt super* Doëg

Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras statuta mea, & assumis testamentum meum per os tuum? Hic locus communiter intelligitur de Viro improbo docto, cuius operationes non respondent doctrinæ, cùm sint improbæ & peruersæ. Ita intelligit Aben Ezræ Psal. cit. vbi sic ait -

ועתה ידבר עם חכם שהוא רשע כי השם שנאהו וזה טעם מה לך לספר חוקי ואתה אינך שומרם:

Et nunc loquitur cum sapiente improbo, quoniam Deus illum odio habet: Et sensus est: Cur tu enarras statuta mea, *& ea non seruas?* Sed de improbitate Doëgi iuncta doctrinæ, nihil ex hoc loco prudenter colligi potest. Multò minus cætera loca, quæ afferuntur, ad probandum eundem Doëgum fuisse Principem & Caput magni Synedrij, aliquid conuincunt, Non locus Psalmi 52. 3. *Quid gloriaris in malitia ò* גבור *Ghibbòr Potens?* quia intelligitur de potentia ad malè faciendum, non verò de doctrina, aut potestate Senatoria. Vnde idem Aben Ezræ ibidem habet - אתה הגבור לעשות רע: *Tu es potens malè facere.* Et Dauid Kimchi. -

ואומר מה תתהלל אתה הגבור: כי הוא אביר הרועים היה והיה מתהלל ברעתו כי כן דרך הרשע כמו שכתוב: כי הלל רשע על תאות נפשו:

Et dicit: Quid gloriaris ò potens? *quia ipse erat Princeps Pastorum, & gloriabatur de sua malitia; quoniam hac est consuetudo improbi, sicut scriptum est* (Psal. 10. 3.). Quoniam gloriatur improbus super desiderio animæ suæ.

ad locum citatum ex Cod. *Sanhedrin* pag. 106. b. & ad illud Isaiæ c. 33. ver. 18. איה סופר *Vbi est Scriba*, siuè *Numerator*? Ghemarà: *Vbi est numerator omnium literarum quæ sunt in Lege*? Rasci -

שהיה בקי בחסירות ויתירות ׃

Quia erat (Doëg) *exercitatus in omnibus literis, quæ deficiunt, vel superabundant in Lege*. Et -

איה שוקל ששוקל כל קלים וחמורים שבתורה׃

Vbi est ponderans, qui ponderet omnia leuia, & grauia, quæ sunt in Lege? Rascì: יודע לדרוש בקל וחומר *Quia sciebat* (Doëg) *argumentari Bekàl vachòmer à minori ad maius*.

Vbi est numerans Turres volantes per aërem? Rascì -

מתנא עליונה של מעלה מן הלמד מפנימה בפופה למטה ׃

Ab apice summi verticis literæ ל *Làmed, & cur sit infernè curuata, intelligebat Doëgh*.

Perpendat itaque Lector, quàm sublimis fuerit Scientia ac Doctrina Doëgi. Quid igitur mirum, si nos eum inter Rabbinorum turbas connumerauimus?

Quæres, Cur Doëgh *Idumæus* vocetur?

Respondet רד״ק *Radàk* initio Psalmi 52. -

דואג נקרא אדומי שהתגורר בארץ אדום ׃ כמו עוכר אדום׃ כמו עובר אדום הגתי שהתגורר בגת ׃ ובדרש שמנכח למעלה ארומים היה שם עירו ועל שם עירו נקרא כן ׃ וזה המקום נקרא ביהושע בגורל מטה יהודה ובגורל מטה בנימן ׃

Doëg

Doëg & domum suam, & dicent: Ecce Hagghèuer Vir ille &c.

Prædiuitem eundem faciunt, & de illius diuitijs intelligunt illud Iob 20. v. 15. -

חיל בלע ויקאנו מבטנו ירשנו אל ׃

Facultates deglutiuit, euomet eas: de ventre eius expellet eas Deus. Quamuis hic locus de Viro prodigo, qui opes, & propriam substantiam dissipat, atque luxuriosè viuendo consumit, intelligatur à R. Leui Ben Gerson, dum ait -

חיל בלע החון אשר בלע ואכל ׃

Diuitias quas deuorauit, hoc est, opes quas absorpsit, & comedit; attamen Talmudistæ etiam de doctrina Doëgi intelligi volunt cum R. Salomone in Cod. *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek*, pag. 106. b. col. 1. ad vers. cit. Iob חיל בלע ויקיאנו *Facultates, seù substantiam deglutiuit, euomet eam*. המתן עד שתשכח תורתו *Expecta* (Domine) *donec Legis obliuiscatur*. -

אמר לפניו ומבטנו יורישנו אל אל תמתן לו מלהשתכח אלא תמהר ותשכיחנו ׃

Dixit coram eo (Dauid) *Et de ventre eius expellet eam Deus. Noli, vt ego expectem, quousque doctrina obliuiscatur, sed festina, & fac, ne illius ampliùs reminiscatur*. Ad eandem doctrinam alludere volunt verba Psalmi 52. 7. *Et abradet te* מאהל *de Tabernaculo*: R. Salomon זה בית המדרש *Ista èst Academia literaria, Gymnasium*.

De Scientia Doëgi ita magnificè loquuntur Rabbini, vt eam supra modum extollant. Idem R. Salomon

Kalendis Vlyſſipone 1543. In 4. vt notat Nicolaus Antonius in ſua Biblioth. Hiſpana. Vide *Abraham Vſque* I. Par. huius Biblioth. num. 103.

תי"ב ## ר' דוד אבודרהם ספרדי

תלמיד ר' מרדכי מפרווינצה או כמו שאמר ר' שמואל אלגזי היה תלמיד בעל הטורים:

חבר פירוש על תפלות כל השנה בעיר אשבילייא בשנת חמשת אלפים ומאה ליצירה: וזה הספר נדפס קודם בקוסטאנטינה שנת רע"ד על ידי ר' אסטרוק דטולון ועוקץ בוויניציאה של:

חבר גם כן סדר העבור על עבור השנה בשנת הק"א ליצירה: ולוחות על התכונה: ושער התקופות:

412 R. DAVID AVVDRA'HAM HISPANVS Diſcipulus R. Mardochæi Prouenzalis; vel vt ait Auctor *Iuchaſin* p. 133. b. & *Algázæus* in *Chron.* Diſcipulus fuit R. Iacobi Ben תריאש *Harròſc* Auctoris טורים *Turrim*. Hiſpali in Hiſpania an. mun. 5100. Chriſti 1340. ſecundùm eoſdem ſcripſit -

פירוש על תפלות כל השנה *Pirùſc al Thephillòth col Haſcianà, Explanationem Precum diurnalium per totius anni curſum*. Primò fuit excuſa Conſtantinopoli an. 5274. Chriſti 1514. In fol. Deindè Venetijs anno ה"ש 330. Chriſti 1570. apud Io: de Gara. in 4. Scripſit -

II. סדר העבור *Sèder Haibbùr, Ordinem intercalationis*, vbi *De Anno Emboliſmo* pertractat. Scripſit illum anno 5101. Chriſti 1341. vt ipſemet in eodem dicit, & notauit Dauid Ganz in ſuo צמח דוד ad hunc annum. Scripſit -

III. לוחות על התכונה *Luchòth al hate-*

Doëgh Vocatur Idumæus, quia moratus fuerat in terra Edom, ſicut Obededom. Quemadmodum Obededom vocatur Gethæus, quia moram traxerat in Geth. Ita & iſte Idumæus appellatur. *In Daràſc, quod ſupra innuimus, oſtenditur, quod Adomim ſit nomen Ciuitatis ſuæ, & ex illius nomine ita ſit nuncupatus. Hæc Vrbs legitur in Ioſue* (cap. 15.7.) *in ſorte Tribus Iudæ; & in ſorte Tribus Beniamin.* (Ibid. 18.17.) Hactenus R. Dauid Kimchi.

תי"א ## דוארט פיניל מפורטוגאל

בקש עבודה חכמי דורו שיעתיקו עשרים וארבע ספרי קודש ללשון ספרדי ונשו העתקה הולם והביא אותם אל הדפוס בעיר פירארה שנת שי"ז לפ"ק: ואחר כך בתוכם בדפוס אמשטירדם שנת תי"ו לפ"ק:

411 DVART, ſeù EDVARDVS PINEL LVSITANVS operam ſuam impendit, vt in linguam Hiſpanam Sacrorum Bibliorum Volumen ex lingua Hebraica à quibuſdam Viris doctis, & in vtroque Idiomate peritis, verteretur: quod & factum eſt. Ferrariæ hæc Tranſlatio excuſa fuit, eodem Pinelo procurante, anno שי"ז Chriſti 1557. Iterum prodijt Amſtelodami anno לפ"ק 416. Chriſti 1556. In fol. Aliud Bibliorum Volumen Idiomate Hiſpano excuſum fuit anno Domini 1569. loco non notato, interprete Caſſiodoro Reinio, in cuius fronte legitur: *La Biblia, que es los Sacros Libros del Viejo, y Nueuo Teſtamento, Traſladada en Eſpañol 1569.* In folio paruo.

Scripſit etiam *De Grammatica* &

415 R. DAVID DE ISTI'LIA, vulgò ESTELLA in Regno Nauarræ. Scripſit -

ספר מגדל דוד *Sèpher Migdàl Dauid, Librum Turris Dauid*, Tit. ex Cant. Cantic. 4. 4. Sunt Conciones in Legem, inquit Buxtorf. in Bibliotheca Rabbinica n. 452. & Hotting. Claſſ. 1. Biblioth. Orient. quem vocant *Dauidem Stellam*. Excuſus Theſſalonicæ in 4. Buxtorf. p. 363. Salonecı. Scripſit & -

קרית ספר *Kiriàth Sèpher, Ciuitatem Libri*, Tit. ex Ioſuè 15. 15. In eo refutat argumenta eorum, qui volunt omnia Præcepta Iudicialia & Ceremonialia fundata eſſe in ratione, ipſe enim, nullam præter voluntatis Diuinæ rationem agnoſcit. Videtur eſſe compoſitus contra R. Moſen Ægyptium, qui in *Morè Hanneuuchìm* docet, & quidem rectè, omnia Legis præcepta, præter Dei voluntatem, fundata etiam eſſe in ratione. Scripſit quoque -

בית־אל *Domum Dei*, Tit. ex Gen. 12. 8. Eius meminit Buxtorf. in Appendice ad Biblioth. Rabbinicam p. 439. vbi dicit quidem eum reperiri mſc. ſed nihil de eius argumento.

תט"ז ר' דוד בלי כנוי חבר ספר המעלות והם דרשות על התורה כ"י ׃

416 R. DAVID, cuius cognomen ignoratur. Scripſit -

ספר המעלות *Sèpher Hammaalòth, Librum Graduum*. Sunt *Conciones in Legem* manuſcriptæ, inquit Buxtorf. in Appendice ad Bibliothecam Rabbi-

tecunnà, Tabulas Aſtronomicas. Et IV. שער התקופות *Sciàar hattekuphòth, Tractatum de Tekuphijs*, hoc eſt *De Solſtitijs, & Aequinoctijs*.

תי"ג ר' דוד אבזי חבר ספר צורת הארץ ׃

413 R. DAVID AVZI' compoſuit librum -

צורת הארץ *Tzuràth haàretz, Figura Terræ*, de Coſmographia. Excuſus repetitur Conſtantinopoli in 4. vt ait Plantauitius num. 595. ſuæ Bibliothecæ Rabbinicæ. In Indice librorum Hebraicorum Reginæ Suetiæ notatur etiam in 4.

תי"ד ר' דוד בן אברהם הלבן בן רבי יהודה מקוצי חבר ספר מסורת הברית על הדינים והוא נמצא כתיבת יד בותיקאנו על קלף כרך אחד ׃

414 R. DAVID BEN ABRAHAM HALLAVA'N BEN R. IVDÆ DE KO'TZI. Scripſit librum, cui titulum inſcripſit -

מסורת הברית *Maſsòreth Habberìth, Conſignatio fœderis*. Eſt *Commentarius ſuper Ritibus & Ceremonijs Iudaicis*. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana in fol. Pergam.

תט"ו ר' דוד דאיסתילייה עיר אשר בספרד במלכות נבארה חבר ספר מגדל דוד והם דרשות על התורה ונדפס בשלוניקי ׃ וחבר קרית ספר והוא ספר על המצות ׃ וספר בית־אל ונזכר בי"ו ׃

non ignoro, Pocokium in sua Præfatione ad *Portam Mosis* meminisse cujusdam Iacobi Ben Mosis Badrèsch. Cætera verò nugamenta ex Talmudicis libris petita contra veritatem Historiæ non est locus hìc recensere cùm sint quàm plurima. Poterit beneuolus Lector, si ea vidère voluerit, legere *Obseruationes Vorstij* ad eandem Chronologiam: nam ibi fusè referuntur. Cæterùm hæc Chronologia compilata est ex vtroque *Sèder Olàm Rabbà & Zuttà*, ex Auctoribus *Iuchasìin, Scialscèleth hakkabàla, Meòr enàim*, ex *Kabàla R. Abrahami Ben Dauid*, & alijs. Hanc Guilielmus Henricus Vorstius Latinam fecit, & obseruationibus illustrauit. Prodijt Lugduni Batauorum ex Officina Ioannis Maire anno Dom. 1644. In 4. Cui addidit פרקי ר׳ אליעזר *Pirkè Capitula R. Eliezer* cum versione Latina; & suis animaduersionibus.

Hebraicè verò eodem anno, quo absoluta fuerat typis Pragensibus traditur, anno videlicet mundi לפ״ק 352. Christi 1592. In 4. Scripsit etiam alios duos libros, quorum alterum vocauit –

מגן דוד *Maghèn Dauid*, *Scutum Dauidis*; & alterum –

מגדל דוד *Mighdàl Dauid*, *Turrim Dauidis*. Primus Arithmetici; Secundus Geometrici est argumenti, inquit Vorstius in Præfat. ad צמח דוד.

ר׳ דוד בן גדליה היה בקשטיליא־
שנת ה׳ אלפים ק״ם לבריאת העולם והוא של עיר ליסבונה
בשנת ק״נ וחבר הפירוש הלכה ונפרש קבוץ דינים ומאמר
על דיני טרפות: והרב קלה הוכית בראשית ספר יוחס

דעה

בניicam p. 457. Idem habet Hottıng. in Biblioth. Or. Class. 1.

רבי דוד גאנז אשכנזי
מפראגא חבר ס׳ צמח דוד והוא ס׳ דברי הימים
מעולם הראשון עד שנת ה׳ אלפים שנ״ב ונדפס בפראגא
באותו שנת שנ״ב לפ״ק:

וחבר גם כן מגן דוד והוא ספר על המספר, וספר
אחר וקראו

מגדל דוד ומדבר על ההנדסה או גיאומיטריאה:
וספר צמח דוד נעתק ללשון עברי אל לשון לטין ע״י ג׳ילעלמו
היינריקו וורסטיו ונדפס שנת ת״ד לפ״ק בליידא מדינתו:

417 R. DAVID GANZ GERMANO-BOHEMVS, non infimæ classis in Iudaica gente Chronographus & Mathematicus. Et quamuis de Calculis idoneus haberi possit Iudex, in sua tamen Chronologia, quam sub titulo צמח דוד *Tzèmach Dauìd* edidit, non admodum diligens fuit. Euulgauit itaque –

צמח דוד *Tzèmach Dauid*, *Germen Dauidis*, Tit ex Ierem. 33. 14. *Librum Chronologicum, quo Sacram & Profanam Temporum, Auctorum, Dictorum, & Factorum rationem, à Mundo condito ad annum eius 5325. vel Christi Domini 1592. annorum serie diligenter seruata*, non omninò oscitanter complectitur. Quamuis sæpiùs (vt aliquibus placet) erratum sit, tam in nominibus Auctorum, quàm in Chronologijs & Historijs, præcipuè in exoticis. In nominibus Auctorum volunt errasse ad annum 5058. in ירעיה *Iedaià Hapenini filium Abrahami Badresci* Auctorem בחינת עולם *Bechinàth Olàm*, quem ipse vocat R. Iacobum Bedrasci. Quamuis

דפס׃ ויגוע בן ע״ה שנים כמו שנראה בס׳ שלשלת הקבלה לר׳ גדליה ן׳ יחייא דף סג׃

418 R. DAVID BEN GHEDALIÆ ABEN IACHIIA LVSITANVS, viuebat in Regno Caſtiliæ anno mundi 5085. Chriſti 1325. Poſtea redijt Vlyſſiponem cum tota familia anno 5150. Chriſti 1390. ſub finem ſuæ vitæ. Fuit Vir doctus, & ſcripſit diuerſos libros, præſertim -

ספר דינים *Sèpher Dinìm, Librum de rebus iudicialibus*. Et

מאמר על דיני טרפות *Maamàr al dinè Theraphòth, Tractatum de Animalibus illicitis pro cibo*. Huius meminit R. Karo in principio libri יורה דעה *Iorè deà*. Obijt annum agens 75. Naſcitur itaque circa ann. Dom. 1315. vel paulò poſt. De eo agit R. Ghedaliâ Iachija in *Scialſcèleth hakkabàla* pag. 62. De eodem & de Iachiade familia vide I. Partem huius Biblioth: Rabb. pag. 710. & ſeq. & 717.

תי״ט ר׳ דוד דילה רוקאה כתב אגרת ושלח אותה אל דבורה אשת ר׳ יוסף אשכרילי׃ עיין סימן תנ״ג על ס׳ דבורה הנל׃

419 R. DAVID DE LA ROCCA ROMANVS, Epiſtolam dedicatoriam miſit ad Deboram Vxorem Ioſephi Aſcarelli, qua ſuum de Opuſculis ab ea traductis in linguam Italicam imprimendis conſilium præbet, & laborem laudat. Reperitur excuſa cum ijſdem, Venetijs anno 362. min. ſupput. Chriſti 1602. apud Danielem Iunctam. In 12.

ת״כ ר׳ דוד ויטאל בן שלמה הרופא בטוליטולה היה בשנת רכ״ו לפ״ק וחבר מכתם לדוד על שלשה עשר עקרי התורה׃ וחבר ס׳ כתר תורה על תרי״ג מצות ונדפס בקוסטנדינה ובויניציאה׃

420 R. DAVID VITAL, cognomento MESSER VITALE BEN SALOMONIS Medicus Toletanus eximius, & Muſicus, ac Poëta excellens. Compoſuit -

מכתם לדוד *Michtàm Ledauìd, Aureolum Carmen Dauidis*, Tit. ex Pſal. 16. 1. In eo tractat de 13. articulis fidei Iudæorum, eoſque auctoritatibus Sacræ Scripturæ & Rabbinorum explicat. Super quibus etiam in fine libri Carmina edidit, illiſque nonnulla alia adiecit eiuſdem generis recitanda, vel etiam modulis muſicalibus canenda tempore Circumciſionis, Nuptiarum, & die Expiationum. Excuſus Venetijs anno mundi 5306. Chriſti 1546. in 8. apud Marcum Antonium Iuſtinianum. Scripſit & librum, quem vocauit -

כתר תורה *Chèther Thorà, Coronam Legis*, quo תרי״ג *Thariàgh* 613. Legis præcepta ex Pentateucho Moſis vtcumque eruta, explanantur: excuſum Conſtantinopoli, & Venetijs.

Claruit hic Auctor anno mundi 5227. Chriſti 1467. ex Dauid Ganz in צמח דוד.

תכ״א ר׳ דוד ן׳ זמרא חבר כללי הגמרא ונדפסו בספר מהררי נמרים לר׳ עמנואל ספרדי כהנה בויניציאה שנת ושמ״ה לפ״ק בבית דניאל ובומבירגי דף יד׃ ע״ב׃

421 R. DAVID ABEN ZIMRA'. Scripsit -

כללי הגמרא *Chelalè Haghemarà*, *Conclusiones Ghemarà*, seù *Talmudis*. Reperiuntur in libello מהררי נמרים *Meharerè Nemarim*, *De Montibus Pardorum*, pag. 14. b. Vnde credidit Plantauitius num. 333. suæ Bibliothecę Rabbinicæ, hunc R. Dauidem, quem ipse mendosè vocat *Ben Zemarà*, huius libelli fuisse Authorem, cùm reuera Auctor illius sit *R. Immanuel Ben Menachèm Hispanus*, & excusus fuerit Venetijs in domo Danielis Zanetti anno ושנ״ט 359. min. supput. Christi 1599. vti videndum est in R. Immanuele iam dicto. Plantauitius addit, prodijsse ibidem apud Iuntam anno 356. qui correspondet an. Christi 1596. In 4.

תכ״ב **רבי דוד המיץ הרופא** חבר ספר דרך אמת והוא ביאור על הזהר .

422 R. DAVID CHAMITZ MEDICVS, audio quòd composuerit *Elucidationem in Librum* זהר *Zòhar*, vocaueritque דרך אמת *Dèrech Emèth*, *Viam Veritatis*.

תכ״ג **ר' דוד בן יהודה** המכונה **מיסיר ליאון הרופא** חבר ספר ברפואה וקרא אותו אביר יעקב : וחבר גם כן בית דוד , וכסא דוד :

423 R. DAVID BEN IVDÆ cognomento MISSER LEON MEDICVS. Scripsit librum *De Medicina*, quem vocauit -

אביר יעקב *Auir Iaacob*, *Robustum Iacobi*, Tit. ex Genes. 49. 24. Reperitur msc. Scripsit etiam *De Philosophia* -

ספר בית דוד *Sèpher Bèth Dauid*, *Librum Domus Dauid*, &

ספר כסא דוד *Sèpher Chissè Dauid*, *Librum Solij Dauid*. Huius meminit Buxtorf. in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam pag. 449.

תכ״ד **רבי דוד בר' יוסף בר' דוד אבודרהם :** עיין ר' דוד אבודרהם : סימן קי״ב :

424 R. DAVID BERABBI' IOSEPH BERABBI' DAVID AVVDRA'HAM. Vide *R. Dauid Auudràham* supra ad num. 412.

תכ״ה **רבי דוד בן יוסף ן' יחייא**

והוא דוד עשירי לשלשלת המשפחת לג' יחייא ויצא מליסבונה עם אביו ואחיו כמו שאמר בעל שלשלת הקבלה דף מ״ו וזה לשונו ואחר פטירת אביו בפיזרו והליכת רבי שלמה אחיו לתוגרמה גלה בעיר רוינה ואחר כך בעיר אימולא וגם בעת ההיא עם בניו ויהי חכם גדול בתורה ופילוסופיא דקדוק ושירים לא קם כמוהו בדורו: ועשה חבורים וקצורים על חכמת הדקדוק ופילוסופייא והנה בידי : ובחצי ימיו קהלות הקדש שבמלכות פוגלי בחרו בו וקבלוהו להיות עליהם ר״ו שופט ודיין עליהם , וגם עבר כ״ב שנים עד גלות ויצא מלכות הזה וישב באימולא אל ביתו שנת ה' אלפים ש״א ובשנת ש״ג ירד שיבתו שאולה ויהי לו ג' בנים יוסף הוא הראשון ומת בחצי ימיו בלי זרע של קיימא : הרב דון יוסף בן הגאון דון דוד ן' יחייא בנו השני ואולי הוא היה בעל שירה אשר בהגהה בסוף ספר הי״ד להרמב״ם נדפס בקושטנטינה שנת ה' אלפים רס״ט :

R. DAVID BEN IOSEPH IACHIIA, qui vt ait R. Ghedalia Aben Iachija in *Scialscèleth hakkabalà*

1540. Eodem anno reuertitur Imolam, & post triennium ibidem, cùm esset annorum circiter 77. obijt, anno scil. 5303. Christi 1543. idem *Scialscèleth hakkab.* p. 66. paulò post principium.

Ex eodem ibidem, fuit magnus sapiens in Lege, in Philosophia, Grammatica, & Poësi. Scripsit multa Philosophica, & Epitomen Grammatices, quæ in manu ipsius Ghedaliæ reperiri testatur ibidem. Hic forsan est ille, qui quædam Carmina in laudem R. Mosis Bar Maimonis Auctoris libri הי״ד *Haijàd* composuit, & reperiuntur in fine Operum editionis Constantinopolitanæ an. mun. 5269. Christi 1509. in fol.

Buxtorf. Tractatu *De Prosodia Metrica* pag. 302. dicit hunc Auctorem scripsisse *De Rhythmicis carminibus componendis* tractatum, & fortassis erit ille, quem Latinè reddidit G. Genebrardus, eumque in sua Isagoge de modo legendi Hebraicè sine punctis, p. 149. reclusit. Habuit etiam filium doctum R. Iosephum Iachijam secundum, qui varios libros & Commentaria scripsit, vt videbimus infra, ad nomen *R. Ioseph Ben Dauid Iachija.*

מכל׳

רבי דוד בן יוסף בן קמחי

ראש המדקדקים הנקרא בש״ת רד״ק הספרדי כמו שנראה בהקדמת ספר מכלול דפוס ויניציאה בבית דניאל בומבירגי שנת ש״ה לפ״ק ונזכר בספרים אחרים של מחבר הלז ובעל ס׳ שלשלת הקבלה דף כ״ה אמר רבינו דוד קמחי הנקרא הרד״ק מגליל פרוינצה בנרבונה היה בשנת דתתקכ״ב כנראה בספרו והאריך ימים עד שראה הרמב״ן כנראה באגרות שכתבו מ״ד המורה:

ואחר

balà pag. 65. b. & 66. decimam Generationem familiæ Iachiadum constituit. Nascitur Vlyssipone circa annum Domini 1465. Cùm autem esset annorum circiter sexdecim, accepit vxorem in Portugallia. Mortuo Alphonso V. Portugalliæ Rege, apud quem (vt scribit idem Auctor *Scialscèleth*) plurimùm valebant ipsius consilia. Apud Ioannem Regem Successorem in Regno non ita acceptus fuerat; imò cùm Rex solicitus esset de æterna Iosephi salute, hic respuens Regis consilium, clàm cum tota familia aufugit in Italiam circa annum Domini 1482. nam Ioannes II. Rex Portugalliæ successit Patri in Regno anno Dom. 1481. Hic Rabbi Dauid Iachija cum vxore pregnante secutus est patrem suum Iosephum, & Naue conscensa appulit Pisas in Tuscia, postea adijt Florentiam, vbi vxor filium suum Iosephum patrem R. Ghedaliæ Auctoris *Scialscèl. hakkab.* pluries in hoc Syntagmate repetiti Voluminis peperit. Deinde venit Ferrariam; post obitum Patris adit Rauennam, & subinde Imolam, vbi domicilium figit. Non diù post requisitus à Synagogis Regni Neapolitani, eas per spatium 22. annorum rexit, gubernauit, Iura Iudaica dixit, & veluti omnium Archisynagogus, honoribus, & emolumentis est cumulatus. Ibidem permansit vsque ad exilium Neapolitanum, quod, vt habetur in eodem Auctore *Scialscèl. hakk.* p. 116. b. iussu Regis Caroli & Romanorum Imperatoris factum est circa annum 5300. Christi

loco eum Narbonensem facere videtur, dum ait.

רבינו דוד קמחי הנקרא הרד״ק מגליל פרווינצה בנרבונה היה בשנת ד׳ תתקנ״ב כנראה בספרו והאריך ימים עד שראה הרמב״ן כנראה באגרות שנכתבו נגד המורה ׃

Rabbènu Dauid Kimchi cognomento Radàk *de Prouincia*, vulgò *Prouenza*, *Narbonæ fuit anno 4952.* (Christi 1192.) *vt apparet ex eius libro. Et protraxit dies quousque viderit Harambàm* (id est Rabbi Mosen Bar Nachmàn) *Vt apparet ex literis, quæ scriptæ fuerunt contra librum Morè.* Potuit quidem fieri, vt eo anno Dauid Kimchius fuerit Narbonæ, sed non ob id conuincitur, eum Narbonensem fuisse, neque ex suis libris id vnquam probari potest. Legitur tamen in omnium ferè suorum librorum principijs tam impressorum, quàm manuscriptorum nomen הספרדי *Sephardì Hispani*, quorum plerique his vocibus exordiuntur.

אמר דוד בר יוסף בן קמחי הספרדי וכו׳ ׃

Dixit Dauid Bar Ioseph Ben Kimchi Hispanus. Narbona autem non est in Hispania, sed in Gallia, quæ nomen suum toti Prouinciæ confert, hodie vulgò Linguadoca dicta. Igitur non est ambigendum, vtrum R. Dauid Kimchi inter Hispanos Auctores Hebræos sit connumerandus, præsertim cùm familia hæc Kimchia semper Hispana sit habita: & dum Iudęi erant in Hispania, nunquam ex eadem familia Kimchia defuerunt Synagogarum Rectores, & Academia-

 rum

ושאר פסוקים ופירושים על תורה נביאים וכתובים לשרשים והכלל ׃

א׳ . פירוש על התורה לא נדפס עד עתה ׃

ב׳ . פירוש על נביאים ראשונים נמצא במקרא גדולה בחלק שני נדפס כמה פעמים בויניציאה ובבזיליאה ׃

ג׳ . פירוש על ארבע נביאים אחרונים פי׳ ישעיה ירמיה יחזקאל ותרי עשר ... גם כן בחלק ג׳ של מקרא גדולה וקודם לכן נדפס פעם בפיזרו על ידי גרשם שונצינו שנת יראו כל בשר יחדיו כי גדול ה׳ ומהלל מאד ומו״ר הוא כרך אלה ׃

ד׳ . פירוש על כתובים לא נמצא במקרא גדולה אלא על דברי הימים בלבד ׃ ספר גם כן

ה׳ . ספר מכלול והוא נחלק בב׳ חלקים חלק ראשון הוא על הדקדוק ונדפס עם קצת נימוקים מסומנים ל׳ אליהו אשכנזי המדקדק וגו יבאר כל חלקי הדקדוק נדפס בבית דניאל בומבירגי בשנת ש״ה לפ״ק בויניציאה כרך אלה וגם בריבוע ׃ ובקושטאנטינא שנת שנים עשר מלך סולטאן סולימאן על ידי גרשם איש שונצין ׃

ו׳ . ספר ספר השרשים והוא חלק השני מהמכלול הוא חלק המבין לבאר כל מלה אשר בספר תורה ונביאים וכתובים ונדפס יחד עם חלק הראשון בבית דניאל בומבירגי שנ״ה ושנת ש״ל ובקושטאנטינא על ידי גרשם ש״ל שנת ש״ל ׃

ז׳ . ושאר פירוש על הפטרות ׃

ח׳ . וספר הנקרא עט סופר ׃

526 R. DAVID BEN IOSEPH, BEN KIMCHI HISPANVS, R. MOSIS KIMCHII FRATER, quos itidem inter Viros doctos connumerant Iudæi. Patrem ס׳ הזכרון *Sèpher Hazicharòn*, Fratrem מהלך שבילי הדעת *Mahalàch sceuilè hadaàth* Auctorem agnoscunt. Claruit Dauid Kimchius, vt habet Dauid Ganz, anno mundi 4950. Christi 1190. vel secundùm Auctorem *Scialscèl. hakkabàla* p. 54. an. 4952. Chr. 1192. Eius Patria penitùs ignoratur. Idem Auctor *Scialscèleth hakkabàla* citatò

קמחי *Kimchi*, quasi *Farina aspersus*, seù *Molitor*; hinc de eo passim dicunt אין קמח בלי קמחי *En kèmach belì Kimchì*, *Non est farina sine Molitore*, quasi dicerent: *Non est doctrina sine Doctore Kimchio*. Vocatur etiam ראש המדקדקים *Rosc Hammedakdekim*, *Caput*, *& Princeps Grammaticorum*, non quòd nihil aliud doceat quàm Grammaticam; sed quòd cæteris omnibus Sacræ Scripturæ expositoribus in litera explicanda accuratior sit, atque fidelior. Certè præstantissimus Interpres inter Hebræos habetur, minimè superstitiosus, vt ferè semper esse solent cæteri Expositores huius Sectæ. In Christianos parcus insectator, quamuis aliquando, & præsertim in expositione nonnullorum Psalmorum contra Religionis nostræ Sacra, calamum constringat acerbiorem. Eius leuissima, & vulgaria argumenta, etsi risu potiùs digna, quàm responsione; nihilominus resoluit & diluit doctissimè G. Genebr. in suo libello ad hæc specialiter edito, & Parisijs excuso anno Domini 1566. apud Martinum Iuuenem in 8. p. 63. ea tamen in nouis editionibus Hebraicis expuncta sunt. Eorum nonnulla iam mutila loca annotauit Pocokius in *Notis Miscellan. ad Portam Mosis*, cap. 8. eaque in integrum restituit.

Cæterùm circa tempus, quo hic Auctor floruerit: quamuis R. Dauid Ganz in suo צמח דוד eum referat ad annum 950. quinti millenarij, hoc est ad an. Christi 1190. & Auctor *Scialscèleth hakkabalà* ad ann. 952. Christi 1192. Quorum calculi, vti cæterum Præfecti, vel in Aragonia, vel in Castilia: vnde mirandum est, quòd tam parcè de Dauid Kimchio, alioquin Hebræorum doctissimo, scripsetint Hebræi Auctores: nam Auctor צדה לדרך *Tzedà ladàrech* in Præfatione ad suum Librum, vbi varios Auctores recenset, nihil penitùs de Kimchio, ferè nihil in *Iuchasin*, solùm pag. 131. b. dum refert fuisse flammis addictum librum מורה *Morè*, & מדע *Madaà* R. Mosis Ægyptij; de eo hæc verba audio -

וגם רבי דוד קמחי שהיה באותו הזמן כתב לחכמי לוניר על זה והענין ארוך עד מאד׃

Et R. Dauid Kimchi, qui fuerat tunc temporis, scripsit Sapientibus Lunir de hac re, quæ nimis prolixa esset, si illam narrare vellemus. In Dauid Ganz solertissimo Iudæorum Chronographo ad annum 950. quinti millenarij hæc paucula verba de Kimchio inueniuntur, ex versione G.H. Vorstij.

R. Dauid Kimchi composuit Syntagmata sua circa annum 950. Vnde quę de Dauid Kimchio dicturi sumus, quæ sparsim hinc inde inueniuntur, maximè ex suis scriptis tamquam spicilegia recolligemus.

ר׳ דוד קמחי *R. Dauid Kimchius*, qui ex initialibus istarum trium dictionum elementis contracto vocabulo, communiter vocatur רד״ק *Radàk*. De eo apud doctiores vsurpatur illud pronunciatum ex פרקי אבות *Pirkè Auòth*, *Capitulis Patrum*, cap. 3. § 17. אם אין קמח אין תורה *Im en kèmach en Thorà*, *Si non est farina, neque est Lex*, quo alludere volunt ad illius nomen

esse debuerat Gerundensis an. 5028. Christi 1258. Ierosolymitanum tam longum iter arripere potuisse. Quòd autem ferè centum annorum ętatis esse debuisset Gerundensis, patet, quia anno 4954. ex Ganz in literis floruerat: ergo circiter 25. annorum ætatis erat. Anno 5028. pergit Ierosolymam: si ab his subducantur anni 4954. remanent anni 74. quibus si iungantur 25. Iuuenilis ætatis, fiunt anni 99. tempore discessus eiusdem, quod prorsùs incredibile est. Anno autem 4992. R. Dauid Kimchi erat הישיש *Haiascisc* decrepitus, vt dicitur in narratione controuersiæ inter Rabbinos Montispessulani, & alios circa libros Ægyptij, de qua infra. Quomodo igitur potuerit peruenire ad annum mundi 5100. & eo Syntagmata sua scribere, prout vult Algazæus? quod idem est, ac si dixisset, Dauidem Kimchium vixisse 200. ferè annis. Vnde patet euidenter error Alghazelis Chronologiæ, & quàm ei fidendum sit, intelliget Lector.

Et quia de controuersia inter Rabbinos Montispessulanos mentio facta est circa libros מורה *Morè* & מדע *Maddaà* R. Mosis Ægyptij, operępretium erit hic per extensum eam narrare, vt opera, & auctoritas R. Dauidis Kimchij inter Synagogas Hispanas, & Gallicas omnibus manifesta fiat. Res autem ita se habet.

Viuente adhuc ipso Mose Bar Maimonis, vulgò Ægyptio nuncupato, & promulgato ipsius libro מורה הנבוכים *Morè Hanneuuchim, Directore perplexorum*, Hebraicè (nam primò Arabicè

cæteris, qui de Temporum rationibus scripserunt diligentiores, aspernendi non sunt; attamen non desunt aliqui, qui enormiter ab hoc calculo aberrant, inter quos vnus est *Alagazæus* in Chronico, seù in libello suo sub תולדות אדם euulgato. Ab anno 5343. id est Christi 1583. quo incipit, ad Dauid Kimchium לפ״ג 243. annorum interuallum assignat. Subductis enim annis 243. ab 5343. residuum erit 5100. annus ab ipso assignatus pro interpretatione, siuè commentatione Sacrorum Librorum, & compositione Libri מכלול *Michlòl*. Distat hic computus Algazæi ab alio Dauidis Ganz an. 150. vel 148. ab alio Auctoris *Scialscèleth hakkabalà*. Constat autem Algazæum turpiter errare, quia R. Moses Bar Nachman Gerundensis, qui an. 954. quatuor annis post Dauidem Kimchium collocatur à Ganz, & ex illius Epistola, quæ inter Epistolas R. Mosis Ægyptij relata pag. 45. b. apparet, quòd fuerit tempore ipsius Kimchij, cùm & ipse pro Ægyptio steterit contra Rabbinos Montispessulanos, vt statim referemus. At Algazæus discessum Mosis Gerundensis ex Hispania Ierosolymam reijcit ad annum 5028. triginta sex & ampliùs annis post controuersiam excitatam à Montispessulanis Rabbinis: nam anno 4992. Christi 1232, agitabatur, vt constat ex literis eodem anno datis à Rabbinis Cæsaraugustanis de eadem controuersia. Videsis easdem Epistolas Ægyptij pag. 50. Neque verisimile est, Virum ferè centum annorum, vti

 bicè

Menſe Iulio eiuſdem anni 4992. & ad Synagogas Aragoniæ Regni directa pro libris Moſis Ægyptij videre eſt, quæ inter Epiſtolas Ægyptij habetur pag. 50. Quo facto; omnes Synagogæ Comitatus Catalauniæ, & Regni Aragoniæ iterum ſeditioſos illos Montiſpeſſulanos Rabbinos, excommunicant. Hæc audientes Gallicæ Synagogæ timore perculſæ, à ſe latas excommunicationes contra Narbonenſes reuocant, & Hiſpanicarum Synagogarum iudicio & cenſuræ inhærentes, omnia à Rabbinis Montiſpeſſulanis decreta damnant. Huic damnationi à tot tantiſque Vniuerſitatibus Rabbinicis, Hiſpanicis, & Gallicis latæ, vnus tantùm *R. Iudas Ben R. Ioſeph Ben* אלפאכר *Alphacàr* Medicus, & ArchiRabbinus Toletanus calculum ſuum adijcere negat, imò zelum, & conatus R. Salomonis & diſcipulorum in conſeruanda Legis Moſaicæ puritate, & ſimplicitate, qua omnis humana & Philoſophica doctrina exploditur (vt ipſe aiebat) extollit: nam, vt libri מורה *More* & מדע *Maddaà* à Montiſpeſſulanis Rabbinis damnarentur, hæc vnica, & potiſſima cauſa fuit: quia non ſolùm in his libris præceptorum, & ceremoniarum legalium cauſa finalis aſſignabatur, eaque ceſſante, Legem etiam ipſam ceſſare neceſſum erat; verùm & de cauſa prima, eiuſque operatione ad extra, non aliter in his libris philoſophari deprehendebatur, ac ſolent Theologi noſtri. Quæ omnia Religioni Chriſtianæ nimis fauere videbantur. Idque agnoſcentes noſtræ

bicè ab eo fuit compoſitus) magnos motus inter Iudæos hæc editio excitauit. Siquidem *Ràu Salomon de Montepeſſulano Ben R. Abrahami* cum duobus diſcipulis ſuis *R. Iona*, & *R. Dauid Ben Saul* varias calumnias in odiū prædicti libri מורה *Morè*, & alterius מדע *Maddaà* euomuerunt. Diris etiam publicis deuouere non dubitarunt eos, qui Philoſophicis ſtudijs addicti fuiſſent, & eos, qui libros modò nominatos legere auderent; imò libros vltricibus flammis addixerunt. Contra huius Salomonis & diſcipulorum ſuorum conatus, Rabbini *Badrèſc*, & *Narbonæ*, aliarumque Synagogarum Prouinciæ inſurgunt, & cognita eorum peruicacia, eos excommunicant. Hæc audientes Rabbini Salomon, Ionas, & Dauid, ad reliquas Galliæ Synagogas ſcribunt, literaſque per manus vnius illorum mittunt, qui ita eos ad ſuas partes pellicit, vt omnes Gallicæ Synagogę, omnes Prouinciæ Narbonenſis Synagogas viciſſim anathematizent. Hinc ignis inter Hebræos Gallos, & Narbonenſes ſuccenditur validus, alijs pro Moſe Ægyptio, ſuiſque libris מורה *Morè*, & מדע *Maddaà* certantibus, alijs eos diris deuouentibus. Hęc controuerſia, R. Dauidis Kimchij auctoritate, & induſtria, vtcumque componitur: quippè qui ab Vniuerſitatibus Narbonenſibus electus fuerat, vt apud Synagogas Hiſpanicas cauſam iſtam introduceret, eique patrocinaretur. Accidit hoc circa an. mun. 4992. Chr. 1232. vt ex Epiſt. decretali Rabbinorum Cæſarauguſtæ data

domo prænarrati *Kaſcitt*, quæ incipiunt -

IV. לא אחדל לדבר אליך וכו׳ *Lo echdàl ledabbèr elècha &c. Non ceſſabo loqui ad te &c.* eum vrbanè tractat, & modeſtè corrigit. Cui mitiùs reſpondit R. Iudas, & quaſi recognoſcendo errorem ſuum, his verbis incipit Epiſtolam -

טובה תוכחת מגולה וכו׳ *Touà tochechèth megullà &c. Melior eſt correctio aperta &c.* Hæc omnia habentur inter Epiſtolas R. Moſis Bar Maimonis iam ſępiùs citatas. Kimchij igitur auctoritate & induſtria, ad meliorem frugem redacto R. Iuda Medico Toletano, ſine vlla alia controuerſia, à Cenſuris Rabbinicis abſoluuntur libri מורה *Morè*, & מדע *Maddaà*, ac abraditur infame Epitaphium, quod ſupra Moſis Ægyptij ſepulchrũ inſcribi fecerunt Rabbini Montiſpeſſulani; alio æquiori appoſito, vt in *Moſe Bar Maimonis* videbimus.

Sicque diſſidijs iſtis ſedatis, ad meliora vtilioraque applicuit animum R. Dauid Kimchius: & *Commentaria in Sacram Scripturam*, quæ multò antea, ad illius literalis ſenſus intelligentiam ſcripſerat. & *Grammaticam*, ac *Onomaſticum* omnium eiuſdem Sac. Scripturæ librorum, quæ ſub nomine מכלול *Michlòl*, & שרשים *Sciaraſcim* compoſuerat, in publicam lucem exponere voluit. Qod verò R. Dauid Ganz dicat, eum Syntagmata ſua ſcripſiſſe circa annum mundi 4950. Chriſti 1190. hoc poteſt intelligi de incœptione, non de conſummatione, perfectione, & in publicam lu-

ſtræ fidei zelatores Prædicatorij inprimis, & aliorum Ordinum Theologi, ac Sacri Cenſores librorum, noluerunt hos libros condemnare, etiã inſtante parte, vt refert hic noſter R. Dauid Kimchi ad R. Iudam præfatum, cui dum Abulæ in domo Iudæ קשיט *Kaſcitt* moraretur, ſcribit. Hæc Epiſtola inter alias Ægyptij habetur pag. 47. editionis Venetæ an. mundi לפ״ק 304. minoris ſupputationis, Chriſti 1544. apud Cornelium Adil-Kinad in 8. & incipit -

I. הנה אנכי יצאתי לשטן וכו׳ :

Hinnè anochì iatzàthi leſatàn &c. En ego egreſſus ſum ad aduerſarium &c. ex Num. 22. 32. qua pro *Morè* & *Maddaà* in fauorem Ægyptij propugnat. Videns autem Kimchius, quòd ei non reſponderet R. Iudas, aliam eidem mittit Epiſtolam, cuius initium eſt -

II. הנה עצרני יהוה וכו׳ : *Hinnè atzaràni Adonài &c. Ecce concluſit me Dominus &c.* ex Gen. 16. 2. Cui reſpondit R. Iudas. Et ſubinde aliam illi Kimchius tranſmittit, quę incipit -

III. יהודה אתה יודוך אחיך וכו׳, *Iehudà attà iodùcha achècha &c. Iudas tu, laudabunt te fratres tui &c.* ex Geneſ. 49. 8. Tunc primæ Epiſtolæ reſpondet Iudas & τύφῳ planè Iudaico, & immorigerato, verbis orditur Epiſtolam ex Zacharia 3. 2. deſumptis -

יגער יהוה בך השטן וכו׳ : *Ighaàr Adonài bechà Haſſatàn &c. Increpet Dominus in te Satan &c.* Ob hanc inurbanitatem conqueritur R. Dauid Kimchius, & datis ad eum alijs literis ex

Reperitur impreſsũ in מקרא גדולה *Mikrà Ghedolà*, *Biblijs Magnis* Venetis, & Baſileenſibus. Et ſeorſim excuſ. inuenitur Piſauri ſub ditione Ducis Vrbinatis & Soræ, ac Præfecti Vrbis anno in hoc ſymbolo incluſo -

כי גדול יהוה ומהלל מאד ונורא הוא׃

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis, Pſal. 96. v. 4. 5275. Chriſti 1515. apud Gerſom de familia Soncinatum in fol.

In XII. *Minores Prophetas Commentarij* prodierunt Pariſijs ex Officina Roberti Stephani cum Textu, charactere elegantiſſimè punctato anno Domini 1539. & emendatione Franciſci Vatabli Hebraicarum literarum Regij Profeſſoris. In 4.

In *Hoſeæ Prophetiam cum Targum Ionathan, & Commentarijs R. Salomonis, Aben Ezræ, & varijs lectionibus*. Ibidem apud eundem an. ש״ט 316. min. ſup. Chriſti 1556. In 4.

In *Aggæum, Zachariam, & Malachiam* eius Commentarij in Latinum conuerſi fuerunt à Thoma Nelo Anglo, quibus Auctarij loco acceſſere *Breues Obſeruationes* partim ex D. Hieronymo, partim ex alijs probatæ fidei Auctoribus decerptæ. Excuſ. ibidem anno Domini 1557. apud Martinum Iuuenem. In 4.

In *Abdiam, Ionam, & Sophoniam Commentarij* in Latinum verſi ab Ar. Pontaco Aquitanico Burdegalenſi, cum alijs. Excuſi ibidem an. 1566. apud eundem. In 4.

In *Ioëlem* cum verſione Latina G. Genebr. Excuſ. ibidem anno Domi-

mi-

lucem expoſitione eorundem Syntagmatum. Scripſit itaque -

I. פירוש על התורה *Piruſc al Hattorà, Commentarium in Pentateuchum*, teſte Auctore *Scialſceleth hakkabalà*, pag. 54. & Algazæo in *Chronico*, pagina 8.b. his verbis: פרש ר׳ דוד קמחי כ״ד ספרי הקדש *Commentatus eſt R. Dauid Kimchi viginti quatuor libros ſanctitatis*, hoc eſt omnes libros Sacræ Scripturæ, inter quos primus eſt *Pentateuchus Moſis*. Sed de hoc ambigunt Viri eruditi, neque ego illud vnquam vidi.

II. פירוש על נביאים ראשונים *Piruſc al Neuihìm Riſcionim*, *Commentarium in Prophetas Priores & Poſteriores*. Excuſum fuit Venetijs cum alijs Commentarijs apud Danielem Bombergum anno Domini 1517. in folio magno. In Codice Bibliothecæ Vrbinatis in Bibliotheca Vaticana in 4. Pergam. extant *Commentarij in duos libros Regum*. Et pag. 108. reperiuntur notata Prophetarum loca, quę inter ſe contraria videntur. Incipiunt à libro Ioſue vſque ad libros Regum. Poſtea annotatur annorum numerus, quo incœperunt, & perdurauerunt materiæ contentæ in ſingulis libris Sacrorum Bibliorum; exempli gratia annorum numerus à creatione mundi vſque ad mortem Ioſeph, vbi definit liber Geneſis eſt 2309. annorũ, &c.

III. פירוש על נביאים אחרונים *Piruſc al Neuiim acharonim*, *Commentarium in Prophetas Poſteriores*, in Iſaiã videlicet, & alios Prophetas, quos Maiores nos vocamus (dempto Daniele). Itemque in XII. Minores.

canenfis, virtutum & bonorum Patrui defuncti ex asse hæredis dignissimi, vidi huiusmodi *Commentarios* scriptis eleganter Hebraicè exaratos ab Alphonso de Zamorra; quos exscripsit in gratiam Don Francisci Bocaliliæ Hispani anno 1541. in Vrbe Alcalà de Enares. De hoc Hebraico Scriptore vide infrà in *R. Ioseph Aben Caspi*.

Huius etiam Auctoris *Commentarij in totum Psalterium* Latinè nuper redditi sunt à Domino Ambrosio Ianuier Congregationis S. Mauri Monacho Benedictino Gallo, & Parisijs excusi anno Domini 1666. apud Ludouicum Billaine in Palatio Regio in 4. magno, præfixa docta & erudita *Præfatione ad Diuinæ Scripturæ studiosum Lectorem* directa, & *Epistola Dedicatoria ad Franciscū de Harlay de Champualon Archiepiscopum Rothomagensem.*

Eiusdem in *X. Primos Psalmos Commentarij* Hebraicè & Latinè prodierunt Isnæ Paulo Fagio Typographo anno Domini 1544. Et ibidem in paruo folio anno mundi 302. minor. supput. Dom. 1542. apud eundem Fagium, in qua editione plura extant, quàm in priore Veneta, & in fine adducuntur omnes *Obiectiones contra fidem Christianam petitæ à Commentarijs* eiusdem.

Bartholomæus Valuerdius Gaudia Theologus Hispanus, & Linguæ S. admodum peritus, huius R. Dauid Kimchij *Commentarios in Quinquaginta priores Psalmos* Latinos reddidit, quorum mmsscc. Originarij asseruantur Romæ in Biblioth. B. Mariæ Trans-

mini 1563. apud eundem. In 4.

In *Amos Commentarij* seorsim Hebraicè excusi sunt cum *Epistola Eliæ Leuitæ ad Munsterum* Basileæ apud Henricum Petrum anno 1531. In 8.

In *Ioel & Malachiam Commentarij*. Item *Medicina spiritualis*, separatim impressa Basileæ anno 1530. apud eundem, & Vormatiæ 1530. ex Officina Henrici Petri Hebraicè in 8.

In *Psalmos Commentarij* cum Textu & Paraphrasi Chaldaica punctis ornata prodierunt Venetijs vnà cum aliorum RR. Commentarijs apud Danielem Bombergum anno Domini 1517. in magno folio; & seorsim cum Targum, & Textu Hebraico in fol. Item ibidem apud Io. de Gara anno 356. min. supputationis, Christi 1596. in 8, Et Isnæ multò priùs apud Paulum Fagium an. 302. Christi 1542. in fol.

Plurima exemplaria mmsscc. eiusdem Kimchij circumferuntur, & in celebrioribus Bibliothecis reperiuntur, vti Romæ in Bibliotheca Vaticana, & Vrbinate, vbi omnia huius Auctoris scripta diligentissimè asseruantur. In Bibliotheca etiam Collegij Vrbani de Propaganda Fide inter alia mmsscc. Hebraica extant *Commentarij* ipsius R. Dauid Kimchij in *Psalmos* in Codice membranaceo elegantissimè scripti charactere Rabbinico, in 4. In Bibliotheca etiam quondam Eminentissimi & Reuerendissimi Cardinalis Brancatij, hodie Illustrissimi & Reuerendissimi Dom. D. Stephani Brancatij Episcopi Viterbien. & Tus-

de exemplis allatis non possit dubitari, an eæ sint voces Catalaunicæ potiùs, quàm Hispanicæ, vel etiam Gallicæ: nam in radice אגם explicans פַלוּ בלעז או אֶשְׁטַיְין *Palu* vulgò aut *Estagn* illud בלעז non tam Catalaunicè intelligitur, quàm Gallicè vel Italicè, vt patet in Commentarijs R. Salomonis, quibus passim בלעז *Belàatz* vulgariter sed Gallicè voces interpretantur, & vox ipsa אגם Exod. 7. 19. אשטנק *Estank Stagnum* Gallicè redditur. Hæc annotata sint, vt argumentum de Patria aut loco, in quo Onomasticū suū Kimchius scripserit, ex his vocibus, & interpretamentis petitum, nihil certi nobis præbere intelligatur. Scripsit Librum, cui nomen indidit

מכלול *Michlòl*, *Perfectio*, id est *Liber perfectissimus omnia complectens*. Tit. videtur desumptus ex Ezech. 23. ỳ. 12. diuiditur in duas partes. Prima complectitur vniuersam Grammaticam linguæ Sanctæ. Secunda verò speciali nomine vocatur ס׳ שרשים *Sèpher scerascìm*, *Liber Radicum*, de quo mox. Est absolutissimum *Dictionarium omnium vocum*, quæ in Sacris Voluminibus Hebraicis repe-riuntur. Vtraque Pars simul excusa fuit Constantinopoli an. mun. 5273. Christi 1513. anno secundo Imperij Selimi. In fol. Et ibidem an. XII. Solymanni, hoc est Domini 1530. pariter in fol. In cuius frontispitio legi-

Transpontinæ Ordinis Carmelitarum cum alijs mrasscc. eiusdem Valuerdij. Papyr. in fol. vbi pag. 6. de R. Dauide Kimchio hæc leguntur: *Vixit* (R. Dauid Kimchi) *non multò post Aben Ezrah, cuius atas in annum Domini 1146. incidit, Arabica & Chaldaica lingua fuisse peritissimum, constat ex Onomastico, vbi Hebraas Voces ex Arabicis & Chaldao semper explicat. Scripsit eum in Gotholania* (Barcinone fortè, aut Cæsar-Augustæ, vbi Scholæ tùm Iudaicæ floruerunt.) *certissimum est: nam voces sacras cùm interpretatur, rara ea vox est, in qua linguam Vulgarem non aduocet. Porrò ea, qua à Vulgo petit vocabula, Gotholanica sunt; è quibus multa annotaui, vt vocibus, siuè radicibus* אגם *Paluda & Estagn, id est Palus; Stagnum &c.* Quod autem hic Auctor dicit, Kimchium vixisse non multò post Aben Ezræ verum est. Sed si pro ætate eiusdem intelligat mortem R. Aben Ezræ, falsum est, cum obijsse anno Domini 1146. cùm obierit anno Domini 1194. vt vidimus in *R. Abraham Ben Meir Aben Azra*. Si verò pro ætate intelligat mortem R. Dauid Kimchij, etiam falsum est: nam Kimchius anno Domini 1232. viuebat, quo anno, vt vidimus, causæ Rabbi Mosis Ægyptij contra Rabbinos Montispessulanos patrocinium, quamuis decrepitus, suscepit. Quòd autem *Onomasticum* suum, seù librum *radicum*, in Catalaunia scripserit, cuius rei pro signo datur, vocum Hebraicarum interpretatio Catalaunica lingua: hoc non est ita certum, vt

bro sint desumpta, notantur in margine; inter contextū verò aliquot animaduersiones R. Eliæ Leuitæ Germani interseruntur. In explicatione autem aliquot locorum Scripturæ, quando extra Grammaticam vagatur, non rarò impingit in errores, vt quando pag. 9. ea quæ plurali numero ponuntur in Scriptura, singulari vult exponere, & ait, ita loqui Scripturam ornatus gratia, vt loqui solent Reges per *Nos*, vt illud 2. Samuel c. 16. ver. 20. *Et dixit Absalom ad Achitophel: Date vobis* (seù vt Vulg. *Inite*) *consilium quid faciamus*, quasi נעשה *Naasè*, sit locutio Principis loquentis in plurali numero, & non meliùs referri possit ad Absalonem, & ad Achitophelem, & alios qui secum erant, ac si dicerent: Quid facturi simus nos omnes, qui contra Regem, eiusque vitam & Regnum machinamur. Falsam hanc expositionem in singulari נעשה *Faciamus*, affert, vt ex ea aliam inferat consimilem, illam scilicet, quæ Gen. 1. habetur נעשה *Naasè Adàm*, *Faciamus hominem &c.* & sic ad suū singularem contortum sensum contorqueat Scripturam, vt inde pluralitatem personarum in vnica Diuina essentia peruicaciter negare queat, vnde ait -

ויש מפרשים כן נַעֲשֶׂה אָדָם בְּצַלְמֵנוּ כִּדְמוּתֵנוּ׃

Et sunt aliqui qui hoc modo exponunt (singulariter) *illud* (Genes. 1.) *Naasè Adàm betzalmènu chidmuthènu, Faciamus hominem in imagine no-*

E *stra*

gitur hunc Librum impressum fuisse apud *Gersom Soncinatem Bar Mosis fil. Israëlis, filij Mosis, qui propè Ciuitatem* פירט *Perat* (Vngariæ vt creditur) *contra fratrem Io. de Capistrano pugnauit, eumque cum toto exercitu suo fugauit* (vbi etiam iniuriosè Viro sanctimonia claro pronomen רשע *Rasciaà Impij*, adiungit) *Is Moses de Spira vocabatur, cuius mentio fit in* תוספות *Thosaphòth*, è cuius posteris quarta ætate genitus est hic Gersom cognomento de Soncino, qui Impressoriam artem exercuit primò Brixiæ in Italia, & postea Constantinopoli. De hac familia Hebræorum Soncinatum, à quibus primò in Italia cœpta est impressio librorum Hebraicorum diximus suprà Parte I. pag. 431. & de eodem Gersone Ibid. pag. 434. col. 2. Venetijs quoque excusus fuit in fol. apud Danielem Bombergum anno mundi 5289. Christi 1529. Et ibidem apud eundem anno לפ 305. minoris supput. Christi 1545. in fol. & cum nonnullis notulis Eliæ Leuitæ Germani ibidem anno sequenti apud Cornelium Adil-Kinad in domo eiusdem Bombergij pariter in fol. Et ibidem apud Marcum Antonium Iustinianum anno 5307. Christi 1547. characteribus Bombergianis. In fol.

At מכלול *Michlòl* seorsim à libro שרשים *Scerascìm* etiam excusus fuit Venetijs apud Cornelium Adil-Kinad, & in domo Danielis Bombergij anno לפ 305. min. supputat. Christi 1545. In 8. Hęc est optima editio, quia in ea exhibentur loca Scripturæ cum punctis vocalibus, & ex quo li-

logo-Grammatici, quam refellere sufficit attulisse.

Porrò hic liber מכלול *Michlòl* Latinitate donatus fuit ab Agathio Guidacerio in Vniuersitate Parisiensi Sacræ Theologiæ Professore, & publicæ luci expositus Hebraicè cum punctis, charactere quadrato, & Latina versione è regione illius. Parisijs anno Domini 1540. In 8. Eundem etiam Conradus Pellicanus Latinum fecit, teste Conrado Gesnero in sua Bibliotheca.

Secunda Pars huius מכלול *Michlòl* vocatur –

שרשים *Scerascim*, *Radices*, & est *Onomasticum omnium primitiuarum Vocum Sacræ Scipturæ*, quas Hebræi *Radices* vocant, coniunctum cum I. Parte *Michlòl*, hoc est simul cum *Grammatica*; euulgatum fuit eadem forma, & iisdem locis suprà recensitis in *Michlòl*. Separatim excusum reperitur in magno folio charta optima, anno tamen non notato, aut loco impressionis, & asseruatur in Collegio Neophytorum Romæ. Buxtorfius notat, primò excusum fuisse Neapoli anno לפ׳ 250. min. supput. Christi 1490. Deindè Venetijs apud Marcum Antonium Iustinianum an. לפ״ק 312. Christi 1522. Cui editioni additæ sint *Animaduersiones, & significata Vocum Latina* margini apposita, quæ editio optima est, inquit Buxtorfius. Demùm ibidem apud Danielem Bombergum 5289. Christi 1529. In fol.

Vtraque item Pars, tam coniunctim, quàm separatim, nulla est alicuius nominis Bibliotheca, in qua msc. non re-

stra secundùm similitudinem nostram. Qui sunt isti aliqui Expositores? Certè nulli alij, nisi vnus Kimchius. Deinde dicat, quem alloquitur Deus, quando dicit: *In imagine nostra secundùm similitudinem nostram*? Respondebit cum Patre suo, qui, vt ipse ibidem habet, explicabat de Deo loquente cum quatuor Elementis. En eius verba –

ואדוני אבי ז״ל פירשו כי הוא מדבר כנגד ארבעה יסודות כי אמר בשאר הבריאות תוצא הארץ, תדשא הארץ, ישרצו המים, ובאדם רצה לתת בו רוח עליונה לפיכך אמר נעשה וכן בצלמנו, הרוח בצלם עליונים והגוף בצלם תחתונים.

Et Dominus meus Pater meus b. m. declarauit, quòd ipse) Deus) *loquebatur ex aduerso quatuor Elementorum: quoniam dixerat de reliquis creaturis: Producat terra: Germinet terra: Reptificent aquæ. At in homine volens ponere Spiritum superiorem, ideò dixit: FACIAMVS, & eodem modo, IN IMAGINE NOSTRA. Spiritus enim est ad imaginem superiorum, & corpus ad imaginem inferiorum*. Quasi diceret: Quando Deus voluit facere terrena, absolutè dixit, & imperauit sine aliqua consultatione: *Producat terra: germinet terra: reptificent aquæ*; sed quando Deus voluit creare animam hominis, quæ spiritualis est, & de foris venit, consilium capit, & in adiutorium inuocat quatuor Elementa, quia tantum opus ex se solo perficere non valet. Hæc est egregia expositio doctissimi Iosephi Kimchij patris huius nostri doctiss. Theo-

uerit. Scripsit etiam Kimchius פירוש על הפטרות *Pirùsc al Haphtaròth, Commentarios in Lectiones Prophetarum*, quæ hinc inde ex Prophetis desumuntur, & leguntur post פרשיות *Parasciòth, Sectiones* Pentateuchi per singulas Hebdomadas. Scripsit עט סופר *Eth Sophèr, Calum Scribæ*, Tit. ex Psal. 42. v. 15. Tractat *De Massora, & Accentibus*, cuius meminit Elias Leuita Germanus in *Fragmentis Tabularum*, & Buxtorf. in *Abbreuiat. Hebraicis*, Abbreuiat. ע״ס & in Biblioth. Rabbin. pag. 391.

Cæterùm, de R. Dauid Kimchio egerunt obiter *Iuchasin* pag. 131. b. *Scialscèl. hakkab.* pag. 54. in principio paginæ: Samuel Alghazæus in *Toledòth Adàm* pag. 8. b. R. Dauid Ganz in צמח דוד ad annum 950. suprà quatermillesimum: Genebrardus in *Responsione ad argumenta* eiusdem contra nonnullos fidei Christianæ articulos; & in *Indice Librorum Rabbinicorum*; Sixtus Senensis in *Biblioth. Sancta*: Buxtorf. & Plantauitius in *Bibliotheca Rabbinica*: Hottingerus in *Bibliotheca Orient.* Pocockius in *Præfatione ad Portam Mosis*: & Spitzelius in *Sacrarum Bibliothecarum illustrium arcanis detectis*.

קכו׳ ר׳ דוד בן יעקב הכהן חבר ספר מגדל דוד פירוש על מסכת גיטין ונדפס בשלוניק בקיצור וכולל פירוש טוב מאד ויש ספרים אחרים על שם מגדל דוד: עיין דוד דאיסטילייה ודוד פרווינצאלי ומרדכי ראטו:

ונכר שת׳:

427 R. DAVID BEN IACOBI HAC-

reperiatur. Habeo & ego in meo qualicumque Musæolo huius *Onomastici* duplex exemplar, vtrumque in folio mag. Pergam. manu exaratū, & perquam eleganter characteribus Rabbinicis conscriptum. In horum altero in fine adiuncta est *Grammatica R. Mosis Kimchij* fratris germani huius Auctoris, quæ vocatur ab illius primis vocibus מהלך שבילי הדעת. Et in Bibliotheca Vaticana huius Kimchij *Dictionarium* præter nonnulla alia signat. num. 414. 415. vnum notatu dignum reperitur scriptum minutissimo charactere, sed quadrato in Codice *Sacrarum Bibliorum* in fronte & in calce cuiuscunque paginæ in fol. paruo membranaceo sign. num. 8. Aliud etiam sub num. 416. & in fol. Pergam. ibidem emptum ab Andrea Masio pro eadem Bibliotheca tempore Iulij III. Pont. Max. iussu Marcelli Ceruini S. R. E. Cardinalis & Bibliothecarij, postea Pontificis Maximi Marcelli II, priore nomine retento.

Aduertendum tamen est, quòd R. Dauid iste Kimchius, non pauca, tam in *Grammatica*, quàm in *Onomastico* mutuatus est ab *Abul VValid Marun Ibn Iannahi* Hebræo Arabe, qui multò ante ipsum Arabicè edidit *Grammaticam*, & *Librum Radicum*, teste Pocockio in *Porta Mosis Præfatione*. Sed hoc nihil detrahit honori, & sedulitati Kimchij; sicut nec vllum detrimentum infertur honori Sanctis Pagnini, cùm suum *Thesaurum Linguæ Sanctæ* ex Kimchij *Radicum* libro Hebraico, ipse Latinè compila-

שלש שנים רצופים . ואחר כך עבר במלאכת הרפואה השר
הגדול קונטי ניקולא אורסינו משך שנים בשלשה ערי ממשלה
פיטיליאנו סורלאנו וסואנה . שם קבר אשתו . ובארץ ממשלתו
עמו לו גם שני בנים זכרים ובפלר ויחיד . אחר כך עבר שרי
מבורגו ששם ינאו שלמה חשמונים ועבר אותם שלש שנים .
אחר זה נקרא מבבור קונסי' בשנת בלליע ושם עיר של דוכוס
הגדול של פיורינצה ושבתון של עיר עקיא שבע ואחר שליבתו
שם . ואחר הדברים האלה הלך בשקונה ושם נשא אשת אחרת
ומשכי לוגיל ושמה ספירנצה . ובאפרונה הלך בוויניציאה
ושם נתן לדפוס ספר צמח דוד ותהלה . כל שאלאכה
שנת שמ"ו לפ"ק . ובחבור הזה עניו כל מה שכתב בלשון
הקדש ובלשון גמרא . ובלשון רבנים . וערבות . ובמדרשים .
על דרך כלל ועל דרך פרט . ושם נעתקו שני לשנות . אשר
ממן לאטינו . והשני בלשון לעז . וזה נכתב גם בכתב עברי
למען יוכל לקרות בקלה כל אדם מלשונות אלו . ונגלו בו גב"
מדות שרוי הסכם ונכרם במספר אבנים טובות ומרגליות ועל
שבילות שבשבר"ס יקרן ראש . ועל כתיבת שמותי ועל כם
שכתבה שום בדיליכמו כנד השכוי ב"ם . ודברים אחרים נעתקי
לרבים . ובסוף הספר יש פירוש עכשם לשני קבות שרואות
שתלת לקבר סיבתב .

428 RABBI DAVID BEN ISAAC ממשפחת התפוחים *Mimiſcpachàth Hattapuchim*, *De familia de Pomis* Medicus Phyſicus de Spoleto, quæ Illuſtris Ciuitas eſt in Italia, & olim Vmbriæ, ac Spoletinorum Ducum Princeps Regiaque fuerat. In hac Vrbe naſcitur *Dauid de Pomis* anno mundi 5285. Chriſti 1525. Duobus annis poſt cùm capta & direpta fuiſſet Vrbs à Cæſarianis militibus; poſtquam reſcitum fatum Vrbis fuerat, & facinora, quæ in Vrbanos Ciues quotidiè graſſabantur, talis ac tantus timor Iudæorum pectora, qui non longè ab Vrbe in Oppidis & Ciuitatibus habitabant, inuaſerat, vt relictis proprijs domicilijs, ad tutiora loca ſecederent. Inter alios, etiam Pater noſtri Dauidis cum

HACCOHE'N SACERDOS Scripſit -

ספר מגדל דוד *Sèpher Migdàl David*, *Librum Turris Dauidis*, Tit. ex Cant. Cantic. 4. 4. *Commentarius eſt ſuper Codicem Talmudicum* גיטים *Ghittim*, *De Repudijs*, ſeptemq; tantùm Capitulis comprehenditur. Excuſus Theſſalonicæ regnante Amurrate Turcarum Sultano anno impreſſionis ignoto, ſed videtur fuiſſe circa initium inuentionis Artis Typographicæ; nam Amurrath obijt anno 1450, & non multò priùs Ars Impreſſoria in Europa innotuerat. Sunt & alij Libri, qui cum hoc titulo *Migdàl Dauid* circumferuntur, vt videri poteſt ſuprà in *Dauid de Iſtilia*, & infrà in *Dauid Prouenzale*, & in *Mardochæo Dato*. Scripſit etiam -

ש"ות *Sceel. Vtſcinòth*, *Quæſita & Reſponſa ad Iuris prudentiam ſpectantia*.

תכ"ח ר' דוד בן יצחק ממשפחת התפוחים
פילוסוף ורופא נולד בעיר ספוליטו שהיא בגליל אומבר"יא
באיטאליאה שנת ה' אלפים רפ"ה . ובשנת רפ"ז לפ"ק
הספרדים והאשכנזים שללו רומ"א ועיר ספולטו והשללים
ושר חיל שרר"ת קולונ"ה בזה כל ממון של אביו ואחר כך
הלך לפ"ק ביוונים ושם חבר ספרו וקרא שמו צמח דוד
על שחברו כבערותיו ושוניו מספרי ספרון והשרשים לרד"ק
ומספר התשבי ומספר המתורגמן לרבי אליה אשכנזי .
ובשנת רנ"ו לפ"ק כשמת אביו שביוונים הלך לגור במודי ובעיר
סולא שם כל הסבין בשלשה שנים רצופים . ובשנת ש"ו הלך
בפירוגיא ללמוד וללמד דברי חכמים וחידותם ובפרט משורי
אריסטוטי"לי ואיפוקר"ט וגאליינ"ו ושם שהמשיך שלש
שנים ושני עד כי נרשם בפרמום בעיר הקיש נודכה רוש
סקוליגיאה לומר לו שיר המעלות ללסבין ולפילוסופיאה
ולרפואה . ותכן נקרא ועבור עיר מאלוייאנו ראש גליל
אלריכה בשנת בלליע ושם בשת ממשלת רומלפי בשבר סבון

minimè ſunt. Cæpit opus puer, & puer abſoluit, votis adeò ſecundis, vt quicquid in prænotato ערוך *Arùch.* libro תשבי *Tisbi*, & המתורגמן *Meturghemàn* R. Eliæ Leuitæ Germani notatu dignum extitiſſet, in ſuum Dictionarium tranſtulerit. Cui ne aliquid deeſſe videretur, voces etiam Hebraicas addere voluit ex libro שרשים *Scerâſcim Radicum* R. Dauidis Kimchij depromptas, quas vtpotè ſanctiores, & nobiliores, primo loco, eoque dextro collocauit, compoſito abſoluriſſimo Vocabulario, quod -

צמח דוד *Tzèmach Dauid, Germen Dauid* placuit nuncupare, eò quòd in Auctoris iuuenta germinaſſet. Porrò illud, triplici lingua, Hebraica primùm, poſtea Latina, deinde Vulgari Italica, omnia vocabula, tùm Hebraica, tùm extranea, ſuccinctè & dilucidè adornauit. Quod diù apud ſe, & ad ſuum priuatum vſum retinuit Auctor, nempè annis 55. Anno tandem שלו 347. min. ſupput Chriſti 1587 ſexageſimo ſecundo ætatis ipſius Auctoris, Venetijs Typis committitur, apud Ioannem de Gara, vt apparet in frontiſpitio libri in fol. excuſi. Hinc colligitur, hunc Auctorem ætate ſeptennem fuiſſe quando huic operi manum admouit, imò potiùs quando illud abſoluit & perfecit, ſi eidem credere velimus; nam in *Præfatione* huius libri, in qua narrat omnia quæ ei, & patri ſuo acciderant, inter alia circa principium dicit -

ובשנת ב׳ו׳ על מאתים לפרט קטן שנתים אחר תולדתי בלרח חפז ונשאר הנתושת יען כי בעת שהספרדים

cum tota familia, ac ſupellectili, quadraginta Mulis oneratis, relicto Spoleto, alij Camertem, alij Cæretum Vmbriæ loca tutiora contendere aggreſſi ſunt. At in itineris medio, in manus militum Sarræ Columnæ incidunt, qui omnia Iudæorum bona, inter quæ 700. libras argenti puriſſimi, præter Gemmas, Lapideſque pretioſos inter ſarcinas abſconditos, prædati ſunt. Hinc inter alios, etiam Iſaac huius Dauidis Pater pauperrimus factus Spoletum reuertitur. Sed paulò poſt Meuaniam venit, ibique cum tota familia per aliquot annos habitat. Interim Dauid puer literis Hebraicis imbuitur, & apud Chriſtianos Linguæ Latinæ rudimenta diſcit. Et quamuis Textum Hebraicum S. Scripr. in Italicam linguam vertere probè ſciret, attamen adhuc in ea molli ætate vocum Talmudicarum perfectam notitiam minimè callebat. Vt autem exoticorum vocabulorum ſignificatum perciperet, & memoria faciliùs retineret, in ערוך *Arùch* Rabbi Nathanis Romani ex eadem familia de Pomis vetuſtiſſimum librum mſc in Pergam. in magno folio, ſed valdè corroſum, qui diù, & forſan à tempore quo Auctor viuebat, in domo ipſius fuerat conſeruatus, caſu incidit, eumdemque reuoluere, contrectare, ac legere vtcumque poterat, auidiſſimè cæpit. Ex qua lectura adeò profecit, vt illi in mentem venerit de componendo Dictionario vocum peregrinarum, earum ſcilicet, quæ inter Volumina Rabbinorum frequenter occurrunt, ſed Hebrææ

שהספרדים ואשכנזים שללו רומ״ת העיר גוברת ומהוללה וכו׳ : ואחר כך אמר ואחר הפרץ (אמ״ו) הלך לארץ ביוו״נית וכו׳ ; ואח״ך ובאותו מקום היה אצלי ספר **הערוך הגדול** ישן נושן מטושטש ומקולקל בכתיבת יד ובקלף והכתב מכתב המחבר במהר״ר נתן וצ״ל שהוא היה ממשפחתנו לפי הקבלה : ובהיות שבטורח עמל ויגיעה רבה הייתי מבין דברי הספר ההוא חסכמתי להוציא לאור בקצור ופרשתי מלותיו בשלשה לשונות : וכן עשיתי בספר השרשים של ר׳ דוד קמחי עם הנגזרים : אחר כך בא לידי ספר **התשבי** וספר **המתורגמן** חבורי רבי אליה אשכנזי מדקדק הגדול ע״ה והוצאתי מהם כל התועלת שמצאתי בם וחברתי מכלם זה החבור שקראתיהו בשם **צמח דוד** על אשר חברתיו בבחרותי : ובשנת צ״ב נסע אמ״ו ע״ה מביוונית והלך לדור בטודי וכו׳ :

Et in anno octogesimo septimo supra ducentesimum minoris supputationis, duobus annis post natiuitatẽ meam defecit aurum optimum, & superfuit æs. Quoniam eo tempore, quo Hispani, & Germani prædati sunt Romam præpotentem, & laudabilem Vrbem &c. Et paulò post: *Et post ruinam &c. Pater meus, abijt Meuaniam &c. & ibi habui Librũ* ערוך *Aruch, Dictionarium magnum vetustum, & præ vetustate corrosum, & commaculatum manu scriptum in Pergameno, & ipsa scriptura videbatur scripta ab ipsomet Auctore glorioso Doctore nostro Ràu Rabbino Nathan, memoria iusti sit in benedictione, quia & ipse fuerat de familia nostra, iuxta traditionem. Labore & molestia non parua, attigi sensum verborum istius libri, & tandem statui*

in compendium redigere, & luci exponere, cum dictiones illius tribus diuersis idiomatibus exposuissem. Eodem modo feci in libro Radicum, seù Dictionario R. Dauid Kimchi. Non multò post, Syntagmata R. Eliæ Germani insignis Grammatici b. m. nempè תשבי *Tischbì, &* מתורגמן *Meturgamã in manus meas peruenerunt; & quicquid vtilitatis in eis reperi, foras eduxi; & ex his omnibus, composui hunc librum, quem vocaui* צמח דוד *Tzèmach Dauid, eo quia in iuuentute mea composuerim illum. Anno autem 92. min. supput, profectus est Pater meus Meuania, & abijt Tudertum &c.* Ex his colligitur an. 85. supra quinquies millesimum ducentesimum à mundi creatione secundùm Hebræos, id est Christi 1525. R. Dauid de Pomis in lucem prodijsse, & anno 92. seù Christi 1532. relicta Meuania Tudertum abijsse. Constat autem inter 25. & 32. septem tantum annorũ interuallũ reperiri, quorũ maiorem partem Meuaniæ insumpserat. Puer igitur erat Dauid de Pomis, nec annum septimum excesserat, quando hoc suum Dictionariũ composuit, vt suprà diximus. Tuderti itaque Logicam discit tribus subsequentibus annis vsque ad decennium suæ ætatis, & Domini 1535. sub Magisterio Auunculi sui R. Iechielis רחביה Rachauià vulgò Alatini. Deinde anno 5305. Christi 1545. ætatis suæ 20. Augustæ Perusiæ Philosophiæ & Medicinæ operam dat, vbi lauream Doctoratus in his facultatibus anno mundi 312. min. sup. Christi 1552. ætatis 26. recipit. Subinde vocatus

Man-

ſpe ipſe fruſtratus. Anconitanam Vrbem petit, vbi ad ſecundas nuptias tranſit, ignoto anno, ſicut & ignoratur annus diſceſſus ipſius ab Vrbe. Anno enim 1565. certum eſt eum fuiſſe Romæ, quia Pius IV. 10. Decemb. iſtius anni deceſſit, anno autem 1571. ſexennio poſt Venetijs morabatur, Typis tradita verſione Italica libri Eccleſiaſtici, vt infrà videbimus; conſequens igitur eſt, intra huiuſmodi ſexennium Roma diſceſſiſſe, Anconam perveniſſe, & ibidem ad ſecundas nuptias tranſijſſe, inito Matrimonio cum quadam Iudęa מכהני לוניל *Micohanè Lunil*, *ex Sacerdotibus Lunil* nomine *Speranza*, ſed nequaquam votis ſecundis: nam cùm pretij promiſſæ dotis pars in manus cuiuſdam Orientalis Mercatoris eſſet, dum is Ancona aufugit, eum inſequitur Dauid, & Venetijs aſſequitur, ſed parum proficit, cùm minimam partem pecuniarũ tantùm recuperaſſet. Hoc tamen bonum inde enaſcitur, quòd Venetijs cùm eſſet, hæc, quæ ſequuntur opera Typis euulgat,

I. קהלת *Koèleth Eccleſiaſten Salomonis* in Italicam linguam à ſe verſum, & Italicis declarationibus elucidatum, cum textu Hebræo punctis ornato, Ioanni Grimano Patriarchæ Aquileienſi dicat, & Iordano Ziletto Typographo Venetò excudendum tradit. Itaque euulgatur Venetijs anno Domini 1571. In 8. In cuius maiorem intelligentiam ſcripſit aliud conſimile opus inſcriptum Italicè -

II. *Diſcorſo intorno l'humana miſeria, & ſopra al modo di fuggirla con mol-*

Manlianum pergit ibidem per triennium Medicam Artem exercet. Eſt Manlianum Nobile Oppidum ſeù veriùs Ciuitas in Sabinis, vbi Sabinenſis Epiſcopi Cardinalis Suffraganeus reſidet; & hodie huiuſmodi munus exercetur ab Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Quintiliano Gentilutio Epiſc. Salaminę. Poſtea Dauid de Pomis à Nicolao Vrſino Pitiliani Comite an. m. 315. Chr. 1554. ætatis ſuę 29. vocatus, Pitiliani, Sorani & Soanæ Medicus conſtituitur, & per quinquennium infirmis corporibus medicinam carnalem adhibuit, ſed prohibere non potuit, quin vxor, & duo eius liberi è viuis tollerentur, Cæli etiam inclementia, & aëris inſalubritate ad necem illorum conſpirantibus. Elapſo quinquennio, anno videlicet 320. minoris ſupp. Chriſti 1560. ætatis 34. à Comitibus S. Floræ accitur, & apud quos triennio moratur, quo completo anno ſcilicet 323. Chriſti 1563. & ætatis ſuę 37. à Cluſinis in Medicum eligitur, ſed ne hanc Ciuitatem adeat, neq; ibidem Medicinam exerceat prohibet Epiſcopus Cluſinus, vnde re infecta Romã reuertitur, ibiq; (vt in Præfatione citata ſuis recutitis proponit credendum, & iactanter dicit) ſe coram Summo Pontifice Pio Quarto, plurimis etiam Cardinalibus aſſidentibus, Principibus etiam, & Curiæ Prælatis præſentibus peroraſſe, eleganti Oratione Latinè recitata, ob quã Summi Pontificis aucupaſſe gratiam, & ab eo, quidquid petierat, obtinuiſſe, gloriatur. Sed poſt hebdomadam moritur Pontifex, ac omni ſua

Antiquitùs Sacerdotem Idololatriæ כומר *Cumàr appellabant, &c.* Credidit fortasse, hanc contumeliam lingua Hebraica prolatam, notam futuram Iudæis tantùm, & non Christianis, quorum pauci sunt, qui operam dant Hebraicis literis. In fine verò huius Dictionarij addit aliquot abbreuiaturas, quibus Commentatores Hebræi, breuitatis gratia, pro dictionibus integris vtuntur, easq; explicat. Vide ibidem pag. 237.

V. Scripsit etiam alios duos *Tractatus*, seù *Discursus* lingua vernacula, & Italica; quorũ alter est *in Iob* vbi de *Diuina prouidentia* breuiter tractat, eumque ad Henricum Cardinalem Caietanum S. R. E Camerarium transmisit. Huius meminit idem Auctor in Proœmio *Ecclesiastæ Salomonis* suprà notati.

VI. Alter *De Eleemosyna* eadem lingua, & Serenissimo Marino Grimano Venetorum Principi dicat. Vtrumque exemplar msc. extat in Biblioth. Vrbinat. apud Vaticanum in fol papyrac. n. 1092.

VII. *In Epistola Dedicatoria ad Sixtum V. in Dictionario Hebraico* suprà recensito promittit se publicè luci expositurum alia Opuscula Medica à se scripta, videlicet *Enarrationem de senum affectibus præcauendis, atque curandis.*

VIII. *Apologeticum tractatum de Medico Hebræo.* Et in *Præfatione* Italica ad Lectorem eiusdem Dictionarij dicit, se scripsisse -

IX. *Supra Iob & Danielem* eo stylo, quem in expositione Italica Li- *molti bellissimi essempi, & auuertimenti, à maggior intelligenza dell'Ecclesiaste di Salomone, da esso Autore tradotto, e dichiarato.* Venetijs apud Iordanum Zilettum & socios 1575. In 8. Eadem vernacula lingua scripsit -

III. *Breui discorsi, & efficacissimi ricordi per liberare ogni Città oppressa dal mal contagioso, proposti in diuersi tempi, secondo l'occorrenze al Serenissimo Prencipe di Venetia. Con l'esperienza de quali, s'è veduto egli non solamente esser stato giuditioso, mà anco presago della liberatione di questa magnifica Città; dedicati all'Illustrissimi Signori, il Signor Mario Sforza delli Conti di S. Fiora, & il Signore Nicola Orsino Conte di Pitigliano. In Venetia, appresso Gratioso Perchacino* 1577. *In* 4.

IV. Ad צמח דוד *Tzèmach Dauid, Germen Dauid,* Dictionarium Hebraicum quod attinet, illud imprimi fecit per Ioannem de Gara, quod & factum est anno mundi ,ש״ם 347. min. supput. Christi 1587. In fol. & Sixto V. P. Max. idem Auctor dicauit; quem in Epistola præter cæteras honoris laudes, etiam *Pontificem Maximum atque Beatissimum vocat*, at in voce אפיפיור *Apiphiòr Papa*, pag. 13. col. 2. eum iniurijs afficit, dum illum declarat esse גדול שבכומרים *Maximum inter Sacerdotes Idololatricos.*

In voce enim כֹּמֶר *Chemàr* pag. 96. col. 2. explicat notionem illius, hoc modo -

בימי קדם היו קוראין לכהן של אלילים כומר׃

appoſita, collegimus. Sed vlterius, quid de eo actum ſit, dum Venetijs moraretur poſt annum 1587. & ætatis ſuæ anno 62. & vbi, & quo anno animam efflauerit, ignoramus.

תתנ"ד דוד בן ישי מלך ישראל

נולד שנת ב' אלפים תתנ"ד לבריאת עולם ונמשח למלך שנה שניה למלכות שאול והתחיל מלכותו בשנת תתפ"ד ליצירה ושנ"ז לכניסתן לארץ: ואחר ל"ו שני למלכותו מרד אבשלום: בגמרא ברכות אומר כי מפיבושת בן שאול היה רבו של דוד וכן אחיתופל ורבו מובהק היה עירא היאירי הכהן ונותן לו כל מעשרותיו: במועד קטן אומר דוד היה קורא על כרים וכסתות אביתר היה כ"ג ובמלכות אבשלום יצא וכהנם תחתיו צדוק הכהן: נתן הנביא וגד החוזה היו נביאים. אמיה דדוד נקראת נצבת בת עדאל בגמרא בבתרא פ"ה תוספות פ' הזהב ההולך למלחמת בית דוד היה כותב לאשתו גט מוחלט ביום א' סיון אוריה כתב גט לאשתו וביום כ"ד אלול הובאה בת שבע לדוד וביום הכפור נמחל עונו ובהקדמת הזוהר יש דרוש נאה על חטא דוד: במסכת סנהדרין פ' בן סורר ומורה אומר בת שבע היתה בת בנו של אחיתופל ומת בן ל"ג שנים והיה לו ח' שנים כשנולד אליעם בנו וגם לו ח' שנים כשנולדה בת שבע בתו ולה ו' שנים כשנולד ממנה שלמה ולכל זה מביא ראיה פסוקים והדרשה תדרש: במדרש נמצא כשדוד היה בורח מפני שאול שלח אביו ואמו ואחיו לעמוד עם מלך מואב. ליותר בטחונם ולא היה לו כי מלך מואב הרג כלם וזולתי א' מאחיו שברח לארץ עמון: בסדר עולם רבה אומר בברוח דוד מפני אבשלום בנו היה אביתר עומד במעלה הזיתים ושואל באורים ותומים ונסתלק אביתר. ונכנס צדוק והחזיר הארון למקומו אבל אהל מועד דמשה ולא שורד בימיו ומזבח הנחשת דבצלאל ומכונים ושלחן היו בבמה בגבעון ועמדם שמן עד שבאו לבית עולמים דוד תקן לכהנים וללוים שיאמרו בשחר הודו ליהוה קראו בשמו וכו' עד אל תגעו במשיחי ובין הערבים שיאמרו שירו ליהוה כל הארץ עד ואמר כל העם אמן והלל ליהוה ובספר אחרונים התקין משמרות כהונה ולויה וסדר כל שבט ומנה כ"ד אלפים לויים משוררים ומהם ד' אלפים מנגנים בכלים: עד כאן בעל שלשלת הקבלה דף י"ד: ע"ב: ודף ט"ו: ובעל ספר בית דוד אומר כי דוד המלך נולד שנת ב' אלפים תתנ"ד: ובשנת תתפ"ד מלך על שבטו בחברון ויבאו אנשי יהודה וימשחו שם אותו על

Libri Eccleſiaſtes ſeruauerat, ſeruato, & tandem compoſuiſſe *Tractatulum* Clariſſimo D. Iacobo Contareno dicatum, quo Italico ſermone probatur –

X. *Che le Constitutioni Venetiane ſono Diuine, & è promeſſo da Iddio per bocca del Profeta di conſeruare tal Santa Republica, Regolatrice, e Maeſtra veramente di ogni buon'ordine.* Hæc autem adhuc typis non ſunt excuſa, quod ſciam.

Cæterùm hic glorioſus, & iactabundus Iudæus nimium ſuæ familiæ antiquitatem extollit, eamque dicit, vnam ex quatuor primarijs Ieroſolymitanis eſſe, quas Romam Titus Veſpaſianus duxit captiuas. Quapropter longam ſuorum progenitorum initio ſuæ Præfationis Hebraicæ ad צמח דוד *Tzemach Dauid* ſeriem texit hoc pacto –

David Ben Iſaaci Ben Eliezeris, Ben Abrahami, Ben Menachem, Ben Iſaaci, Ben Obdiæ, Ben Iſaaci cognomento diuitis, Ben Eliæ cognomento Sancti. De eo enim ita iactanter ſcribit –

ובעבור טהרתו וקדושתו עצומה בשבעת לילות
אחר מיתתו תמיד נראו נרות דולקות על קברו
וכו':

Propter munditiem, & ſanctitatem validam ſuam, tempore mortis ipſius ſupra illius ſepulchrum ſeptem continuatis noctibus viſæ ſunt faces ardere, &c. Ita Verpuli miracula affectant, & ſancti videri volunt. Hæc, quæ de hoc Auctore ſcripſimus, ferè omnia ex illius Præfationibus Latinis, ſed præcipuè ex Hebraica in libro צמח דוד

בית יהודה מלך (שמואל ב׳ : ב׳ : ל׳ ; ושם ה׳ ; ג׳ ;) ובשנת תתנ"ב מלך דוד בירושלם על כל ישראל ; בן שלשים שנה דוד במלכו ארבעים שנה מלך ; בחברון מלך על יהודה שבע שני׳ וששה חדשים ובירושלם מלך שלשים ושלש שנה על כל ישראל ויהודה (שם ה׳ ; ה׳ ;) ומת דוד בשנת ב׳ אלפים תתקפ"ג זקן ושבע ימים וכתב

ספר תהלים ; דברי השירה ביום הציל ה׳ אותו מכף כל איביו ומכף שאול ;

429 DAVID BEN ISAI, filius Ieſſe, filij Obed, filij Booz & Ruth, filij Salmon & Rahab filij Naaſſon, fil. Aminadab, fil. Aram fil. Efron, fil. Phares, fil. Iudæ & Thamar, fil. Iacob, fil. Iſaac filij Abraham. De quo Chriſtiana Eccleſia prædicat, cum *inuentum fuiſſe à Deo ſecundùm cor ſuum*. Act. 13. 22. *& præuentum in benedictionibus dulcedinis*, Pſal. 21. v. 4. Synagoga è contra, & Iudæorum Magiſtri, tam futilia de Dauide confingunt commenta, vt vecordes & omninò impudentes hábendi ſint. Nonnulla ex multis hìc recenſere libet, vt manifeſta ſint, quæ de hoc ſanctiſſimo Viro, ac pœnitentię exemplari præcipuo, ſentiant, & dicant Iudæi.

1. Dicunt, Dauidem natum de Ieſſe, & vxore ſua, quam vocant נצבת *Nitzèueth*, ſed de Patre adulterante, quia in tenebris arbitraretur aliam eſſe mulierem, quàm vxorem. Legitur hoc in *Medràſc* relàto à Samuele Langiado in כלי יקר *Chelì iekàr* 1. Sam. cap. 16. v. 11, pag. 204. b. in fine col. primæ, & in principio col. 2. Eius verba ſunt.

ושמעתי בזה מפי החכם השלם המקובל האלהי כמהר"ר שלמה אלקבץ הלוי זצ"ל שאמר במה

שאמרו חכמינו ז"ל במדרש על פסוק הן בעון חוללתי וכחטא יחמתני אמי אמרו ז"ל שישי היה לו שפחה ותבעה לביאה והיא היתה נאמנת לגברתה אשת ישי וספרה לה והכינה עצמה ונבעלה לישי ויצא דוד מאותה ביאה ולפי שישי היה דעתו בשפחה עם היות שלא היה הדבר כן על כן אמר דוד ע"ה הן בעון חוללתי וכחטא יחמתני אמי ; ובמדרש הזה הבין החכ׳ השלם הנזכר ענין זה כי ישי בעיניו דוד בן תמורה כי לא היה דעתו אלא בשפחה ולא היה מחשיבו בבן שלם כיון שנפגמה מחשבתו בעת הולדו ולכך הניחו לרועה צאן בזוי ושפוי מאב ומאחיו בל היכים ולא עלה ברעתו שהוא יהיה למלך כי הוא היה אבן מאסו הבונים אלא שהיתה לראש פנה מאת ה׳ ולזה לא נתן אל לבו עד ששאלו שמואל התמו הנערים אז השיב עוד שאר הקטן באילו אמר ברוך זוכר הנשכחו׳ שלא היה מהשיב אותו לבן כיון שבא בזה האופן עד כאן תורף דבריו ז"ל ;

Circa hoc audiui ex ore perfecti Sapientis, Cabaliſtæ diuini R. Salomonis Alkabètz Leuita b. mem. qui dicebat: De eo, quod referebant Sapientes noſtri b. mem. in Medràſc ſuper verſiculum (7. Pſal. 51.) Ecce in iniquitate formatus ſum, & in peccato calefecit me mater mea. *Dixerunt Rabbìni noſtri b. mem. quòd Iſai habebat ancillam, eamque ſollicitabat ad turpia, quæ cùm eſſet pudica & fidelis vxori Iſai, eidem retulit: quæ ſeipſam aptauit* (loco Ancillæ) *& congreſſa eſt eum Iſai, ex quo concubitu egreſſus eſt Dauid. Et quia Iſai intentio fuerat in Ancillam, quamquàm res aliter euenerat, idcircò dixit Dauid, ſuper eum ſit pax:* Ecce in iniquitate formatus ſum, & in peccato calefecit me mater mea. *Et ex hoc Medràſc intellexit Auctor prænominatus hunc*

Dissertatio de Peccato originali, & de יצר הרע *Iètzer haraà, Figmento malo Rabbinorum.*

EX Doctrina omnium Theologorum, & præcipuè D. Thomæ p. 2. q. 81. art. 1. & seqq. Peccatum originale: est Peccatum primum primi Parentis, quo natura humana infecta, per virtutem seminalem transfunditur in posteros, qui originali iustitia priuati redduntur filij iræ, & æternæ beatitudinis incapaces, nisi aliquis singulari priuilegio reddatur immunis, vt de Beatissima Virgine Maria pia, & ferè vniuersalis sententia affirmat, quamuis contraria non sit damnata, vt constat ex Bulla Alexandri PP. VII.

Proculdubio autem, excluditur IESVS CHRISTVS Dominus noster, & Iudæorum promissus Messias, qui quamuis filius Adami vocari possit, ex eo quòd de filia Adæ Virgine nasci dignatus est; attamen, quia per virtutem seminalem non descendit ab Adamo, Adami culpam non contraxit.

Hinc intelliges, quod solum primum peccatum primi parentis naturam humanam vitiauit, cùm cætera peccata eiusdem primi hominis, & alia aliorum, solam personam vitient; vnde illud peccatum, peccatum naturæ & originis dicitur, alia personalia, seù actualia appellantur. Formale originalis peccati, est priuatio originalis iustitiæ. Materiale, est concupiscentia, id est inordinatio partium seù

hunc casum: quoniam Isai secum reputabat, Dauidem fuisse בן תמורה *Ben Themurrà filium commutationis, natum de Vxore, loco Ancillæ, quoniam intentio ipsius fuerat tantùm in Ancilla, neque intentionem habebat ad filium perfectum, quandoquidem interrupta fuerat intentio eius in natiuitate ipsius: idcircò reliquerat illum ad pascendum oues, contemptum & abiectum à patre, & à fratribus suis omnibus diebus; neque ascendit in mentem* (patris) *quòd ipse aliquando esset futurus Rex, quia erat lapis, quem reprobauerant ædificantes, sed quia factus erat in caput anguli à Domino, & ideò nihil de eo cogitauerat pater suus, quousque quæsiuisset Samuël*: (1. Samuel. 16. 11.) Numquid iam completi sunt filij? *Tunc respondit:* Adhuc reliquus est paruulus, *ac si diceret: Benedictus sit, qui in memoriâ reducit res, quæ mente exciderant. Quia non reputauerat illum filium, nisi postquam ei hæc euenerant. Hactenus est principalis intentio Verborum huius Sapientis b. mem.* Hæc est conficta fabula, vt eludant peccatum originale expressum in versic. Ps. 51. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c.* Et quia recentiores Rabbini renuunt peccatum originale admittere, operæpretium erit breui Dissertatione inuestigare, an saltem apud antiquiores Hebræos, huiusmodi peccati, vola, aut vestigium inueniatur: & an de eo in Codicibus Talmudicis aliquando mentio fiat.

Interrogauerit Antoninus (Imperator) *Rabbènu* (Hakadòſc) *Dixit ei : Quandonam* יצר הרע *Ièt zer Haraà, Figmentum malum ponitur in homine? Quando egreditur ex viſceribus matris ſuæ, an antequam egrediatur? Reſpondit* (Rabbenu Hakadòſc) *Antequam egrediatur ex vtero materno. Dixit ei* (Antoninus) *Non ita eſt. Nam ſi implantatum ei fuiſſet, antequam egrederetur ex viſceribus matris laceraret viſcera matris, & deinde egrederetur. Acquieuit ei Rabbi* (Hakadòſc) *quia conforme eſt Scripturæ S. D.* (Gen. 8. v. 21.) Quoniam figmentum cordis hominis malum à pueritia ſua. *R. Iodàn dixit*; מנעריו à pueritia ſua *ſcriptum eſt, ſcilicet ab ea hora, qua ipſe excutitur è viſceribus matris.* Cognouerat Rabbenu Hakadòſc animā antequam in lucem prodiret, in ipſo materno vtero inquinari peccato; ſed vano motus argumento, quod viſcera materna dilaceraret peccatum, ſi intra animam conſtitueretur in ipſo vtero, falſam ſententiam Antonini amplectitur, eamque Scripturæ auctoritare firmare contendit loco ex Geneſ. adducto, quoniam *figmentum cordis hominis malum à pueritia ſua.* Locus tamen Geneſis intelligitur: non quòd figmentum malum introducatur in cor hominis, in animam hominis, in ipſa natiuitate, vel in pueritia, vel etiam adoleſcentia: ſed ibi explicatur ætas illa, quæ vicinior eſt vſui rationis, cùm homo incipit peccare, vt agnoſcamus hominem eſſe infirmum, & pronum ad malum ab initio, ratione ponderis cuiuſdam, quod contraxit in conceptio- ſeù potentiarum animæ.

Rabbini itaque agnoſcunt quidem materiale, dum concupiſcentiam, fomitem, & prauos affectus fatentur; ſed radicem, priuationem ſcilicet originalis iuſtitiæ, non agnoſcunt. Prauos autem effectus, qui ab originali culpa procedunt, oriri putant à fomite malo, quem יצר הרע *Ièt zer haraà, Figmentum malum* nuncupant, & implantatum credunt à Deo in corde hominis in ipſo momento natiuitatis.

R. Abraham Aben Ezræ ad eundem verſ. Pſal. 51. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, ait* -

בעבור התאות הנטועה בלב אדם כאילו בעון חוללתי והטעם כי בשעת הלידה היצר הרע נטוע בלב :

Propter concupiſcentiam plantatam in corde hominis (dicit ſe quodammodo in iniquitate conceptum) *iuxta illud*: In iniquitatibus conceptus ſum: *& ratio eſt, quia in hora natiuitatis figmentum malum complantatur in corde.* Accepit hunc errorem Aben Ezræ ab antiquis Rabbinis, qui diuerſis in locis idem docent, ſed præſertim in *Bereſcìth Rabbà* סדר נח *Sèder Nòach Paraſcià* 34. p. 38. col. 1. ibi enim inuenitur, quod -

שאל אנתונינוס את רבינו א״ל מאימתי יצר הרע נתון באדם משיצא ממעי אמו או עד שלא יצא ממעי אמו (א״ל עד שלא יצא ממעי אמו) א״ל לאו שאילו היה נתון בו עוד שהוא ממעי אמו היה חוטט את בני מעיה ויוצא והודה לו רבי שהשוה לדעת המקרא שנא׳ (בראשית ח׳ כ״א) כי יצר לב האדם רע מנעוריו : ר׳ יודן אמר מנעריו כתיב משעה שהוא ננער לצאת ממעי אמו :

ואת הצפוני ארחיק מעליכם תנו רבנן ואת הצפוני ארחיק מעליכם זה יצר הרע שצפון ועומד בלבו של אדם והדחתיו ארץ ציה ושממה למקום שאין בני אדם וכו׳ :

Septem nomina habet יצר הרע *Iètzer haraà, Figmentum malum. Deus sanctus benedictus sit, vocauit illud* רע *Raà, Malum S. D.* (Genes. 8. 21.) Quoniam cogitatio cordis hominis mala à pueritia sua. *Moses vocauit* ערל *Arèl Preputium S. D.* (Deuteron. 10. 16.) Et circumcidetis preputium cordis vestri. *Dauid vocauit* טמא *Tamè, Immundum. S. D.* (Ps. 51. 12.) Cor mundum crea in me Deus. *Inde sequitur quòd sit immundum. Salomon vocauit* שונא *Sonè, Osorem, Inimicum. S. D.* (Prouerb. 25. 21.) Si esurierit odio habens te, ciba illum pane, & si sitierit, propina ei aquam. quia prunas tu capis super caput eius. Glossa R. Salomon.

אם רעב שונאך יצרך הרע רעב ותאב לעבירה האכילהו לחם התורה במלחמתה של תורה דכתיב לכו לחמו בלחמי, והשקהו מים תורה דכתיב הוי כל צמא לכו למים: ישלימנו לך מיהא שלום יצר הרע ומוסרך ולא יסיתך להמית וליטרד מן העולם :

Si inimicus tuus, id est figmentum malum tuum, genius malus tuus esurierit & concupierit transgredi, ciba illum pane defatigando illum bello legis (nam Panis significat bellum לֶחֶם Lèchem Panis, & לָחַם Lachèm debellator ab eadem radice לָחַם) *quia legitur* (Prou. 9. 5.) Venite comedite panem meum. *Propina illi aquas Legis, sicut scriptum est de ea* (Is.

ptione ob culpam alienam primi Parentis. Itaque יצר הרע *Iètzer haraà, figmentum malum* Iudæorum quamuis reuera aliud non sit quàm peccatum originale, attamen tam variè de ipso loquuntur Hebræi, vt nec ipsi quidem, si vera voluerint confiteri, intelligant, quid de eo dicant. Solent Nostri, peccatũ originale nouem nominibus appellare cum Magistro in 2. dist. 30. quæ sunt: *Peccatũ originale, Fomes peccati, Concupiscentia, Concupiscibilitas, Languor, Tyrannus, Lex peccati, Lex carnis,* & *Lex membrorum*; quæ nomina potiùs indicant prauos affectus procedentes à culpa originali in potentias animæ ab ea corruptas, quàm essentiam, aut formale ipsius. Nihil titubantes vel circa originem, aut circa huius culpæ naturam. Rabbini quoque diuersa nomina ipsi יצר הרע *Iètzer haraà figmento malo* ex Sacris literis attribuunt, vt quando dicunt in Cod. סוכה *Succà*, cap. 5. pag. 52. longè post med.

שבעת שמות יש לו ליצר הרע הקב״ה קראו רע שנא׳ (בראשית ח׳, כ״א) כי יצר לב האדם רע מנעוריו, משה קראו ערל שנ׳ (דברים י׳, ט״ז) ומלתם את ערלת לבבכם, דוד קראו טמא שנ׳ (תהלים נ״א, י״ב) לב טהור ברא לי אלהים מכלל דאיכא טמא, שלמה קראו שונא שנאמר (משלי כ״ה, כ״א) אם רעב שונאך האכילהו לחם ואם צמא השקהו מים כי גחלים אתה חותה על ראשו ויהוה ישלם לך אל תקרי ישלם לך אלא ישלימנו לך, ישעיה קראו מכשול שנאמר (ישעיה נ״ז, י״ד) סולו סולו פנו דרך הרימו מכשול מדרך עמי, יחזקאל קראו אבן שנאמר (יחזקאל י״א, י״ט) והסירותי את לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר, יואל קראו צפוני שנאמר (יואל ב׳, כ׳)

נו׳

nalis, *Satan*, & *Angelus mortis*. Iurgari cum homine, & cum aliquando vincere, proprium eſſe poteſt ſenſus, & concupiſcentiæ. Malum autem perſuadere, poteſt eſſe inferioris rationis, & Satanæ. Occidere verò, dicunt, quod ſit proprium מלאך המות *Mallàch Hammàueth Angeli mortis*. Iſta tria non rarò inter ſe à Rabbinis confunduntur. Sic in *Machazore magno* editionis Bononienſis cum commento Par. 2. pag. 7. b. quamuis numero Arithmetico non notata, in Deprecatione, quæ incipit רחמנא *Rachmanà* innuitur, quòd יצר הרע *Ièτzer haraà* ſit *Satan*, & *Angelus mortis*. Dicitur enim circa medium -

רחמנא גער ביה יבצרא בישא מנן ׃ רחמנא לא תמסרינן בידיה ׃ רחמנא גליא קמך דאיתו דנורא ואנן דבשרא ׃ רחמנא אמליך עלן יצרא טבא ׃

Miſerator Domine: Increpa figmentum malum, ſeù malum fomitem à nobis. Miſerator Domine, ne tradas nos in manus eius. Miſerator Deus vtique notum eſt tibi, quod ipſe eſt igneus, nos carnei. Miſerator Domine, fac vt regnet ſuper nos fomes bonus. Vbi Commentator: *Increpa fomitem malum* -

כמו יגער יהוה בך השטן ואמר הוא שטן הוא מלאך המות הוא יצר הרע ׃ דאיתו דנורא ואנן דבשרא׃ נוכל לקרם אותו אל הטבע כי מי שהוא רותח בטבעו והארומה גוברת עליו יותר חם הטבע והיצר גובר עליו׃ אמליך עלן יצרא טבא. היינו כמו שכתוב ביחזקאל (פרק לו׃ כו) והסירותי לב האבן מבשרכם ונתתי לכם לב בשר ׃

Sicut dicitur (Zachar. 3. 2.) Increpet ... (Iſai. 55.) O omnes ſitientes venite ad aquas. Et Dñs retribuet tibi. *Ne legas, Retribuet tibi, ſed, Pacificū illum reddes tibi ipſi.* (R. Salom. *Amicus tibi ſit, diligat te, neque tibi perſuadeat perpetrare peccatum, & perdat te.*) *Iſaias vocauit illud* מכשול *Michſciòl, Offendiculum, S. D.* (Iſai. 57. 14.) Eleuate, eleuate, complanate viam: tollite offendiculum de via populi mei. *Ezechiel vocauit* אבן *E'uen, Lapidem, S. D.* (Ezech. 11 19.) Et remouebo cor lapideū de carne eorum, & dabo eis cor carneum. *Ioel vocauit* צפוני *Tzephonì, Aquilonare*, ſeù *Abſconditum. S. D.* (Ioël 2.20.) Et Aquilonare elongare faciam deſuper vobis. *Tradiderunt Magiſtri noſtri: Et Aquilonare elongare faciam à vobis hoc eſſe* יצר הרע *Ièτzer haraà, Figmentum malum, quod abſconditur, & ſtat in corde hominis, & expellere faciam eum ad terram aridam, ſitientem, & deſolatam, ad locum, vbi non ſunt homines; &c.* Hæc circa nomina יצר הרע *Ièτzer haraà Figmenti mali* Rabbinici. Sed quid ſit, & vnde ducat originē, Hebrei in varias diſtrahuntur ſententias.

Catholici de fide docent, Peccatum originale introijſſe in mundum per peccatum primi hominis, itaque ipſum in omnes homines per ſeminalem originem propagari, deleri verò ex meritis Chriſti Domini per Baptiſmum ab eodem Chriſto inſtitutum, dum per illum in Eccleſia Chriſti regenerantur.

Quid Hebræi? Tria ſunt, quæ ab ipſis inter ſe confunduntur: *Figmentum malum*, ſeù *Fomes peccati origi-*

quia immissum fuerat in sigillo ferreo, in foramine abyssi magnæ, & extinxit ignem gehennæ inferni, & nihil ardebat. At reuersum postea Iètzer haraà Figmentum malum in locum suum, peccatores inceperunt incalescere in eo, & sic etiam ignis inferni incæpit ardere, quia gehenna infernus non ardet, nisi calefiat à calore, qui egreditur à fomite malo peccatorum.

Ex hoc loco colligi posse videtur, duo contraria in summo posse existere in eodē subiecto simul, & eodē tempore, ex Rabbinorum delirijs; hoc est Figmentum malum esse frigidissimæ, & calidissimæ naturæ. Frigidissimæ, quia extinguit ignem Infernalem. Calidissimæ, quia ex calore ipsius incalescunt peccatores, ita vt ipsorum calore iterum ignis inferni reuiuiscat. Quis vnquam in Philosophia hæc audiuit?

In *Berescith Rabbà Parascià* 28. p. 30. col. 3. dicitur יצר הרע *Figmentum malum* fuisse creatum à Deo in ipso homine, cuius tamen rei eum postea pœnituerit. Vnde R. Euù Deum introducit hoc modo loquentem.

אמר ר׳ איבו תווהות היתה לפני שבראתי בו. יצר הרע שאילולי לא בראתי בו יצר הרע לא היה מורד בי׃

Dixit R. Euù: (Deus hoc pacto aiebat) *Territus sum, quia creaui in homine Iètzer haraà Figmentum malum; quia si illud in eo non creauissem, nunquam* (homo) *rebellasset contra me.* Blasphemia in Deum, quem pauidum, inconsideratum, improuidum, ac imprudentem faciunt. Confirmat hanc blasphemiam Rabbi

crepet Dominus in te Satan. *Et dico, quòd* (fomes iste) *sit Satan, Mallàch hammàueth Angelus mortis, Iètzer haraà Figmentum malum, prauus affectus. Sed quomodo fomes prauus erit igneus? Possumus accommodare etiam ad naturam hominis, quoniam, qui natura feruens est, & habet choleræ prædominium, facilè à prauo affectu vincitur.* Fac vt regnet super nos fomes bonus. *Iam scriptum reperitur apud Ezechielem* (cap. 11. 19) Et remouebo cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.

Locus iste Ezechielis, *Et remouebo cor lapideum &c. & dabo eis cor carneum*, intelligitur de renouatione veteris hominis per gratiam, quæ est longè superior inclinatione; sed Hebræi, quia nec gratiam, nec effectum gratiæ agnoscunt, ideò perperam de mala vel bona inclinatione locum istum exponunt. De Sathan, & Angelo Mortis plura diximus in Prima Parte huius Bibliothecæ, ibi videnda. De natura huius mali Fomitis habetur etiam in libro זהר *Zòhar* super Exod. *Parascià* תרומה *Therumà* pag. 150. b. longè post principium, de quo hoc modo habetur.

זמנא חדא לא אשתכח יצר הרע בעלמא דאעילו ליה גו גושפנקא דפרזלא כנוקבא דתהומא רבא וכל ההוא זמנא כבה נורא דגיהנם ולא אתוקד כלל אהדר יצר הרע לאתריה שארו חייבי עלמא לאתחממא ביה שארי נורא דגיהנם לאתוקדא דהא גיהנם לא אתוקד אלא בחמימו דתקפא דיצר הרע דחייביא׃

Olim יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum non reperiebatur in mundo,*

ſis, me non inueniſti perfectum. Aequum enim eſt, ut tu Iuſtus, non ego appaream. Impium pronunciatum: potuiſſe Dauidem non peccare, ſed corruere voluiſſe, vt Deus iuſtus appareret; Iniurioſum eſt Diuinæ bonitati, quaſi Deus iniuſtus eſſe poſſit, aut mendax, vel indigens alterius iniquitate vt iuſtus appareat.

Plerique Rabbinorum dicunt implantatum eſſe יצר הרע *Ietzer haraà Figmentum malum* in corde hominis, ſed in eo eſſe abſconditum. Probari id exiſtimant ex Ioël 2. 20.

ואת הצפוני ארחיק מעליכם ׃

Et Aquilonarem elongare faciam à vobis: quia הצפוני *Hatzephonì* ſignificare poteſt *abſconditum*. Rabbi Salomon ait

ורבותינו אומרים זה יצר הרע שצפון בלבו של אדם ׃

Et Rabbini noſtri (antiqui) *dicunt, hunc eſſe fomitem malum, qui abſconditus eſt in corde hominis.* Sed hæc expoſitio eſt extorta à voce הצפוני.

Volunt alij, hoc malum figmentũ hominis fuiſſe creatum à Deo, & implantatum primo homini in ipſa formatione, quod ſe colligere poſſe credunt ex duplici יי *Iod*, quod in voce וייצר *Vaijtzer, & formauit*, Gen. 2. 7. inuenitur. Sic legimũs in בראשית רבה *Bereſcith Rabbà Paraſcià* 14. p. 17. col. 2. lin. 1.

וייצר ב׳ יצרים יצר טוב ויצר רע שאילו חיו לבהמה ב׳ יצרים כיון שחיתה רואה סכין ביד אדם לשחטה הָיְתָה מפחדת ומת׳ והרי אדם יש לוֹ ב׳ יצרים

bi Salomon in illud Ierem. 10. v. 23.

ידעתי יהוה כי לא לאדם דרכו ׃ כי יצר הרע שבראת בו מטהו מן הדרך ׃

Noui Domine, quòd non eſt hominis via eius. quoniam (inquit) *Ietzer haraà Figmentum malum, quod creauit in eo aberrare facit illum à via.*

Eſt etiam dogma falſum, quòd fomes fuerit creatus, & quòd hominem errare faciat à via bona, cùm illi contradici poſſit, & prauæ ſuaſioni reſiſti. Idem R. Salomon fatetur quidem aliquando, hominem poſſe reſiſtere perſuaſioni fomitis mali, vt affirmat de Dauide; ſed iſte Rabbinus raro verum dicit, quin aliquid falſitatis, aut erroris in illud immiſceat. verſic. 6. Pſal. 51.

לך לבדך חטאתי והרע בעיניך עשיתי למען תצדק בדברך תזכה בשפטך ׃

Tibi ſoli, tibi peccaui, & malum in oculis tuis feci, ut iuſtus ſis in loquendo, mundus ſis in iudicando: hoc modo explicat

למען תצדק בדברך׃ כמו במנהגך כח היה לי להתגבר על יצרי אלא שלא יאמרו העבד נצח את רבו שאמרתי לפניך בחנני ונסני ובחנתני ולא נמצאתי שלם כדי שתצדק אתה ולא אני ׃

Vt iuſtus ſis in loquendo: Secundùm morem tuum, virtutem habebam ego vincendi fomitem (malum) *meum. Sed ne dicerent: Seruus vicit Dominum ſuum: quia dixi coram te* בְּחָנֵנִי יְהוָה וְנַסֵּנִי *Bechanèni Adonài venaſſani, Proba me Domine, & tenta me.* (Pſal. 26. 2.) *Et cùm probauiſ-*

יצרים ; אמר ר' חנינא בר אידא וייצר רוח אדם בקרבו מלמד שנפשו של אדם צרורה בקרבו ; אלמלא כן כיון שהיתה הצרה באה עליו היה שומטת ומשליכה ;

וייצר *Vaijtzer* (duo sunt Iod) *quia sunt duæ formationes, Figmenti boni, & Figmenti mali. Si enim bestia esset prædita vtroque figmento* (nam infra Genes. cap. 2. v. 19. in formatione bestiarum eadem vox vnico tantùm י Iod יצר *Vaitzer, & formauit &c.* exprimitur.) *quando videret sicam in manu hominis ad iugulandum, ex timore præueniretur morte. Sed homo habet duas formationes. Dixit R. Chaninà Bar Edà* (Zach. 12. 1.) Et formans spiritum hominis in interiori eius, *docet, quòd anima hominis est colligata in medio ipsius: nam si aliter foret, quando tribulatio inuaderet illum, fuisset dimittens* (corpus) *& abiret.*

Hæc sententia planè erronea est, si intelligatur de peccato originali, aut de eo quòd cõsequitur peccatũ, vt est fomes, & inclinatio mala ad peccandum. Peccatum enim non est quid positiuum cùm sit priuatio gratiæ, ac proinde à Deo non est factum, aut creatum, cùm *Nihil* sit, & sine ipso Deo factum sit *Nihil*, Adam verò creatus est in statu innocentiæ, & totus bonus, licèt cum libertate eligendi bonum, & malum. Ex illo duplici יי *Iod* non est eruendum erroneum mysterium, cùm Grammatica nos doceat, primum י *Iod* esse formatiuum tertiæ personæ futuri temporis, habens Daghes propter ו *Vàu* ההפוך *Habippùch conuersiuum* futuri in præteritum.

Et secundum י *Iod* sit radicale à verbo יָצַר *Iatzàr formauit*; & ponitur expressè, ad indicandam nobilitatem formationis humanæ & rationalis creaturæ, quod non ita contingit in formatione Iumenti. Non videntur tamen improbandæ aliquot expositiones de hoc duplici יי *Iod*, quæ in eodem *Berescith Rabbà* ibidem afferuntur; vt cùm dicunt

וייצר שתי יצירות יצירה מן התחתונים ויצירה מן העליונים ;

Vaijtzer, indicat duas formationes (in homine) *formationem ex inferioribus, & formationem ex superioribus.* hoc est, duplicem naturam in homine reperiri, vnam corpoream, aliam spiritualem; corpoream ex inferioribus, vtpotè mortalem; spiritualem ex su-superioribus & immortalem; id est, Corpus, & Animam.

Item ibidem.

ויצר שתי יצירות יצירה בעולם הזה ויצירה בעולם הבא ;

Vaijtzer, duæ formationes sunt; vna pro hoc seculo, alia pro futuro. Coincidit cum superiori, si reducatur ad bonum sensum, alioquin esset erronea, si intelligeretur, quòd corpus nullam partem habiturum esset in futuro seculo, post resurrectionem. Sed omnis scrupulus tollitur ex ijs, quæ postea sequuntur, quibus clarè habetur, intelligi de Natiuitate in hoc mũdo, & de resurrectione in alio seculo futuro: nam duæ Scholæ *Sciammài*, & *Hillèl* inter se dissident de modo

mortuis Ezechielis. Et cuinam similes sunt mortui Ezechielis? Illi qui ingrediuntur in lauacrum. Quo enim ipse exuitur primum, induit postremo. Schola Hillelis dicit: Sicut est formatio huius seculi; ita est formatio seculi venturi. In hoc seculo initium fit à cute, & à carne, & completur in neruis, & ossibus; sic etiam in futuro seculo; initium fiet a cute, & carne, & perficietur in neruis, & ossibus. Quia sic ait Iob (cap. 10. v. 10.) Nonne sicut lac fundes me? *Hic non est scriptum: Fudisti me; sed* Fundes me. Et sicut caseum coagulabis me? *Coagulasti me, non est scriptum, sed* Coagulabis. Pelle & carne vestisti me, *hic scriptum non est; sed* Vesties me. Ossibus & neruis cooperuisti me, *non est scriptum hic, sed* Cooperies me. *Scutella, quae plena est lacte, quamdiu non iniicitur ipsi coagulum, lac mouetur: cum autem imponitur ipsi coagulum, lac coagulatur, & subsistit: Atque illud est, quod Iob dicit:* Nonne sicut lac fundes me, pelle, & carne, vitam & misericordiam fecisti mecum, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.

Ex hoc liquet manifestè, hanc duplicem formationem intelligi (ex illorum sententia) de formatione in hoc seculo, & reformatione tempore resurrectionis in seculo futuro.

Insulsa tamen, & falsa est huiusmodi commentatio de resurrectione facienda per partes, sicuti fœtus in vtero materno efformatur, quia resurrectio fiet in instanti ex Apostolo Paulo 1. Corinth. 15. 51. *Omnes quidem resurgemus. In momento, in ictu oculi,*

resurgendi; An videlicet in resurrectione idem ordo seruandus erit, ac in formatione fœtus in vtero materno. Ibidem enim sic legitur videlicet in *Berescith Rabbà Parascià* 14. pag. 17. col. 2.

בש״ אומרים לא כשם שיצירתו בעה״ז כך יצירתו לעולם הבא, בעה״ז מתחיל בעור ובבשר וגומר בגידים ובעצמות אבל לעתיד לבא מתחיל בגידים ובעצמות וגומר בעור ובבשר, שכן הוא אומר במתי יחזקאל ראיתי והנה עליהם גידים ובשר עלה, אמר רבי יונתן אין למדין ממתי יחזקאל ולמה היו מתי יחזקאל דומים לזה שהוא נכנס למרחץ מה שהוא פושט ראשון הוא לובש אחרון, בית הלל אומרים כשם שיצירתו בעה״ז כך יצירתו בעה״ב, בעולם הזה מתחיל בעור ובבשר וגומר בגידים ובעצמות כך אף לעתיד לבא מתחיל בעור ובבשר וגומר בגידים ובעצמות שכן איוב אומר (פרק י׳ י׳) הלא כחלב תתיכני התכהני אין כתיב כאן אלא תתיכני, וכגבינה הקפתני אין כתיב כאן אלא תקפיאני, עור ובשר הלבשתני אין כתיב אלא תלבשני עצמות וגידים סוככתני אין כתיב כאן אלא תסוככני, לקערה שהיא מלאה חלב עד שלא נתן מסו בתוכו החלב רופף משנתן לתוכו מסו הרי החלב קופ׳ ועומד הוא שאיוב אמר הלא כחלב תתיכני עור ובשר חיים וחסד עשיתי עמדי ופקודתך שמרה רוחי׃

Schola Sciammài dicit: Formatio (hominis) *in hoc seculo, non est sicut formatio* (hominis) *in altero seculo. In hoc seculo, initium ducit à cute, & à carne, & perficitur in neruis, & ossibus; at in seculo futuro, incipiet à neruis, & ossibus, & absoluetur in cute, & in carne. Sic enim ipse dicit in mortuis Ezechielis* (Ezech. 37. 8.) Et vidi, & ecce super ea nerui, & caro ascenderat. *Dixit R. Ionathan: Non docemur ex*

לארם ויצירה לחוה *formationem Adami, & formationem Eua*, vel etiam significare.

יצירה לשבעה ויצורה לתשעה רב הונא אמר נוצר לשבעה ונולד לשמונה או לתשעה חי נוצר לתשעה ונולד לשמונה אינו חי קל והומר לשבעה: בעון קמיה דרבי אבהו מנין שהנוצר לשבעה חי אמר להון מדידכון אנא ממטי לכון זיטא אפטא איטא אוכטא:

Formationem septimestrem, & formationem nonimestrem. Ràu Hunnà dixit: Si formetur pro septimestre, & nascatur in octauo (Mense) *aut nono,* (puer) *viuit. Si formetur pro nono Mense, & nascatur in octauo, non viuit, quantò magis in septimo?* (Non viuet?) *Quæsierunt quidam* (Græci) *coram R. Abhù, vnde probaret quòd formatus septimestris viuat? Dixit eis: Ex vestramet* (lingua) *respondebo vobis, ζῆτα ἑπτὰ septem, ἦτα ὀκτὼ octo*. Quod Commentator hoc modo explicat.

זיטא פי' בלשון יון יחיה אפטא שבעה ובאותיות שלהן קורין אל הז' זיטא כלמר בן ז' יחיה: איטא הוא בלשון יון ימות ואוכטו הוא ח' ובאותיות שלהן דתיטא היא במקום ח'. שלט כלומר בן ח' ימות:

Ζῆτα Zita *lingua Græca significat* Viuet (nam Ζήτω *Viuat* interpretatur) Ἑπτὰ Hepta Septem, *& literis Græcis* ז Zàin *vocatur* Ζῆτα, *quasi diceret: Filius septimestris viuet*. Ἦτα Ita *Græcè significat* Morietur (Ἦττα siquidem idem est ac *clades, conflictus*) *Et* Ὀκτὼ Octo *est* ח Chèth. *At lingua Græca* ט Teth *est loco* ח Chèth, *quasi dicat: Filius octimestris morietur.*

Et ratio est: quia virtus Dei infinita subitò operatur, hæc autem elucet in resurrectione. Quoad illud quod adducitur, de resurrectione mortuorum Ezechielis facta per partes, & ideò in tempore; dico, Ezechielem referre visionem, eo modo, quo illam vidit. Deus autem ostendit hanc visionem, & mortuorũ resurrectionem per partes, vt accomodaret se hominum capacitati, qui melius intelligunt res materiales, quàm spirituales; & quæ in tempore successiuè fiunt, magis quàm ea quę in instanti producuntur. Populus autem Iudaicus fuit rudis, & incapax, & ideò incapacitati illius inseruit Propheta. Ideò dicendum: Secundùm apparentiam fuisse in tempore, non autem secundùm rei veritatem.

Multa enim sunt in Scriptura, quæ secundùm apparentiam aliter videntur, quàm verè sint secundùm suum verum esse, vt Genes. 1. 16. dicuntur duo luminaria magna facta fuisse in Cælo, nempè Sol, & Luna, & tamen alia Astra, & quidem plurima, quæ non solùm Luna, verùm & ipso Sole maiora sunt, vt Mathematici euidenter demonstrant: quia secundùm apparentiam videntur duo esse magna luminaria, ideò talia vocantur à Scriptura, quamuis reuera aliter sint; eodem modo dicendum est de ossibus, cute, carne, & neruis in resurrectione mortuorum Ezechieli ostensa.

Insulsa etiam est alia expositio, quę ibidem refertur col. 1. duplex יי *Iod* in voce וייצר *Vaiitzer* significare יצירה

animale : deinde quod spiritale. Primus homo de terra, terrenus : secundus homo de Cælo, cælestis.

Idem Auctor *Neuè scialòm* Tract. 9. cap. 5. pag. 160. b. circa princip.

שכמו שאדם הראשון היה אחד בחטא כן המשיח יהיה האחרון להסיר החטא לגמרי יתמו חטאים מן הארץ שכלם ידעו את יהוה מקטנם ועד גדולם׃

Et sicut Adam homo primus fuit Vnicus in peccato; sic Messias erit vltimus, vt tollat peccatum totaliter. Consumentur enim peccatores de terra, quia omnes cognoscent Dominum a paruulo vsque ad magnum. Hoc idem docent Theologi, quando dicunt: Peccatum Adami seù originale tolli non potuit, nisi per Christum. Quia solus Christus meruit apertionem ianuę Paradisi per passionem suam, quia eius caro sacrificanda erat in ara Crucis: & hæc est Vitula illa, quam dicunt Rabbini fore sacrificandam à Messia, & qua expiabitur peccatum totius naturæ humanæ. *Nam sicut Moses* (inquit idem Auctor *Neuè scialòm* Tract. 9. cap. 5. pag. 160. b. in principio) *Vitulum, ob peccatum Vituli sacrificauerat in deserto, ita*

והפרה שיעשה המשיח היא באה לכפרת החטא הכולל לכלה הפשע ולהתם החטאת שבמין האנושי׃

Et Vitula, quam sacrificabit Messias erit pro expiatione peccati vniuersalis, ad consumandam præuaricationem, & complendum peccatum, quod erat in specie humana. Et hoc est peccatum originale per merita Messiæ Christi Domini deletum. Tempore enim Messiæ

Alij de יצר הרע *Iètzer haraà Figmento malo* tali modo loquuntur, vt non multum à Catholica doctrina, quæ de peccato originali traditur, recedere videantur. Habemus ex Apostolo 1. Cor. 15. 21. *Quoniam quidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* De peccato primi hominis est sermo, per quod infecta fuit natura humana, & reddita subiecta peccato, & morti æternæ. Hoc idem habetur apud Auctorem libri נוה שלום *Neuè scialòm*. Tract. 9. cap. 4. pag. 158. b. §. וראוי circa princ.

ובעבור היות אדם הראשון ראשון לחטא במין האנושי וממנו החל היצה״ר להשתרר עלינו וכו׳׃

Et propterea quòd Adam homo primus, primus fuerat qui in speciem humanam peccauit, & ab eo cœpit יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum Peccatum originale principatum tenere super nos &c.* Fomes malus pro peccato hic sumitur, sicut & à Theologis in 2. dist. 30.

Ex verbis eiusdem Auctoris habetur, huiusmodi peccatum esse peccatum naturæ, quia Adam primo suo peccato speciem humanam infecit, & ideo vocatur *peccatū originis*, quod ab hoc nostro Auctore explicatur per nomen יצר הרע *Ièt̀zer haraà Figmenti mali*.

Idem Apostolus ibidem ver. 22. *Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur.* Et ver. 45. & seqq. *Factus est primus homo Adam in animam viuentem, nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed non prius quod spiritale est, sed quod*

אביך הראשון חטא ומליציך פשעו בי ׃

Pater tuus primus peccauit : & Aduocati tui preuaricati sunt in me. Et ver. 28. sequitur -

ואחלל שרי קדש ואתנה לחרם יעקב וישראל לגדופים ׃

Et profanabo Principes sanctitatis, & ponam in anathema Iacob, & Israël in opprobria. Qui locus de primo homine, videlicet de Adamo intelligi debet, sicut intelligunt doctiores Rabbini, inter quos R. Dauid Kimchius hoc modo exponit -

אביך הראשון חטא ׃ ואיך תאמר לא חטאת אתה וְהנה אביך הראשון חטא והוא אדם הראשון כי האדם מוטבע בחטא כי יצר לב האדם רע מנעוריו ׃

Pater tuus primus peccauit. Et quomodo dici poterit : Tu non peccasti ? Cùm & pater tuus primus peccauerit, Adam primus homo infixus sit in peccato; quia figmentum cordis hominis malum à pueritia sua. En peccatum originale transfusum in naturam humanam, quod & רע *Raà malum* à Scriptura vocatur; & רע הכולל *Raà haccollèl malum Vniuersale* à R. Abraham Scialòm Auctore *Neuè scialòm*, vt suprà vidimus.

Cæterùm, qui ex loco modò ex Isaia adducto recensentur מליציך *Melitzècha Aduocati tui*, vel *Interpretes tui*, aut *Doctores tui*, intelligendi sunt Doctores Legis, præcipuè Moses Legislator, qui Aduocati partes suscipiens apud Deum pro populo Israëlitico exorabat, vt constat Exod. 32. v. 10. & seqq. שרי קדש *Sarè kòdesc*, Prin-

siæ, docent Talmudistæ, יצר הרע *Iètzer haraà Peccatum originale* interficiendum esse à Deo: ergo Messias est Deus, quia ex testimonio Auctoris *Neuè scialòm* loco suprà citato, peccatum naturæ, quod est peccatum originis, totaliter tollendum erat à Messia. Quod autem à Deo interficiendum sit *Ièzer haraà Peccatum originale*, est locus expressus in Talmude Codice סוכה *Succà* cap. 5. p. 52. paulò ante medium, vbi sic legitur -

לעתיד לבא מביאו הקב״ה ליצר הרע ושוחטו בפני הצדיקים ובפני הרשעים וכו׳ ׃

In futurum (tempore scilicet Messiæ) *adducet Deus sanctus benedictus Ièzer haraà Peccatum originale, & mactabit illud coram Iustis & Impijs*. Hoc autem vniuersale naturæ malum à nemine tolli poterat. Non ab Abrahamo, non ab Isaaco, non à Iacobo, non ab aliquo ex Prophetis, sed solùm à Rege Messia Christo Domino, vtpotè cæteris digniore, & sanctiore, vt idem Auctor *Neuè scialòm* etiam agnoscit Tract. 9. cap. 5. pag. 160. b. circa principium -

אומנם מלך המשית וכח מכולם לבע׳ הרע הכולל ׃

Verùm Rex Messias dignior est præ alijs (hominibus sanctis) *vt comburat malum Vniuersale*, hoc est Peccatum originale, quo tota natura humana infecta erat. Cæteri verò Sancti, vtpotè per peccatum originis infecti, hanc culpam tollere non poterant, cùm rebelles fuissent Deo, & profani, teste Isaia 43. 26.

Principes verò *ſanctitatis* intelligendi ſunt Duces populi, & Reges ſancti, vti Ioſuè, Dauid, & ſimiles. Hi ergo omnes, quamuis ſancti & iuſti, inquinati nihilominus culpa Adami cum vniuerſo populo Iacobi & Iſraëlis inepti ad redimendum mundum omninò erant. Neque alter alterius merito, vel ſuo inniti poterat, cùm omnes ex vtero matris peccatores eſſent, vt exponit R. Salomon eundem locum ומליציך פשעו בי *Et aduocati tui prauaricati ſunt in me.* -

אין לך בכל מליצים שאתה סומך על זכותם מצאתי בו פשע ׃

Non eſt tibi in omnibus Aduocatis tuis, quorum meritis tu inniteris, quòd non inuenerim in eo defectionem, peccatum. Et in *Midràſc* שיר השירים רבה *Scir Haſcirrim Rabbà* Patriarchæ, & Prophetæ excluduntur à fideiuſſione pro Iſraële, ob hoc tantùm, quia peccatores fuerunt. Ad verſic. 4, cap. 1. Cant. Cantic. משכני אחריך נרוצה *Trahe me, poſt te curremus*. Ex R. Meir, hæc leguntur pag. 7. col. 2. in מדרש חמש מגילות רבתא editionis Amſtelodamenſis in fol. cum Comment. -

אמר רבי מאיר בשעה שעמדו ישראל לפני הר סיני לקבל התורה אמר להם הקב״ה אלעיקי אני נותן לכם את התורה אלא הביאו לי ערבי׳ טובי׳ שתשמרוה ואני נותנה לכם אמרו לפניו רבש״ע אבותינו ערבים לנו אמר להם אבותיכם צריכין ערבים למה הדבר דומה לאחר שהלך ללוות מן המלך אמר לו הבא לי ערב ואני מלוה אותך הלך והביא לו ערב אחד א״ל ערבך צריך ערב הלך והביא לו ערב שני ואמר לו ערבך צריך ערב כיון שהביא לו ערב שלישי אמר תדע כי מפני זה אני

מלוה לך ׃ כך בשעה שעמדו ישראל לקבל התורה אמר להם אני נותן לכם תורתי הביאו לי ערבים טובים שתשמרוה ואתנה לכם אמרו אבותינו ערבים אותנו אמר להם הקב״ה אבותיכם יש לי עליהם אברהם יש לי עליו שאמר (בראשית ט״ו ׃ ח׳) במה אדע ׃ יצחק יש לי עליו שהיה אוהב לעשו ואני שנאתיו של (מלאכי א׳ ׃ ג׳) ואת עשו שנאתי ׃ יעקב שאמר (ישעיה מ׳ ׃ כ״ו) נסתרה דרכי מיהוה ׃ אלא הביאו לי ערבים טובים ואני נותנה לכם אמרו לפניו רבש״ע נביאינו ערבין לנו אמר להם יש לי עליהם שנאמר (ירמיה ב׳ ׃ ח׳) והרועים פשעו בי וגו׳ ׃ וכתיב (יחזקאל י״ג ׃ ד׳) כשועלים בחרבות נביאיך ישראל היו וכו׳ ׃

Dixit R. Meir: Ea hora, qua Iſraëlitæ ſteterunt ante Montem Sinai ad recipiendam legem, dixit eis Deus ſanctus benedictus: Iuro, me daturum vobis Legem, ſed adducite mihi bonos fideiuſſores, quòd eam obſeruetis, poſtea ego illam dabo vobis. Dixerunt coram eo: Domine Vniuerſorum: Patres noſtri fideiubebunt pro nobis. Dixit eis (Deus) *Patres veſtri indigent & ipſi fideiuſſoribus. Cui res ſimilis eſt? Cuidam, qui abijt, vt mutuum acciperet à Rege. Dixit ei* (Rex) *Affer mihi fideiuſſorem, & ego mutuo tibi dabo. Abijt, & adduxit ei fideiuſſorem vnum. Dixit ei:* (Rex) *Fideiuſſor tuus fideiuſſore indiget. Abijt, & adduxit ei fideiuſſorem alterum. Cui idem dixit, & eodem modo reſpuit. Cùm verò adduxiſſet fideiuſſorem tertium dixit: Nunc ſcies, quòd propter hunc fideiuſſorem ego mutuo dabo tibi. Sic ea hora, qua ſteterunt Iſraëlitæ, vt Legem reciperent, dixit eis: Ego do vobis Legem meam, adducite mihi fideiuſſores bonos* (vt ſim certus) *quòd illam cuſtodietis, & dabo vo-*

pro homine Deo condignè satisfacere, quia peccatum commissum contra Deum habet quandam infinitatem ratione infinitatis Diuinæ Maiestatis, in quam homo primus deliquit. Licet enim peccatum contra Dei præceptum commissum, simpliciter sit finitum, finitamque ac limitatam malitiam habeat, ea tamen tanta est, vt dignitas satisfactionis à pura creatura exhibitæ, ei æqualiter adæquari non possit. Cùm enim grauitas offensæ spectetur ex parte dignitatis illius, qui offenditur, & dignitas satisfactionis ex parte personæ satisfacientis; hæc cùm sit pura creatura, quamuis Angelica, quæ satisfacit, & ille cui offertur satisfactio, sit Deus; liquidò patet, nullam æqualitatem, aut proportionem dari inter Deum, & Creaturam; ac ideò pura creatura, quæcumque illa sit, siuè Homo, siuè Angelus, non poterit de condigno satisfacere pro peccato naturæ humanæ.

Et quamuis necessaria non fuerit Incarnatio Diuini Verbi, etiam stante peccato primi hominis, etiam ex rigore iustitiæ; quia Deus non potest cogi ad extra, cùm sit maximè liber, vt aliquid necessariò operetur: poterat enim tunc Deus, vel satisfactionem ab homine non exigere, vel ei peccatum non condonare, & sine remedio relinquere, sicut Angelos reliquit, & tamen iniustitiæ redargui non posset, dicente Scriptura Sapient 12. v. 12. *Quis enim dicet tibi: Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis tibi imputabit, si perierint nationes, quas tu fecisti?* id est, quamuis eas

vobis. Dixerunt (Israelitæ) *Patres nostri erunt fideiussores nostri. Dixit eis Deus sanctus benedictus: Patres vestri non sunt omni exceptione maiores. Abraham exceptionem patitur, quia dixit* (Gen. 15. 8.) In quo cognoscam, quòd hæreditabo eam? *Item Isaac, quia diligebat Esau, quem ego odio habui. S. D.* (Malach. 1. 3.) Et Esau odiui. *Iacob similiter, quia dixit* (Isa. c. 40. 27.) Abscondita est via mea à Domino. *Sed adducite mihi fideiussores alios his meliores, & ego dabo vobis* (Legem meam). *Dixerunt coram eo: Domine Vniuersorum, Prophetæ nostri fideiussores nostri erunt. Dixit eis: Contra eos etiam aliquid habeo: nam dicitur* (Ier. 2. 8.) Et Pastores præuaricati sunt in me, *Et scriptum est* (Ezech. 13. 4.) Tanquam Vulpes in desertis Prophetæ tuì Israël fuerunt.

Ex hac Rabbinica narratione, sequitur, Patriarchas, & Prophetas à Deo excludi à fideiubendo pro populo Israëlitico, quia peccatores personales; quantò magis pro expianda culpa primi parentis, qua & ipsi infecti erant, omninò excludendi sunt?

Adde, quòd non poterat purus homo condignè satisfacere Deo pro peccato naturæ humanæ, quia non potest homo per recompensationẽ pœnæ adæquare recompensationem culpæ commissæ, & sic adæquatè satisfacere pro peccato naturæ humanæ. Neque bonum vnius personæ, vel plurium, poterat per æquiparantiam totius naturæ, detrimentum recompensare.

Nec etiam ipse Angelus poterat

corruptibilis puluis sederet ad dexteram Patris. Serm. VIII. in Append. To. X.

Voluit igitur Deus ipse delere peccata hominum, ipso testante, qui ait Isai. 43. 25.

אנכי אנכי הוא מוחה פשעך למעני וחטאתך לא אזכור :

Ego, ego, ipse deleo præuaricationes tuas propter me: & peccatorum tuorum non recordabor. Cùm iam antea dixisset ver. 11.

אנכי אנכי יהוה ואין מבלעדי מושיע :

Ego, ego Dominus, & non est præter me saluator. Hoc autem fieri non poterat, nisi Deus carnem humanam assumeret; & sic Christus Deus & Homo, innocens, immunis ab omni peccato, Dæmonis potestati non subditus, homines à Dæmonis captiuitate, qua per peccatum captiui tenebantur, sua morte liberaret. Vt & idem Christus attestatur Ioan. 12. 31. *Nunc Princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipsum.*

Dices. Quomodo per Christum foras eiectus est Diabolus, cùm hodie sub Dæmonis potestate maior pars mundi sit posita, & ferè vbique terrarum in corde hominum regnet?

Resp. Per mortem Christi Diabolum à suo Regno & Principatu eiectum fuisse quantum *ad Dominium & Potestatem*, quam in homines ratione peccati obtinebat. Per Christum enim facta est potestas cuilibet à peccati statu emergendi, tàm Infideli, quàm Fideli. Infideli datur li-

eas sine remedio relinqueres. Attamen, vt redemptio humani generis fieret conuenientiori modo, necesse fuit, vt Verbum Dei carnem assumeret humanam, humanitatemque sustentaret tanquam suppositum illius, vt per eam operaretur redemptionem humani generis: nam operationes sunt suppositorum. Suppositum enim humanæ naturæ in Christo cùm esset Diuinum, eius opera erant infinitæ virtutis & valoris, & idcircò vna gutta Sanguinis Christi fuisset sufficiens, propter vnionem ad Verbum, pro totius humani generis redemptione. Conuenientior igitur fuit, vt natura humana redimeretur à culpa per Verbum æternum incarnatum, quàm alio quocumque modo, quia ex vi huius vnionis hypostaticæ Verbi ad naturā humanam Deo satis fecit per sua merita Christus, non modò pro peccato primi Parentis, tam quoad culpam, quàm quoad pœnam: verùm etiam pro omnibus peccatis nostris, nosque à seruitute Diaboli liberauit, tribuens omnibus auxilia necessaria ad salutem, quamuis, quoad efficaciam pro prædestinatis tantùm satisfecisse dicatur. Hac itaque Verbi incarnatione quamplurimas prærogatiuas natura humana acquisiuit. 1. Euecta fuit ad statum gratiæ. 2. Vnita substantialiter Personæ Diuinæ. 3. Sublimata ad thronum Diuinæ Maiestatis: vnde cum D. Augustino *Naturæ humanæ gratulandum est, eò quòd sic assumpta est à Verbo Vnigenito, Vt immortalis constitueretur in cælo: atque ita fieret terra sublimis, vt in-*

rò morte sua redimendus erat mundus, hanc ita voluit, vt & media ad eam consequendam non respuerit. Porrò mors ista, quamuis à peccatoribus hoc modo illata, bonum illud tamen reddidit, salutem scilicet Vniuersi. Certè de hoc mysterio passionis Christi verè dici potest: *Actio displicuit, passio grata fuit.* Hæc siquidem ab illa Diuina Sapientia ab æterno ordinata fuit, & à Diuinis Vatibus præmonstrata in Sacris Voluminibus. Isaias enim dicit 53. 2. & seqq.

לא תאר לו ולא אדר ונראהו ולא מראה ונחמדהו׃
נבזה וחדל אישים איש מכאובות וידוע חולי וכמסתר
פנים ממנו נבזה ולא חשבנוהו׃ אכן חלינו הוא
נשא ומכאבינו סבלם ואנחנו חשבנוהו נגוע מוכה
אלהים ומעונה׃ והוא מחולל מפשעינו מדוכא
מעונותינו מוסר שלומינו עליו ובחבורתו נרפא
לנו׃ כולנו כצאן תעינו איש לדרכו פנינו ויהוה
הפגיע בו את עון כלנו׃ נגש והוא נענה ולא יפתח
פיו כשה לטבח יובל וכרחל לפני גוזזיה נאלמה
ולא יפתח פיו׃ מעוצר וממשפט לוקח ואת דורו
מי ישוחח כי נגזר מארץ חיים מפשע עמי נגע למו׃

Non est forma ei, neque decor: & vidimus eum, & non aspectus vt desideremus eum. 3. Despectus est, & abiectus inter Viros; Vir dolorum, & notus ægritudine: & non reputauimus eum. 4. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros baiulauit eos: & nos reputauimus eum plagatum, percussum Dei & humiliatum. 5. Et ipse vulneratus est à prauaricationibus nostris; attritus est ab iniquitatibus nostris. Castigatio pacificationum nostrarum super eum, & in liuore eius sanitas fuit nobis. 6. Omnes nos tam-

libertas Christo adhærendi. fideli verò suggestionibus Diabolicis resistendi, quod non habebant antea, cùm necessariò sub peccato tenerentur tamquam mancipia; neque vires vllæ aderant, quibus dissolui à vinculis peccatorum potuissent. Quantum verò *ad possessionem*, non omninò eiectus est foras Diabolus; nam si qui velint remanere sub possessione illius, in eos potestatem exercet, quamuis nullum ius in eos habeat aut potestatis, aut possessionis; eo modo quo populus aliquando à superiori Principe à iuramento fidelitatis inferiori Principi præstito absolutus, propria voluntate subiectus eidem remanet, & obedit. Sic homines plurimi vltrò cedentes, etiam hodie à Dæmonis tyrannide miserè premuntur. Dæmon autem, & *quoad Dominium*, seù *potestatem* eiectus est totaliter, & *quoad possessionem* etiam magna ex parte eiectus est foras; quotidiè insuper eijcitur, & in futurum eijcietur.

Hinc patet responsio ad illud Argumentum, quod Iudæi tanti faciunt. Si Christus venit, vt genus humanum à peccato liberaret: quid fuit in causa, vt Iudæi, & Gentiles tam grauiter peccarent conspirando in vitã ipsius; ita vt illi inclamando, *Crucifige, Crucifige*; isti sententiam Præsidis exequendo, Cruci eum affixerint? Nonne sic peccatum peccatis cumulatum est, nequaquam verò deletum?

Resp. insuper. Per aduentum Christi in mundum, libertas humana læsa nõ fuit, imò perfectior reddita, vtpote liberata à Diaboli tyrannide; quia ve-

ex Iudæorum doctrina Cod. *Sanhedrin*, cap. *Chèlek*, §. 4. אין להם חלק לעולם הבא *Non habent partem in seculo futuro*, hoc est, non habebunt partem cum iustis, ואין עומדין בדין *neque stabunt in iudicio* scilicet ad dexteram Messiæ, sed cum impijs peribunt.

Respondent Hebræi. Peccata populi non sunt attribuenda Legi, cùm Lex ex se sit sancta, & immaculata convertens animas. Quòd si qui noluerint sua facta ad Legis normam dirigere, ob quæ sint puniendi; sibi imputent, non Legi. Optimè sanè. Sed sicut Lex hominis libertatem non abstulit operandi contra Legem; sic & Christus Dominus libertatem hominum non læsit, quin & liberè etiam contra se insurgere, & neci tradere permisit. Cùm igitur dicitur peccatum à Christo deletum, & objicitur, peccatum esse peccatis cumulatum, distinctio adhibenda est: nam si *de actuali* loquamur, in iniquis cumulatur ex vsu malo eorum libertatis. Si *de originali*: Illud planè non cumulatur, sed deletur per Baptismi Sacramentum. Non tamen per ablationem peccati originalis, peccata actualia tolluntur de mundo, nisi tantùm in receptione Sacramenti Baptismi in adultis, de quo modò non agimus.

Instabis: Si Christus mortuus est propter delicta nostra, & pro omnibus peccatis nostris plenariè satisfecit; quid necessum fuit, vt homines iterum mundarentur à peccatis, addere Sacramentum Baptismi? Nonne sufficere potiùs videbatur, credere tan-

quam Ouis errauimus; Vnusquisque ad Viam suam conuersi sumus: & Dominus fecit concurrere in eum iniquitatem omnium nostrum. 7. *Oppressus est, & ipse afflictus est, & non aperiet os suum, sicut Agnus ad occisionem ducetur, & sicut Ouis coram tondentibus eam obmutuit; & non aperiet os suum.* 8. *De clausura, & indicio sublatus est, generationem eius quis eloquetur? Quoniam abscissus est de terra Viuentium; propter praeuaricationem populi mei plaga ei.* Crucifixus itaque est innocens Dñs, & mortuus, nõ ad luenda sua crimina, sed ad abluenda nostra scelera, & ad reparandum damnum, quod vnus, & primus Parens intulerat per suum primum peccatum. *Et non sicut per Vnum peccatum, ita & donum. Nam* (ait Apostolus ad Rom. 5. 16.) *iudicium quidem ex Vno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ.* Inter quæ connumerantur etiam ea, quæ à malignis Iudæis, & improbis Gentilibus in passione Christi commissa sunt.

Satis hæc videntur ad obiecta, sed vrgere placet Iudæos eodem ferè argumento. Si Lex data fuit, vt populus in viam iustitię institueretur; quid igitur fuit in causa, vt idem populus consumeretur in deserto, vt de 600. millibus pugnatorum, qui egressi fuerant de Ægypto, vix duo Iosue, & Caleb terram promissam ingrederentur? Nonne satiùs erat eos viuere sine Lege, quàm cum Lege mori, & perpetua damnatioue perire? Nam דור המדבר *Generatio deserti*, id est, qui in deserto murmurantes mortui sunt.

ſanctitatem internam, quæ in gratia conſiſtit.

Inſtabis ſecundò: Si Sacramentum Baptiſmi inſtitutum fuit principaliter vt deleretur peccatum originale, huius rei aliquod ſignum ſenſibile apparere debuiſſet. Sed nullum apparet. Ergo.

Probatur minor. Signa peccati originalis ſunt effectus ipſius peccati originalis, vti eſt fomes peccati, pronitas ad malum, infirmitates corporis, & mors ipſa. Sed hæc per Baptiſmum non tolluntur, vt patet. Ergo ſignum eſt, nec tolli peccatum ipſum originis.

Reſpondeo, per Baptiſmum tolli totum id, quod eſt de vera ratione peccati originalis, nempè culpam, & pœnam, qua homo priuatus erat gratia, & Viſione Dei. Non verò tollitur id quod materiale eſt, hoc eſt pœnalitates & defectus, qui oriuntur ex principijs naturæ, & per accidens ex peccato primi Parentis, vti fomes, pronitas ad malum, concupiſcentia, languores, infirmitates, & mors ipſa corporalis. Sed iſta non officiunt, nèque arguunt, peccatum per Baptiſmum non eſſe ſublatum, cùm eſſentia, & vera ratio ipſius ſublata ſit. Concupiſcentia verò & fomes remanent ad pugnam, quibus per Chriſti gratiam reſiſtere poſſumus, & ſuperare: languores verò, infirmitates corporis, & mors ipſa, non tolluntur, quia hæc omnia conſiderari poſſunt, vel vt ſunt quidam defectus naturales, qui per ſe oriuntur ex principijs naturæ, vel vt oriuntur ex peccato pri-

tantùm in Chriſtum, & per merita ipſius ſola fide ſaluari?

Reſpondeo, Quamuis Chriſtus omnia peccata noſtra ſufficienter deleuit, quia fuit perfectus Redemptor humani generis; principaliter tamen deleuit peccatum originale, per quod tota natura corrupta erat, & ad quam reparandam carnem humanam aſſumpſit, *& dedit ſemetipſum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate*, ad Tit. 2. 14. merendo nobis gratiam iuſtificantem, & remiſſionem peccatorum. Voluit autem mundo relinquere huius gratiæ ſignum ſenſibile, inſtituendo Sacramentum Baptiſmi; per quod internè homo ſanctificaretur per gratiam habitualem, quæ in anima ab eo producitur. Et per quod conſtitueretur homo filius Dei per regenerationem, & fidem in Chriſtum; vnde Sacramentum fidei dicitur, & ianua vitæ ſpiritualis, & ſine ipſo, re, vel voto ſuſcepto, nemo ſaluus eſſe poteſt: nam *niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto non poteſt introire in Regnum Dei*. Ioan. 3. & in quo fit expreſſa fidei profeſſio, per quam iuſtificatur homo ſine operibus Legis, cùm *Fides ſit humanæ ſalutis initium, fundamentum & radix omnis iuſtificationis*, ex Concil. Trident. ſeſſ. 6. cap. 8. Igitur valdè congruum fuit, vt nouus Adam Chriſtus Dominus ſua Sacramenta in Eccleſia inſtitueret, inter quæ primum locum Baptiſmus tenet, vt ex Concil. Florent. in decr. Vnion. Armen. §. *Primum omnium*. vt ſuo vſu ablueret animam à ſordibus peccatorum, & conferret

& facultate resistendi, & vincendi prauos animi affectus cognouerunt etiam Talmudistæ in Cod. סוכה *Succà* cap. 5. pag. 52. in fine, vbi sic loquuntur.

אמר רבי יצחק יצרו של אדם מתגבר עליו בכל יום שנאמר (בראשית ו׳ : ה) רק רע כל היום : אמר רבי שמעון בן לקיש יצרו של אדם מתגבר עליו בכל יום ומבקש המיתו שנ׳ (תהלים ל״ז : ל״ב) צופה רשע לצדיק ומבקש להמיתו ואלמלא הקב״ה שעוזר לו אינו יכול לו שנ׳ (שם פסוק ל״ג) יהוה לא יעזבנו בידו ולא ירשיענו בהשפטו :

Dixit R. Isaac: Fomes malus hominis quotidiè inualescit (in עין ישראל *En Israël* Par. I. pag. 118. num. 32. legitur מתחדש *renouatur*) *contra eum. S. D.* (Gen. 9. 5.) Tantum malum omni die. *Dixit R. Simeon Ben Lakisc: Fomes malus hominis potentior fit omni die, & quærit interficere eum. S. D.* (Psal. 37. 32.) Speculatur impius iustum: & quærit interimere eum. *Et nisi Deus sanctus benedictus auxiliaretur ei, nullo modo posset resistere. S. D.* Ibid. ver. 33.) Dominus non derelinquet eum in manu eius: nec condemnabit eum, cùm iudicatus fuerit ipse.

Tradunt modum ijdem Talmudistæ resistendi, & vincendi יצר הרע *Iètzer haraà, Figmentum malum*. Dicunt loco citato scilicet *Succà* pagina 52. b. lin. 5.

תנא דבי רבי ישמעאל אם פגע בך מנוול זה משכהו לבית המדרש אם אבן הוא נימוח אם ברזל הוא מתפוצץ אם אבן הוא נמוח דכתיב הוי כל צמא (ישעיה נ״ה : א׳) לכו למים : וכתיב (איוב י״ד . י״ט) אבנים שחקו מים : אם ברזל הוא מתפוצץ

primi Parentis, & habent annexum reatum peccati originalis. Priori modo non tolluntur à natura humana: nam *Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem?* Psal. 89. v. 49. Alij languores, & defectus sunt præludia ad mortem. Posteriori modo tolluntur, quia reatus peccati tollitur. Adde; quòd Baptismus habet quidem sufficientem vim ad tollendum huiusmodi defectus, & pœnalitates, non tamen tollit illas, nisi in secundo aduentu Messiæ, quo tempore, scil. in Resurrectione Iustorum, quando mortale hoc induerit immortalitatē, erunt omnes Iusti tanquam Angeli Dei, sine molestia, & sine corruptione.

Sed ad יצר הרע *Iètzer haraà Fomitem malum* Iudæorum redeamus. In Cod. יומא *Iomà* cap. 1. pag. 20. in princ. ad illud Gen. 4. 7. לפתח חחטאת רובץ *Ad ostium peccatum cubat*, R. Salomon intelligit de יצר הרע *Iètzer haraà Fomite peccati*, & dicit, quòd adigat hominem מחטיאו בעל כרחו *peccare per vim*. Errat R. Salomon, quia homo habet libertatem peccandi, vel non peccandi, & potest Dei gratia resistere prauis suggestionibus effrœnatæ concupiscentiæ. Hæc doctrina docetur à Catholicis, & in Concilio Trident. sess. 5. in decr. *De Peccato origin.* n. 5. quo decernit huiusmodi concupiscentiam, vel fomitem peccati originalis, remanere quidem in baptizatis, & ad agonem relictam, non consentientibus, sed vtiliter per Christi Iesu gratiam repugnantibus nocere non posse. Hanc sanam doctrinam de libertate hominis,

nij, alphabetum discerem, & stridentia anhelantiaque verba meditarer. Quid ibi laboris insumpserim, quid sustinuerim difficultatis, quoties desperauerim, quotiesque cessauerim, & contentione discendi rursus inceperim, testis est conscientia, tam mea, qui passus sum, quàm eorum, qui mecum vitam duxerunt. Hactenus Hieronymus de studio suo Hebraico, qui vt otium fugeret, & prauos concupiscentiæ motus reprimeret, ad hæc Sacra studia, etsi prima fronte insuauia videantur, animum applicuit, & inæstimabili bono, versione scilicet, & interpretatione Sacrorum Codicum, Ecclesiam vniuersam ita ditauit, vt inde ab eadem in exponendis Sacris Scripturis Doctor maximus meruerit appellari. Sed ad rem. Et quid de *malo Figmento* in eodem loco citato *Succà* pag. 52, b. prosequantur Talmudistæ, referamus -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן יצר הרע מסיתו לאדם בעולם הזה ומעיד עליו לעולם הבא שנאמ׳ (משלי כ״ט, כ״א) מפנק מנוער עבדו ואחריתו יהיה מנון שכן באט״ב ב״ח של רבי חייא קורין לסהדה מנון ׃

Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Dixit R. Ionathàn: יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum persuadet homini* (illecebra) *in hoc mundo; sed in altero testatur contra eum. S. D.* (Prou. 29. 21.) Nutriens delicatè à pueritia seruum suum: & nouissimo suo erit מנון *Manòn filius. Per Alphabetum* א״ט ב״ח *Et bàch R. Chijà* סהדה *Sahadà Testimonium vocant* מנון *Manòn.* De huiusmodi Alphabeto א״ט ב״ח

Et

מתפוצץ דכתיב (ירמיה כ״ג, כ״ט) הלא כה דברי כאש נאם יהוה וכפטיש יפוצץ סלע ׃

Est traditio Scholæ R. Ismaëlis. Si occurrerit tibi huiusmodi Turpe (Figmentū) *introduc illud in Academiam: si erit lapis, liquefiet; si verò ferrum, frangetur. Si lapis est, liquefiet, quia scriptum est* (Isai. 55. 1.) O omnes sitientes ite ad aquas. *Et scriptum est* (Iob 14. 19.) Lapides contuderunt aquæ. *Si ferrum erit, frangetur, quia scriptum est* (Ierem. 23. 29.) Nonne sic est verbum meum tanquam ignis, dixit Dominus, & velut malleus contritam disperget petram?

Vide *En Israël* Par. I. pag. 118. n. 32. Quod laudabile consilium vincendi carnis illecebras studio Sacræ Scripturæ, consonat dictis Hieronymi in ep. ad Rusticum Monachum: *Ama scientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.* Hoc enim studio mens ad Diuina extollitur, *quæ* (ex S. Leone) *otiosa nihil cogitare nouit, quàm de escis, aut ventre.*

Idem Hieronymus, cùm huiuscemodi tentationibus vrgebatur, non alijs armis vtebatur ad resistendum, vt scribit ad eundem Rusticum: *Dum essem* (inquit) *iuuenis, & solitudinis me deserta vallarent, incentiua vitiorum ardoremque naturæ ferre non poteram, quem cùm crebris ieiunijs frangerem, mens tamen cogitationibus æstuabat. Ad quam edomandam cuidam fratri, qui ex Hebræis crediderat, me in disciplinam dedi, vt post Quintiliani acumina, Ciceronis fluuios, grauitatemque Frontonis, & lenitatem Pli-*

Alphabetum אט בח *Et bàch* *Rabbì* חייא *Chÿà.*

						Valor.
5	ה	דו	גז	בח	אט	10
50	נ	מס	לע	כפ	יצ	100
500	ך	תם	שן	רף	קץ	1000

Aduertendum tamen est, cùm litera ה *He* non habeat comparem, sicut neque litera נ *Nun*, vna pro alia accipi debet, vt in casu סהרה & מנון. Et hæc quoad Alphabetum R. Chija. De hoc Alphabeto vide in *Comment.* ad locum citatum *En Israël* Par. I. pag. 118. n. 32.

Quod verò ad sententiam R. Ionathan dicendum est, *Ièzer haraà Figmentum malum* in hoc loco accipi pro שטן *Satàn*, vti frequenter fit apud Talmudicos, vt Cod. קדושין *Kidduscin De Nuptijs* cap. 4. pag. 81. circa finem, vbi refertur quòd R. Meir, & R. Akibà dum deriderent eos, qui dicebant Fomitem superare esse rem arduam, apparuit eis Satan sub mulieris specie, & יצר הרע *Ièzer haraà* esse dicunt, contra quem isti duo Rabbini præliantur.

Aliam malitiam huius Fomitis, & malæ concupiscentiæ describunt Talmudistæ in eodem loco, scilicet *Succà* pag. 52. b. longè post principium. In principio, dicunt, Mentis vagationem inducere, in varia obiecta eam distrahendo, in fine verò consistere

vo-

Et Bàch hoc modo loquitur R. Salomon ibidem.

באט בח אלפא ביתא הוא א״ט ב״ח ג״ז ד״ו תרי עשיריות י״ץ כ״ף ל״ע מ״ס הרי מאות. ק״ץ ר״ף ש״ן ת״ם הרי אלפים. ונשארו הנ״ך שלא היה לה״א בן זוג בעשיריות ולא לנו״ן בן זוג במאות לפי סדר האותיות ולא לכ״ף בן זוג באלפים וחברם יחד נמצא דרך אלף בית זה סהרה מנון סמ״ך מן מ״ם במקום מ״ם ה״א מן הן במקום נו״ן דלית מן ד״ו במקום וי״ו ועוד ה׳ במקום נו״ן.

Et-Bàch est Alphabetum, numerans א״ט ב״ח ג״ז ד״ו (10. 100. 1000.) *Ista paria literarum numerant* 10. *Ista alia* י״ץ כ״ף ל״ע מ״ס *numerant* 100. *Et ista* ק״ץ ר״ף ש״ן ת״ם *numerant* 1000. *Supersunt verò* (tres literæ) ה׳ *He*, נ׳ *Nun*, & ך׳ *Caph*: *nam* ה *He non habet par in decade, neque* נ *Nun in Centuria secundùm ordinem literarum, neque* ך *Caph habet par in Chiliade, & seorsim deponuntur. Hoc modo inuenitur* סהרה *Sahadà idem esse ac* מנון *Manòn*, ס׳ *Sàmech enim stat loco* מ *Mem*; ה *He loco* נ *Nun*; ד *Dàleth loco* ו *Vau*; & *iterum* ה *He loco* נ *Nun*. Vnde per huiusmodi Alphabetum idem est סהרה *Sahadà Testimoniũ*, ac מנון *Manòn Filius*, Ordinatur autem Alphabetum hoc modo.

יצר הרע בתחלה נעשה אכסנא ולבסוף נעשה ארח ואחכ׳ הוא נעשה בעל הבית ׃

Iètzer haraà Concupiſcentia mala in principio eſt Viator, & in fine fit Hoſpes, & tandem fit Dominus domus, paterfamilias.

De eadem concupiſcentia ibidem, ſcilicet Cod. *Succà* pag. 52. b. paulò ante medium.

אמר רבי יוחנן אבר קטן יש לו לאדם מרעיבו שבע משביעו רעב שנא׳ (הושע י״ג ו׳) כמרעיתם וישבעו שבעו וגומר ׃

Dicit R. Iochanàn: Membrum paruulum eſt in homine. Qui eſurire illud facit, ſaturum reddit; qui verò ſaturum reddere conatur, eſurire facit. S.D. (Oſea 13.6.) Secundùm paſcuũ ſuum ſaturati ſunt; ſaturati ſunt &c.

De fomite intelligunt antiqui Rabbini, qui minimæ videtur entitatis; imò quia ab Apoſt. ad Rom. 6. 7. & 8. is appellatur peccatum, eò quòd ex peccato ſit, & ad peccatum inclinet, & nihil poſitiuè videtur supponere in homine, niſi ſolum defectum originalis Iuſtitiæ, adeòque nullam quodammodo entitatem habere poſitiuam; hinc itaque minimum vocatur. Si hunc frœnauauerimus, ſaturum reddemus, quietum nempè, nec nobis moleſtũ: at cùm exarſerit, ſi ei indulgere voluerimus, proteruum, & contumacem experiemur, & tanquam eſur & famelicus viſcera conſcientiæ lacerabit. R. Salomon de pudendis intelligit ad eundẽ locum, & explicat.

אבר קטן גויה גיד ׃ משביעו בתשמיש ׃ רעב גופו

voluntatem ad malum allicere. & animum vndique occupare. Itaque.

רב הונא רמי כתיב (הושע ד׳ י״ב) כי רוח זנונים התעם וכתיב (שם ה׳ ד׳) בקרבם בתחילה התעו ולבסוף בקרבם אמר רבא בתחלה קראו הלך ולבסוף קראו אורח ולבסוף קראו איש שנא׳ (שמואל ב׳ י״ב ד׳) ויבא הלך לאיש העשיר ויחמול לקחת מצאנו ומבקרו לעשות לאורח וכתיב (שם) ויקח את כבשת האיש הרש ויעשה לאיש הבא אליו ׃

Ràu Hunnà arguebat: Scriptum eſt (Hoſceàa 4. 12.) Quoniam ſpiritus fornicationum errare fecit (eos). *Et ſcriptum eſt* (Ibid. cap. 5. 4.) In medio eorum. *Senſus eſt: In principio errare facit eos, & in fine reperitur in medio eorum. Dixit Ravà: In principio* (concupiſcentia mala) *vocatur* הלך *Halàch Viator, & in fine vocatur* ארח *Orèach Hoſpes, & tandem vocatur* איש *Iſc Vir, Dominus. S. D.* (2. Samuel: 12. 4.) Et venit הלך Viator ad virum diuitem, & pepercit ſumere de ouibus ſuis, & de bobus ſuis ad parandum ארח hoſpiti. *Et ſcriptum eſt* (Ibidem) Et tulit agnam Viri pauperis, & parauit eam לאיש הבא Viro venienti ad eum.

Vnde D. Hieronymus ad hunc ſenſum idem ferè habet, dum ad Ruſticum Monacum hæc ſcribit: *Nec vacet mens tua varijs perturbationibus: quæ ſi pectori inſederint, dominabuntur tui: & te deducent ad delictum maximum*, relatus in Can. *Nunquam de manu. De Conſecr.* diſt. 5. c. 33.

Idem habetur in *Bereſcith Rabbà Paraſcià* 22. pag. 25. col. 4. non diſſimilibus verbis. Dicitur enim

וגו חסר כח זרע לעת זקנה : שבע כבח שלם :

Membrum paruulum (inquit) *est membrum virile. Qui saturare illud facit coitu, esurit corpus eius, deficiunt vires seminis: tempore senectutis satiatur, virtute perfecta.* Huiusmodi enim concupiscentia, & fomes libidinis, potissimùm est in membris genitalibus, & in lumbis quantum ad originem, vti dicunt nostri Theologi cùm D. Thoma. *Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ*, Apost. ad Rom. 7. 23. & ad Ephes. 6. 14. *State ergo succincti lumbos vestros*, & Lucæ cap. 12. ver. 35. *Sint lumbi vestri præcincti. Lumbos enim præcingimus; cùm carnis luxuriam per continentiam coarctamus*, inquit D. Gregor. hom. 13. in Euang. Luctandum itaque esse contra hanc prauam concupiscentiam, fomitem, figmentum malum יצר הרע *Iètzer haraà*, & antequam adolescat, virésque acquirat, supprimendum; eò quòd in principio apparet veluti tenuissimum filum, in fine verò crassum & densum euadet tamquam funis, vel Camelus; ipsimet Hebræi monent in Codice סוכה *Succà* cap. 3. pag. 52. circa med. vbi sic habet R. Asse -

אמר רבי אסי יצר הרע בתחילה דומה לחוט של בוכיא ולבסוף דומה כעבותות העגלה שנאמר (ישעיה ה׳ : יח׳) הוי מושכי העון בחבלי השוא וכעבותות העגלה חטאה :

Dixit R. Assè יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum in principio est simile filo aranearum; & in fine simile est funi plaustri. S. D.* (Isai. 5. 18.) Væ trahentibus iniquitatem in funibus mendacij, & veluti funibus plaustri peccatum.

Vel vt legitur in *Bereseith Rabbà, Parascià* 22. pag. 25. col. 4. in med.

אמר רבי עקיבא בתחלה דומה לחוט של עכביש ולבסוף נעשה כקלע של ספינה :

Dixit R. Akibà: Et in fine fit sicut Camelus Nauis.

Resistendum præcipuè est, & pugnandum contra prauam concupiscentiam cùm adhuc debilis est: eò quòd postquam adoleuerit, & in Nauticum, aut Carpentarium funem euaserit, vix vlla industria, aut vis in eam præualebit, iuxta illud: *Principijs obsta, serò medicina paratur*: neque paruipendendum, quamuis paruulus videatur inimicus, sed coram eo pauendum, & sic effugiendum peccatum: habetur in מדרש תלים *Midràsc Tillim* ad ver. 5. Psalmi 4: רגזו ואל תחטאו *Contremiscite, & non peccetis.*

אמר רבי אחא ארגיז יצרך ואל יחטיאך :

Dixit R. Achà: Contremisce concupiscentiam tuam fomitem tuum, & non faciet te peccare. At Ràu vult, vt pugnemus contra Fomitem, dum ibidem dicit -

אכהיש יצרך ואל יחטיאך שלא תבוא לידי חטא :

Debilita fomitem tuum, & non faciet te peccare, ne venias in manus peccati: Hoc est, Pugna contra concupiscentiam tuam, prosterne illam, & rem gratam facies Deo: nam hoc modo immolatur Fomes, & Deo sacrificatur, cuius species sacrificij valdè

ac-

uerunt fessi robore.

Neq; decipi ab eo patiamur, quamuis dulce, & delectabile aliquid nobis exhibere videatur, quia vt habetur in עין ישראל *En Israël* Par. II. Cod. בבא מציעה *Bauà Metzià* cap. 9. pag. 71. col. 4. in fine, num. 50.

אמר רבי אבין והסיר יהוה ממך כל חולי זה יצר הרע שראשו מתוק וסופו מר :

Dixit R. Auin: Et remouebit Dominus à te omnem infirmitatem. (Deuter. 7. 15.) *Ista est concupiscentia mala, cuius initium dulce, & finis amarus.*

Præter nomina suprà relata, quibus Talmudistæ vocant suum יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum*, in Cod. *Berachòth* cap. 2. pag. 17. non longè post principium, à R. Alexandro etiam vocatur שאור שבעיסה *Sceòr scebeisà Fermentum, quod est in massa*. Solebat iste Rabbinus in fine precum, hanc supplicandi formulam addere, vt ibidem legitur.

רבי אלכסנרי בתר דמצלי אמר הכי רבון העולמים גלוי וידוע לפניך שרצוננו לעשות רצונך ומי מעכב שאור שבעיסה :

R. Alexander post preces hoc modo dicebat: Domine vniuersorum, rectum, & notum est coram te, quòd voluntas nostra est, vt faciamus voluntatem tuam. Et quis nos detinet? Fermentum, quod est in massa. Glossa Rasci:

שאור שבעיסה יצר הרע שבלבבנו המחמיצנו :

Fermentum, quod est in massa, est Iètzer haraà Figmentum malum, quod

accepta est, vt & ipsi Talmudistæ agnoscunt in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 6. נגמר הדין *Nighmàr Haddin* pag. 53. lin. 5. ante finem.

אמר רבי יהושע בן לוי כל הזבח את יצרו ומתודה עליו מעלה עליו הכתוב כאילו כיבדו להקב"ה בשני עולמים העולם הזה והעולם הבא דכתיב (תלים נ' כ"ג) זובח תודה יכבדנני :

Dixit R. Iosue Ben Leui: Omnis qui sacrificat Fomitem suum & confitetur eum, de eo Scriptura habet, ac si ille honoraret Deum sanctũ benedictum in duobus seculis, in seculo præsenti, & in seculo futuro, sicut scriptum est (Psalmo 50. v. 23.) Sacrificans confessionem, honorificauit me.

Itaque continuò pugnandum contra יצר הרע *Iètzer haraà Fomitem malum*, & quamdiù in via, & in vita sumus, recedendum non est ab hac pugna: nam, vt dicitur in *Bereścith Rabbà Paraścià* 9. pag. 11. col. 2. circa med. ex sententia R. Iochanàn, Iusti perpetuò in hac vita contra *malum Figmentum* pugnare debent, vt tandem in alio quiescant, & mercedem laboris recipiant. Interrogat R. Iochanan.

מפני מה נגזרה מיתה על הצדיקים, אלא כל זמן שהצדיקים חיים הם נלחמים עם יצרן, כיון שהם מתים הן נחין הדא הוא דכתיב (איוב ג' י"ז) ושם ינוחו יגיעי כח :

Cur decreta sit mors super Iustos? & sibimet ipsi respondet: Quia cùm Iusti, quamdiu viuunt, semper pugnant cum Fomite suo, aequum est, eos mori, vt requiescant, & hoc est illud, quod scriptum est (Iob 3. 17.) Et ibi requie-

est in corde nostro, & corrumpit nos. Vide עין ישראל Par. I. pag. 21. col. 2. num. 59.

Et R. Abraham Scialòm in suo libro נוה שלום *Neuè scialòm*, Tract. 11. cap. 2. vbi adiungit -

קראו רבותנו זכרם לברכה היצר הרע שאור שבעיסה ובעיסה הכוללת השאור שכאשר השאור המועט מחמיץ עסה גדולה ומפסידה כן היצר הרע מפסיד האדם ׃

Vocauerunt Doctores nostri b. mem. Figmentum malum שאור שבעיסה *Sceòr scebeissà Fermentum quod est in massa*, (nã in massa comprehenditur fermentum) *quòd sicut modicum fermentum magnam massam fermentat, & corrumpit, sic Ietzer baraà Figmentum malum corrumpit hominem.* Didicerunt hanc doctrinam Rabbini à Diuo Paulo 1. ad Corint. 5. 6. & ad Galat. 5. 9. *Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit?* Dicitur *Figmentum malum* corrumpere hominem, quia allicit eum ad peccandum; cui tamen resistere potest. Sed quia homo propter huiusmodi fomitem pronus est ad malum, ideò si ei assentiatur, veluti res fermentata, tota hominis massa corrumpetur: & hoc modo de eo dicunt Talmudistæ esse *Fermentum malum.* Vide in *Beresith Rabbà Parascià* 34. pag. 38. col. 1. circa principium, & inuenies; quòd -

אבא יוסי החורתי אומר עלוב הוא השאור שמי שברא אותו מעיד עליו שהוא רע שנאמר (תלים קג׳ ׃ יד״) כי הוא ידע יצרנו זכור כי עפר אנחנו ׃ ורבנן אמרי עלובה הנטיעה שמי שנטעה

מעיד עליה שהיא רעה שנא׳ (ירמיה יא״ ׃ יז״) ויהוה צבאות הנוטע אותך דבר עליך רעה ׃

Abbà Iosè Hacborathæus dicebat: Vituperabile esse illud fermentum, si ille, qui creauit, testimonium perhibeat, esse malum. S. D. (Psal. 103. 14.) Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum: recordatus est, quoniam puluis sumus. *Et Rabbini* (nostri) *dicunt: Vituperabilis est illa planta, si qui illam plantauit, testimonium perhibeat, quòd sit mala. S. D.* (Ierem. 11. 17.) Et Dominus exercituum, qui plantat te, locutus est super te malum. In *Medràsc Tillìm* ad illud Psal. 103. ver. 14. *Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.* pag. 44. col. 2. circa medium idem legitur his verbis -

אבא יוסי בן דוסא אומר כי הוא ידע יצרנו ׃ תני רבי חייא אוי לה לעיסה שהנחתום מעיד עליה שהיא רעה ׃

Abbà Iosè Ben Dosà dicit: Quoniam ipse cognouit figmentum nostrum. *Tradidit R. Chijà: Væ massæ illi, cui pistor testimonium perhibet, quòd ipsa sit mala.*

Sed quæres: An sicut Hebræi admittunt יצר הרע *Ietzer haraà Figmentum Fomitem malum*; ita etiam admittant יצר טוב *Ietzer Toù Figmentum bonum?*

Resp. Vtique. Et pluribus in locis id expresè docent in Talmude, & alibi. In Talmude Cod. ברכות *Berachòth* cap. 9. הרואה *Harroè* pag. 61. lin. 5. de vtroque Fomite, hæc leguntur -

רו

דרש רב נחמן בר רב חסדא מאי דכתיב (בראשית ב׳ : ז׳) וייצר יהוה אלהים את האדם בשני יודין שני יצרים ברא הקב״ה אחד יצר טוב ואחד יצר רע וכו׳ :

Differebat Ràu Nachmàn Bar Ràu Chasdà : Quid est quod scriptum est (Genes. 2. 7.) Et formauit Dominus Deus Adam hominem (וייצר *Vaiitzer Et formauit*) *cum duabus literis* יי *Duo* יצרים *Ietzarìm Figmenta, Genios,* seù *Affectus, & pronitates creauit Deus sanctus benedictus* (in homine) יצר טוב *Ièt zer Tòu, Figmentum, seù pronitatem ad bonum, &* יצר רע *Ièt zer raà Figmentum malum, pronitatem ad malum.* Contra hoc מתקיף *argumentatur* רב נחמן בר יצחק *Ràu Nachmàn Bar Isaac* -

אלא מעתה בהמה דלא כתיב בה וייצר לית לה יצרא והא קא חזינן דמזקא ונשכא ובעטא אלא כדרש בן פזי דאמר ר׳ שמעון בן פזי אוי לי מיוצרי ואוי לי מיצרי :

Verum ex nunc. De iumento, de quo non scriptum est וייצר *Vaiitzer* (cum duobus יי Iod, sed tantùm vnico, vt Gen. 2. 19. ויצר *Vaitzer Et formauit &c.*) *sequeretur quòd non esset illi pronitas, & inclinatio mala. Nihilominus videmus, quòd damnum facit, mordet, calcitrat. Sed secundùm expositionem Ben Pazì; quia dicebat R. Simeon Ben Pazì: Væ mihi, à formatore meo; & væ mihi à fomite meo.* Glossa R. Salomon -

אוי לי מיוצרי אם אלך אחר יצרי ואם לא אלך אחריו אוי לי מיצרי המיגעני בהרהורים :

Væ mihi à formatore meo creatore meo: si ego ambulauero post concupiscentiam meam, atque etiam si non ambulauero post ipsam, doleo de appetitu isto meo, quod defatigat me in cogitationibus. R. Salomon opinor velle significare duo nobis accidere aduersa, alia à Deo, alia à nobis ipsis. Iterum à nobis ipsis bifariam affligimur re, & cogitatione.

De duplici *Figmento bono*, & *malo* fit etiam mentio in מדרש קהלת *Medràsc koèleth*, ad illud Ecclesiastæ capit. 4. ver. 13.

טוב ילד מסכן וחכם ממלך זקן וכסיל וגו׳ :

Melior est puer pauper, & sapiens, præ Rege sene & stulto &c. vbi in editione Amstelodamensi cum Comment. pag. 95. col. 2. circa med. -

טוב ילד מסכן וחכם זה יצר טוב ולמה נקרא שמו ילד כי אין מזדווג לאדם אלא מבן יג״ שנה ולמעלה : ולמה נקרא שמו מסכן שאין הכל שומעין לו : ולמה נקרא שמו חכם שהוא מלמד את הבריות לדרך ישרה :

Melior est puer pauper, & sapiens, istud est יצר טוב *Ièt zer Tòu Figmentum bonum, Genius bonus. Et cur vocatur nomen eius* ילד *Ièled Puer? Quia non adiungitur homini nisi à decimo tertio anno, & supra. Et quare vocatur nomẽ eius* מסכן *Mischèn Pauper? Quia non omnes obediunt illi. Et cur vocatur nomen eius* חכם *Chachàm Sapiens? Quia docet creaturas viam rectam.* Sequitur deinde de יצר הרע *Ièt zer haraà Figmento malo* -

ממלך זקן וכסיל : זה יצר הרע : ולמה קורא אותו מלך שהכל שומעין לו : ולמה קורא אותו זקן שהוא מזדווג לו מילדתו ועד זקנתו : ולמה

sed diffusiuè inuenitur in omnibus membris, vt dicit D. Thom. ad Roman. 8. lect.4. quæ vt plurimùm Fomiti veluti Regi obediunt, vt dicitur in *Midràse*.

Rursus de vtroque *Figmento bono* & *malo* legitur in Talmude Cod. *Berachòth* cap. 9. pag. 61. propè finem hoc modo.

אמר רב יצר הרע רומה לזבוב ויושב בין שני מפתחי הלב שנאמר (קהלת י׳ א׳) זבובי מות יבאיש יביע שמן רוקח ושמואל אמר כמין חטה הוא רומה שנא׳ (בראשית ד׳ ז׳) לפתח חטאת רובץ: ת״ר שתי כליות יש בו באדם אחת יועצתו לטובה ואחת יועצתו לרעה ומסתברא דטובה לימינו ורעה לשמאלו דכתיב (קהלת י׳ ב׳) לב חכם לימינו ולב כסיל לשמאלו ׃

Dixit Ràu : יצר הרע Ièzer haraà Fomes malus, mala inclinatio, prauus appetitus similis est muscæ; & sedet inter duas claues cordis. S. D. (Eccles. 10. 1.) Muscæ mortuæ fœtere facient, effundent vaporem vnguenti aromatarij. *Et Samuel dixit: Ad instar exigui grani frumenti est. S. D.* (Genes. 4. 7.) Ad ostium peccatum cubat. *Docent Magistri nostri: Duo renunculi sunt in ipso homine, alter monet, dirigitque ad bonum, alter suadet malum: & consentaneum est credere, quòd bonum sit ad dexteram hominis, & malum ad sinistram, quia scriptum est* (Eccles. 10. 2.) Cor sapientis ad dexteram eius, & cor stulti ad sinistram ipsius.

Ex eo quòd assimilatur יצר הרע *Iètzer haraà Prauus appetitus* muscis morientibus, manifestatur debilitas illius; quia sicut muscę debiles & langui-

קורא אותו כסיל שהוא מלמד לאדם לדרך רעה אשר לא ידע להזהר עוד שאינו יודע כמה צער וכמה יסורין באין עליו והיא אינו נזהר מהם כי מבית הסורים יצא למלוך דהוא מכשכש לברייאתה כמן ביני שריאתה ׃ כי גם במלכותו נולד רש במלכות יצר טוב נולד רשותו של יצר הרע ׃

Præ Rege sene & stulto. *Istud est* יצר הרע *Ièizer haraà Figmentum malum. Et quare vocat illud* מלך *Mèlech Regem? Quia omnes obediunt illi. Et cur vocat illud senem? Quia adiungitur* (homini) *à pueritia vsque ad senectutem suam. Et cur vocat illud* כסיל *Casil Stultum? Quia docet hominem viam malam, quam nescit cauere. Præterea, quia nescit, quamplurima angustia, & tribulationes venient super eum, & ipse non praeauet ab eis. Quia de domo carceris exit ad regnandum. Quia ipse sonitat creaturis, sicut de medio, siuè inter pressuras. Quia etiam in Regno eius nascitur pauper. In Regno Figmenti boni nascitur licentia Figmenti mali.*

Ijsdem ferè verbis, sed dialecto Chaldaica idem legitur in מדרש תלים *Midràse Tillim*, Psal. 9. ver. 2. אודה יהוה בכל לבי׃ *Confitebor Domino in toto corde meo.* Solùm, quando vocatur Rex, explicat, דכל אברים שמעין ליה *quòd omnia membra ei obediant.* Et hæc est pœna, quam Deus homini peccanti indidit, vt rationi eius inferiores vires non obedirent, quæ ab Apostolo vocatur *Lex. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ*, ad Rom. 8. Eò quod per legem Diuinæ Iustitiæ introducta est. Hæc autem lex, originaliter quidem consistit in appetitu sensitiuo,

guidæ de facili cadunt in vnguenta, & pari facilitate, ſi hæc velo operiantur, arceri, vel defendi poſſunt; ita, ſi ſupra cor hominis obex virtutis ponatur, Fomes malus, veluti Sacerdos profanus, intra cordis ſanctuarium non ingredietur, nec in anima puſtula peccati gignetur, nec illam fœtere faciet; nam vt habet R. Salomon -

יביע לשון אבעבועית כל משקה סרוח מעלה רתיחה ואבעבועו׳ :

יביע *Iabiaà Emanabit, effundet, ſignificat puſtulas. Omnis liquor fœtens generat ebullitionem, & puſtulas.*

Tribuunt facultatem renibus ſuadendi bonum, & malum; quod proprium eſt Figmenti boni, & mali, Igitur in hoc loco, renes pro vtroque Figmento bono ſcilicet, & malo accipiuntur. Quomodo autem ſuadeant ibidem docent Rabbanàn eadem pagina 61. lin. vltima -

תנו רבנן כליות יועצות לב מבין לשון מחתך: פה גומר: ושט מכנים ומוציא כל מיני מאכל : קנה מוציא קול: ריאה שואבת כל מיני משקין: כבר כועס: מרה זורקת בו טפה ומניחתו: טחול שוחק: קרקבן טוחן: קיבה ישנה : אף ניעור נעור היכן ישן הנעור נימ״ק והולך לו: תנא אם שניהם ישנים או שניהם נעורים מיד מת :

Dixerunt Magiſtri noſtri: Renunculi conſilium dant. [R. Salomon: יועצות את הלב עשה כן *Conſilium dant cordi dicendo, ſic facito.*] *Cor intelligit.* [R. Salomon -

מה שיש לו לעשות אם ישמע לעצת הכליות אם לאו ומניין שהכליות יועצות שנאמר (תלים י״ו. ז׳) אברך את יהוה אשר יעצני אף לילות יסרוני

כליותי: ומניין שהלב מבין שנא׳ (ישעיה ו׳: י׳) ולבבו יבין :

Quid ſibi faciendum ſit, an audiat conſilium renum, an non. Et vnde probatur, quòd renes conſilium ferunt? *S. D.* (Pſal. 16.7.) Benedicam Domino, qui conſuluit mihi intellectũ: etiam noctibus erudierunt me renes mei. *Et vnde probatur, quòd cor intelligat?* *S. D.* (Iſai. 6.10.) Et corde ſuo intelligat-] *Lingua incidit.* [R. Salom. את הדבור להוציא מפיו ſcilic. *Verbum Vt foris promat.*] *Os complet.* [R. Salomon -

והפה עם השפתים גומר הדבור ומוציאו:

Id eſt, pronunciat, & foris exprimit.] *Fiſtula cibalis recipit intus, & expromit omnes ſpecies cibi. Canna elicit vocem. Pulmo attrahit omnia liquida. Iecur iraſcitur. Fel ſpargit in iecore guttam, & dimittit iram. Splen riſum mouet. Ventriculus molit* (ſcilicet cibum) *Stomachus dormit. Naſus vigilat. Si vigilat quod dormire debet, & ſi dormit quod debet euigilare, defluit & pergit ad mortem. Eſt traditio: Si ambo ſimul dormierint, vel ſimul vigilauerint, ſtatim moritur.* Vide etiam in עין ישראל *En Iſraël* Par. 1. pag. 40. num. 122.

Habes etiam de vtroque Fomite in Talmude Cod. נדרים *Nedarim*, cap. 3. pag. 32. b. circa principium, vbi ſic legitur -

אמר רמי בר אבא מאי דכתיב (קהלת ט׳: י״ד) עיר קטנה ואנשים בה מעט: וגו׳ : עיר קטנה זה הגוף ואנשים בה מעט אלו איברים ובא אליה מלך גדול וסבב אותה זה יצר הרע : ובנה עליה

מצורים

מצורים והרמים אלו עונות ומצא בה איש מסכן וחכם זה יצר טוב ומלט הוא את העיר בחכמתו זה תשובה ומעשים טובים ואדם לא זכר את האיש המסכן ההוא דבשעת יצר הרע לית דמרכר ליה .יצר טוב והחכמה תעוז לחכם זו תשובה ומעשים טובים מעשרה שליטים אשר היו בעיר אלו ב' ידים וב' רגלים ב' עינים וב' אזנים ראש הגויה ופה׃

Dixit Ramè Bar Abbà: Quare scriptum est (Eccles. 9. 14.) Ciuitas parua, & virorum in ea parum &c. Ciuitas parua *est Corpus*, & virorum in ea parum, *ista sunt membra*. Et venit aduersus eam Rex magnus, & circumdedit eam; *istud est* יצר הרע *Ietzèr haraà Figmentum malum*: & extruxit super eam retia, & laqueos, seù plagas, (Ibid. cap. 7. 27.) *istæ sunt iniquitates* (quæ obijciuntur homini à Fomite malo.) Et inuentus est in ea vir pauper, & sapiens; *istud est* יצר טוב *Iètzer Tòu Figmentum bonum*: & eruit ipse Vrbem in sapientia sua, *ista est resipiscentia, & opera bona*: & homo non recordatus est viri pauperis illius, *quia dum obedit Figmento malo, non recordatur Figmenti boni*. Et sapientia roborabit sapientem (Ibid. cap. 7. 20.) *hæc est resipiscentia, & opera bona, quę sunt Validiora decem, quæ dominantur, & sunt in Vrbe* (corporis) *ista sunt duæ manus, duo pedes, duo oculi, duæ aures, caput præputij, & os*. Vide in *En Israël* Par. II. pag. 19. col. 4. num. 16. in princ. & in ילקוט *Ialkùt* editionis Liburn. cum Comment. in fol. pag. 285. col. 2. paulò post med. & in *Midràsc* תלים *Tillìm* Psalm. 41. ad v. 1. *Beatus qui intelligit super pauperem &c.* vbi idem מאמר refertur, sed paululum immuta-

tatur, vt pro *Vrbe parua*, אדם *Hominem* ponit. Et de יצר טוב *Iètzer Tòu* hæc addit -

ומצא בה איש מסכן זה יצר הטוב דלית כל עלמא שמע ליה׃ ומילט הוא את העיר אמר דוד הואיל ולית כל עמא שמע ליה טב ליה דשמע ליה הה״ד אשרי משכיל אל דל׃

Et inuenit in ea virum pauperem: *istud est Iètzer Tòu Figmentum bonum, cui totus mundus ei non obedit*. Et eruit ipse ipsam Vrbem (hoc est hominem.) *Dixit Dauid: Postquam non omnis mundus obedit ei, bonum est ei, qui obedit ei. Hoc est quod scriptum est*: Beatus qui intelligit ad pauperem. Nempè ad יצר טוב *Iètzer Tòu Figmentum bonum*.

In *Midràsc* קהלת *Koèleth* cap. 3. 11. pag. 92. colum. 2. non longè à principio: את הכל עשה יפה בעתו *Omne fecit pulchrum in tempore suo*. De vtroque Fomite fit mentio hoc modo -

נחמיה בריה דר' שמואל בר נחמן אמר והנה טוב מאד והנה טוב אדם׃ והנה טוב זה יצר טוב׃ מאד זה יצר הרע ׃ וכי יצר הרע טוב מאד אלא ללמדך שאילולי יצר הרע לא בנה אדם בית ולא נשא אשה ולא הוליד בנים שכן שלמה אומר כי היא קנאת איש מרעהו׃

Nachmià filius R. Samuelis Bar Nachmàn dixit: Et ecce bonum מאד *valdè*, (id est) *& ecce bonum* אדם *Adam* (per transpositionem literarum) *Et ecce bonum, istud est* יצר טוב *Iètzer Tòu Figmentum bonum*. מאד *Meòd Valdè, istud est* יצר הרע *Iètzer haraà Figmentum malum. Et forsan Figmentum malum* (poterit esse) *bonum valdè? Sed docet te; quòd nisi fuisset Fig-*

Contra hunc Pauperem, Rex fortis iste continuò pugnat, & illum opprimere conatur, vt hominem præcipitem agat, & perdat; neq; vllo vnquã tempore amicitiam cum homine init; sed potiùs ei insidias parare nunquam desistit, sed ab infantia vsque ad mortem, & corpus; & animam in æternam damnationem propellere tentat. Hinc Rabbini vtriusque Fomitis inimicitiam in hominis perniciem non ineptè explicant in *Midràsc* תלים *Tillim* Psal. 34. pag. 26. col. 3. ad vers. 23. פודה יהוה נפש עבדיו *Redimens Dominus animam seruorum suorum.*

אמר רבי שמואל בר נחמני אם רעב שונאך האכילהו לחם ביצר הרע הכתוב מדבר זה יצר הרע אדם מהלך עם חברו שעה אחת עושה אוהבו ויצר הרע נולד עם האדם וגדל עמו כל ימיו שנא' (בראשית ח׳ ; כ״א) כי יצר לב האדם רע מנעוריו אם מצא מקום להפילו בן עשרים בן מ׳ בן ע׳ בן פ׳ הוא מפילו יש לך שונא גדול מזה ; אמר ר' שמואל בר נחמן אם עמד עליך יצר הרע האכילהו מלחמת של תורה שנאמר (משלי כ״ה ; כ״א) אם רעב שונאך האכילהו לחם ואם צמא השקהו מים מימיה של תורה שנאמר (ישעיה נ״ה ; א׳) הוי כל צמא לכו למים למה כי גחלים אתה חותה על ראשו מהו ויהוה ישלם לך ישלימנו עמך ; ואומר ברצות יהוה דרכי איש גם אויביו ישלים אתו הוי כל עצמותי תאמרנה יהוה מי כמוך מציל עני מחזק ממנו, אמר רבי אחא מציל יצר טוב מיצר הרע ; עני ואביון מגוזלו ; יש גזילה יותר מזו ; וכו׳,

Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Si esurierit inimicus tuus ciba illum pane. *De* יצר הרע *Ièzer haraà Figmento malo Scriptura loquitur. Istud Figmentum malum* (perniciosissimũ est homini). *Ambulat homo cum socio*

Figmentum malum, non ædificaret homo domum, non acciperet Vxorem, non generaret liberos; quia sic Salomon dicit (Eccl. 4. 4.) Inuidia viri à socio suo.

Vxorem ducere, & filios procreare non procedunt primariò ex Fomite malo seù peccati, quia quamuis Adam non peccasset, filios tamen procreasset, & isti vxores duxissent; & propagationi operam dedissent. In statu enim innocentiæ non fuerunt hæc homini prohibita, imò præcepta: *Crescite, & multiplicamini, & replete terram.* (Gen. 1. 28.) An autem in eo statu innocentiæ, domos ædificassent homines? Ad repellendas temporis iniurias, quæ nullæ fuissent, non ædificassent; sed ad declarandam humani ingenij solertiam, & cultum Diuinum ostendendum, credibile est, non solùm domos, verùm & Templa magnifica extruxissent; artes item omnes, tam liberales, quàm mechanicas coluissent, præsertim eas, quas colere, & tractare honestum ducitur. Ex Gen. cap. 1. v. 28. Post peccatum autem in pœnam data sunt homini sicut & mors. Gen. 3. v. 16. 17. 18. 19. Vide *Midràsc* תלים *Tillim* Psal. 9. pag. 9. col. 4. non longè à principio, vbi eædem pœnæ à peccato primi hominis prouenientes, eidẽ יצר הרע *Ièzer haraà Fomiti malo* tamquam bona, tribuuntur.

Vidimus, quomodo Rabbini sub nomine *Pauperis, Figmentum bonum*, & sub nomine *Regis magni, Figmentum malum* intelligant, & explicent locum illum Ecclesiastæ 9. 14.

contra malum, vt nulla requies ei detur irruendi in hominem: prouocandum est primò ad studium Sacrarum literarum; quòd si non quiescat, oratione & precibus ad Deum directis, occurrendum; si verò adhuc contumax fuerit, Mortis, & finalis Iudicij meditatione prostrandum, vt habetur in Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 5: lin. 2.

אמר ר׳ לוי בר חמא אמר ר׳ שמעון בן לקיש לעולם ירגיז אדם יצר טוב על יצר הרע שנאמר (תלים ד׳ ; ה׳) רגזו ואל תחטאו אם נצחו מוטב ואם לאו יעסוק בתורה שנ׳ (שם) אמרו בלבבכם אם נצחו מוטב ואם לאו יקרא קריאת שמע שנא׳ (שם) על משכבכם אם נצחו מוטב ואם לאו יזכור לו יום המיתה שנאמר (שם) ודומו סלה ׃

Dixit R. Leui Bar Chamà: Dixit R. Simeon Ben Lakìsc. Semper concitet homo י״ט *Iètzer Tòu Figmentum bonum contra* י״ה״ר *Ièt̀zer haraà Figmentum malum. S. D.* (Psal. 4. 5.) Irascimini, & nolite peccare. *Si vicerit illud, benè erit; si verò non vicerit, operam det studio Legis. S. D.* (Ibid.) Dicite in corde vestro. *Si praualuerit, benè quidem; si non, legat Lectionem* שמע *Scemaà Audi Israël &c.* (hoc est, oret, psallat) *S.D.* (Ibid.) Super cubili vestro. *Si vicerit, benè sit; at si non vicerit, rememoretur ei dies mortis. S. D.* (Ibid.) Et tacete semper. [Rab. Salomon -

ודומו סלה יום הדומיה הוא יום המות שהוא דומיה עולמית ׃

Et tacete semper. *Dies silentij est dies mortis, quia ipsum est silentium perpetuum.* Vide עין ישראל *En Israël* Par-*ciò suo per vnam horam, & fit ei amicus. Ièt̀zer haraà Figmentum malum nascitur cum homine, crescit cum eo omnibus diebus eius. S. D.* (Gen. 8. 21.) Quoniam Figmentum cordis hominis malum à pueritia sua. *Si inuenerit locum deijciendi eum* (ætate) 20. *annorum, aut* 40. *vel* 70. *vel etiam* 80. *præcipitē aget eum. Quis igitur inimicus est maior isto? Dixit R. Samuel Bar Nachmàn: Si steterit aduersum te* יצר הרע *Ièt̀zer haraà Figmentum malum, ciba illud prælio legis. S. D.* (Prou. 25. 21.) Si esurierit inimicus tuus, ciba illum pane: & si sitierit, propina ei aquam, *ex aquis legis. S. D.* (Isai 55. 1.) Eia omnes sitientes venite ad aquas. *Quare?* Quia prunas tu fouebis super caput eius. (Prou. 25. 22.) *Quid sibi vult* (Ibidem) Et Dominus retribuet tibi? *Pacificabit illud tecum. Et dicit* (Ibid. 16. v. 7.) In volendo Dominum vias viri. (ver. 8.) Etiam inimicos eius pacificabit cum eo. (Et Psal. 35. 10.) Omnia ossa mea dicent: Domine, quis sicut tu? Eripiens pauperem à fortiori eo. *Dixit R. Achà*: Eripiens יצר טוב *Ièt̀zer Tòu Figmentum bonum, à* יצר הרע *Ièt̀zer haraà Figmento malo.* Pauperem, & egenum à rapiente eum. *Potestne inueniri rapina maior ista?* Idem ferè legitur in *Berescìth Rabbà, Parascià* 54. *Sèder* וירא pag. 34. colum. 3. vel pag. 60. col. 3. editionis Amstelodam. in fol. cum Comment.

Hæc sunt documenta, quibus Figmentum malum à Figmento bono superari potest; semper enim Figmentum bonum stimulandum est

כ֗ט׃ כ״א) מפנק מנוער עבדו באחריתו יהיה מנון׃
רבי חיננה בר פפא אמר אם בא יצרך לחשחיקך
דחהו בדברי תורה אם עשית כן מעלה אני עליך
כאלו בראת את השלום שנאמר (ישעיה כ״ו׃ ג׳)
יצר סמוך תצור שלום ואם עשית כן מעלה אני
עליך כאלו בראת את השלום שלום אין כתיב כאן
אלא שלום שלום׃ ואת״ת שאינו ברשותך ת״ל כי בך
בטוח וכבר הכתבתי לך בתורה ואליך תשוקתו
ואתה תמשל בו׃ ר׳ סימון אמר אם בא יצרך
לחשחיקך שמחהו בדברי תורה שנאמר יצר סמוך
תצור שלום ואם עשית כן מעלה אני עליך כאלו
בראת שני עולמות תצור שלום אין כתיב כאן אלא
שלום שלום׃ ואם תאמר שאינו ברשותך כבר
הכתבתי בתורה ואליך תשוקתו וגומר׃

Dixit R. Auin : Quicunque delicatè nutrit Figmentum ſuum in pueritia ſua, futurum erit in fine ſuo, Vt dominetur ei in ſenectute ſua. Quænam eſt ratio? (Prouerb. 29. 21.) Nutriens delicatè à pueritia ſeruum ſuum, & in nouiſſimo erit ei tanquam ſuperbus filius. *R. Chenanà Bar Papà dixit : Si venerit Figmentum tuum ad machinandum contra te, impelle illud ad verba Legis. Si feceris ſic, præſtabilis ego dicam quòd eris, ac ſi creaſſes pacem. S. D.* (Iſai. 26. 3.) Figmento coniuncto cuſtodies pacem. (Hoc eſt, Cauebis à concupiſcentia tibi coniuncta, ne te opprimat, & amittas pacem internam.) *Quòd ſi feceris ſic, præſtabilis reputaberis, ac ſi creaſſes pacem, pacem; pacem ſcriptum non eſt hic, ſed* שלום שלום *Scialòm Scialòm Pacem, pacem. Si autem dixeris: Hoc non eſſe ſub arbitrio tuo. Scriptura dicit :* (Ibid.) Quia in te confiſum eſt. *Et iam ſcriptum eſt* (Gen. 4. 7.) Et ad te appetitus eius, & tu dominaberis

K ei.

Par. I. pāg. 5. col. 2. n. 6. ſub nomine *R. Leui Bar Nachmani*.

Præcauere etiam debet homo, ne incidat in tentationem, & in manus huius validi & potentis viri יצר הרע *Iètzer haraà Figmenti mali*, de quo crediderim intellexiſſe Chriſtus Dominus, quando formulam precandi Diſcipulis ſuis tradidit Matth. 6. 13. *Sed libera nos à malo* à Fomite hoc malo, qui veluti Rex magnus & præpotens totis viribus conatur nos in peccata dare præcipites. Et poteſt quiuis clamare cum Propheta Pſalmo 140. v. 1.

חלצני יהוה מאדם רע מאיש חמסים תנצרני׃

Eripe me Domine ab homine malo : à Viro iniquitatum cuſtodias me. Si vis liberari ab hoc homine malo, à viro iniquitatū, libera priùs teipſum à temetipſo. Si tu es malus : *Tu noli eſſe malus. Non tibi dominetur auaritia, non te calcet concupiſcentia tua, non te trituret ira tua. Iſti hoſtes interiores tui ſunt*, inquit Auguſtinus homil. 29. in verb. *Date, & dabitur vobis*. Addiſcendum eſt igitur pugnare contra huiuſmodi inimicum ab ipſa adoleſcentia; ſenſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Quicunque enim ab adoleſcentia nutrit Figmentum hoc malum, in ſenectute illud contumax experietur, vt dicitur in *Bereſcith Rabbà Paraſcià* 22. pag. 26. col. 1.

אמר ר׳ אבין כל מי שמפנק את יצרו בנערותו
סופו להיות מנון עליו בזקנתו מאי טעמיה (משלי

(Genes. 4. 7.) Ad ostium peccatum cubat. חטאת רובצת *Chatàth rouètzeth* peccatum cubans (fœminino genere) *hic non est scriptum, sed* peccatum רובץ *Rouètz* Cubans (masculino genere). *In principio* (enim peccatum) *est debile vt fœmina, & postea fit robustum vt masculus.*

Quæres secundò. An Iudæi suum יצר הרע *Ietzer haraà Figmentum malum* credant esse eiusdem speciei in omnibus hominibus; an vnum ab alio differre?

Resp. ex illorum scriptis colligi, esse in omnibus eiusdem naturæ; differre autem vnum *Figmentum malum* ab altero *Figmento malo*, sicut differunt indiuidua inter se: ita vt, quò quis magis alterum excedit vel quantitate molis, vel diuitiarum affluentia, eò Figmentũ suum maius seipso, & altero erit. Colligitur hoc ex Cod. סוכה *Succà* cap. 5. pag. 52. lin. penultima, vbi sic habetur.

אתאח הוא סבא תנא ליה כל הגדול מחבירו יצרו גדול ממנו׃

Venit quidam senex, dixitque: Quicumque maior est socio suo, Figmentum suum maius est ipso. Et sicut homo quotidie crescit, ita & Figmentum suum. Ibidem.

אמר רבי יצחק יצרו של אדם מתגבר עליו בכל יום שנ׳ (בראשית ו׳ ה׳) רק רע כל היום׃

Dixit R. Isaac: Figmentum hominis inualescit super eum quotidie. S. D. (Gen. 6. 5.) Tantum malum tota die.

Ex alijs Talmudicis doctrinis colligitur ei. *R. Simon dixit: Si venerit Figmentum tuum, vt illudat tibi, lætifica illud, seù attrahe verbis Legis. S. D.* Figmento coniuncto custodies pacẽ. *Et si sic feceris, reputaberis ac si creasses duo secula. Custodies pacem hic non est scriptum, sed* Pacem, pacem. *Et si dixeris, non esse in tua libertate, iam scriptum est in Lege:* Et ad te appetitus tuus, &c.

Crescit cum homine concupiscentia praua, & fomes; & cum eo adhuc puero adolescit in Iuuenem, perficitur in virum, & firmatur in senem. Imò peccatum ipsum in principio, & antequam radices figat in anima, fractum ac molle cùm sit, reputatur vt fœmina; at postea, viribus acquisitis, cùm in naturam quodammodo transeat, robustum euadit, & masculum reputatur, vt non ineleganter scribitur in eodem *Berescith Rabbà Parascià* 22. pag. 25. col. 4. super illa verba Psalmi 32. ver. 1. *Beatus est, cui dimissa est præuaricatio &c.*

רבי ברכיה בשם רבי שמעון בר אמי אמר לדוד מזמור אשרי נשוי פשע כסוי חטאה אשריו לאדם שהוא גביה מפשעו ולא פשעו גבואה ממנו שנאמ׳ (בראשית ד׳ ז׳) לפתח חטאת רובץ חטאת רובצת אין כתיב כאן אלא חטאה רובץ בתחילה הוא תש כנקבה ואח״כ הוא מתגבר כזכר׃

R. Berachià nomine R. Simeonis Bar Amè dixit: Dauidi Psalmus. Beatus est, cui dimissa est præuaricatio, cuius tectum est peccatum. *Beatus est homo, qui maior est sua præuaricatione, & non præuaricatio eius est maior ipso.* (Hoc est, qui non succumbit, sed vincit peccatum.) *S. D.*

gitur

דאברא וכסיוה באברא דשייף קלי דכתיב (זכריה ה׳ ח׳) ויאמר זאת הרשעה וישלך אותה אל תוך האיפה וישלך את אבן העופרת אל פיה :

Veni audi. (Nehem. 9. v. 4.) Et clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum. [R. Salomon. באנשי בנכת הגדולה כתיב *De viris Synagogæ magnæ ſcriptum eſt*]. *Quid dicebant? Dixit R. Iudas: Mirabatur R. Ionathan Ah, Ah, illud eſt*, [R. Salomon: יצר הרע של ע״ז *Ietzer haraà ſcel Auodà Zarà Figmentum malum Idololatricum*] *quod vaſtauit domum, & deſtruxit Templum, & occidit Iuſtos, & in captiuitatem adduxit Iſraëlem de terra ſua; & adhuc ipſum ſaltat inter nos. Nihil dediſti eum nobis, ſed ad recipiendum per eum mercedem nolumus illum, neque mercedem eius poſcimus. Poſtquam adhæſerunt illi.* [R. Salomon -

לקבולי בית אגרא לכוף את יצרינו ולקבל שכר על כך :

Ad recipiendum pro eo mercedem, id eſt ad ſubiugandum Genium prauum, & ob hanc cauſam recipiamus mercedem.] *Sederunt tribus diebus in ieiunio, orauerunt Deum. Cecidit è Cælo ſyngrapha in qua erat ſcriptum* אמת *EMETH VERITAS.* [R. Sal.

אמת משמע מסכים אני עמכם בתקנה זו שטוב הדבר לסלקו :

Veritas. Quaſi Deus diceret: Conuenio vobiſcum in hac ſententia, quod bonum ſit, prauum hunc Genium, & Idololatricum lapidare.] *Dixit R. Chaninà: Hinc argui poteſt, quòd ſigillum Dei ſancti benedicti* (ſeù Annu-

gitur, etiam *Figmentum* aliarum Nationum differre à *Figmento* Iudæorũ, & quamuis Idololatricum ſit, & impellat Gentiles in Hebræos, eoſque in terras longinquas in exilium propellat, nihilominus Figmentum Iudaicum fortius eſt Figmento extraneo. Hinc dicunt Figmentum Idololatricum, quod incitauerat gentes vt Templum deſtruerent, Hieroſolymam euerterent, & Iudæos inter nationes ablegarent, aliquando in manus virorum Synagogæ magnæ inciderat, quod & in ollam plumbeam occluſerunt, ne ampliùs damnum inferret Iſraëlitis. Iſta referuntur in Codicibus Talmudicis יומא *Iomà*, & סנהדרין *Sanhedrin* prolixè. Ego referam tantùm locum ex Codice *Sanhedrin*, vt appareant Iudæorum fabulę, quàm portentoſæ ſint & ineptæ. In Cod. igitur *Sanhedrin* cap. 7. ארבע מיתות *Arbaà Methòth* pag. 64. circa principium ſic legitur -

חש״ (נחמיה ט׳ : ד׳) ויזעקו בקול גדול אל יהוה אלהיהם מאי אמור אמר רבי יהודה ואיתימא רבי יונתן ביא ביא היינו דאחרביה לביתא וקליא להיכלא וקטלינהו לצדיקי ואגלינהו לישראל מארעיהו ועדיין הוא מרקד בינן כלום יהבתיה לן אלא לקבולי בית אגרא לא איהו בעינן ולא אגריה בעינן בתר דאביקו ביה יתבו תלתא יומי בתעניתא בעו רחמי נפל להו פיתקא מרקיעא דהוה כתיב בה אמת אמר ר׳ חנינה שמע מינ׳ חותמו של הקב״ה אמת נפק כגוריא דנורא מבית קדשי הקדשים אמר׳ להו נביא לישראל היינו יצרא דע״ז בהדי דקתפסי ליה אישתמיט ביניתא מיניה ואזל קליה בארבע מאה פרסי אמרו היכי ניעביד דילמא משמיא מרחמי עליה אמר להו נביא שדיוה בדודא

Poſtquam autem vltionem ſumpſerunt Iudæi de Genio prauo & Idololatrico Chaldæorum, cuius ſuaſu Sacra Ædes Hieroſolymitana exuſta eſt; voluerunt etiam vltionem ſumere de Genio malo libidinis, de Cupidine Iudaico, tanquam ſuaſore ad turpia; vt eo interfecto, à carnali concupiſcētia redderentur immunes: nam, eo ſuaſore, inauditas obſcœnitates in Synagoga quotidiè patrari deprehendebatur. Orant propterea Deum, dum tempus exauditionis eſſe exiſtimant, vt huiuſmodi יצר הרע *Iètzer haraà Malus Fomes* in manus eorundem Virorum magnæ Synagogæ tradatur interficiendus. Traditur: in carcerem conijcitur: triduo in vinculis detinetur, vt de qualitate mortis inferenda ſeriò decernant. Interim, captiuo Cupidine, libidinis calor frigeſcit in creaturis, maximo mortalium incommodo, vt ne quidem Gallinæ ouum fœtare queant. Mutant conſilium Iudices, & pro morte priuationis luminis pœnam decernunt, eumque luminibus orbant, ne tantam apertis oculis inter Iudæos diſſeminandæ libidinis habeat poteſtatem: antea enim nec mater cum filio, nec ſoror cum fratre abſque incontinentiæ ferè periculo conuerſari poterat; vt manifeſtè conſtat ex ijs, quæ traduntur à Talmudiſtis in eodem Codice *Sanhedrìn* pag. eadem 64. immediatè poſt fabulam ſtatim relatam. Et in Cod. *Iomà* pag. 69. b. poſt med. Eorum verba prout habentur in *En Iſraèl* Par. 1. pag. 108. col. 3. circa finem, ſunt -

lus Dei, quo ſententiæ firmantur) *ſit* אמת *EMETH VERITAS egreditur* (Genius Idololatricus) *tanquam Leo ignis de Domo ſancta, de Sancta ſanctorum. Dixit Propheta* (Zacharias) *Iſraëli: Hoc eſt Figmentum malum, Genius prauus Idololatriæ. Cùm illum apprehendiſſent, euulſus eſt pilus, ſeù capillus* (de capite eius) *abijt Vox eius* (& deportatur) *ad quadringenta milliaria. Dixerunt* (Viri Synagogæ magnæ) *quid faciemus, fortaſſe de cælis miſerebitur illius. Dixit eis Propheta* (Zacharias) Proijcite eum in lebetem plumbeum. [R. Salomon: קלחת של עופרת In ahenum plumbeum.] *& operite illum plumbo, quo contunditur Vox, ſicut ſcriptum eſt* (Zachar. 5. 8.) Hæc eſt impietas, & proiecit lapidem plumbeum in os eius.

Innuitur hæc fabula etiam in עין ישראל *En Iſraël* Par. II. pag. 112. col. 2. & per extenſum exſcribitur Par. I. pag. 108. col. 3. n. 56. & à R. Sal. in Zach. cap. 5. v. 8. ſummatim refertur his verbis -

ורבותינו פירשו ולמדו מכאן שנמסר לחם יצר הרע לאנשי כנסת הגדולה ושדיוה לדורא דאברא וחפאות באברא משום דשאיב קליה כדאיתא בסנהדרין ובמסכת יומא :

Et Magiſtri noſtri expoſuerunt, & didicerunt ex hoc loco, quòd traditus eſt Genius malus יצר הרע *Iètzer haraà Viris Synagogæ magnæ, & coniecerunt eum in ollam plumbeam, & operuerunt eam plumbo, eò quòd vox eius allicit auditores. Sicut eſt in Codd. Sanhedrìn, & Iomà.*

אמרי הואיל ועת רצון הוא ניבעי רחמיה על יצרא דעבירה בעו רחמי ואימסר בידיהו אמר להו נביא הזראי קטליתון להחוא גברא איחרב כל עלמא חבשוי גבייהו תלתה יומי איבעי ביעתא בת יומא לחולה בכל ארץ ישראל ולא אישתכו אמרו היכי נעביד ניקטליה איחרב בע׳ ניבעי רחמי לפלגא פלגא מרקיעא לא יהבי כחלינהו לעיניה ושבקיה ואהנו בית כי היכי דלא מגרי ליה לאיניש בקרובתא ׃

Dixerunt (Viri Synagogæ magnę) *Nunc quia est tempus beneplaciti, oremus Deum contra* יצר דעבירה *Ièzer deauirà Fomitem Venereum* (vt recedat à nobis). *Orauerunt Deum, & traditus est in manus eorum. Dixit eis Propheta* (Zacharias): *Videte, quòd si hunc validissimum Virum occideritis, destruetur totus mundus.* [R. Salom. שלא תהא פריה ורביה *Quia tolleretur fæti*-*ficatio, & multiplicatio.*] *Ligauerunt eum per tres dies, & quæsierunt ouum vnius diei pro infirmo, per Vniuersam terram Israëlis, & non inuenerunt.* [R. Salomon.

ביצה הנולדה בו ביום לפי שפסק חימום מן חמעים ואפילו אותה שעיברה התרנגולת כבר אינם מתכשלין במעיה ׃

Ouum, quòd eadem die natum fuisset, & non inuenerunt, quia defecerat calor ex visceribus (*eò quòd Cupido, Fomes Venereus captus fuisset, & in carcere detrusus*) *& etiam ipsa oua, quæ conceperat Gallina, non maturescebant; nec coquebantur in visceribus eius.*] *Dixerunt: Sic faciemus; si occiderimus eum, totus mundus peribit. Orauerunt Deum pro medietate.* [R. Salomon.

שיהא שולט בגרם ליזקק לאשתו ולא לאחרת.

Quòd dominaretur tantùm in homine, vt rem haberet cum Vxore sua, non autem cum altera.] Idem R. Salom. in Cod. *Sanhedrin* pag. 64. aliam huius loci expositionem affert, & est huiusmodi.

לבעו פלגא שלא יהא שולט במקום עבירה כדי שלא יהא תובע עריות ׃

Orauerunt pro medietate, vt non dominaretur in loco transgressionis, ne inquirat turpitudines Venereas] *Et dimidium de cælo non dederunt. Excæcauerunt oculos eius stibio, & dimiserunt illum. Et hoc non parum proderit, quia non incitabit ampliùs hominem, vt adeat propinquam suam.* [R. Salom.

דלא איגרי בקריבתא באמו ובאחותו אבל מתגרא הוא באשת איש ובנידה ׃

Vt non ineat propinquam suam, id est matrem, & sororem; sed vxorem Viri, & in menstruatam. Animaduertat Christianus & pudicus Lector, quomodo Rabbini suum יצר הרע *Ièzer haraà Figmentum malum, Peccati fomitem* Cupidinem faciant, vt nihil omninò Iudaicus Cupido à Gentilium, & Poëtarum Cupidine differre videatur. Animaduertat etiam Rabbinorum castimoniam; cùm R. Salomon Sacrarum Scripturarum inter Iudæos primarius Interpres, suo Cupidini excæcato transgressiones contra sextum Decalogi præceptum tàm amplè permittat. Sub talibus Magistris proficietne virtus castitatis in Iudaismo? Credant Iudæi alioquin increduli. Istæ sunt fabulæ Rabbinorum, quibus peruertunt eloquia Dei, ea-

כאברהם כתיב (בראשית כ״ד, א׳) ויהוה בירך את אברהם בכל . ביצחק כתיב (שם כ״ז: ל״ג) ואוכל מכל: ביעקב כתיב (שם ל״ג: י׳) וכי יש לי כל כלומר לא חסרו שום טובה :

De Abrahamo ſcriptum eſt (Geneſ. 24. 1.) Et Dominus benedixit Abraham בכל *Bacòl* in omnibus. *De Iſaaco* (Ibid. 27. 33) Et comedi מכל *Micòl* de omnibus. *De Iacobo Verò dicitur* (Ibid. 33. 10.) Et quia ſunt mihi כל *Col* omnia. Quaſi innuere voluiſſet Scriptura, in illa voce כל *Col*, quod *Omne* ſignificat, contineri omnia bona imaginabilia, tam ad corpus, quàm ad animam ſpectantia. Inter quæ, cùm immunitas à labe originalis culpæ ſit præcipuum Animæ bonum, ſi vocula illa כל *Col Omne* aliquam immunitatem peccati ſignat, non eſſet reſtringenda ad peccatum actuale, vel ad mortificationem, vel etiam ad ſuppreſſionem Fomitis, ſed potiùs amplianda ad ipſum quoque peccatum originis. Quod tamen non faciunt Rabbini; volunt enim per virtutes morales, per mortificationem ſuiipſius, per mundi contemptum, carnis ſubiugationem, bonum denique omne faciendum, & malum dimittendum, poſſe acquiri dominium in Fomitem malum, ita vt vix, aut nullo modo in Virum moralibus virtutibus inſignitum cognoſci, aut percipi poſſe, ne quidem in eum dominium exercere queat. Hinc R. Salomon ad hunc locum, vel vt notatur in H. Par. עין ישראל *En Iſraël* pag. 78. colum. 4. circa fin. num. 35. ex Gloſſa תוספות *Tóſaphòth*, hoc modo explicant

eaque ad ſimilitudinem Gentilium Metamorphoſeωn, reducunt, & profanant.

Quæres tertiò; An Hebręi alicui tribuant priuilegium immunitatis à peccato originali? Quamuis ex dictis, videantur Hebręi negare peccatũ originale, cùm admittant tantùm fomitem peccati, quem veluti aliquid poſitiuum, credunt à Deo creatum, & implantatum in Anima in ipſo momento natiuitatis; attamen plurima loca extant in Codicibus Talmudicis, ex quibus euidenter elicitur, eos verum peccatum originale admittere. Vt quando dicunt, aliquot hominum reperiri, qui tantummodo mortui ſint ob conſilium ſerpentis, hoc eſt ob peccatum primi Parentis: quòd ſi illi non peccaſſent, iſti mortui non fuiſſent. Exiſtimant enim, eos nullum aliud peccatum habere, ſeù habuiſſe actuale, niſi tantùm peccatum originis, ſed & ipſum adeò mortificatum in interiori homine, vt potiùs crederetur mortuum quàm viuum. Hinc dicunt; in tres viros non præualuiſſe יצר הרע *Iètzer haraà Fomitem malum* in Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum, vt legitur in Cod. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 17. lin. 3.

שלשה לא שלט בהן יצר הרע אלו הן אברהם יצחק ויעקב דכתיב בהו בכל. מכל כל :

In tres (Viros) *non prǽualuit* יצר הרע *Iètzer haraà Fomes malus in Abraham, Iſaac, & Iacob, de eis enim ſcriptum eſt* בכל מכל כל *Bacòl, Micòl, Col, In omnibus, de omnibus, omnia.* Gloſſa תוספות *Tóſaphòth* .

Scholasticos Doctores, vt sumerent arma, & insequerentur hostes, qui captiuum fecerant Loth. Alij dicunt, dubitasse de Dei promissione. Alij, quòd prohibuerit homines, ne veram fidem, & religionem susciperent. Istæ blasphemiæ in sanctitatē Abrahæ leguntur in Talmude Cod. נדרים *Nedarim* cap. 3. ארבעה נדרים *Arbaà nedarim* pag. 32. in fine paginæ.

אמר ר' אבהו אמר רבי אלעזר מפני מה נענש אברהם אבינו ונשתעבדו בניו למצרים מאתים ועשר שנים מפני שעשה אנגריא בתלמידי חכמים שנ' (בראשית יד׳, יד׳) וירק את חניכיו ילידי ביתו שמונה עשר ושלש מאות וגו': ושמואל בר נחמני אמר מפני שהפריז על מדותיו של הקב״ה שנאמר (שם טו׳, ח׳) במה אדע כי אירשנה: ורבי יוחנן אמר מפני שהפריש בני אדם מלהכנס (או מלבא) תחת כנפי השכינה שנאמר (שם יד׳, כא׳) תן לי הנפש והרכוש קח לך:

Dixit Ràu Auhù: Dixit R. Eleazar, Cur punitus fuit Abraham Pater noster, & in seruitutem abacti sunt filij eius in Aegyptum 210. annis? Propterea quòd angariauerat discipulos sapientes (id est Rabbinos) *S. D.* (Gen. 14. 14.) *Et expedijt initiatos suos natos domus suæ octodecim & trecentum, & persecutus est vsque Dan. Samuel autem Bar Nachmanì dixit: Quia eleuauit se* (superbè inquirendo) *mores Dei sancti benedicti. S. D.* (Ibidem 15. 8.) *In quo cognoscam quòd hereditabo eam? Et R. Iochanàn dixit: Quia separabat* (remouebat) *filios hominum ne ingrederentur sub alis Diuinitatis* (hoc est prohibebat homines ne reciperent veram religionem) *. S. D.* (ib. 14. 21.) *Da mihi animam, & substantiam cape tibi.* Hoc

cant locum Talmudicum allatum.

שלשה לא שלט בהן יצר הרע אין לפרש שלא שלטה כלל דאם כן היכי קבלו עליה אגרא אלא כדאמרינן מאי דכתיב רגלי חסידיו ישמור כיון שעבר אדם רוב שנותיו ולא חטא שוב אינו חוטא הכי נמי כיון שראה הקב״ה שהיו רוחקין עצמן כל כך להתרחק מן העבירה סייעם הקב״ה מכאן ואילך שלא שלט בהן יצר הרע:

Tres sunt in quos non preualuit יצר הרע *Iètzer haraà Fomes malus. Non est explicandum, non preualuisse omninò. Quòd si ita fuisset, quomodo propter eum merces reciperetur? Sed dicendum est, sicut scriptum habetur* (1. Samuel 2. v. 9.) *Pedes piorum suorum seruabit. Cùm enim homo maiorem suorum annorum partem sine peccato pertransierit, vel resipuerit, & non iterum peccauerit; videns Deus sanctus benedictus hominem tantoperè vrgere seipsum, & tam longè recedere à transgressionibus, adiuuat eum tunc & deinceps, vt non preualeat in eum* יצר הרע *Iètzer haraà Praua concupiscentia.*

Hinc respondendum est ad quæsitum, Iudæos nullos omninò Adæ filios à peccato originis, aut etiam à Fomite malo immunes facere. Imò quibus autem ablatum, vel omninò mortificatum volunt Fomitem, eos aliquando fuisse homines improbos prædicant. Sic Protopatriarcham fidei nostræ Abrahamum impium & scéleratum faciunt, etiam post conuersionem ad Deum. Volunt enim punitum fuisse in filijs suis 210. annorum exilio in Ægypto, quia (dicunt) angariasse 318. Rabbinos,

על פי יהוה *Al pi Adonài Super os Domini*, id est, in Osculo Domini, vt de Mose Deuter. 34. 6. & de Aharone illud Numer. 33. 38. explicant. Et quia in morte Mariæ sororis Aharonis eadem phrasis non obseruatur; ideò quærunt, cur -

ותא מרים לא כתב בה על פי יהוה אמר ר׳ אלעזר מרים נמי בנשיקה מתה דאתיא שם (במדבר כ׳, א׳) ותמת שם מרים ותקבר שם. שם ממשה (דברים ל״ד, ה׳) וימת שם משה עבד יהוה בארץ מואב על פי יהוה: ומפני מה לא נאמר בה על פי יהוה שגנאי הדבר לומר:

De Maria scriptum non est על פי יהוה *AL PI ADONA'I IN OSCVLO DOMINI? Dixit R. Elcazar: Etiam Maria IN OSCVLO DOMINI mortua est: quia sicut* (in morte) *Mosis, ita & Mariæ* (eadē vox שם *Sciam Ibi* à Scriptura ponitur). *De Maria* (Numer. 20. 1.) *dicitur*: Et mortua est Maria; & sepulta est שם *Sciam Ibi*. *De Mose etiam* שם *Sciam Ibi, habetur* (Deuter. 34. 5.) Et mortuus est שם *Sciam* Ibi Moses seruus Domini in Terra Moab per osculum Domini. *Et quare non dicitur de Maria* על פי יהוה *AL PI ADONA'I PER OSCVLVM DOMINI? quia indecorum est hoc dici de fœmina.* Et dum de Maria hoc non scribitur, deseruitum est honestati.

Alios quatuor viros ibidem, id est in Cod. *Bauà Bathrà*, numerant Talmudistæ, quos dicunt solummodo obijsse ob consilium serpentis, cum solo peccato originali. Dicunt enim.

ארבעה מתו בעטיו של נחש ואלו הן בנימן בן יעקב

Hoc idem legitur in עין ישראל *En Israël* Par. II. pag. 19. col. 3. n. 15. Et in *Ialkùt* Par, 1. pag. 46. n. 74. §, תן לי הנפש. Blasphemias, quas proferunt Rabbini in alios sanctos, suo loco referemus. Ex opposito tamen sunt, qui in hos & alios SS. Patres dominari Fomitem prauum negant. In eodem Codice *Bauà Batrà* pag. 17, inter alios supradictos Abraham, Isaac, & Iacob interserunt etiam nostrum Dauidem -

ויש אומרים אף דוד דכתיב (תלים ק״ט, כ״ב) ולבי חלל בקרבי:

Sunt, qui dicunt, etiam in Dauid (non dominatus est Fomes malus) *S. D.* (Psal. 109. 22.) Et cor meum vulneratum est intra me. Glos. יצר הרע מת בקרבי *Iètzer haraà Fomes malus mortuus est intra me, in visceribus meis.* Dicunt Hebræi, Homines interfici à quodam Angelo, quem מלאך המות *Malàch hammàueth Angelum mortis*, vocant, & quem non rarò cum יצר הרע *Iètzer haraà Fomite malo* confundunt, vt suprà animaduerti. Insuper docent; Hominum nonnullos sanctiores non à *Malàch hammàueth Angelo mortis* fuisse interfectos, sed ab ipsomet Deo ad alteram vitam euocatos. Hi fuere tres Patriarchæ, Abraham, Isaac, & Iacob, vt referunt eod. Cod. *Bauà Batrà* pag. 17. lin. 6. & eadem ratione בכל מכל כל *Bàcòl, Micòl, Col* probant, vt suprà de *Fomite malo* dictum est. His addunt Mosen, Aharon, Mariam; sententiam suam firmare nituntur, ex eo quod scriptum reperitur, eos obijsse

lum. 3. num. 35. in fine.

In libro ילקוט *Ialkùt* editionis Liburnensis in fol. cum Comment. pagina 66. n. 106. ex *Berescith Rabbà* adiungitur etiam Eliezer seruus Abrahami, quia & de eo dicitur בכל *Bacòl*. Vide *Berescith Rabbà Parascià* 59. pag. 65. col. 4. editionis Amstelodamensis in fol. cum Comment. lin. 7. super illud Genes. 24. 2. המושל בכל אשר לו *Dominantem in omnibus quæ erant ei*. vbi sic legitur שהיה שליט ביצרו כמותו *Quia dominabatur in Fomitem suum sicut ipse Abraham*. Quòd si vbicumque reperitur monosyllabum כל *Col Omne* in Sacris literis, huiusmodi Rabbinica commenta sint deducenda, nunquam mysterijs Rabbinicis finis imponeretur.

Quæres quartò: An ex loco Ierem. 1. 5. *Priusquā te formarem in Vtero, noui te:* ובטרם תצא מרחם הקדשתיך *& antequā exires de Vulua, sanctificaui te*, aliquod argumentum de peccato originali ex Rabbinorum dictis erui possit?

Respond. Rabbinos omnia Sacræ Scripturæ loca, quæ ad Christianorum dogmata stabilienda manifesta sunt, vel ex quibus aliquod certitudinis argumentum erui potest, quibusdā extortis, & violentis commentationibus corrupisse. Hinc locum Ieremiæ allatum nullo modo de sanctificatione Ieremiæ à peccato originali adhuc in vtero materno existentis intelligi debere contendunt, sed de electione, & separatione ab alijs profanis creaturis, vt dignissimus Propheta esset Domini, ad prædicandum Iudæis

יעקב ועמרם אבי משה וישי אבי דוד וכלאב בן דוד וכולהו גמרא לבר מישי אבי דוד דמפריש בית דכתיב (שמואל ב׳ : י״ז : כ״ה) ואת עמשא שם אבשלום תחת יואב על הצבא ועמשא בן איש ושמו יתרא הישראלי אשר בא אל אביגיל בת נחש אחות צרויה אם יואב וכי בת נחש היא והלא בת ישי היא דכתיב (דברי הימים א׳ : ב׳ : י״ו) ואחיותיהם צרויה ואביגיל אלא בת מי שמת בעטיו של נחש :

Quatuor mortui sunt de consilio Serpentis (ex eo quòd Serpens seduxerit Euam) *& sunt: Beniamin Ben Iacobi, Amram Pater Mosis, Isai Pater Dauidis, & Caleb filius ipsius Dauidis.* [Glossa Rasci -

בעטו של נחש בעצתו של נחש כלו לא היו ראויין למות אלא שנגזרה גזרת מיתה על כל תולדותיו של אדם הראשון בעצת נחש :

Ob consilium Serpentis. Omnes isti non debebant mori; sed quia decreta fuit mors in omnes posteros Adami, ideò mortui sunt ob consilium Serpentis.] (En peccatum originale transfusum in naturam humanam!) *De omnibus manifestum est, præter Isai Patrem Dauidis, de quo ex Scriptura hoc modo probatur*, (2. Samuel. 17. 25.) Et Hamasam posuit Absalom pro Ioab super exercitum; & Hamasa erat filius Viri, & nomen eius Ithra Israëlita, qui ingressus est ad Abighail filiam נחש *Nachàsc* sororem Tzeruijà matrem Ioab. *Et quomòdo fuit filia Nachàsc ista* (Abigail)? *Et nonne filia Isai ipsa? sicut scriptum est* (1. Paralip. 2. 16.) Et sorores eorum Tzeruijà & Abigail? *Sed Vult dicere, Filia illius, qui mortuus est ob consiliū* נחש *Nachàsc Serpentis*. De his etiam vide in *En Israel* Par. II. pag. 78. co-

Priusquam te formarem in vtero. *Scribit Dominus Pater meus, quòd, quando* (Deus) *condidit quatuor elementa, cognouit eum* (Ieremiam) *in potentia naturæ. Deinde eduxit illum in actum. Et sic dixit Isaias* 48. 16. A tempore quo illud fuit, ibi eram, *scilicet in potentia elementorum. Eram à tempore, quo tempus fuit à seculo. Et nunc produxit me de potentia ad actum, & misit me in spiritu suo.*

Vel exponitur: Noui te &c. *iuxta illud Exodi* 33. 12. Noui te nomine, *sicut dixit Mosi. Et alludit huic quod sequitur*: Et antequam exires de vulua sanctificaui te. Sanctificaui te *significat sanctificationem. Et* Noui te, *notat magnificentiam. Porrò de prima expositione dubitare licet: nam non solùm Iusti, & Propheta, sed etiam mali & impij antequam sint creati cognoscuntur* (à Deo). *Ideò significat quòd Pater & Mater eius admoniti sunt sanctitatis, & puritatis sub tempus conceptus, Vt Propheta sanctus esset. Sed sapiens* R. *Moses Bar Maimon scripsit, quòd quilibet Propheta fieri non potest quin obtineat dispositionem naturalē in puncto formationis suæ cū exercitio, quod adiunget, & studio ad prophetandū. Secundùm hanc opinionē adhuc petere licet: Cur quod omnibus Prophetis commune est, de solo Ieremia dicitur? Possumus ad hoc respondere, quòd nouerat Deus benedictus, quòd Propheta recusaturus esset Dei missionem, & iccirco Deus illum docuit, quòd etiam ab vtero redditus esset idoneus Prophetiæ, Vt cor suum firmaret ad prosequendum Dei munus. Si verò dicas: Nonne & Moses Ma-*

dæis destinatus: nam קָדַשׁ *præparari, & destinari* significat. Sic R. Sal. ad hunc locum הקדשתיך, זמנתיך לכך. *Hikdascticha Sanctificaui te, id est præparaui te, destinaui te ad prophetandi munus obeundum.* R. Dauid Kimchius pluribus verbis hunc locum illustrare conatur. Eius verba hic exscribam, quæ sunt -

בטרם אצרך כתב אדוני אבי כאשר ברא היסודות הרי ידעו בכח הטבע ואחר כך הוציאו לפעל וכן אמר ישעיהו מעת היותה שם אני בכח היסודות הייתי מזמן שהייתה עת בעולם ועתה הוציאני מכח לפעל ושלחני ברוחו: או פי' ידעתיך כמו ידעתיך בשם שאמר למשה ומורה עליו ובטרם תצא מרחם, הקדשתיך: מלשון קדושה. וידעתיך לשון גדולה ולפירוש הראשון יש לשאול והלא כל הנביאים הצדיקים וכן הרשעים בטרם הבראם ידעם והכירם אך יורה זה שאביו ואמו נזהרו בקדושה וטהרה בעת החריון שיהיה הנביא מקודש והחכם הגדול ר' משה בר מימון ז"ל כתב כי זה ענין כל נביא אי אפשר לו מבלתי הכנה טבעית בעיקר יצירתו שיהיה נכון לנבואה עם ההתלמדות ויש לדעתו לשאול למה לא אמר זה הענין לנביאי' אח' אלא לירמיהו ונוכל לומר לפי שידע האל ית' שירמיהו יסרב בשליחות האל הודיעו כי הוא מוכן לנבואה מן הבטן כדי שיחזק לבו ללכת בשליחות האל ואם תאמר והלא משה רבינו ע"ה היה מסרב בשליחות האל ולא אמר לו כן הנה הראה לו אות גדול לחזק את לבו והוא אות הסנה והאותות האחרים שנתן בו יכולת לעשותן לפני פרעה וגם נוכל לומר כי משה רבינו כבר ידע זה מעצמו כי חכם גדול היה וידע כי בעיקר יצירת האדם יש הכנה טבעית לנבואה למי שהוא עתיד להתנבא ולא זו בלבד אלא כל חכמה וכל טבע שיש באדם שהוא נגבר בו יש לו קצת הכנה בו בעקר היצירה יגבר בה עם ההתלמדות:

cap. 1. Lucæ, Hieronymum in cap. 23. Ierem. Bernardum serm. de S. Ioanne Baptista, & serm. 4. super *Salue Regina*, D. Th. Aquin. 3. par. q. 27. ar. 6. vt alios quàm plurimos relinquam.

Sanctificatus itaque fuit Ieremias, atque ab originali peccato mundatus. Sed an præter Ieremiam ex Veteri Testamento (nam ex Nouo nihil in hoc loco affero) nonnulli alij fuerint in vtero materno sanctificati, dubito; etsi nonnulli Sancti Patres, & aliquot pij Scriptores affirmant de Iacob Patriarcha, vti Ambrosius lib. 4. *de Fide* cap. 4. Comestor in cap. 66. in Genes. & Dionysius Carthusianus cap. 28. Genes. & cap. 25. qui in hanc sententiam adducit Augustinũ. De Mose quoque, ex opinione S. Ephrem Orat. *de Transfigurat. Domini.* Sampsonem item inter eos connumerari posse, suadere videntur illa Iudicum 13. 5. *Quia Nazaræus Dei erit puer* מן־הבטן *Min habbèten ab vtero.* Quia tamen de his (excepto Ieremia) nec Scriptura expresſè loquitur, eos in vtero materno sanctificatos, nec Ecclesia pro talibus illos proponit: ideò cum eodem D. Thoma loco citato, non est credendum, aliquos alios sanctificatos esse in vtero, de quibus Scriptura mentionem non facit.

5 Et vt ad metam huius Dissertationis properemus, pro illius Coronide recolendum, Catholicam doctrinam de Peccato originali docere, originem illius à prima culpa primi Hominis duci; per seminalem, & naturalem originem in omnes homines pro-

gister noster (super eũ sit pax) recusabat; nec tamen Deus illi hoc dixit. Respondetur: quòd (Deus) ostendit (Mosi) multa signa magna vt firmaret cor eius, vti est signum rubi, & alia signa, vt ea posset efficere coram Pharaone. Vel possumus dicere, quòd Moses Magister noster hoc ex se nouerat; quoniam sapientissimus erat, nempè, quòd in puncto formationis hominis est dispositio naturalis ad prophetiam, illi scilicet, qui exercere debet prophetandi munus. Neque hoc dumtaxat, sed quod ad omnem scientiam, & facultatem naturalem, in qua præualet, ex natura habet dispositionem quandam ab ipsis genituræ principijs, quæ studio perficitur. Quod dicit hic Rabbinus ad Prophetiam requiri dispositionem naturalem est falsum, & reprobat D. Thomas 2. 2. q. 172. art. 3. quia Prophetia dependet ex sola voluntate Spiritus Sancti 1. ad Corinth. 12. 11. *Hæc autem omnia operatur vnus, atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult.*

Nostri autem Sacrarum literarum Expositores, & Sac. Theologi, *Priusquam te formarem in vtero noui te; & antequam exires de vulua, sanctificaui te*, communiter exponunt de infusione gratiæ sanctificantis animam Ieremiæ à culpa originali, qua consecratus, & deputatus in sanctum Prophetam, vt opportuno tempore Iudæis Gentilium mores sequentibus; vel contra eosdem, Chaldæorum, & aliarum Gentium victoriam prophetaret. Vide Gregor. Nazianz. Orat. 1. in *Apologet.* & Orat. 19. & 31. Chrysost. serm. *de Ierem.* Ambrosium in

consultò relinquimus.

Ex nostris autem de eodem *Ietzer haraà* Talmudico ex professo tractant Raimundus Martini in *Pugione* Par. 3. dist. 2. cap. 6. & ibidem Ioseph de Voisin *Victoria Porcheti* c. 17. Galatinus lib. 6. cap. 5. *de Arcanis Catholicæ Veritatis*. Alij verò, qui de eodem, vel in Lexicis ad vocē יצר *Ietzer* obiter agunt, omittuntur. Et hæc sint satis *De Peccato originali*. Recurrat modò calamus ad Dauid.

II. Dicunt, Dauidem immediatè post natiuitatem mori debuisset, & hanc eius præcocem mortem Protoparenti nostro Adamo ostensam à Deo fuisse, qui misericordia motus 70. annos ex suis pro Dauide obtulit, qui accepti dati sunt Dauidi. Et hoc est illud, quod in Psalmo 95. vet. 5. dicitur: *Quia delectâsti me Domine in factura tua*. Vide librum זהר *Zòhar* sect. *Berescith* pag. 55. editionis Mantuanæ, & ibi hæc verba inuenies.

אמר ר' יצחק אחמי קב"ה לאדם דיוקני דכל אנון דרין דייתון לעלמא וכל חכימי עלמ' ומלכי עלמ' דזמינין לקיימ' עלייהו דישראל מטא לטהמי דוד מלכא דישראל אתייליד ומית אל"וכו' : אמר משנין דילי אוסיף ליה וגרעו מאדם וסליק לון קב"ה לדוד . ועל דא שבח דוד ואמר (תלים צ"ב : ה) בי שמחתני יהוה בפעליך במשעה ידיך ארנן :

Dixit R. Isaac: Ostendit Deus sanctus benedictus ipsi Adamo omnes eius posteros, qui futuri erant in mundo; omnes Sapientes, & omnes Reges, & inter alios ostendit Dauidem Regem Israëlis nascentem, & statim morientem. Dixit: Ego ex meis annis illi dabo. Tunc detracti sunt 70. anni à Vita Ada-

propagari; originalem Iustitiam per illud amitti; filios iræ nasci, & æternæ morti addictos homines esse: tolli verò per Sacramentum Baptismi ex meritis Christi Domini: Fomitem, & prauos affectus ad pugnam relinqui; eos, Diuina gratia adiuuante, posse superari. Quæ omnia ferè à Iudæis negantur, & quæ admittuntur, multiplicibus erroribus fœdantur, vt iam ex dictis manifestè apparet.

Cæterùm de יצר הרע *Ietzer haraà Fomite malo*, *Genio* Iudaico agitur in Talmude Codd. ברכות *Berachòth* capit. 1. 2. 3. 9. שבת *Sciabbàth* cap. 10. יומא *Iomà* cap. 7. סוכה *Succà* cap. 5. חגיגה *Chagbigà* cap. 2. נדרים *Nedarìm* cap. 3. גיטין *Ghittìn* cap. 5. קדושין *Kidduscìn* c. 1. & 4. בבא מציעא *Bauà Metzià* cap. 9. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. סנהדרין *Sanhedrìn* capp. 2. 11. & נדה *Niddà* cap. 2. quæ loca relata sunt etiam in עין ישראל *En Israël* editionis Venetæ an. 1625. in fol. eaque reperies in I. Par. ad pag. 5. num. 6. pag. 21. num 59. pag. 39. n. 120. pag. 40. num. 122. pag. 66. n. 38. pag. 117. n. 28 pag. 118. num. 31. Ibid. n. 32. Ibid. n. 33. pag. 171. n. 13. col. 1. In Par. II. pag. 19. n. 16. pag. 52. n. 10. pag. 58. n. 55. Ibid. n. 60. pag. 71. n. 50. pag. 77. n. 31. pag. 78. num. 35. pag. 102. num. 36. pag. 118. n. 133. pagina 127. n. 176.

De eodem יצר הרע *Ietzer haraà* agunt etiam quamplurimi Auctores Rabbini, quos cùm sua dicta omnia ex Talmude, & ex locis vt plurimùm in hac dissertatione citatis depromant,

Dauid vſque ad 14. annum excluſiuè fuerit abſque anima, & quando attigit annum decimum quartum, effectus eſt filius Dei; nam antea tanquam incircumciſus reputabatur immundus, & abſque anima, quæ omnia minimè cohærent perfectioni quam Dauidi attribuunt ex circumciſione ei innata ex vtero matris. Verba Zòhar ſunt -

כד מטא דוד לתליסר שנין וזכה בההוא יומא דעאל לארביסר כדין כתיב יהוה אמר בני אתה אני היום ילדתיך: מ״ט דהא מקדמת דנא לא הוה ליה כרא ולא שראת עליה נשמתא עלאה דהא בשני ערלה הוה וכ״כ אני היום ילדתיך היום ודאי ילדתיך:

Cùm perueniſſet Dauid ad decimum tertium annum & factus eſſet dignus ingredi in decimum quartum, ſicut ſcriptum eſt (Pſal. 2. 7.) Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te. *Quænam eſt huius rei ratio? Propterea quòd antehac non erat filius, neque in eo habitauerat anima excelſa, quia fuerat in annis præputiatis, ſeù incircumciſis, & ideò ſcriptum eſt*: Ego hodie genui te. *Hodie certè genui te*. Idem habetur ibidem pagina 101.

Hoc fabuloſum Commentum Auctor libri Zòhar ideò comminiſcitur, vt eludatur præclarum teſtimonium de æterna Chriſti natiuitate. Quamuis enim iuniores Rabbini totum hunc Pſalmum de Dauide intelligi volunt, attamen antiquiores & ſaniores Hebræorũ Magiſtri de Chriſto eſſe Prophetiam, ſine vllo in Chriſtianam Religionem liuore, expreſsè fa-

dami, & dati à Deo ipſi Dauid, & ob id lætatus eſt Dauid, & dixit (Pſal. 92. v. 5.) Quia lætificaſti me Domine in opere tuo: in operibus manuum tuarum exultabo.

Idem ferè habetur in eodem libro *Zòhar* Exod. *Paraſcià* פקודי *Pikudè* pagina 235. paulò ante medium, quod ſe probare credunt ex Pſal. 21. v. 5. *Vitam petijt à te, & dediſti ei, &c.* Quaſi Deus non potuiſſet Dauidi vitam protrahere, niſi annos ab Adamo abſtuliſſet. Falſum Commentum, ex falſa & fabuloſa narratione viſionis Adamo afflictæ.

III. Dicunt, Dauidem natum eſſe circumciſum. Hoc ſe elicere credunt ex Titulo Pſalmi 16. מכתם לדוד *Michtàm Ledauìd*, quod aliqui *Monile*, alij *Inſigne aureolum*, & alij *Inſtrumenti Muſici genus* interpretantur. Rabbini verò מכתם *Michtàm* ſecant, duaſque ex vna dictiones conficiunt מך *Màch* & תם *Thàm*. *Percuſſum perfectè*, nempe *Perfectè circumciſum*, hoc eſt à natiuitate integrè recutitum. Huius Commenti teſtis eſt Auctor *Ialkut* ad hunc Pſalmũ. Quòd ideò ita dicitur מך תם *Màch, Thàm* ipſi Dauidi שנולד מהול *Quia natus eſt circumciſus*. Ibique citatur Talmudis Codex מנחות *Menachòth* cap. 1. *Col Hammenachòth*. Sed vide Cod. סוטה *Sottà* cap. 1. pag. 10. b. circa med. Idem refert R. Salomon ad hunc locum.

Huic Rabbinicæ doctrinæ contradicit alia, quæ legitur in libro זהר *Zòhar* Exod. *Paraſcià* משפטים *Miſcpatìm* pag. 98. in princ. vbi habetur, quòd

ipsi Dauidi Prophetæ accenset, dum dicit.

והמזמורים שאין כתוב בראשם שם אדם. תבן
שאינן לדוד אולי הם. לדוד כמזמור הודו ליהוה קראו
בשמו שאין שם שם דוד והוא לדוד וזה מפורש
בדברי הימים כי דוד חיברו על הארון ונתנו לאסף
המשורר ולמה תמהו מפרשים בעבור שאין בתחלת
הספר נבואת דוד כי אין ספק בין הישראלים כי
ספר בראשית משה אדונינו כתבו כי ככה קבלו
אבותינו הקדושים ז״ל אע״פ שאין כתוב בתחלת
וידבר השם אל משה.

Et Psalmorũ, in quorum initio nullam Auctoris nomen est scriptum. perpendes quòd non sint Dauidis? Forsan sunt ipsiusmet Dauidis, sicut Psal. 105. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius &c. *legerunt ex nomine suo, quamuis non adsit ibi nomen Dauidis, & tamen Dauidis est, Ut explicatur in* 1. *Paralip.* 16.7. *&c. quòd Dauid composuerat illum in* (honorem) *Arcæ, & dederat ipsi Asaph Cantori. Cur igitur mirentur Expositores, quia in principio libri* (scriptum non est) *Prophetia Dauidis. Attamen nullus Israelitarum dubitat de libro Genesis, quòd non sit scriptum à Domino nostro Mose, quia sic tradiderunt nostri sancti Patres b. m. quamuis in initio scriptum non sit: Et locutus est Dominus ad Mosen.*

Sed secundus Psalmus nullam habet inscriptionem: ergo Dauidi tribuendus ex auctoritate Aben Ezræ contra Aben Ezram. Ex quo patet, Abraham Aben Ezræ infra paucas lineas sibimetipsi contradicere, ac constantem non esse.

Eidem oppono Dauidem Kimchium in Præfat. Commentat. super Psal-
fatentur. Testis est R. Salomon ad hunc Psal. ver. 1. רבותינו דרשו *Rabbini nostri exposuerunt* (inquit) את הענין על מלך המשיח *de Rege Messia Christo.* Kimchius circa finem explanationis eiusdem Psalmi dicit.

ויש מפרשין זה המזמור על גוג ומגוג. והמשיח
הוא מלך המשיח. וכן פירשו רז״ל.

Sunt qui exponunt hunc Psalmum de Gog, & Magog. Et Messias (in eo nominatus) *est Rex Messias. Et ita exposuerunt Magistri nostri piæ mem.* Aben Ezræ, quamuis conuenientiùs putet intelligi debere, hunc Psalmum fuisse compositum ab aliquo ex Cantoribus super Dauid in die, quo vnctus fuit, & idcircò scriptum sit: *Ego hodie genui te*, ac si diceret, Hodie propter vnctionem sanctam censeris à me iterum genitus, attamen negare non potest intelligi etiam de Messia. Eius verba sunt.

למה רגשו. הנכון בעיני כי זה המזמור חברו
אחד מהמשוררים על דוד ביום המשחו על כן
כתוב אני היום ילדתיך או על המשיח.

Quare fremuerunt &c. *Certum est in oculis meis, quod huiusmodi Psalmus ab aliquo Cantorum sit compositus super Dauid in die Unctionis suæ, idcircò Scriptum est*: Ego hodie genui te; *aut* (dicitur) *de MESSIA.* Immò ego dico: certius est in oculis meis, huiusmodi Psalmum ab eodem Dauide, Spiritu Sancto inspirante, fuisse compositum, & non ab aliquo ex Cantoribus. Oppono Aben Ezræ eundem Aben Ezram in Præfatione ad Psalterium, vbi Psalmos sine inscriptione,

mus à nobis funes ipsorum. Et, *Postula à me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam terminos terræ*. Et illud, *Et nunc Reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram, &c.* Dicet Kimchius.

הם (ר"ל סרני פלשתים) היו אומרים ננתק מוסרות ישראל וקשורם שנקשרו יחד והסכימו להמליך את דוד וכו׳ : ואמרו פלשתים ננתק מוסרותיהם: ונשליכה ממנו עבותימו :

Hæc dicebant (Satrapæ Philisthæorum) *Dirumpamus vincula Israëlis, & coniurationem eorum, qua simul ligam fecerunt, & conuenerunt vt regnare faciant David &c. Et dixerunt Philisthæi: Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis funes ipsorum*. Insulsa commentatio. Qui detinentur captiui, omnem curam adhibent vt vincula disrumpant, & funes, quibus colligati detinentur, frangant, & à se proijciant; at ij, qui vinculis non detinentur, quomodo verè dicere poterunt, Dirumpamus vincula, proijciamus funes. Philisthæi verò non erant adhuc subacti ab Israëlitis, sed valide aduersus Israëlem pugnabant, etiam postquam vnctus fuerat Dauid in Regem, quia Goliath Gigantem ante eos preire faciebant, qui aduersus phalangas Israël clamabat, dicebatque: *Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul?* Quasi diceret: Nunquid ego non sum Philisthæus liber, & ingenuus, & vos serui, & mancipia estis Saulis? Hinc patet, nullatenùs eos extimuisse Dauidem, & paruipendisse eius vnctionem in Regem; quamuis credibilius est, eam non sciuis-

Psalmos; qui & ipse disertè fatetur circa finem eiusdem Prefationis, Psalmos, in quibus Auctoris nulla fit mentio, ab eodem Dauide esse compositos. Verba ipsius sunt.

והמזמורים שכתב בהם בראשון לדוד חברם דוד וכן אותם שלא נזכר בהם שום מחבר דוד חברם :

Psalmi autem, quibus scriptum est in principio nomen ipsius David, edidit illos David; & sic, quibus in eis Auctorum nulla fit mentio, etiam David illos composuit. Igitur hic Psalmus editus fuit à Dauide, in quo de Messia, siuè Christo Rege principaliter agitur, & de Christo intelligendus est, sicut intellexerunt Apostoli Actor. 4. 25. figuratè tamen & minùs principaliter aptari potest etiam ipsi Dauidi. Sed hoc non tollit, quo minus de Christo intelligi debeat, sicut intellexerunt (præter illos, quos suprà citauimus) prisci illi Rabbini relati in מדרש תלים *Midràsc Tillim*, Psalmo 2. & in ipso Talmude Cod. סוכה *Succà* cap. 5. mox infrà citandi.

R. David Kimchius, quamuis illustris Grammaticus inter Hebræos, ignorantiam suam in rebus Theologicis pandit, dum in Comment. huius Psalmi de Dauide omnia literaliter explicare volens, in scopulos impingit, & contra antiquiores Talmudistas cogitur irruere, & cùm in Christianos tela immittere contendat, in se eá retorquet, & confoditur. Dicat quæso Kimchius, quomodo ritè de Dauide intelligi possint ea verba: *Dirumpamus vincula eorum, & proijcia-*

ſi illius verba rectè perpendantur.

Reſp. Ex hoc, quòd Kimchius intelligat hunc locum Pſalmi de vinculis, & funibus coniurationis, dico, inſulſum, & vanum eſſe eius intellectum: nam verba Pſalmi referri debent ad vincula, & funes prǽceptorum Regis Meſſiæ, quibus colligari & conſtringi debebant Reges terræ, non ad vincula, & funes coniurationis Iſraëlitarum contra Philiſthæos. Verba Pſalmi ſunt clara, neque vim ſibi inferri patiuntur: Primum enim Hemiſtichium: *Dirumpamus vincula eorum* declaratur à ſecundo, *& proijciamus à nobis funes ipſorum*. Tò *à nobis* indicat, eos, qui loquuntur, vinculis & funibus fuiſſe ligatos, eaque diſrumpere, & à ſe proijcere, omni conatu curare.

Sed quid dicendum ad illud 2. Samuel. 8. 1: *Et percuſſit Dauid Philiſthæos, & humiliauit eos*: *& tulit Dauid frænum* האמה *Haamà de manu Philiſthæorum*. Ergo Philiſthæi fuerunt ſerui Dauid, vel ſaltem tributarij, ſicut fuerunt alij populi Moabitæ, & Syri. Ibid. ver. 2. & 6.

Reſp. Ex hoc argumento manifeſtè patet incongruam eſſe applicationem huius Pſalmi ad Dauid, & ad Principes Philiſthæorum, quia Kimchius dicit.

וזה המזמור חיברו ואמרו דוד בתחילת מלכותו שנתקבצו עליו הגוים :

Quòd huiuſmodi Pſalmum compoſuerat, & dixerat Dauid in principio Regni ſui, quando ſcilicet contra ipſum congregata ſunt Gentes. At bella, quæ con-uiſſe, ſicut nec ipſe Saul ſciebat, qui neque ipſum Dauidem cognoſcebat; vndè Abner Principi militiæ dicebat: *De qua ſtirpe deſcendit hic Adoleſcens Abner? Cui Abner: Viuit anima tua Rex, ſi noui. Et Rex: Interroga tu, cuius filius ſit iſte puer*. 1. Sam. 17. v. 55. 56. Adde, quòd ipſi Philiſthæi commiſſo prǽlio contra Saulem, interfecerunt eum, & filios eius, & corpus illius truncato capite ſuſpenderunt in muro Bethſan, (Vide 1. Samuel. cap. 31.) neque huiuſmodi verba potuerunt dicere, quando audierunt (2. Sam. 5. 17.) quòd vnxiſſent Dauid in Regem ſuper Iſraël, vt vult idem Kimchius, quia tunc Philiſthæi non erant ſerui Iſraëlitarum, neque compedibus vincti, vt dicere verè poſſent, *Dirumpamus vincula eorum, &c.* Imò ibidem legitur, *Aſcenderunt* (Philiſthæi) *vniuerſi, vt quærerent Dauid* (ad necem). *Quod cùm audiſſet Dauid; deſcendit in præſidium &c.* Et quamuis poſtea aliquoties Philiſthæi percuſſi fuerint à Dauide, nunquam tamen legitur, eos aliquando in vinculis fuiſſe detentos, vt inde dicere debuiſſent: *Dirumpamus vincula eorum, & proijciamus à nobis funes ipſorum*.

Dices, Kimchium intelligere vincula Iſraëlitarum, non Philiſthæorum, id eſt coniurationes, quibus ſimul conuenientes, quaſi quibuſdam vinculis & funibus ſeipſos colligarant, Dauidem conſtituendo in Regem, vt eo ductore & duce, validiùs contra Philiſthæos pugnare poſſent, & vincere: & hæc eſt mens Kimchij,

& frœnum Aſini ſui, & inſuper titulum erexiſſe, quæ poſtea à Dauide ablata ſunt, vt liberè contra eos pugnare poſſet. Sublatis enim fœderis ſignis, & ipſum fœdus ſublatum exiſtimari debere voluit. Iſta in hæc verba explicantur à R. Eliezer Haggadòl in ſuis *Perakìm* cap. 36. pagina 32. col. 1. circa principium.

ר׳ יהודה אומר שלשה אבות כרתו ברית עם עמי הארץ ואלו הן אברהם יצחק ויעקב: אברהם כרת ברית עם עמי הארץ כשנגלו המלאכים עליו היה סבור שהן אורחי עם הארץ ורץ לקראתם ורצה לעשות להם סעודה גדולה ואמר לשרה לעשות להם סעודה: באותה שעה כשהיתה לשרה ראתה דם נדה לפיכך לא הגיש להם מן העוגות ורץ להביא בן בקר וברח לפניו בן הבקר ונכנס למערת המכפלה ונכנס אחריו שם ומצא שם אדם וחוה שוכבים על המטות וישנים ונרות דלוקין עליהם וריח טוב עליהם כריח ניחוח לפיכך חמד את מערת המכפלה לאחוזת קבר אמר לבני יבוס לקנות מהם את מערת המכפלה במכר טוב ובזהב ובשטר עולם לאחוזת קבר: וכי יבוסים היו והלא חתיים היו אלא על שם עיר יבוס נקראו יבוסים ולא קבלו האנשים תחלה כורע ומשתחוה אליהם שנאמר וישתחו אברהם לפני עם הארץ: אמרו לו אנו יודעים שהקב״ה עתיד ליתן לך ולזרעך את כל הארצות האל כרות עמנו שבועה שאין ישראל יורשי׳ את עיר יבוס כי אם ברצונם של בני יבוס ואחר כך קנה את מערה המכפלה במכר זהב ובכתב עולם לאחוזת עולם שנאמר וישמע אברהם אל עפרון וישקול אברהם לעפרון את הכסף אשר דבר באזני בני חת ארבע מאות שקל כסף עובר לסוחר: מה עשו אנשי יבוס עשו צלמי של נחשת והעמידו אותן ברחוב העיר וכתבו עליהם שבועת אברהם וכשבאו ישראל לארץ רצו ליכנס בעיר היבוסי ולא היו יכולין ליכנס מפני אות ברית שבועת אברהם שנאמר ואת היבוסי יושבי ירושלם וגו׳: וכשמלך דוד ורצה ליכנס

contra Philiſthæos in illorum terras geſſerat, non in principio Regni, ſed poſtquam firmatus in Regno fuerat, acciderunt: nam in principio Regni potiùs defenſiuum, quàm offenſiuum bellum gerere videbatur. Iam in Hebron regnauerat ſeptem annis, 2. Sam. 5. vbi ſex filij nati ſunt, Ibid. cap. 5. 5. In Ieruſalem autem regnauit triginta tribus annis ſuper omnem Iſraël & Iudam. Octauo igitur anno Regni ſui cœpit regnare in Ieruſalem, capta Arce Sion, ablatiſque cœcis & claudis. Et poſt hæc percutit Philiſthæos ablato ab eis frœno tributi. Percutit etiam Moab, & Regem Soba, factique ſunt ei ſerui ſub tributo. Ibid. cap. 8. v. 1. 2. 3. Igitur longo poſt tempore à principio Regni Dauidis iſta euenerunt; non itaque intentio Dauid fuit in hoc Pſalmo rem agere cum Philiſthæis, & alijs Regibus, & Nationibus circumiacentibus terræ Chanaan, vt explicat Kimchius.

At ſi nonnemo quæreret, Quid ſibi velint ea, quæ de cœcis & claudis ſublatis de Arce Sion, & frœno euulſo de manu Philiſthæorum in Scriptura leguntur?

Reſp. Hic referam id, quod dicunt Magiſtri Hebræorum ſuper his Scripturæ locis. R. Eliezer Haggadòl prætendit ea explicare ſecundùm traditionem antiquorum: nam ait: Abrahamum, Iſaacum, & Iacobum iniiſſe fœdus cum populis terræ Chanaan; ne poſteri eorum poſſeſſuri eſſent Vrbem Iebus, neque terram Philiſthęorum, neuè introirent in Syriam. Et in ſignum fœderis eis argentum,

per illos tanquam odor quietis: idcircò desiderauit speluncam Ha-Macpelà in possessionẽ sepulchri. Dixit filijs Iebus, vt emeret ab ijs speluncam Ha-Machpelà pretio iusto, auro, & contractu perpetuo in possessionem sepulchri. Et quomodo erant Iebusæi? nonne Chithæi erant? Sed ex nomine Vrbis Iebus (Chithæi) *vocati sunt Iebusæi. Et Viri illi non receperunt eum, id est, noluerunt acquiescere illi. Procubuit in genua, & incuruauit se ad eos. S. D.* (Gen. 23. 7.) Et incuruauit se Abraham coram populo terræ. *Dixerunt ei: Nos scimus, quòd Deus sanctus benedictus daturus sit tibi, & semini tuo omnes terras istas. Pange nobiscum iuramentum, quòd Israëlitæ possessuri non sint Vrbem Iebus, sed permaneat in potestate filiorum Iebus. Post hæc emit speluncam Ha-Machpelà venditione auri, & contractu perpetuo, in possessionem æternam. S. D.* (Ibid. v. 16.) Et audiuit Abraham Ephronem, & appendit Abraham Ephroni argentum, quod locutus fuerat in auribus filiorum Cheth, quadringentos siclos argenti transeuntis in mercatorem. *Quid fecerunt Viri Iebus? fecerunt statuas æneas, & statuerunt illas in platea Ciuitatis; & scripserunt super ijs iuramentum Abrahæ. Cùm autem venissent Israëlitæ in terram, voluerunt intrare in Vrbem Iebusæorum, & non potuerunt introire propter signum fœderis iuramenti Abrahami. S. D.* (Iosue 15. 63.) Et Iebusæi incolebant Ierusalem, &c.

Regnante autem Dauide, & volente ingredi Vrbem Iebusæorum, non

בעיר היבוסי לא הניחו אותו שנאמר ויאמרו לדוד לאמר לא תבא הנה וגו׳ : והלא חיו ישראל כחול הים אלא מכח ברית שבועת אברהם ראה דוד וחזר לאחוריו שנאמר וישב דוד במצודה אמרו לו אין אתה יכול ליכנס בעיר היבוסי עד שתסיר כל הצלמים הללו שכתוב עליהם אות שבועת אברהם שנאמר כי אם הסירך העורים והפסחים אילו הצלמים שנאמר עליהם על כן יאמרו עור ופסח לא יבוא אל הבית שמא תאמר העורים והפסחים לא היו נכנכין במקרש חס ושלו׳ אלא אלו הצלמים שעינים להם ולא יראו רגליהם ולא יהלכו שנאמר שונאי נפש דוד שהיה דוד שונא לשמוע עבודה זרה שנאמר על כן יאמרו עור ופסח וגו׳ : אמר דוד לאנשיו כל מי שיעלה בראשונה ויסיר את הצלמים הללו שכתוב עליהם אות ברית שבועת אברהם יהיה לראש ועלה בראשונה יואב בן צרויה ויהי לראש שנאמר ויעל יואב בן צרויה בראשונה ואחר כך קנה את עיר היבוסי לישראל בכתב עולם לאחוזת עולם מה עשה לקח מכל שבט חמשים שקלים הרי כלן שש מאות שקלים שנאמר ויתן דוד לארנון וגו׳ :

R. Iudas dicit: Tres Patres inierunt fœdus cum populis terræ (Chanaan) *& isti sunt Abraham, Isaac, & Iacob. Abraham fœdus iniji cum populo terræ, quando illi manifestati sunt Angeli: putabat, eos esse Viatores vulgi, cucurrit in occursum eorum, voluitque eis facere conuiuium magnum, & ait Saræ, vt pararet conuiuiũ. Eadem hora qua depserat Sara vidit sanguinem menstruum; idcircò non attulit eis placentas. Cucurrit autem, vt afferret Vitulum, sed aufugit coram eo Vitulus, & ingreditur in speluncam HaMachpelà, & ingreditur post eum illuc, & ibi inuenit Adamum & Euam cubantes in lectis & dormientes, & Lucernæ ardebant ante eos; & odor bonus erat su-*

In hac R. Eliezaris narratione de fœdere Abrahami inito cum populis terræ Chanaan, quam רד״ק *Radàk* ברייתא *Baraithà Extrauagantem* traditionem vocat 2. Sam. 8. 1. quædam sunt, quæ ex Historia Sacra probari non possunt, & alia quæ inter fabulas Rabbinicas referri debent. Quòd fœdus inierit Abraham cum populis terræ Chanaan, quando apparuerunt ei tres Angeli, ex cerebro Rabbinorum prodit, non ex Sacra Scriptura, in qua nihil de eo. Quòd verò Sara non attulerit placentas, quia ex ea tunc cœperint fieri menstrua, audax commentum est, etiam R. Salomonis ad cap. 18. Gen. v. 8. *Tulit quoque butyrum & lac*, in quo nulla fit mentio de panibus subcineritijs, quos iusserat Abraham vt Sara pararet, quia, inquit R. Salom.

שפירשה שרה נידת שחזר לה אורח כנשים אותו היום ונטמאת העיסה :

Separauerat Saram menstruatam: nam eo die reuersa est illi consuetudo ut mulierum, id est, tunc redierunt ei menstrua, *& polluta facta est massa farinacea*; & aduersatur Scripturæ; quandoquidem ex ea euidenter apparet, toto tempore, quo Angeli cibum sumpserunt sub arbore apud Abrahamum, Saram non habuisse menstrua: dumque Angelus prædicit Abrahamo, Saram vxorem suam filium habituram, ipsa post ostium Tabernaculi occultè ridet. De qua re Scriptura causam reddit v. 11. *Quia erant ambo senes, prouectæque ætatis; &* חדל להיות לשרה אורח כנשים *desierat esse ipsi*

 Sa-

admiserunt illum. S. D. (2. Samuel. 5. 6.) *Et dixerunt Dauidi dicendo*, Non ingredieris huc, &c. *Et nonne Israëlitæ erant tanquam arena maris? Sed propter virtutem fœderis iuramenti Abrahæ vidit Dauid, & reuersus est retrorsum.* S. D. (2. Sam. 5. 9.) Et habitauit Dauid in munitione. *Dixerunt ei: Non poteris tu ingredi Vrbem Iebusæorum, nisi remoueas statuas istas, quibus incisum est signum iuramenti Abrahæ.* S. D. (Ibid. v. 6.) Quin remoueas cœcos & claudos. *Isti sunt simulachra: De his enim dicitur* (Ibidem v. 8.) Ideò dicebant: Claudus & cœcus non intrabit in domum. *Forsan dices: Nullíne cœci & claudi ingressi sunt in Sanctuarium? Absit. Sed isti sunt simulachra, quæ habent oculos, & non vident; pedes, & non ambulant.* S. D. (Ibidem.) Quæ odio habet anima Dauidis; *quia Dauid odio habebat audire Idololatriam.* S. D. (2. Sam. 5. 8.) Idcircò dicebant: Cœcus & claudus &c. *Dixit Dauid ad Viros suos: Quicumque ascenderit primò, & remouerit statuas illas, quibus incisum est signum fœderis iuramenti Abrahæ, erit Dux. Et ascendit primò Ioab Ben Tzeruiàh, & factus est Dux.* S. D. (1. Paralip. 11. 6.) Et ascendit Ioab filius Tzeruiàh primò. *Et postea emit Vrbem Iebusæorum pro Israële Scriptura æterna, in possessionem perpetuam. Quid fecit? Accepit ex omni Tribu quinquaginta siclos, en sexcenti sicli.* S. D. (1. Paralip. 21. 25.) Et dedit Dauid ipsi Ornan pro loco (illo) siclos aureos pondere sexcentorum.

de Formatione, & creabant Vitulum triennem. & illum comedebant.

Quòd Abraham cucurrerit ad armentum, & inde tulerit Vitulum, habemus ex Genes. 18. 7. sed quòd Vitulus in speluncam המכפלה *Ha-Machpelà duplicem* aufugerit, & illuc ingressus Abraham viderit Adamum & Euam ibi sepultos, non ex cerebro R. Eliezaris depromitur tantùm, sed etiam ex R. Simeone Ben Iochài in Zòhar Genes. pag. 127. b. col. 1. circa medium. Sanè R. Salomon Gen. 23. 2. *Et mortua est Sara* בקרית ארבע *in Kiriàth Arbaà quæ est Hebron, in terra Chanaan*, quosdam opinari dicit, vocari hanc Ciuitatem ארבע *Arbaà Quatuor* -

על שם ארבעה ענקים שהיו שם אחימן ששי ותלמי ואביה׃

Ex nomine quatuor Gigantum, qui morabantur in ea, scilicet Achimàn, Scesciài, Talmài, & Patris eorum. Constat quidem ex libro Iosue c. 15. v. 13. & 14. hanc eos possedisse, & inde per Caleb expulsos. Vel קרית ארבע *Kiriàth arbaà Ciuitatem quatuor* dici -

על שם ד׳ זוגות שנקברו שם איש ואשתו אדם וחוה אברהם ושרה יצחק ורבקת יעקב ולאת׃

A quatuor coniugibus ibi sepultis Adamo & Eua, Abrahamo & Sara, Isaaco & Rebecca, Iacobo & Lea. Hanc Iudaicam traditionem accepit Rascì ab eodem R. Eliezer cap. 20. quam etiam refert D. Hieronymus in Tradit. Hebr. ad caput 23. Genes. R. Abraham Aben Ezræ putat ארבע Ar-

Sara consuetudo Vt mulierum. Tunc nulla alia mentio fit de placentis, quia supponitur iam eas parasse: nam Vitulum, butyrum, & lac posuit Abraham coram Angelis, qui comederunt. Neque congruum est dicere sine panibus comedisse. Sed R. Salomon dum vult insistere Rabbinicis fabulis, fabulosam reddit suam expositionem, & Sacræ Scripturæ diametricè oppositam, vt in hoc eodem loco videre est. Scriptura inquit ibidem ver. 7. *Et tulit* (Abraham) בן בקר רך וטוב *filium Bouis*, id est, *Vitulum tenerrimum & optimum*. Quis non videt singulari numero loqui Scripturam, vt cognoscamus vnum Vitulum fuisse, non plures? At R. Salomon dicit -

שלשה פרים היו כדי להאכילן ג׳ לשונות בחרדל׃

Tres Vituli fuerunt, Vt comederent tres linguas cum Sinapi. Stupidum prorsùs figmentum. Gulę dediti sunt Rabbini, & in suo Talmude heluones videri volunt, dum duo ex ijs in Cod. סנהדרין *Sanhedrin*, se per artem Magicam gloriantur, quolibet vespere Sabbathi Vitulum triennem creasse, eumq; postea deuorasse. Vide c. 7. ארבע מיתות *Arbaà methòth* pag. 67. b. paulò post medium, ibi hæc verba inuenies -

רב חנינה ורב אושעיא כל מעלי שבתא חוו עסקין בהלכות יצירה ומיברי לחן עיגלא תילתא ואכלי ליה׃

Ràu Chaninà & Ràu Osciaaià, quotiescumque ingrediebatur Sabbathum, operam dabant lectionibus יצירה *Ietzirà*

nomine videtur totus ager, imò & totus illius terræ tractus denominatus מכפלה *Machpelà*. Quod innuitur ibidem ver. 17. vbi ſic habetur -

ויקם שדה עפרון אשר במכפלה אשר לפני ממרא השדה והמערה אשר בו וכל העץ אשר בכל גבולו סביב ׃

Et confirmatus eſt ager Ephronis, qui (erat) *in Machpelà, qui* (erat) *coram Mamrè: ager, & ſpelunca, quæ* (erat) *in eo; & omnis arbor, quæ* (erat) *in agro, quæ* (erat) *in omni termino eius.* Quaſi diceret: Ager Ephronis, qui erat in regione Machpelà, vbi erat & ſpelunca *Ha-Machpelà*, cum omnibus arboribus per circuitum huius regionis, ceſſit in poſſeſſionem Abrahæ. Si ager erat in *Machpelà*, conſequens eſt vt *Machpelà* nomen ſit regionis, vel tractus terræ continentis in ſe diuerſos agros, inter quos erat ille, vbi *Meàrà hammachpelà Spelunca duplex* continebatur, vti clarè conſtat ex ver. 19. *Et poſtea ſepeliuit Abrahā Saram Vxorem ſuam* אל מערת שדה המכפלה *in ſpelunca agri Ha-machpelà.* Indifferenter verò vocatur *Spelunca agri Hamachpelà*, & *Spelunca Ha Machpelà.* In ea igitur ſpelunca ſepelitur Sara ab Abrahamo. At fabuloſi Hebræi dicunt Adamum & Euam ibi ſepultos, renuiſſe recipere Saram, & prohibuiſſe ſepeliri cum eis; ſed tandem Abrahami ſuaſu victi, eam in ſocietatem receperunt. Hæc in libro *Zòhar* in Geneſ. pag. 128. col. 1. circa finem ita leguntur -

רן

Arbaà eſſe שם אדם גדול בענקים *Nomen hominis magni inter Anakim*, id probari vult ex Ioſue 14. 15. *Nomen Hebron ante vocabatur Kiriath Arbaà, qui* האדם הגדול בענקים הוא *Ha-Adam Ha-Gadòl baAnakim Homo magnus inter Anakim erat*; quæ coniectura incongrua non videtur. Rabbi autem Salomon de Patre trium Gigantum intelligit -

הוא אביהם של אחימן ששי ותלמי ארבע היה שמו ׃

Erat enim Pater ipſius Achimàn, Sceſciài, & Talmài, & vocabatur ארבע *Arbaà.* Quod idem Raſci ibidem refert ex מדרש אגדה *Midràſc Agadà* τὸ *Homo magnus inter Anakim*, intelligi *de Abrahamo*, prorſus imaginarium eſt Commentum.

Spelunca verò המכפלה *Ha-Machpelà* cur ita vocetur, & cur ab Abrahamo expetita fuerit in ſepulturam vxoris ſuæ Saræ, varias aſſignant rationes Hebræi. R. Elìezer in ſuis פרקים *Perakim* cap. 20. circa fin. -

נקראת מערת המכפלה שהיא כפולה ׃

Vocatur (inquit) *Spelunca Hamachpelà, quia erat duplex*, vna è regione alterius; vel vna ſub altera; vel quia fuerat duplex coniugibus, vt ſuprà dictum eſt in *Kiriath arbaà*, ex eodem ibidem. Quomodocumque ſit, certum eſt hanc ſpeluncam vocatam fuiſſe מערת המכפלה *Mearàth hammachpelà Speluncam duplicitatis*, ſeù *duplicem*, poſitam in extremitate agri Ephronis filij Socharis, Gen. 23. 9. Ex huius duplicis ſpeluncæ conſpicuo

pag. 30. col. 4. paulò poſt medium editionis Amſtelodam. cum Comm. in fol. tempore diluuij omnia deleta fuiſſe, etiam Adamici cadaueris puluerem? nam

ר׳ יהודה בר סימון בשם ר׳ יוחנן אמר אפילו עפרן של אדם הראשון נמחה :

R. Iudas Bar Simon nomine R. Iochanàn dixit: Etiam puluis (cadaueris) *Adami primi* (hominis) *deleta eſt* ab aquis diluuij. Quomodo igitur ſupererat illius cadauer in ſpelunca duplici tempore Abrahami? Traditio contra traditionem. Talmudiſtarum dicta plerumque ſe ad inuicem confodiunt, & iugulant. Quòd verò ſpelunca *Ha-Machpelà* ab Abrahamo empta fuerit à filijs Iebus, eſt contra Scripturam: ipſos deprecatus eſt, vt pro eo intercederent apud Hephronem, vt daretur ſibi ſpelunca *Ha-Machpelà*; nam Hephron Dominus erat agri & ſpeluncæ. Ibid. 8. 9. & à quo emit agrum, & ſpeluncam. Ibidem v. 16. & 17. Filijs autem Iebus, & ſi ex Chanaan filio Cham, vti etiam filij Cheth ortum ducerent, attamen alia terræ Chanaan portiò contigerat à filijs Cheth omninò diſtinctam. Noſter autem Rabbi Eliezer hos cum illis confundit, dum vult Chethæos vocari etiam Iebuſæos, ab incolatu Vrbis Iebus, quæ eſt Ieruſalem, ex lib. Iudic. 19. 10. Scriptura verò vnum ab altero ſecernit, & diuerſas terræ Vrbes inhabitaſſe non obſcurè colligitur ex Num. 13. 30. Ioſ. 11. 3. & 15. 63. nihil tamen de fœdere cum his inito, neque de æneis ſta-

ז אמר ר׳ שמעון בשעתא דעאל אברהם במערתא ואיעל שרה תמן קמו אדם וחוה ולא קבילו לאתקברא תמן אמרו ומה אנן בכסופא קמי קב״ה בההוא עלמא בגין ההוא חובא דגרימנא והשת׳ יתוסף לן כסופא אחרא מקמי עובדין טבין דבכו : אמר אברהם הא אנא זמין קמי קב״ה בגינך דלא תכסיף קמיה לעלמין : מיד ואחרי כן קבר אברהם את שרה אשתו מאי ואחרי כן בתר דקביל אברהם עליה מלה דא : אדם עאל ברוכתיה חוה לא עאלת עד דקריב אברהם ואעיל לה לגבי אדם וקביל לה בגיניה הה״ד ואחרי כן קבר אברהם את שרה אשתו ,

Dixit R. Simon: Ea hora, qua ingreſſus eſt Abraham ſpeluncam, & Saram illuc introduxit, ſurrexerunt Adam & Eua, & prohibuerunt ei, ne eam ibi ſepeliret. Dixerunt: En nos ſumus opprobrio apud Deum ſanctum benedictum ob peccatum noſtrum, & nunc addetur nobis alterum opprobrium ob bona opera veſtra. Dixit Abraham: Ego paratus ſum reſpondere Deo ſancto benedicto pro te, ne hoc vertatur tibi opprobrio. Et ſtatim dicitur: Et poſt hæc ſepeliuit Abraham Saram vxorem ſuam: Quid ſibi volunt (hæc verba) ואחרי כן *Et poſt hæc? Hoc eſt, poſtquam promiſit hoc Adamo. Ille reuerſus eſt ad locum ſuum, Sara verò nequaquam, ſed eam detulit Abraham ipſi Adamo, & promiſit etiam ſe reſponſurum pro ea. Illud eſt quod ſcriptum eſt:* Poſt hæc ſepeliuit Abraham vxorem ſuam.

At ſi Adam ſepultus eſt in ſpelunca duplici, & Abraham vidit illum cubantem, & lucernam ante illum ardentem, dicant mihi Iudæi, quomodo ſit intelligendus ille locus in *Bereſcith Rabbà* פרשה כ״ח *Paraſcià* 28.

ſtatuis vlla vmquam vmbra in Sacris literis conſpici poteſt, ac proinde pro fabula habenda ſunt. Sequitur ibidē.

Fœdus Iſaaci initum cum Populis Terræ Chanaan.

ויצחק כרת ברית עם עמי הארץ כשגר בארץ פלשתים ראה אותם שהפכו פניהם ממנו יצא מהם בשלום והלכו אחריו אבימלך וכל גדוליו אמר להם הפכתם פניכם ממני ועכשו באתם אלי שנ׳ (בראשית כ״ו כ״ז) ויאמר אליהם יצחק מדוע וגו׳ ויאמרו ראה ראינו כי היה יהוה עמך ; אמרו אנו יודעים שהקב״ה עתיד ליתן לזרעך את כל הארצות הללו כרות עמנו ברית שאין ישראל יורשין את ארץ פלשתי׳ מה עשה יצחק לקח אמה אחת ממתג חמור אשר היה רוכב עליו ונתן לו לאות שיהא בינן ברית שבועה וכשמלך דוד רצה לבא בארץ פלשתים ולא היה יכול ליכנס מפני ברית יצחק עד שלקח מהם את ברית שבועת יצחק שנאמר (ב שמואל ח׳ ; א׳) ויקח דוד את מתג האמה מיד פלשתים וכתיב (שמואל א׳ ; ז׳ ; י״ג) ויכנעו פלשתי׳ ולא יכלו פלשתים עוד.

Iſaac etiam pepigit fœdus cum populis Terræ (Chanaan). *Cùm enim peregrinaretur in terra Philiſthæorum, vidit eos, quòd facies ſuas à ſe auertebant: egreditur ex eis in pace. Abierunt poſt eum Abimelech, & omnes Magnates eius. Dixit eis* (Iſaac) *Auertiſtis vultus veſtros à me, & modo veniſtis ad me. S. D.* (Gen. 26. 27.) Et dixit ad eos Iſaac: Cur veniſtis ad me, & vos odio habuiſtis me &c. *Reſponderunt*: Videndo vidimus, quòd fuit Dominus tecum. *Dixerunt*: *Nos cognouimus, quòd Deus ſanctus benedictus daturus ſit ſemini tuo omnes has terras: pange nobiſcum fœdus, Iſraëlitas non*

poſſeſſuros terram Philiſthæorum. Quid fecit Iſraël? Accepit cubitum vnum, ſeù quinque aut ſex palmos è fræno, ſeù capiſtro Aſini, cui inſidebat, & dedit ei (Abimelecho) *in ſignum, quòd eſſet inter eos fœdus iuramenti. Quando autem regnauit Dauid, voluit ingredi terram Philiſthæorum, neque potuit introire propter fœdus Iſaaci, donec abſtuliſſet ab eis ſignum fœderis iuramenti Iſaaci. S. D.* (2. Sam. 8. 1.) Et abſtulit Dauid frœnum cubiti de manu Philiſthæorum. *Et ſcriptum eſt* (1. Sam. 7. 13.) Et humiliati ſunt Philiſthæi, & non potuerunt Philiſthæi ampliùs. Hactenus traditio R. Eliezaris Magni, de frœni Aſinini fruſtulo tradito ab Iſaaco Abimelecho in ſignum iurati fœderis: quæ etiam Rabbinica fabula cenſenda eſt. Non enim credendum, Iſaacum nobiliſſimum Patriarcham, & Principem, voluiſſe tam humile ſignum, vti eſt capiſtri Aſinini fruſtum, Regi Philiſthæorum tradere ſeruandum in teſtimonium pacti, fœderis inter vtrumque. At מתג האמה *Mètegh Ha-Amà* quod legitur 2. Samuel. 8. 1. non cubitalem frœni partem, vt perperam intelligit R. Eliezer, ſed ית תיקון אמתא *Diſpoſitionem aquaductus*, vti vult Paraphraſtes Chaldæus, ſignificat, cui & R. Dauid Kimchius inhæret; cùm ait:

אולי היתה אמת המים עוברת בעיר תקנו אותו לבא מחוץ לעיר אל העיר לפיכך נקראת העיר מתג האמה.

Forſan erat aquaductus aquarum tranſiens per Vrbem, quem illum diſpoſuerant extra Vrbem, vt in Vrbem

in-

c. 21. 10, Hinc, quia plerumque inferiores Vrbes à Metropoli tamquã sub Torculari premuntur tributis, vertit Vulgata, *Frænum tributi*. Tributa enim veluti aquæ per aquæductum in Regias Vrbes continuò fluunt, vnde & alij *Frænum aquæductus* etiam non malè legunt.

De fœdere Iacobi inito cum Populis Terræ.

DE hoc fœdere in eodem R. Eliezaro circa finem cap. 36. ita legitur -

יעקב כרת ברית עם עמי הארץ שאמר לו לבן אני יודע שהקב״ה עתיד ליתן לזרעך את כל הארצות האל כרות עמי ברית שבועה שאין ישראל יורשין את ארץ ארם והציב לו מצבת אבנים והביא את בניו עמו בברית שבועה שנא׳ ויאמר יעקב לאחיו לקטו אבנים וכי אחיו היו והלא בניו היו אלא ללמדך שבניו של אדם כאחיו : אמר לו לבן אם ישראל יורשין את הארץ שלא יבאו בארץ ארם לרעה שנ׳ אם אני לא אעבור את הגל הזה וכשמלך דוד רצה לבוא בארץ ארם ולא היה יכול מפני בת ברית שבועת יעקב עד ששבר את המצבת התוא עליו אמר משה שבר השבר מצבותיהם ואחר כך כבש את ארץ ארם שנ׳ ויך דוד את הדר עזר מלך ארם :.

Iacob pepigit fœdus cum populis terræ. Cùm dixisset ei Laban: Scio ego, quòd Deus sanctus benedictus daturus sit semini tuo omnes terras istas; Pange mecum fœdus iuramenti, Israëlitas non possessuros terram Syriæ. Et statuit statuam lapideam, secumque duxit filios suos ad fœdus iuramenti. S. D. (Gen: 31.46.) Et dixit Iacob ad fratres suos, Colligite lapides. *Sed quomodo fratres eius*

introiret, *idcircò vocata est Ciuitas, Frænum aquæductus*. Vel erat proprium nomen Ciuitatis, alio nomine nuncupatæ גַּת *Gàth*, de qua 1. Paralip. 18. 1. vbi per compendium referuntur bella Dauidis contra Philisthæos, Moabitas, & Adarezer Regem Soba eo ordine, & ijsdem ferè verbis, quibus habentur in 2. Sam. cap. 8. v. 1. 2. & 3. nisi tantùm, quòd pro *Et cepit David* מתג האמה *Methegh Ha-Amà Frænum aquæductus*, legitur, *Et cepit* (David) גת ובנתיה *Gàth & filias eius*, hoc est Vrbem Gath & Villas eius. Patet igitur hanc Vrbem, seù etiam Prouinciam, vt vult idem רד״ק *Radàk* duplici nomine vocatam: nam vt 1. Paralip. 18. idem ait, aliquando in Sacra Scriptura הערים היו נקראים בשנים שמות *Vrbes duobus nominibus appellantur*, גת *Gath* & מתג *Mètegh*; גת *Gath* interpretatur *Torcular*, & מתג *Mètegh Frænum*, seù etiam *Capistrum*. Torcular, quia vti cæterarum Vrbium Philisthæorum Regia & Metropolis ab ea tanquam sub Torculari reliquæ inferiores Vrbes premebantur; quia ex R. Salom. שהיא מקל רודה בכל פלשתים *Ipsa erat baculus dominans in omnes Philisthaeos*, & מטרופולין של מלכים *Regum Metropolis* cùm esset, frœnum & gubernij Camus iure vocari poterat. Quòd esset Regia Metropolis patet ex eo, quia nullibi legitur, præcipuas Philisthæorum Vrbes Reges habuisse, non Gazam, non Asdoth, non Akron, non Askalon: at de Gath habemus אכיש מלך גת *Achise Regem Gath*. 1. Samuel.

Ob malum finem tu non pertransibis, sed negotiationis gratia tibi permittitur. Sed quòd huiusmodi Sacramento ligarentur posteri Iacob, vt nullo modo eis liceret etiam iusto bello Syriam inuadere, ex hoc loco colligi minimè potest; cùm certum non habeatur totam Syriam cessisse in hereditatem filijs Laban. Vnde fabulosum est, quod inde deducitur; non licuisse Dauidi Syriam inuadere nisi priùs titulum hunc à Iacobo, & Labano erectum, dirueret. Sed ne digressio longiùs protrahatur, ad Dauidem reuertamur. De quo

IV. Dicunt fuisse dignum, vt ex Pastore pecudum ad Regnũ eueheretur, quia tenellos hœdos ex culminibus herbarum, ex caule hircos, & ex radicibus reliquas grandiores pecudes pascebat. Vide Psal. 78. vbi ad versic. 71. מאחר עלות הביאו *De post fœtantes accepit eum*, hæc verba R. Salomonis inuenies.

שהיה רועה לאביו הצאן המניקות שהיה רחמני ומוציא הגדיים תחלה ומאכילן ראשי העשבים העליונים שהם רכים ומוציא התיישים אחריהם ואוכלין אמצע העשבים ואחר כך מוציא הזקנות ואוכלות השרשים אמר הקב״ה ראוי הוא זה להיות רועה את עמי׃

Quia erat Pastor Patri suo, pascebatque oues lactantes: nam quia erat misericors, primùm educebat hædos, & de tenellis herbarum cacuminibus pascebat eos. Deinde educebat hircos, qui medias rodebant herbas. Postrèmo loco grandiores pecudes, quæ comedebant radices. Dixit Deus sanctus benedictus: Hic erit idoneus Pastor populi mei. In-

N sul-

eius fuerunt: nonne filij eius erant? Sed docet te, quòd filij hominis reputantur vt fratres. Dixit ei Laban: Vbi Israelitæ possederint terram (Chanaan) *quòd non ingressuri sint in terram Syriæ in malum: S. D.* (Ibid. v. 52.) Si ego non transibo cumulum illum: *Quando autem regnauit David, voluit ingredi terram Syriæ, sed non potuit propter virtutem fœderis iuramenti Iacob, donec contriuit statuam illam. De eo dixerat Moses.* (Exod. 23. 24.) *Confringendo confringes statuas eorum. Atque sic postea subiugauit terram Syriæ, S. D.* (2. Sam. 8. 3.) Et percussit Dauid Adadhezer Regem Syriæ.

Conspicuum est fœdus inter Iacob & Laban initum ex Genes. cap. 31. v. 44. & seqq. nam Iacob statuam erexit lapideam ver. 45. & fratres sui rudem lapidum cumulum erexerunt v. 46. Ex vers. tamen 52. patet, id eo animo factum, vt signum esset, ne alter illorum præteriret, nec vltra statuam pertransire fas esset לרעה *Leraa in malum*, ob malum finem לעשות רע *& ne alter alteri malum inferret*, vt dicit R. Aben Ezræ.

לא תעבר אלי אתה להרע לי גם אני כן׃

Non transibis ad me, tu, vt malum facias mihi; etiam ego id faciam, scil. non transibo ad te. Sed ad bonum finem transgredi terminum rudi lapidum congerie statutum, vt mercimonij, & negotiationis causa permiserunt, secundùm quòd explicat R. Salomon.

לרעה אי אתה עובר אבל אתה עובר לפרקמטיא׃

וילבש שאול את דוד מדיו : וכתיב בשאול משכמו ומעלה גבוה מכל העם (א׳ שמואל ט׳ : ב׳) כיון שהלבישו בגדיו היה ראוי למלכות מיד היו עשויים לו כיון שראה שאול שהיו עשויין לו מיד הכנים בו עין הרע כיון שראה דוד שהכנים בו עין הרע אמר דוד לא אוכל ללכת באלה : כי לא נסיתי ללמדך שהמלך כיון שהוא מתמנה מלך והוא קצר מיד הוא נעשה ארוך : בשביל שמן המשחה שנמשח בו :

Et induit Saul Dauidem vestibus suis. Et scriptum est de Saul (1. Sam. 9. 2.) *ab humero suo, & sursum altus erat præ omni populo. Quando induit eum vestibus suis, factus est idoneus Regno; statimque aptatæ sunt ei. Quando hoc vidit Saul, illicò ingreditur in eum oculus nequam. Cum autem vidisset Dauid oculum malum ingressum fuisse in Saulem, dixit Dauid* (Ibid. v. 39.) Non potero ire in istis, quia periculum non feci; *vt docearis, quòd Rex quando in Regem constituitur, si sit paruus* (statura) *protinus fit longus, & hoc, beneficio olei vnctionis, quo inungitur.* Apocryphum Commentum, & absurda deductio. Quia Dauid vocatur puer à Saule: Ergo in statura non erat ei similis.

VII. Maleficos oculos habuisse dicunt, ex quorum intuitu homines reddebat leprosos, & gonorrhœos. Probari id credunt auctoritate libri זהר *Zòhar* Numer. *Parasciá* בלק pag. 206, editionis Mantuanæ circa fin. vbi hæc leguntur.

וכיון דכתיב (א׳ שמואל י״ז : מ״ג) ויקלל הפלשתי את דוד באלהיו : אסתכל ביה דוד בעינא בישא ובכל אתר דהוה מסתכל בעינא בישא כל זיני צרעת אתמשכן מעינית דדוד : והכי הוה ביואב כיון

falsum Commentum, & vix dignum puerorum, & anicularum auribus. Locus Psalmi, *De post fætantes*, id est *sequentem fætas* explicari debet. Dum enim Dauid oues fœtas pascebat, easque sequebatur ad pascua, assumitur à Deo ad pascendum populum suum.

V. In *Ialkùt* Par. 2. num. 124. pag. 32. editionis Liburnensis in fol. col. 2. circa fin. ad illud.

וישלח ויביאהו והוא אדמוני :

Et misit, & Venire fecit eum, & ipse erat rufus. 1. Sam. 16. 12. dicitur ex *Bereſcìth Rabbà*.

כיון שראה שמואל את דוד אדמוני נתיירא אמר זה שופך דמים כעשו אמר לו הקב״ה עם יפה עינים עשו מדעת עצמו הוא הורג אבל זה מדעת סנהדרין הוא הורג :

Cum vidisset Samuel Dauidem rufum, timuit. Dixit: Iste effundet sanguinem sicut Esau. Dixit ei Deus sanctus benedict. Iste pulchris oculis (effundet, quod non faciebat Esau). *Esau proprio arbitrio necabat; sed iste ex sententia Sanhedrin Iudicum & fori, interficiet reos.* Nimis externis signis inhærent Rabbini, sicut & Metoposcopiæ; quasi color rufus in quocumque homine notet effusionem sanguinis, seù iniuriosam, seù iuridicam. Nec benè congruit, hanc credulitatem Prophetæ Dei Samueli tribuere.

VI. Crescit miraculosè, & staturæ Saulis æquatur. Quomodo id acciderit, refertur in eodem libro ילקוט *Ialkùt* Par. 2. num. 127. super illud 1. Sam. 17. 38. וילבש *Et induit*, ex *Tanchumà*.

כיון דאסתכל ביה דוד בעינא בישא מה כתיב (בֿ שמואל ג׳ : כ״ט .) ולא יכרת מבית יואב זב וּמצורע וגו׳ : והכא בפלשתי דא כיון שקלל את השם אסתכל ביה בעינא בישא וחמא במצחיה דאצטרע מיד ותטבע האבן במצחו ואתרבקת הצרעת במצחו :

Quando autem vti scriptum est (1. Sam. 17. v. 43.) Et maledixit Philisthæus Dauidi in Dijs suis. *Intuitus est eum Dauid toruo oculo. Quia quisquis toruè aspiciebatur ab eo, fiebat leprosus, quod & Ioab expertus est: nam postquam intuitus est eum Dauid toruo oculo, quid scriptum est* (2. Sam. 3. v. 29.) Nec deficiet de domo Ioab qui patiatur fluxum seminis, & leprosus &c. *Idem accidit in Philisthæo, quando maledixit nomini* (Dei) *Intuitus est eum* (Dauid) *toruo oculo, & obtutum in fronte eius fixit, vt leprosa fieret, & statim fixus est lapis in fronte eius, & adhæsit lepra.* Contumelia est in Dauidem, & blasphemia in Deum, qui suo verbo testatur 1. Samuel. 16. 12. Dauidem fuisse pulchrum aspectu, Hebraicè יפה עינים *pulchrum oculis*, hoc est, pulchros habuisse oculos, non autem malignos & veneficos, vt calumniantur Rabbini, qui insuper addunt -

VIII. Etiam ipsum per semestrem fuisse leprosum; בעל טורים *Baal Turrim* id probari arbitratur ex Massora, qua notatur בחיקך in Mose, & in Dauid. In Mose Exod. 4. 6. *Et dixit Dominus ei adhuc: Introduc nunc manum tuam* בחיקך *in sinum tuum.* Vbi *Baal Turrim* -

ג׳ במסרה הכא חד ותרתי גבי דוד ואתנה נשי אדוניך בחיקך ושכבה בחיקך כמו שלקח משה

בצרעת כך לקח בצרעת כמו שדרשו רבותינו ז״ל שם נצטרע ו׳ חדשים :

Tria sunt in Messarà, siuè ter hæc vox בחיקך In sinu tuo *reperitur. Primò hic, & bis de Dauide* (2. Sam. 12. 8.) Dedique tibi &c. vxores Domini tui in sinu tuo. & (1. Reg. 1.) *Et* cubet in sinu tuo. (Colligitur) *sicut percussus fuit Moses lepra, sic percussus est* (Dauid) *lepra, quemadmodum exposuerunt Magistri nostri b. m. ibi. Sex Mensibus* (Dauid) *fuit leprosus.* Commentũ sine vllo fundamento. Quam fabulam de lepra Dauidis hauserunt recentiores ex Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlek* pagina 107. in fine, & refertur in *En Israël* Par. II. p. 135. col. 4. n, 236. ibi enim hoc modo legitur circa med. -

אמר רב יהודה אמר רב ששה חדשים נצטרע דוד ונסתלקה הימנו שכינה ופירשו ממנו סנהדרין נצטרע דכתיב (תהלים נ״א : ט׳) תחטאני באזוב ואטהר תכבסני ומשלג אלבין : נסתלקה הימנו שכינה דכתיב (שם פסוק י״ד) השיבה לי ששון ישעך ורוח נדיבה תסמכני : ופרשו ממנו סנהדרין דכתיב (תהלים קי״ט : ע״ט) ישובו לי יריאיך וגו׳ : ששת חדשים מנלן דכתיב (א׳ מלכים ב׳ : א׳) והימים אשר מלך דוד על ישראל ארבעים שנה בחברון מלך שבע שנים ובירושלם מלך שלשים ושלש שנים וכתיב בחברון מלך על יהודה שבע שנים וששה חדשים וגו׳ :

Dixit Ràu Iudas: Dixit Ràu: Sex Mensibus leprosus fuit Dauid: discessit ab eo Diuinitas, & separauerunt se Sanhedrin Senatores Curiæ. Factus est leprosus; quia scriptum est (Psal. 51. 9.) Purificabis me à peccato hyssopo, & mundabor: lauabis me, & præ niue dealbabor. *Recessit ab eo Diuinitas;*

extra castra eijcitur, licet ergo fuerit Rex, inter Israëlitas non numeratur, neque tempus, quo Regnum moderari cæpit, computatur, quoniam מצורע חשוב כמת *leprosus reputatur vt mortuus*, ex sententia R. Dauid Kimchij in 2. Reg. cap. 13.

En inepta prorsus Talmudistarum probatio à Scripturæ loco petita, in quo nihil de Dauidis lepra erui potest prudenter. Eo siquidem in loco de adulterio Dauidis cum vxore Vriæ est sermo, ob quod volunt Talmudistæ, Dauidem lepra fuisse percussum, & sex menses non fuisse recensitos in numero annorum Regni. At in Hebron, vbi in primo loco citato non recensentur sex menses, nondum Dauid commiserat delictum adulterij, & homicidij, cùm illud perpetrasset in Ierusalem, vt patet ex 2. Sam. 11. v. 2. & seqq. vbi triginta tribus annis rotundè regnauit, ex 2. Sam. 5. 5. & 1. Reg. 2. 11. Ergo isti sex menses lepræ annotari debebant in numero annorum, quo Ierosolymis regnauit, & vbi adulterium commisit, & non in numero annorũ, quibus in Hebron regnauit, vbi nullum delictum à Dauide commissum fuit. Ergo hæc Talmudistarum expositio de Dauidis lepra non modò fictitia est & fabulosa, sed & repugnans. Locus porrò ex Psal. 51. 9. *Purificabis me Hyssopo &c.* ad probandum lepram Dauidis adductus, intelligitur de lepra spirituali per peccatum contracta in anima, non de materiali & corporali, vt nimis crassè intelligunt sapientes Rabbini. Et quia corpore leprosus per Hys-

quia scriptum est (Ibid. v. 14.) Redde mihi gaudium salutis tuæ: & spiritu voluntario fulcies me. *Separauerunt se ab eo Senatores Iudices Magnæ Curiæ, quia scriptum est* (Psal. 119. v. 79.) Conuertantur ad me timentes te. & scientes testimonia tua. *Sex Mensibus* (Dauidem fuisse leprosum) *Vnde probatur? Quia scriptum est* (1. Reg. 2. 11.) Et dies quibus regnauit Dauid super Israël, quadraginta anni: in Cheuròn regnauit septem annis, & in Ierusalem regnauit triginta & tribus annis. *Et scriptum est* (2. Sam. 5. 5.) In Cheuròn regnauit super Iudam septem annis & sex Mensibus, &c.

Hæc scilicet Rabbinorum est ratiocinatio. In primo loco dicitur Dauid regnauisse quadraginta annis; in Hebron quidem septem, in Ierusalem verò triginta tribus, quæ summa constituit numerum quadraginta annorum Regni Dauidis. Idem repetitur in secundo loco, nempè 2. Sam. c. 5. ver. 4. 5. *Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cæpisset, & quadraginta annis regnauit.* At cùm postea ibidem dicatur, quòd in Hebron regnauerit septem annis & sex mensibus; & in Ierusalem triginta tribus annis, planè colligitur, Dauidem regnasse quadraginta annis, & sex mensibus. Sed isti sex menses non referuntur in primo loco cit. ex 1. Reg. 2. 11. quia cùm per illorum sex mensium spatium leprosus fuisset Dauid ob peccatum adulterij commissi, illi sex menses non computantur. Leprosus enim ex Lege Leuit. 13. 46.

gnauerat. Ibidem ſubiungit -

ר׳ יצחק בשם רבי יהודה חסרין היו משלשים ושלש אלא שהכתובים חולקים כבוד לירושלם ומונין אותם. שלימ׳ אמר רבי יורן חשבון המרובה בולע את הממועט׃

R. Iſaac nomine R. Iudæ: Deficiunt (ſex menſes) *à triginta tribus annis, ſed quia Scripturæ diuiderent gloriam Ieruſalem, ideò numerant illos integros. Dixit R. Iodan: Numerus maior deglutit minorem.* Aliæ afferuntur ibidem expoſitiones, quæ minimè literæ quadrant, vti eſt illa R. Iodan, qui -

אמר רבי יורן כתוב כי ששה חדשים ישב שם יואב אותם חדשים לא עלו לו מן המנין,

Dicebat: Scriptum eſt (1. Reg. 11. 16.) *Quoniam ſex menſibus manſit ibi Ioab. Iſti ſex menſes non computantur in numerò* (Regni Dauidis). At cur id? Reliquitne fortaſſis Regnum Dauid, quando Ioab per ſemeſtrem moratus eſt in Idumæa, vel idem Dauid in Idumæa conſiſtebat? Sanè Scriptura id non inſinuat. Alij dicunt -

אית׳ חדשים שברח מפני אבשלום ובשעירה היה מתכפר כהדיוט לו עלו מן המניין׃

Illi menſes, quibus fugerat (Dauid) *à facie Abſalonis, & fuerat, & in Seir expeditionem fecit Vt Idiota, non numerantur.* Quare & hi menſes numerari non debent? An cum à facie Abſalonis filij ſui fugerat Rex Dauid, deſierat eſſe Rex? Friuolum Commentum.

IX. De Dauide, vtrùm oriundus à fœmina Moabitide Ruth, fuerit idoneus

Hyſſopum purificandus erat ex Leuit. 14. 3. ſic Dauid Deum precatur, vt ſpirituali Hyſſopo animæ inquinamenta, quæ lepræ comparantur, emundare velit.

Itaque cùm 2. Sam. 5. 5. ſeptem annis Regno Dauid in Hebron adduntur ſex menſes, & in 1. Reg. 2. 11. omittuntur; non eſt oppoſitio: nam in vtroque loco dicitur Dauid regnaſſe quadraginta annis: nempè Scriptura minimè curans de anno incompleto, numerat tantùm annos completos & integros, vt benè obſeruat R. Dauid Kimchi ad 2. Sam. 5. v. 5. cuius verba ſunt - .

בהברון מלך על יהודה שבע שנים וששה חדשים ובכלל לא מנאם לפי שלא היתה שנה שלמה וכן בספר מלכים לא מנה אותם ששה חדשים אפילו בפרט לפי שלא היתה שנה שלימה׃

In Hebron regnauit ſuper Iudam ſeptem annis & ſex menſibus, & in toto numero non numerantur iſti ſex menſes quia non eſt annus perfectus. Et ſic in libro Regum, non numerantur iſti ſex menſes etiam in particulari (numero ſeptem annorũ Regni in Hebron) *quia annus non eſt completus.* Reijciuntur igitur ex ſententia huius Auctoris illi ſex menſes; quia annum integrum non perficiunt, eò quòd intentio Scripturæ eſt numerare annos integros, totius Regni Dauidis. Hinc ſequitur Dauidem in totum regnaſſe quadraginta annis, & ſex menſibus. Idem tamen R. D. aliam ex Rabbinis explicationem affert, qui volunt ſex menſes etiam deficere ex triginta tribus annis, quibus in Ieruſalem re-

errans. *S. D.* (1. Sam. 18. 14.) Et fuit Dauid in omnibus vijs suis intelligens, & Dominus erat cum eo. *Est ne possibile quòd peccatum venerit in manum suam, & Diuinitas simul cum eo? Sed quomodo ego eum defendam?* (2. Sam. 12. 9.) Quare contempsisti verbum Domini לעשות *Laassòth* ad faciendum malum? *quia quæsiuit facere, & non fecit.* [R. Salomon -

שבקש לשכב עמה קודם שקבלה גט שהיה בעלה שולח לה מן המלחמה שאם ימות לא תיזקק ליבום או שמא יהרג ואין מעיד עליו ותתעגן אשתו או שמא יהא שבוי כדאמרינן לקמן כל היוצא למלחמת בית דוד כו׳ :

Quia quæsiuit (voluit) *concumbere cum ea, antequam reciperet Gheth libellum repudij, quem volebat maritus eius illi de bello mittere, quòd si moreretur ipse, non cogeretur illa per legem leuiratus; vel si occideretur, & non testatus est ipse super hoc: & fuerit detenta, seu implicita vxor sua; vel fortasse factus erit captiuus, sicut dicitur infra:* Omnis, qui exibat in bellum; quod erat pertinens ad domum Dauid. &c] *Dixit Ràu: Rabbi, quando venit ad* (loquendum) *de Dauid, inuertit* (Scripturam) *& interpretatur in fauorem Dauidis.* Quare contempsisti verbum Domini ad faciendum malum? *Rabbi dicit: Diuersum est hoc malum à cæteris malis, quæ sunt in Lege: quia de omnibus malis, quæ sunt in Lege, scribitur de illis* ויעש *V aijàs* Et fecit; *& hic scribitur* לעשות *Laassòth* Ad faciendum, *quia quæsiuit facere, & non fecit.* Vriam Hethæum percussisti gladio, *quia debebas illum judicare per Sena-*

neus ad Regnum, prolixa disputatio inter Saulem & Abner habetur in Codice יבמות *Ieuamòth* cap. 8. הערל *Haarèl* pag. 76. b. post medium, quæ ibi videnda à curioso Lectore.

X. Dicunt Dauidem non peccasse cum Bethsabee, neq; homicidium commisisse in personam Vriç Hethçi. In Cod. שבת *Sciabbàth*, cap. 5. במה בהמה *Bammè Bchemà* pag. 56. paulò ante med. de hac re ista leguntur, quç referuntur in *En Israël* Par. 1. p. 64. col. 2. n. 32. -

אמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן כל האומר דוד חטא אינו אלא טועה של (שמואל א׳ : יח׳ : יד׳) ויהי דוד לכל דרכיו משכיל ויהוה עמו וגו׳ : איפשר חטא בא לידו ושכינה עמו אלא מה אני מקיים מדוע בזית את דבר יהוה לעשות הרע שביקש לעשות ולא עשה אמר רב ר׳ דאתי מדוד מהפך ודריש בזכותיה דדוד מדוע בזית את דבר יהוה לעשות הרע ר׳ אומ׳ משונ׳ רעה זו מכל רעות שבתורה שכל רעות שבתורה כתיב בהו ויעש וכא׳ כתב לעשות שביקש לעשות ולא עשה את אוריה החיתי הכית בחרב שהיה לך לדון בסנהדרין ולא דנת ואת אשתו לקחת לך לאשה ליקוחין יש לך בה דא׳ ר׳ שמואל בר נחמני אמר רבי יונתן כל היוצא למלחמת בית דוד כותב גט כריתות לאשתו שנ׳ (שמואל א׳ : יז׳ : יח׳) ואת עשרת חריצי החלב האלה תביא לשר האלף ואת אחיך תפקוד לשלום ואת ערובתם תקח מאי ערובתם תני רב יוסף דברים המעורבים בינו לבינ׳ ואותו הרגת בחרב בני עמון מה חרב בני עמון אי אתה נענש עליו אף אוריה החיתי אי אתה נענש עליו מאי טעמ׳ מורד במלכות הוה דאמר ליה ואדוני יואב ועבדי אדוני על פני השדה חונים אמ׳ ר׳ כי מעייל בית בדוד לא משכחת ביה בר מדאוריה דכתיב רק בדבר אוריה החיתי :

Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Dixit R. Iochanàn: Quicumque dixerit, quòd Dauid peccauerit, non est nisi

niendus es super eum, etiam Vrias Hethæus Si tu puniendus es super eum, quænam est ratio? Rebellans fuerat Regno, quia dixerat Regi Dauidi: Et Dominus meus Ioab. [R. Salomon

לא אורח ארעא לקבל עליו מרות אחרים מפני המלך :

Non est fas aliorum virtutes recipere super se coram Rege] (hoc est, Non debebat vocare Ioab Dominum suum coram Rege.) Et serui Domini mei super faciem agri castrametantur. (2. Sam. 11. 11.) *Dixit Ràu: Quando tu prospicies in Dauid, non inuenies in eo præterquam de Vria.* [R. Salom.

מקרא כתיב כך בדבר אוריה שגרם לו שיהרג אבל בבת שבע לא חטא :

Scriptura sic scribit de re Vriæ; quia (Dauid) *fuit in causa, quòd occideretur. Verùm cum Bethsabee non peccauit.*]

Istæ sunt subtilitates Talmudistarum, qui planum Scripturæ sensum inuertunt & peruertunt, vt Dauidem defendant. Satis clarè de peccato Dauidis loquitur Scriptura, dum per Nathan Prophetam obijcitur eidem sub parabola ouiculæ, vt videre est 2. Samuel. cap. 12. v. 2. & seqq. & ipsemet Dauid contra seipsum tulit sententiam, dum dixit: *Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir, qui fecit hoc.* Et postea confessus est peccatum suum illis verbis חטאתי ליהוה *Peccaui Domino.* Talmudistæ autem dicunt: Dummodo Dauid, quocumque modo defendatur מהפך *Peruerte* Scripturam ודריש בזכותיה דדוד *& explica in fauorem Dauid.* Non peccauit Dauid, cùm

natum Synedriorum. [R. Salomon

על שמרד במלכות כדלקמן :

Quia rebellis erat Regno, vt infra.] Et vxorem eius accepisti tibi in vxorem ליקוחין *Likuchin* Acceptiones, *id est Ius sponsalium erat tibi in ea.* [R. Salomon : שאינה אשת איש *Quia non erat mulier vxorata.*] *Quia dicit R. Samuel Bar Nachmani: Dixit R. Ionathan: Omnis, qui exibat ad bellum pertinens ad domum Dauid, scribebat* גט כריתות *Ghèth Cherithùth Libellum repudij vxori suæ.* [R. Salomon

על תנאי שאם ימות תהא מגורשת מעכשיו ופעמים שהוא טרוד בצאתו ושולחו מן המלחמה :

Cum conditione, quòd si ipse moreretur, esset abdicata ex retrocessione: & si quando in exitu ad bellum fuisset perturbatus (ita vt non potuisset hoc vxori suæ tradere nempè hanc facultatem, mittebat è castris) *Sic intelligitur illud* (1. Sam. 17. 18.) Et decem caseos lactis dabis Tribuno, & fratres tuos visitabis ad pacem, & ערובתם *Aruuathàm* pignus eorum tolles. *Quid est Aruuathàm? Dixit Ràu Ioseph: Verba* המעורבים *Hammeuureuim sponsionum inter virum & vxorem.* [R. Salom.

היינו קדושין תקח תבטל ע"י גט שתביא להם מן המלחמה :

Id est Sponsalia, siuè arrham matrimonij accipies, delebisque per viam גט *Ghèth libelli repudij, quem tu afferes è castris.*]

Et ipsum occidisti in gladio filiorum Ammon (2. Sam. 12. 9.) *Quid est gladius filiorum Ammon? Si tu pu-*

cundùm opus manuũ eorum da eis, redde retributionem eorum eis, hoc eſt, ſecundùm iniquitates, quas internè, vel externè operati ſunt peccatores puniuntur: ita & bonã cordis intentionem, quamuis ad opus externũ non ſit deducta, Deus acceptat; & æterna retributione remunerat, Gen. 15. 6. -

והאמן (אברהם) ביהוה ויחשבה לו צדקה

Credidit autem (Abraham) *Domino, & imputauit illud ei iuſtitiam*; nempè, illud quod corde credidit, imputatum fuit illi ad iuſtitiam; nam qui credit in eum, non confundetur. Si enim voluntas aliquid faciendi, non reputaretur vt factum, non dixiſſet Deus per Angelum ſuum Abrahamo volenti occidere filium ſuum *Iſaac*, Gen. 22. 16.

כי יען אשר עשית את הדבר הזה ולא חשכת את בנך את יחידך :

Quia pro eo quòd feciſti rem hanc, & non prohibuiſti filium tuum, vnicum tuum. Abraham verò nihil fecit, ſed quia voluit facere, hoc eſt voluit ſacrificare filium ſuum vnigenitum Iſaac, reputatur ei ac ſi ſacrificaſſet. Internæ igitur volitiones tam bonæ, quàm malæ, remunerantur, vel puniuntur à Deo, & ideò à Sacra Scriptura, & ab Eccleſia inter Virtutes, & Vitia benè connumerantur.

Deinde probatio illa Talmudiſtarum à voce לעשות *Laaſſoth Ad faciendum*, quæ 2. Sam. 12. 9. legitur, & qua probare intendunt, Dauidem voluiſſe peccare cum Bethſabee antequam libellum repudij à marito ſuo Vria

cùm voluit concumbere cum Bethſabee antequam à viro ſuo reciperet גט *Ghēth Libellum repudij*: rurſus non concubuit, niſi poſtquam libera fuit per libellum repudij. Igitur ex hac doctrina, peccata cordis non eſſent peccata, & voluntas agendi malè, vel benè, non reputaretur ad peccatũ, vel ad iuſtitiam. Quod eſt contra doctrinam à Deo traditam, etiam in Veteri Teſtamento, vbi peccata cordis prohibentur -

לא תשנא את אחיך בלבבך :

Non odio habeas fratrem tuum in corde tuo. Leuit. 19. v. 17. nam יהוה יראה ללבב *Deus intuetur cor*. 1. Sam. 16. 7. Triá hæc peccatorum genera, *cordis* ſcilicet, *oris*, & *operis* non obſcurè indicantur ab ipſo Propheta Dauid Pſal. 28. v. 3. illis verbis -

אל תמשכני עם רשעים ועם פועלי און דוברי שלום עם רעיהם ורעה בלבבם . תן להם כפעלם וכרע מעלליהם כמעשה ידיהם תן להם השב גמולם להם :

Ne tradas me cum impijs, & cum operantibus iniquitatem (peccatoribus opere) *loquentibus pacem cum proximo ſuo* (ore) *malum autem in corde eorum* (corde). Et ſicut Deus, cordis, oris, & operis peccata punit, vt patet ex eodem Pſal. ver. 4. orante Dauide, vt ſecundùm iniquitates ipſorum Deus iniquis retribuat -

תן להם כפעלם וכרע מעלליהם כמעשה ידיהם תן להם השב גמולם להם :

Da eis ſecundùm opus eorum, & ſecundùm malum actionum eorum, ſe-

ad faciendum, voluerunt facere, sed nihil fecerunt, nihil ædificarunt.

Item Gen. 18. ab Abrahamo Angeli suscipiuntur hospitio. & vt benè ac charitatiuè tractarentur, ipsemet ad armentum cucurrit, tulitque inde Vitulum, dedit puero: qui festinauit & coxit illum, vt dicitur ibid. ver. 7. At secundùm Talmudistas nihil effectum, quia scriptum est לעשות *Laassòth Ad faciendum*, igitur voluit facere sed non fecit. Alia similia exempla afferri possent, vt Genes. 19. 22. & 39. 11. Exod. 8. 26. c. 31. 4. c. 32. 14. & sexcenta alia loca, quæ consultò omittuntur.

Quin & præcepta tam affirmatiua, quàm negatiua frustranea redderentur, si hæc Talmudis errònea doctrina admitteretur. Volunt Hebræi, ex præceptis affirmatiuis vnum esse illud, quod habetur sect. בהעלותך Num. cap. 9. 10. quo præcipitur, Virum immundum, aut longè itinerantem, debere Pascha celebrare mense secundo. Et ver. 13. statuitur pœna excisionis animæ, si Vir mundus, & qui non fuerit in itinere, prætermiserit celebrare Pascha tempore suo, & vtitur Scriptura vocabulo לעשות *Laassòth ad faciendum*. Ergo nihil præcipit Scriptura, sed tantùm voluit præcipere, non verò præcepit. Hæc & alia similia loca ex Scripturæ penu possem afferre, quibus insulsa Rabbinorum interpretatio redargui posset: sed sufficit mihi, si redarguantur Rabbini isti ab vno Rabbi Dauid Kimchio, qui disertè fatetur, Dauidem peccasse peccato adulterij, quia ingressus fuerat

Vria rem petere; sed non peccauit, nihil valeret nam si ex vi huius vocis *ad faciendum* significat; aliquid non factú fuisse, ex eo quòd quando aliquid factum ostenditur, vtatur Scriptura voce ויעש *Vaijaas, Et fecit*: & quando aliquid, quod factum non sit, vel non faciendum, vtatur voce לעשות *Laassòth, Ad faciendum*, sequeretur, quod ea, quæ sub hac formula promulgantur, in Veteri Testamento, nihil sunt, aut fuerunt; tunc nihil reuera prohibetur, vel nihil permittitur, & consequenter omnino otiosa erit Lex Mosaica. Probatur ex Genes. 2. 3. vbi Deus benedixit diei septimo &c. quia in eo requieuerat ab omni opere suo אשר ברא אלהים לעשות *quod creauerat Deus* לעשות *Laassòth ad faciendum*. Ergo Deus voluit creare cælum & terram, vniuersum totum, sed nihil creauit; voluit facere, sed nihil fecit.

Item cap. 11. Gen. narrat Scriptura, voluisse homines ædificare Ciuitatem & Turrim, & de facto cœperunt hoc facere.

ותהי להם הלבנה לאבן והחמר היה להם לחומר:

Et fuit eis later in lapidem, & lutum fuit eis pro cæmento. ver. 3. *Et Dominus descendit, Vt videret Ciuitatem, & Turrim, quam homines ædificabant.* ver. 5. Nihilominus ex doctrina Talmudistarum nihil ipsi fecerunt, quia לעשות *Laassòth Voluerunt facere*: nam versiculo 6. legitur: *Et dixit Dominus: Ecce populus vnus, & labium vnum est omnibus ipsis.* וזה החלם לעשות *Et cœperunt hoc facere.* לעשות *Laassòth*

ונמצא שלא בא על אשת איש שכל היוצא למלחמה כותב גט לאשתו על תנאי אם ימות במלחמה.

Ex hoc inuenitur (habetur) *quòd* (Dauid) *non habuit rem cum vxore alterius, quia omnis, qui exibat in bellum, scribebat libellũ repudij vxori suæ, cum conditione, si moreretur in bello.*

Hæc de libello repudij sub conditione relicto à Viris, qui proficiscebantur ad bellum Domus Dauid, nempè quòd si morerentur in bello, essent ipsorum vxores liberæ à Lege Leuiratus &c. est Chimericum Talmudistatum adinuentum sine vllo legitimo Scripturæ fundamento. Nam quod affert R. Ionathan ex 1. Sam. 17. 18. ואת ערובתם תקח *Et pignus eorum accipies*, nullo modo est accipiendum de libello repudij, de quo clarioribus verbis locũta fuisset Scriptura, si pro voce ערובתם *pignus*, Instrumentum dotale, aut sponsalia per libellum repudij rescissa, intelligi voluisset.

XI. Volunt etiam excusare Dauidem ab homicidio, sed perperam adducunt excusationem à Scriptura petitam. Dicunt enim, reum fuisse mortis Vriam, eò quòd crimen læsæ Maiestatis contra Dauidem commiserat, quod ex Scriptura 2. Samuel. 11. colligi credunt, dum ver. 11. legitur, Vriam coram Dauide, Ioab vocauisse Dominum suum, ואדני יואב *Et Dominus meus Ioab*. At coram Rege, qui est Dominus Dominorum in suo Regno, aliquem eidem Regi subditum vocare Dominum, est signum rebellionis in Regem. Hinc Vriam reum læsæ Maiestatis, & dignum mor-

ad veram vxorem Vriæ, non tamen quando immunda erat ex menstruo; vnde ad locum 2. Sam. 11. 4. *Et misit Dauid nuntios, & tulit eam: ingressa est ad eum, & concubuit cum ea: & ipsa sanctificans se ab immunditia sua.* Sic habet.

מתקדשת מטומאתה להודיע כי לא שכב עמה והיא נדה כי כבר התקדשה מטומאתה כמו שאמר רוחצת והודיע כי הרחיצה היא להתקדש מן הנדות היתה ולא עבר עליה משום נדה אלא משום אשת איש ורבו' ז"ל אמרו כל היוצא למלחמת בית דוד גט כריתות כתב לאשתו אם ימות במלחמה לפי' סבב דוד את מית' אוריה שתהא מגורשת למפרע.

Sanctificans se (purgabat se) *ab immunditia sua: Vt notificaret, quòd non concubuit cum ea, dum erat menstruata. Quoniam iam mundauerat se ab immunditia sua. Sicut dixerat* (supra ver. 2.) רוחצת *Rochètzeth lauantem se: vt significaret, quòd lauatio illa erat, vt sanctificaret se* (mundaret se) *à menstruo. Nec transgressus est* (Dauid) *ratione menstrui, sed ratione vxoris alterius Viri. Rabbini autem nostri bo. mem. dixerunt: Quicunque exibat ad bellum pro domo Dauid, libellum repudij scribebat vxori suæ, si moreretur in bello: propterea causauit Dauid mortem Vriæ, vt esset repudiata retrocessionis modo.* Idem dicit R. Salomon.

ויכה ומת: כדי שתהא מגורשת למפרע:

Et percutiatur, & moriatur 2. Sam. 11. 15. *vt esset repudiata retrocessionis modo.* Sed antiquorum Rabbinorum erroribus inuoluitur, quando ibidem subdit.

Dauidem, vt Regem ſuum, totiuſque exercitus Dominum & Imperatorem ſupremum. Non igitur ex hoc loco Scripturæ aliquid probatur contra Vriam, quòd crimen læſæ Maieſtatis commiſerit contra Dauidem Regem.

Deinde iſti Rabbini Talmudici mendacem faciunt ipſummet Deum, qui vt legitur in *Ialkút* 1. Sam. 16. pag. 32. teſtatus eſt Samueli Prophetæ, Dauidem non fore occiſorem hominum ex ſua voluntate, ſed ex Sanhedrinorum ſententia, & Iudicum iudicio. Vide ſupra p. 98. col. 1. n. V.

R. Aben Ezræ alia ratione excuſat Dauidem ab homicidio, quamuis verſiculum Pſalmi 51. *Libera me de ſanguinibus Deus, Deus meus &c.* de homicidio Vriæ explicet, vbi ſic ait -

הצילני ; בעבור הריגת אוריה וטעם תרנן לשוני צדקתך כי איננו רוצח וחייב מיתה כי הוא לא צוה להרוג אותו רק מחשבתו רעה היתה לשומו במקום הסכנה ;

Libera me propter necem Vriæ. (Sed quod poſtea ſubdit) *Exultabit lingua mea iuſtitiam tuam: quoniam ipſe non fuit homicida, & reus mortis: quoniam ipſe non iuſſit illum occidi, ſed tantùm cogitatio eius mala fuit, vt poneret eum in loco periculi.* Grauiter errat Aben Ezræ, tollendo peccatum cogitationis. Acſi qui intendit occidere, & parat laqueos mortis excuſetur ab homicidio. Deinde; Iuſtitia, quam exultat Dauid, non eſt quòd Dauid fuerit in hoc actu homicidij iuſtus. Quis vnquam hoc aſſereret? Sed eſt iuſtitia Dei, qua iuſtificatur Dauid à peccato.

morte, pronunciant Rabbini. Non igitur peccauit Dauid (inquiunt) ferendo ſententiam contra Vriam, præcipiendo per literas Ioab, vt poneret eum ex aduerſo belli, vbi ſciebat fortiſſimum futurum prælium, vt ibidem ונכה ומת *percuteretur, & moreretur.* Ex hoc inferunt, quòd quia mori merebatur Vrias, homicidium à Dauide non fuerit commiſſum, ſed tantùm malè in eo ſe geſſerit, quòd iuris ordine non ſeruato, reum ad mortem damnauit. Debebat enim (ſubiungunt) eum magno Conſiſtorio Synhedrinorum tradere iudicandum. Sed tam immane facinus, quod Vriæ attribuunt Rabbini, ego illud nec inter leues culpas recenſerem: nam quòd ſeruum Dauidis Ioab coram Rege Dominum ſuum vocauerat, hoc non ad delictum, ſed ad vrbanitatem referri potiùs deberet. Cùm enim Ioab eſſet Princeps militiæ, & Vrias miles, perſpicuum eſt, quòd miles ſuum Principem & Ducem, Dominum vocare ſoleat. Hæc Vriæ vrbanitas expreſſè ex textu 2. Sam. 11. 11. manifeſtatur: nam ibi, & Ioab Dominum ſuum vocat, & eundem ſeruum Dauidis facit, & per conſequens non excludit Dauidem à ſupremo dominio: vnde nulla culpa ineſt Vriæ, ob quam morti adiudicari debeat. Verba Scripturæ ſunt: *Et Dominus meus Ioab,* hoc eſt *Dux meus Ioab;* ועבדי אדוני על פני השדה *& ſerui Domini mei* (Dauidis, inter quos erat & ipſe Ioab) *ſunt in ſuperficie agri.* Ergo Vrias cognoſcit Ioab Dominum ſuum à Rege conſtitutum Ducem exercitus, & reueretur

XII. Sicut Rabbini Talmudici immunem faciunt Dauidem à peccato, quod tamen ipſe agnoſcit, & veniā petit, ſcilicet adulterij, & homicidij; ſic è contrario, reliquas, quæ minores videntur culpæ, ita aggrauant in Dauide, vt propter ipſas, etiam Regnum in duas partes fuiſſe diſciſſum poſt mortem Salomonis, velint; & peccatum Idololatriæ populi Iudaici, & eiuſdem populi exilium à proprijs laribus, eidem Dauidi impudenter adſcribant; nimirùm quia nimium credulus fuit detractioni Sibæ. Quæ hiſtoria habetur partim 2. Sam. 9. 4. & ſeqq. & cap. 16. 3. & 4. de qua Talmudiſtæ Cod. שבת *Sciabbàth* cap. 5. pag. 56. paulò ante finem hoc modo loquuntur -

והאמר רב קיבל דוד לשון הרע דכתיב (ב׳ שמואל ט׳ ; ד׳) ויאמר לו המלך איפה הוא ויאמר ציבא אל המלך הנה הוא בית מכיר בן עמיאל בלא דבר ; וכתיב וישלח המלך דוד ויקחהו מבית מכיר בן עמיאל מלא דבר ; מכדי חזייה דשקר הוא כי הדר הלשין עילויה מ״ט קיבלה מיניה דכתיב (ב׳ שמואל ט״ז ; ג׳) ויאמר המלך אל ציבא איה בן אדוניך ויאמר ציבא אל המלך הנה יושב בירושלם וגו׳ ; ומנ״ל דקיבל מינה דכתיב (שם פסוק ד׳) ויאמר המלך לציבא הנה לך כל אשר למפיבושת ויאמר ציבא השתחויתי אמצא חן בעיני המלך ; ושמואל אמר לא קיבל דוד לשון הרע דברים הניכרים חזא ביה דכתיב (שם י״ט ; כ״ד ;) ומפיבושת בן שאול ירד לפני המלך לא עשה רגליו ולא עשה שפמו ואת בגדיו לא כיבס וגו׳ וכתיב (שם פסו׳ כ״ה) ויהי כיבא ירושלם לקראת המלך ויאמר לו המלך למה לא הלכת עמי מפבושת אמר לו אדני המלך עבדי רמני כי אמר עבדך אחבשה לי החמור וארכב עליה ואלך אל המלך כי פסח עבדך וירגל בעבדך אל אדוני המלך ואדוני המלך

כמלאך האלהים ועשה הטוב בעיניך ויאמר לו המלך למה תדבר עוד דבריך אמרתי אתה וציבא תחלקו את השדה ויאמר מפיבשת אל המלך גם את הכל יקח אחרי אשר בא אדוני המלך בשלום אל ביתו אמר לו אני אמרתי מתי תבא בשלום ואתה עושה לי כך לא עליך יש לי תרעומות אלא על מי שהביאך בשלום היינו דכתיב (ד״ה ח׳ ; ל״ד ; ט׳ ; מ׳) ובן יונתן מריב בעל וכי מריב בעל שמו והלא מפיבושת שמו אלא מתוך שעשה מריבה עם בעליו יצתה בת קול ואמרה לו נצא בר נצא נצא הא דאמרן בר נצא דכתיב (א׳ ; שמואל ט״ו ; ה׳) ויבא שאול עד עיר עמלק וירב בנחל אמר רבי מני על עסקי נחל אמר רב יהודה אמר רב בשעה שאמר דוד למפבשת אתה וציבא תחלקו את השדה יצתה בת קול ואמרה לו רחבעם וירבעם יחלקו את המלוכה אמר רב יהודה אמר רב אילמלא לא קיבל דוד לשון הרע לא נחלקה מלכות בית דוד ולא עבדו ישראל ע״ז ולא גלינו מארצנו ;

Et nonne dixit Ràu: Præbuit aures Dauid detractioni? Augetur difficultas. Ràu dixit: Credulus fuit Dauid detractioni, quia ſcriptum eſt (2. Sam. 9. 4.) Et dixit ei Rex: Vbi eſt ipſe? (ſcilicet Mephibòſceth,) Et dixit Siba ad Regem: Ecce ipſe eſt domi Machir filij Amiel in לאדבר *Lodeuàr* (nomen eſt loci. Sed R. Salomon -

אינו חכם בתורה והוא מצאו מלא דבר וחכם בתורה ;

Non erat doctus in Lege, & ipſe inuenit eum ſapientem in Lege.] (in textu ſacro ſcribitur בלו דבר & מלו דבר cū ו *Vàu*, in Ghemarà vero cum א *Aleph* בלא & מלא.) *Et ſcribitur* (Ibidem v. 5.) Et miſit Rex Dauid, & cepit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodauàr. *Qua ratione vidit eum* (Sibam) *quòd eſſet mendax?* [R. Salomon -

Et dixit Mephibòsceth ad Regem: Etiam omnia tollat, postquam venit Dominus meus Rex in pace in domum suam. *Dixit ei: Ego dixi, quando venies in pace, & tu mihi facis ita? Non est mihi aduersum te querela, sed contra eum, qui adduxit te in pace.* Hoc est quod scriptum est (1. Paralip. 8. 34. & 9. 40.) Et filius Iehonathàn Merìu Baal. *Et quomodo Merìu Baal est nomen eius? Et nonne Mephibòsceth est nomen eius? Sed quia rixatus est cum Domino suo, exijt* בת קול *Bath kol Vox, & dixit ei: Iurgator fil. iurgantis Iurgatoris. Hoc est quod dicunt* בר נצא *Bar Netzà filius Iurgantis, quia scriptum est* (1. Sam. 15. 5.) Et venit Saul vsque ad Ciuitatem Amalek, & iurgatus est in torrente. *Dixit Rabbi, id est disceptarunt de re torrentis.* [R. Salomon -

על עסקי נחל ומה על נפש אחת אמרה תורה הבא עגלה ערופה בנחל נפשות חללו על אחת כמה וכמה אם גדולים חטאו קטנים מה חטאו :

Operam dabant, disceptabant de re torrentis. Quòd si de anima vna dixit Lex (Deuter. 21 4.) *adducendam esse vitulam & decollandam in torrente: quanto magis de pluribus? Si maiores peccauerunt, paruuli quid peccarunt?*] *Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Ea hora, qua dixit Dauid ipsi Mephibòsceth,* Tu & Siba diuidite agrum, *exijt Vox oraculum, & dixit ei: Roboam & Ieroboam diuident Regnum. Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Nisi aures præbuisset Dauid detractioni, non diuisum fuisset Regnum domus Dauid; non seruijsset Israël Idololatriæ; neque alio*

חויה דשקרא הוה מתחילה מצאו שקר בכך :

Vidit eum mendacem: à principio inuenit eum mendacem hac ratione] *quoniam postea detraxit ei. Quænam est ratio, quia recepit ab eo* (hoc est quòd credidit Sibæ?) *Quia scriptum est* (2. Sam. 16. 3.) Et dixit Rex ad Sibam: Vbi est filius Domini tui? Et dixit Siba ad Regem: Ecce manet in Ierusalem &c. *Et vnde nobis quòd recepit ab eo* (quod credidit ei?) *Quia scriptum est* (Ibidem v. 4.) Et dixit Rex ad Sibam: Ecce tibi (tua sint) omnia, quæ (priùs) erant ipsius Miphiboseth. Et dixit Siba: Incuruaui me, inueniam gratiam in oculis Regis. *At Samuel dixit: Non præbuit aurem Dauid linguæ maledicæ. Verba manifesta vidit in eo, sicut scriptum est* (2. Sam. 19. 24.) Et Mephibòsceth filius Saulis descendit in occursum Regis, & non aptauerat sibi pedes, nec labium, nec vestes suas lauerat &c. *Et scriptum est* (Ibidem ver. 25.) Et fuit, quando venit in Ierusalem in occursum Regis. Dixitque ei Rex: Quare non venisti mecum Mephibòsceth? (Ib. ver. 26.) Et dixit: Domine mi Rex, seruus meus decepit me; quia dixit seruus tuus: Sternam mihi asinum, & equitabo super eum, & ibo ad Regem, quia claudus seruus tuus. (ver. 27.) Et detraxit in seruum tuum ad Dominum meum Regem. Et Dominus meus Rex est sicut Angelus Dei, & fac quod bonum est in oculis tuis. (ver. 29.) Dixitque ei Rex: Vt quid loqueris vltra verba tua? Dixi: Tu & Siba, diuidite agrum. (ver. 30.)

Tradunt Rabbini: Ex quo mortui sunt Aggæus, Zacharias, & Malachias, ablatus est Spiritus sanctus ab Israële, & nihilominus vsi sunt בת קול *Bath kol filia vocis.*

Sed si quis contendere voluerit, huiusmodi Oraculi genus etiam fuisse tempore primæ Ædis: ego illi opponam paruitatem rei, vti fuit nimia credulitas Dauidis, aures incautè præbendo falsis Sibæ accusationibus. At quòd ex hoc errore, & peccato, secuta sit diuisio Regni Iudæ & Israël, est nimium grauare errorem, cùm diuisio illa ex Salomonis peccato, & Roboam inflexibilitate potiùs emanauerit. Confer lib. 1. Reg. cap. 11. ver. 33. & cap. 12. ferè per totum. Quòd etiam ex hoc facto Dauid peccauerit contra fœdus, quod cum Ionatha inijt, dubium est. Talmudistæ autem non solùm dicunt, Dauidem peccasse, verùm & illius peccatum adeò fuisse graue, vt ob illud, & Regnum diuisum fuerit, & Israëlitę Idola coluerint, & in captiuitatem adducti fuerint. Sic enim legitur in Cod. *Sciabbàth* cap. 6. pag. 56. b. ante medium -

אמר בר יהודה אמר רב אילמלא לא קיבל דוד לשון הרע לא נחלקה מלכות בית דוד ולא עברו ישראל עו״ז ולא גלינו מארצנו ׃

Dixit Ràu Ieudà: Dixit Ràu: Nisi recepisset Dauid linguam malam (Sibæ) *non diuisum fuisset Regnum domus Dauid: neque coluissent Israëlitæ Deos alienos, nec profugi essemus è regionibus nostris.* Idem exscribitur in *En Israël* Par. I. pag. 64. b. col. 3. num. 32. in

aliò deportata fuisset gens nostra. Hactenus Talmud.

Ex hoc loco hauserunt recentiores Rabbini, quando huiusmodi commentationis meminerunt in suis explanationibus super Sacram Scripturam, vti R. Dauid Kimchi 2. Sam. 19. 29. Et R. Salomon in 1. Sam. 20. 16. apertè ait, Dauidem fœdus, quod inierat cum Ionathan, fregisse, quando Miphiboseth dixerat: *Tu & Siba diuidite possessionem*, ob quam rem Deus Regnũ Dauidis inter Roboam, & Ieroboam diuiserit. En verba R. Salomonis -

בקש הקב״ה את העון מיד דוד כשעבר על הברית ואמר למפיבושת אתה וציבא תחלקו את השדה יצתה בת קול ואמרה רחבעם וירבעם יחלקו את המלכות ׃

Quæsiuit Deus iniquitatem de manu Dauid, quando transgressus est fœdus (olim initum cum Ionathan) *& dixit ipsi Miphibòseth:* Tu & Siba diuidite agrum; *exijt vox & dixit: Roboam & Ieroboam diuidite Regnum.* Oraculum, seù vocem veluti Echo (quam Rabbini בת קול *Bath kol filiam vocis*, quia à vocis repercussione oritur, vocant) auditam fuisse, apocryphum est, & contrarium doctrinæ Talmudicæ, quà docetur quòd בת קול *Bath kol filia vocis*, Oraculum successerit loco Prophetiæ: nam in vsu fuit post mortem Prophetarum Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, vt legitur Cod. סוטה *Sottà* cap. 9. pag. 48. b. circa medium -

תנו רבנן משמתו חגי זכריה ומלאכי נסתלקה רוח הקדש מישראל ואע״פ כן היו משתמשין בבת קול ׃

in fine מאמר *Maàmar :*

XIII. Ingenij mali eundem Dauidem accuſant. Dicunt enim, quòd verſabat animo præcipere Ioab, vt occideret Abner: licèt non præceperit: quo cognito per aliquod externum ſignum à Ioab, animatur ad necem. 2. Sam. 3, 29. ומחזיק בפלך *Et apprehendens ſcipionem*, ait Kimchius -

ואמרו רז״ל כל הקללות האלו נתקיימו בזרע של דוד לפי שלא כדין קללו אחר שהיה בדעתו לצוות עליו להרגו וכן עשה והיכן נתקיימו זב מרחבעם מצורע עוזיהו מחזיק בפלך אסא נופל בחרב יאשיהו חסר לחם יהויכין :

Dixerunt Rabbini noſtri b. m. Omnes iſtæ maledictiones confirmatæ ſunt (hæſerunt) *in ſemine Dauid, quia non iure maledixit* (Ioab) *poſtquam* (Dauid) *habebat in animo præcipere illi, vt occideret* (Abner) *& ſic ille fecit. Et vbinā confirmatur* (maledictio) *Non deficiet* זב *fluxus ſeminis? In Roboam.* מצורע *Leproſus in Ozia.* מחזיק מפלך *Apprehendens ſcipionem in Aſa.* נופל בחרב *Cadens in gladio in Ioſia. Et* חסר לחם *Indigens pane in Ieoiachin*. Sine dubio Scriptura teſtatur apertè innocentiam Dauidis de cæde Abner: nam in fine capitis ver. 37. dicitur -

וידעו כל העם וכל ישראל ביום ההוא כי לא היתה מהמלך להמית את אבנר בן נר :

Et cognouerunt omnis populus, & omnis Iſraël in die illa, quòd non fuit à Rege, vt mori faceret Abner filium Ner. Quòd autem verteret animo hanc cædem, ex iniquitate Rabbinorum eſt. De hac calumnia, & huiuſmodi maledictionibus vide Codicem *Sanhedrin* cap. 6. pag. 48. b. circa finem. Et *En Iſraël* Par. II. pag. 109. col. 4. n. 91.

XIV. Conſtituunt Dauidem callidum, eumque à Deo impetraſſe remiſſionem peccatorum aſtutijs, & dolo. Pſal. 19. 14. גם מזדים *Etiam à ſuperbijs*, id eſt à peccatis ſcienter perpetratis. R. Salomon ſic ait -

אמרו חכמים למה דוד דומה לכותי המחזר על הפתחים והם מערימים בדבר יותר מכל אדם תנו לי מים לשתות דבר שאין בו חסרון כיס משתה אמר יש כאן בצל קטן משנתנו לו אומר יש בצל בלא מלח משנתנו לו אמר תנו לי מעט לחם שלא יזיקני הבצל כך אמר דוד בתחלה על השגגות ואחר כך על הזדונות ואחר כך על המרדים פשעים אלו המרדים :

Dixerunt Sapientes (antiqui): *Cuinam comparare poſſumus Dauidem? Cuthæo, ſiuè Samaritano circum obeunti portas. Hi enim callidiores ſunt omnibus hominibus. Petit primò aquas, & dicit: Date mihi aquas ad bibendum, in quibus non eſt vlla marſupij iactura, Poſtquam bibit, dicit: Eſtne hic cæpe paruum? Quod vbi dederunt, adiungit: Anne datur cæpe ſine ſale? Poſtquam ergo adiungunt ſal, addit: Date mihi pauxillum panis, ne cæpe officiat. Hoc aſtu vſus eſt Dauid* (cum Domino) *Primò rogauit pro ignorantijs; deindè pro peccatis ſcienter perpetratis: tandem pro rebellionibus.*

Confer Codicem *Sanhedrin* capite *Chelek* pag. 107. circa finem, & *En Iſraël* P. II. pag. 135. col. 4. num. 236. Non eſt locus aſtutiæ eiuſmodi cum Deo, qui corda noſcit, & ſola humilitate capitur. Dauid autem omnia

mini fieri, non Deo. Sed dicant quæſo: Nonne is, cuius præcepta violantur, afficitur iniuria? Nonne Deus eſt, qui præcepit: לא תרצח *Non occides*. Exod. 20. 13.

En alius error: Putant ſtare peccatum cum Diuino amore, vt ſcilicet quando quis contra Deum agit ex paſſione appetitus, ſed nollet tamen Deum offendere, eique id diſplicet. Sic mente ſeruio Legi Dei, carne autem Legi peccati. Grauis ſanè error, & hallucinatio.

Præterea ſomniant, quòd in iniurijs homini allatis Dauid errauerit ex ignorantia. Quæſtionis porrò huius Rabbini ſolutio, facillima eſt. Dauid fuit pius, & impius, diuerſis temporibus, & cauſis. Et quis hoc neſciat? Niſi dogmatizent Hebræi alium errorem, Semel peccatorem, ſemper eſſe peccatorem; quia non agnoſcunt habitum gratiæ reformantem interiorem hominem.

XVI. Non minima calumnia eſt, quando dicunt, illum fuiſſe indoctum, etiam in illis rebus, quas pueri in Scholis à Ludimagiſtris addiſcunt. 2. Sam. 6. 3. *Et impoſuerunt arcam Dei ſuper plauſtrum*. R. Salomon

טעה בדבר שאפילו תינוקות של בית רבן יודעין אותו כי עבוד' הקדש עליהם בכתף ישאו ולפי שאמר זמירות היו לי חוקיך בבית מגורי נענ' לבא לידי כך ומת עוזא על ידו. לפיכ' כשהביאו מבית עובד הביאו בכתף שנ' (בדברי הימים א' : טו' : יב' :) ויאמר להם אתם ראשי האבות אשר ללוים התקדשו אתם ואחיכ' והעלית את ארון וגו': כי למבראשונה לא אתם פרץ יהוה אלהינו בנו כי לא דרשנוהו כמשפט

Er-

nia peccatorum genera hic comprehendere voluit.

XV. Affirmant, nullam tranſgreſſionem in ſe cognouiſſe Dauid, quamuis dixerit: *Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco*; ſed ſemper protuliſſe, & oſtentaſſe ſuam ſanctitatem, ac proinde hypocritam faciunt, alijſque eum inuoluunt erroribus.

Pſal. 32. ver. 1. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates; & quorum tecta ſunt peccata*. R. Abraham Aben Ezræ explicat

מצאנו דוד אומר כי חסיד אני ולא תתן חסידך אם כן איך מצאנו בכמה מזמורים שיש לו פשעים ועונות כי פשעי אני ארע והתשובה כי לבו היה שלם עם השם ולא פשע ולא חטא רק כנגד בני אדם יש לו פשיעות בשגגה ואחרים אמרי' שהוא מדבר בעד אחרים שהם בגלות אם כן מה יעשה במלת כי פשעי אני ארע שהוא בדבר בת שבע:

Inuenimus de Dauid, quòd de ſe dixerit (Pſal. 86. 2.) Quoniam miſericors ſum ego. *Et* (Ibid. 16. 10.) Non dabis miſericordem tuum &c. *Quomodo ergo inuenimus in tot Pſalmis, quòd ſint ei tranſgreſſiones & iniquitates*. (Pſal. 51. 5.) Quoniam præuaricationes meas ego cognoſco? *Et reſponſio eſt: Quoniam cor eius fuit perfectum cum Deo, nec cum Deo tranſgreſſus eſt, nec peccauit; ſolummodo erga homines fuerunt ei tranſgreſſiones ex ignorantia. Alij dixerunt, quòd ipſe loquebatur in perſona aliorum, qui ſunt in captiuitate. Sed quid dicent ad illud*: Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco? *Loquebatur de facto Beth-Sabee*. Putant Hebræi, quando quis hominem occidit, iniuriam ho-

morte violenta & sæua] ? *Quia vocauit verba Legis Cantiones. S. D.* (Pſal. 119. 54.) Cantabilia mihi fuerunt ſtatuta tua in loco peregrinationis meæ. [R. Salomon.

כשהיתי בורח מפני אויבי ואגר מפניהם הייתי משתעשע בחקיך והיו לי לזמירות לשעשועני ׃

Quando fugiebam à facie inimicorum meorum. Et exultabam, & oblectabar in ſtatutis tuis, eaque ad animi leuamen decantabam.] *Dixit ei Deus ſanctus benedictus: Verba Legis de quibus ſcriptum eſt* (Prou. 23. 5.) Num aperies oculos tuos ad illa, & non ipſa ſunt; *tu ea vocas Cantiones? Ecce impingis in rem, quam etiam pueri in Scholis Ludimagiſtri ſciunt.* Quamuis verum fuiſſet id, quod dicit R. Salomon, Dauidem inter anguſtias, dum eum perſequebatur Saul, in itinere verba Legis hilari voce decantaſſe, non eſſet ob id corrigendus, quia non ad deriſum, ſed ad Dei honorem ea decantauerat, & ideò in Pſalmo citato dixit: *Cantabilia mihi fuerunt ſtatuta tua in domo peregrinationum mearum.* Et ad literam dicitur זמירות *Carmina mihi fuerunt &c.* quibus verbis ſignificatur, ſtatuta & præcepta Legis Diuinæ ei non fuiſſe grauia, ſed ſuauia, delectabilia, & leuia ad portandum, veluti Carmina, quibus ſolantur animum homines. Vide etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 44. col. 2. num. 83.

Quomodo autem Dauid manu violenta vitam finierit, ex Rabbinorum delirijs; dicemus infra.

XVII. Hanc pluſquam pueri-

P lem

דן

Errauit (David) *in re, quam vel pueri Scholarum ſciunt: nam cultus Arcæ erat præſtandus vectione humeri, non plauſtri. Item, quia dixit* (Pſal. 119. 54.) Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ in domo peregrinationis meæ, *punitus eſt, vt veniret in hanc ignorantiam. Mortuus eſt etiam Oza per manum eius. Propterea quando reuexerunt Arcam de domo Obed, reuexerunt eam humeris. S. D.* (1. Paralip. 15. 12.) Et dixit eis: Vos capita Patrum Leuitis, ſanctificamini vos & fratres veſtri, & aſcendere facietis Arcam Domini Dei Iſraël ad (locum, quem) præparaui ei. Quia à principio non fuiſtis vos fractio Domini Dei noſtri fuit in nos, quoniam non quæſiuimus eum ſecundùm ritum.

Maxima iniuria afficitur Dauid à Rabbinis, cùm eum indoctiorem pueris faciant: imò & in Diuinæ Sapientiæ probrum vertitur, quâ Dauid erat repletus, vt patet ex Pſalmis ipſius. Neque quia Pſal. 119. 54. dixerat: *Cantus fuerunt mihi ſtatuta tua in domo peregrinationum mearum*; ideò à Deo punitus fuit, ne ſciret etiam ea, quæ pueri in Scholis ſciunt, vt ait רבא *Rauà* Cod. סוטה *Sottà*, cap. 7. pagi. 35. circa fin. cuius verba ſunt

דרש רבא מפני מה נענ׳ דוד מפני שקרא לדברי תורה זמירות שנ׳ (תלים קי״ט ׃ נ״ד ׃) זמירות היולי חקיך וגו׳ ׃ אמר לו הקב״ה דברי תורה שכתוב בהן (משלי כ״ג ׃ ה׳ ׃) התעיף עיניך בו ואיננו אתה קורא אותן זמירות הריני מכשילך בדבר שאפילו התינוקות של בית רבן יודעין אותו ׃

Diſſerebat Rauà: Quare punitus eſt David [R. Salomon: שבמת על ידו עזא

muel. 24. 1.) Et incitauit Dauidem in eos dicendo: Vade, numera Israëlem. *Et quando numerauit, non accepit siclum* (pretium) *propitiationis ab eis; sicut scriptum est* (Ibid. v. 15.) Immisitque Dominus pestilentiam in Israël, de mane vsque ad tempus מועד *Moëd* constitutum. *Quid est ad tempus constitutum? Dixit Samuel Sabà Senior Socer Rabbi Chaninà nomine R. Chaninà: Ab hora qua ingulatur* תמיד *Tamìd Vsque ad horam sparsionis eius. R. Iochanàn dixit: Vsque ad medium propriè* (Ib. v. 16.) Et dixit Angelo deuastanti populum, רב עתה sufficit. *Dixit R. Eleazar: Dixit Deus sanctus benedictus Angelo: Tolle mihi* רב שבהם *Maiorem, qui est inter eos, in quo Volo sumere supplicium de omnibus ipsorum iniquitatibus. In illa hora mortuus est Abisai filius Saruia, qui æquiualebat pluribus ex Sanhedrinis Senatoribus Magni Concilij.* Vide *En Israël* Par. I. pag. 40. col. 4. num. 126. In Capitulis R. Eliezer hæc populi numeratio improbatur, & pro 70. millibus Virorum, qui peste perierunt, idem Abisai Ben filius Saruiæ tantùm substituitur. Hęc sunt verba R. Eliezer c. 43. p. 39. col. 2.

רבי אבהו אומר תדע לך כה חתשובת מדוד מלך ישראל שנשבע הקב״ה לאבות להרבות את זרעם ככוכבי השמים ובא דוד מלך ישראל למנות מספרם אמר לו הקב״ה דוד אני נשבעתי לאבות להרבות את זרעם ככוכבי השמים ואתה בא לבטל את דברי בשבילך נתנה הצאן חוה למאכל ובשלש שעות נפלו מישראל ע׳ אלף איש ׃ ר׳ שמעון אומר לא נפל מישראל אלא אבישי בן צרויה בלבד שהיה שקול במעשיו הטובים ובתורתו כנגד ע׳ אלף

lem ignorantiam attribuunt Dauidi Talmudistæ, etiam quando voluit numerare populum: nam dicunt, non errasse numerando, sed illum debuisse numerare lapillis, vel siclis. Vide Cod. ברכות *Berachò:h* cap. 9 pag. 62. b. circa med. vbi hæc inuenies super versiculum illum 1. Sam. 26. v. 19.

אם יהוה הסיתך בי ירח מנחה ׃

Si Dominus incitauit te, in me odoret munus (sacrificium.)

אמר ר׳ אלעזר א״ל הקב״ה לדוד מסית קרית לי הרי אני מכשילך בדבר שאפילו תינוקות של בית רבן יודעים אותו דכתיב (שמות ל׳ ׃ י״ב ׃) כי תשא את ראש בני ישראל לפקדיהם ונתנו איש כפר נפשו וגו׳ ׃ מיד ויעמוד שטן על ישראל וכתיב (ב׳ שמואל כ״ד ׃ א׳) ויסת את דוד בהם לאמר לך מנה את ישראל וכיון דמננהו לא שקל מינייהו כפר דכתיב (שם ׃ פסוק ט״ו ׃) ויתן יהוה דבר בישראל מהבקר ועד עת מועד ׃ מאי עת מועד אמר שמואל סבא חתניה דרבי חנינא משמיה דרבי חנינא משעת שחיטת התמיד עד שעת זריקתו ׃ ר׳ יוחנן אמר עד חצות ממש (שם פסוק י״ו ׃) ויאמר למלאך המשחית בעם רב אמר ר׳ אלעזר אמר לו הקב״ה למלאך טול לי רב שבהם שיש בו ליפרע מהם כמה חובות באותה שעה מת אבישי בן צרויה ששקול כרובה של סנהדרין ׃

Dixit R. Eleazar: Dixit Deus sanctus benedictus ipsi Dauid: Tu me incitatorem Vocasti; en ego errare faciam te in re, quam etiam Vel pueri Scholarum sciunt, quia scriptum est (Exod. 30. 12.) Cùm tuleris summam filiorum Israël iuxta numerum, dabunt singuli pretium pro animabus suis Domino, &c. *Protinus stetit Sathan contra Israël, Et scriptum est* (2. Sa-

אלף איש שנאמר (א׳ דברי הימים כא׳ י״ד) ויפול מישראל ע׳ אלף איש אנשים אין כתיב כאן אלא איש שנאמר ושמע דוד וקרע בגדיו ולבש שק ואפר ונפל על פניו ארצה לפני ארון ברית יהוה והיה מבקש תשובה לפני הקב״ה ואמר רבון כל העולמים אנכי הוא שחטאתי תעבר נא חטאתי ונרצית תשובתו ואמר למלאך המשחית בעם רב עתה הרף ידיך ומה הוא רב אמר לו רב נפל מישראל מה עשה המלאך לקח את חרבו וקנחה בטלית של דוד וראה דוד חרבו של מלאך המות והיה מרתיע בכל איבריו עד יום מותו שנאמ׳ (שם פסוק ל׳ :) ולא יכול דוד ללכת לפניו לדרוש אלהים כי נבהל מפני חרב מלאך יהוה :

R. Abùhu dicit: Scies virtutem pœnitentiæ ex Dauide Rege Israëlis. Cùm enim iurauerat Deus sanctus benedictus Patribus, se aucturum semen eorum sicut Stellas Cæli, venit Dauid Rex Israëlis, vt supputaret numerum illorum. Dixit Dauidi Deus sanctus benedictus: Ego iuraui Patribus, me multiplicaturum semen illorum tanquam Stellas Cæli, & tu venis vt irritum facias verbum meum? Propter te datus est grex iste in cibum. Et tribus horis ceciderunt ex Israële septuaginta millia virorum. R. Scimhòn dicit: Non cecidit ex Israële nisi tantùm Abisai filius Tzeruiàh, qui præponderabat operibus suis bonis & lege sua, contra septuaginta millia Virorum. S. D. (1. Paralip. 21. 14.) Et cecidit ex Israële septuaginta mille איש *Isc* Vir. אנשים *Viri non est scriptum hic, sed* איש Vir, *S. D.* Et audiuit Dauid, & scidit vestimenta sua, & induit se sacco, & cinere, & cecidit super facies suas in terram coram Arca fœderis Domini, *& quærebat resipiscentiam coram Deo sancto benedicto, & dixit: Domine vniuersorum,* Ego sum qui peccaui, *transeat peccatum meum, & accepta fuit eius resipiscentia. Et dixit Angelo interfectori: In populo* רב *Rau multo nunc remitte manum tuam. Et quid est* רב *Rau multo? Dixit ei:* רב *Rau multus* (magnus, seù maior) *cecidit ex Israële. Quid fecit Angelus? Tulit gladium suum & abstersit pallio Dauidis. Vidit Dauid gladium Angeli mortis, & conturbatus est in omnibus membris suis vsque ad diem mortis ipsius. S. D.* (1. Paralip. 21. 30.) Et non potuit Dauid ire ante (Tabernaculum fœderis Domini) ad quærendum Deum: quia perterritus erat propter gladium Angeli Domini.

Hæc Dauidis ignorantia non cohæret cum scientia, quam illi attribuunt ijdem Rabbini; nam ad illud 1. Samuel. 18. 30. וייקר שמו מאר *Et celebre factum est nomen eius nimis*, in Comment. R. Dauid Kimchij habetur:

ובדרש וייקר שמו בהלכה כיון ששמעו פלשתים שנשא דוד אשה ויצאו שרי פלשתים אמרו כתוב בתורתם כי יקח איש אשה חדשה לא יצא בצבא נלך ונלחם עמהם ולא היו יודעים כי דוד חכם היה ודורש כמה דברים אמורים במלחמת רשות אבל במלחמת מצוה הכל יוצאין אפילו חתן מחדרו וכלה מחופתה :

Et in Darasc (legitur): *Et celebre factū est nomen eius in decidendis punctis Iuris: nam quando audierunt Philisthæi quòd accepisset Dauid vxorem, exierunt Principes Philisthæorum, & dixerunt: Iuxta legem eorum. Vir, qui accipit nouam Sponsam, non exit in bellum. Ergo pugnemus cum illis. Sed* ne-

tum quadraginta nouem vicibus in corde eorum. Conserua eos Domine, serua illud in corde eorum. Libera eos à generatione ista praua, ne addiscant eorum mores, & ne efficiantur delatores sicut illi sunt, Commentum est Rabbinicum, incredibile, & ridiculum.

XVIII. Aliam non minoris momenti scientiam Dauidi attribuunt Rabbini. Dicunt enim, cum cognouisse causam, cur Deus vbera in mulieris pectore posuerit, & non sub ventre, vel inter femora, vti in cæteris animalibus fecit: Suxit vbera matris suæ, eaque aspexit, & dixit Cantionem: *Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci &c.* De hac Dauidis scientia, & vberum situatione in pectore mulieris habetur in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 10. paulò ante medium his verbis -

דוד דר בחמשת עולמים ואמר שירה דר במעי אמו ואמר שירה שנ׳ (תלים קג״ : א׳ :) ברכי נפשי את יהוה וכל קרבי את שם קדשו יצא לאויר העולם ונסתכל בככבים ובמזלות ואמר שירה שנ׳ (שם פסו׳ כ׳) ברכו יהוה מלאכיו גבורי כח עושי דברו לשמוע בקול דברו ברכו יהוה כל צבאיו וגו׳ : ינק משדי אמו ונסתכל בדדיה אמר שירה שנ׳ (שם פסוק ב׳ .) ברכי נפשי את יהוה ואל תשכחי כל גמוליו מאי כל גמוליו אמר רבי אבהו שעשה לה דדים במקום בינה טעמא מאי אמר רב יהודה כדי שלא יסתכל במקום ערוה : רב מתנא אמר כדי שלא יינק ממקום הטנופת וכו׳ :

Dauid descendit, seù habitauit in quinque mundis, & in singulis dixit Canticum, Habitauit in ventre matris suæ, & dixit Canticum. S. D. (Psal. 103. 1.) Benedic anima mea Domino: & omnia interiora mea nomi-

nesciebant, quòd Dauid erat Iurisperitus, & sciebat hanc regulam tenere in bello voluntario; verùm in bello de præcepto, omnes teneri exire in bellum, etiam Sponsum de cubili suo, & Sponsam de thalamo suo.

Hinc patet, quàm lubrica sit Rabbinorum inconstantia de Dauidis scientia, quam modò deprimunt vsque ad abyssum, modò extollunt vsque ad sidera. Et non tantùm de Dauidis scientia mirificè loquuntur, sed & de pueris quoque, qui illius ætate fuerunt, mira referunt, voluntque eos sciuisse Legem interpretari quadraginta nouem modis. Fundant hanc ineptiam super verbis Psalmi 12. v. 7. מזוקק שבעתים *Purgatum septuplum*, id est septies septem. R. Salomon -

מדרש אגדה יש ומיושב על הסדר ר׳ יהושע דסיכנין בשם רבי לוי תינוקות שהיו בימי דוד עד שלא טעמו חטא היו יודעים לדרוש את התורה בארבעים ותשע פנים לכל צד וזהו שבעתים : והיה דוד מתפלל עליהם רבונו של עולם ראה כמה תורתך ואמרתך ברורה ומזוקקות שבעתים בלבם אתה יהוה השמרם שמור אותם בלבם תצרנו מן הדור הזה שלא ילמדו דרכיהם להיות דלטורין מן הדור שהן דילטורין :

Medràsc Agadà extat, & rectè videtur consistere. R. Ieosciùa de Sechanin nomine R. Leui. Pueri (inquit) *qui fuerunt in diebus Dauid, quamuis non gustassent peccatum* (hoc est ante vsum rationis) *nouerant tamen Legem exponere quadraginta & nouem modis in quolibet sensu & ratione proposita. Dauid ergo pro eis orabat sic: Domine Mundi, vide quomodo Lex tua, & eloquium tuum mundum sit, & repurga-*

לולא *Lulè* id eſt *Fortaſſe*, vel *Niſi*, *vox iſta supernè tribus punctulis punctatùr hoc modo* לוּלֵא *ob causã, quam referunt Magiſtri noſtri. Scio te* (dicebat Dauid) *daturum mercedem Iuſtis in ſeculo futuro, ſed neſcio, an pars mihi continget inter illos, an non*. Idem refert R. Dauid Kimchius ad eundem locum. Vterque accepit ex Talmude Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 4. longè poſt med. & tranſcribitur in עין ישראל *En Iſraël* Par. I. p. 3. col. 2. circa med.

Sed quomodo potuit Dauid dubitare de ſalute ſua, cùm ex tot Diuinis reuelationibus facilè confidere potuerit, ſe in numero electorum adſcriptum? Accedit quòd puncta illa ſignificant dictionẽ לולא ſuperfluam eſſe, & abſque præiudicio integritatis textus Hebraici poſſe abradi, vti fecerunt LXX. qui illam omiſerunt, & legerunt: *Credo videre bona Domini in terra viuentium*. R. Abraham Aben Ezræ retinet hanc vocem, & cum ſuperioribus illam coniungit, dum ait -

לולא: זה קשור באשר לפניו כמעט וימשלו בי שנאי האמנתי בשם ׃

Niſi. *Hæc* (vox) *ligari debet cum præcedentibus aliquantulum, vt ſenſus ſit*: Dominati fuiſſent in me odientes me, niſi crediďiſſem (fiduciam habuiſſem) *in Deũ*. Sed lectio LXX. eſt planior, & ad literam accomodatior.

XX. Dicunt Dauidem dixiſſe quòd Samuel, qui ſibi Regnum polliciti-

mini ſanctitatis eius. *Exijt in auram mundi, & vidit Stellas, & ſigna cæleſtia, & dixit Canticum. S. D.* (Ibid. v. 20.) Benedicite Domino Angeli eius, potentes virtute, facientes verbum eius: ad audiendam vocem verbi eius. Benedicite Domino omnes exercitus eius, &c. *Suxit vbera matris ſuæ, & aſpexit in vbera illius, & dixit Canticum. S. D.* (Ibid. ver. 2.) Benedic anima mea Domino: & ne obliuiſcaris omnium retributionum eius. *Quid eſt* Omnium retributionum eius? *Dixit R. Auàhu: Quia fecit mulieri mammas in loco intelligentiæ* (id eſt in pectore). *Quæ eſt huius dicti ratio? Dixit Ràu Iudas: Ne ſcilicet homo cogeretur aſpicere* (dum ſugeret) *locum verendorum. Ràu Mathannà dixit: Ne ſugeret de loco ſordido*. Rabbini Talmudiſtæ doctiores Philoſophis ſunt. Nec ipſe Ariſtoteles de partibus animalium viuiparorum, dum ſuo lib. 4. & c. 10. ageret, hanc cauſam adinuenire valuit, cur mulieres non inter femora, ſed ante pectus mammas habeant. Refertur etiam in *En Iſraël* Par. I. pag. 16. col. 4. num. 46.

XIX. Iuxta Rabbinos, dubitauit de æterna ſalute. Ita R. Salomon ad verſiculum 13. Pſal. 27. -

לולא האמנתי לראות בטוב יהוה בארץ היים ׃

Niſi credidiſſem videre bonam Domini in terra viuentium; ait -

. לולא נקוד עליו למדרש שדרשו רבותינו יודע אני שאתה נותן שכר לצדיקים לעולם הבא אבל איני יודע אם יש לי חלק עמהם אם לאו ׃

licitus fuerat, fuerit mendax. Psal. 116. v. 11. כל האדם כוזב *Omnis homo mendax*. R. Salomon -

אף שמואל הנביא שהוא נאמן לנביא אף הוא כוזב שמשחני למלך ׃

Etiam Samuel Propheta, qui est fidelis Propheta, etiam ipse est falsus, qui vnxit me in Regem. Volunt Rabbini, Dauidem dubitasse de promissione Diuina, quam per Samuelem acceperat, & Diuinam esse nouerat, manifestatam per vnctionē in Regem: eum tandem regnaturum super vniuersum Israëlem, eò quòd nihil de ea re, ne quidem apparens vllum argumentum cernebat, imò potiùs ob persecutionem à Saule excitatam, omnem spem ab eo discessisse regnandi cernebat. Ideò dixisse etiam Samuelem, alioquin Prophetam fidelem & veridicum, in hoc fuisse mendacem. Nefas sanè id suspicari de Dauide. Erat enim & ipse Propheta, & iustus. Non ergo de Samuelis verbis vnquam dubitauit, sed quando dixit: *Omnis homo mendax*, intellexit totum oppositum, hoc est, firmissimè credidit verbis Samuelis, qui ei Regnum ex parte Dei pollicitus fuerat, imò etiam tempore afflictionis & persecutionis, ita vt is, qui ausus fuerat dicere, Regnum Israëlis non futurum aliquando suum, tamquam mendax ab eo haberetur, vt explicat R. Dauid Kimchi ibidem -

האמנתי ׃ האמנה גדולה היתה לי כי הייתי מדבר כאשר עניתי כלומר כשהייתי עני בורח וכשהייתי בחפזי כמו שכתוב ויהי דוד נחפז ללכת

מפני שאול הייתי אומר כל האדם כוזב כלומר אפילו בזמן שהייתי נחפז ועני מאד הייתי אומר כל אדם שאומר שלא תהיה לי המלוכה כוזב הו ׃ וזו היא האמנה גדולה ׃

Magna fuit fides mea: nam cùm valdè essem afflictus, sum tamen loquutus. Ac si diceret: Cùm fugiens admodum premerer, & cùm essem in mea præcipiti festinatione, Vt scriptum est (1. Sam. 23. 26.) Et festinauit Dauid à facie Saul; *dixi tamen:* Omnis homo mendax; *hoc est, etiam quando valdè fui attonitus & afflictus, ausus sum tamen dicere, Omnis homo, qui dicit, Regnū non fore aliquando meum, mendax est; & hæc est mea magna fides*.

XXI. Describunt Dauidem arrogantem, quia dicunt petijsse à Deo, se tentari; & postea defecisse in tentationibus. Psal. 17. ver. 3.

בחנת לבי פקדת לילה צרפתני בל תמצא זמותי בל יעבר פי ׃

Probasti cor meum, visitasti nocte, conflasti me, non inuenisti (in me) *cogitaui, non transibit* (amplius) *os meum*. R. Salomon ex Cod. *Sciabbàth* habet -

זמותי בל יעבר פי ׃ אם תעלה עוד במחשבתי ליבחן לפניך כל יעבר פי לומר עוד בחנני ונסני כמו שאמרתי כבר. כמו שנ׳ בחנני יהוה ונסני יהוה ונסני שאמר דוד לפני הקב״ה מפני מה אומרים אלהי אברהם ואין אומרים אלהי דוד אמר לו אני בחנתיו בעש׳ נסיונו׳ ונמצא שלם אמר בחנני ונסני ׃ כדאיתא במסכת שבת ׃

Cogitaui, non transibit (amplius) *os meum. Si quando amplius venerit mihi in mentem, vt petam probari* (& examinari) *à te, nunquam posthac os*

Dixerunt: Dauid fecit, quod non erat secundùm Legem. Lex dicit: Postquam in potestatem vestram redegeritis terram Israël, facultatem habebitis subiugare quæ sunt extra terram. Sed (Dauid) *non fecit sic, sed percurrit, & subiugauit Aràm Naharàim Mesopotamiam, & Aràm Sobæ, vtramque Syriam; & Iebusæum, qui iunctus erat Ierosolymæ non expulit. Dixit ei Deus sanctus benedictus: O Dauid! Vicinum quod est Palatio tuo non expulisti: quomodo igitur subijcies tibi Mesopotamiam & Syriam?*

Ista ablata sunt ex libro ספרי *Siphrè Parascià* עקב pag. 38. col. 2. circa medium. Dicunt Hebræi, quòd Deus non dedit facultatẽ Israëlitis subiugandi terras vllas extra terram Israël, nisi priùs totam terram Israël subiugassent, & mundassent ab immunditijs Idolorum. At hoc præceptum non legitur: imò voluit Deus aliquas gentes residere in terra Israël propter eorum peccata, vt essent eis quasi spinæ in oculis, eò quòd frequenter Deo rebellarent. Reges autem Iudæ multas Ciuitates & Regiones extra terram Israël subiugarunt absque peccato. Et Rex Moab pendebat quotannis tributum Israëli מאה אלף כרים *centum millia agnorum* secundùm *Radàk* 2. Regum 1. 1.

XXIII. Maiorem etiam iniuriam Dauidi irrogant Talmudistæ, dum illum Idololatram inducunt. Cod. *Sanhedrìn* cap. *Chèlek* pag. 107. non longè post medium.

אמר רב יהודה אמר רב בקש דוד לעבוד ע״ז

meum hunc admittet errorem, vt dicat: Tenta me, & proba me, sicut olim dixi: Proba me Domine, & tenta me. Dicebat enim Dauid coram Deo sancto benedicto: Propter quod dicunt (homines) *Deus Abraham, & non dicunt Deus Dauid. Dixit ei* (Deus:) *Ego tentaui* (Abraham) *decem tentationibus, & inuentus est perfectus. Dixit* (ei Dauid:) *Proba quoque me, & tenta me. Sicut dicitur in Tract. seù Cod.* שבת *Sciabbàth*. Quod nil aliud est quàm contumelia & blasphemia in Dauidis humilitatem. Sensus Ps. est: Tenta me Domine, & corripe me in hoc seculo, ne corripias in altero seculo in ira tua. Hunc eundem errorem repetunt Rabbini in Psal. 51. *Miserere mei Deus*. v. 6. & similibus verbis reperitur in Cod. *Sanhedrìn*, cap. *Chèlek* pag. 107. in principio, & in *En Israel* Par. II, pag. 135. colum. 2. num. 232.

XXII. Item Legis transgressorem faciunt, & Idololatrarũ amicum. Vide librum *Ialkùtt* in Iosue c. 1. v. 3.

כל מקום אשר תדרוך כף רגליכם :

Omnem locum quem calcauerit vola pedis vestri, &c: pag. 6. col. 3. circa finem editionis Liburnensis cum *Pirùsc*, vbi hæc inuenies.

אמרו דוד עשה שלא כתורה: התורה אמרה משיכבשו לארץ תהיו רשאי׳ לכבוש חוצה לארץ: הוא לא עשה כן אלא חור וכיבש ארם נהרים וארם צובה ואת היבוסי שהיה סמוך לירושלם לא הוריש: אמר לו הקב״ה סמוך לפלטירין שלך לא הורשת היאך אתה חוזר ומכבש ארם נהרים וארם צובה :

עֹ״ו שנאמר (ב׳ . שמואל ט״ו . לב .) וַיְהִי דָוִד בָּא עַד הָרֹאשׁ אֲשֶׁר יִשְׁתַּחֲוֶה שָׁם לֵאלֹהִים ואין ראש אלא ע״ו שנאמ׳ (דניאל ב׳ . לב) הוּא צַלְמָא רֵאשֵׁהּ דִּי דְהַב טָב .

Dixit Rau Iehuda: Dixit Rau: Voluit Dauid Idola colere. S. D. (2. Sam. 15. 32.) Cumque ascenderet Dauid summitatem montis, in quo adoraturus erat Deum. *Non est autem* ראש *Rosc Caput summitatis, nisi Idololatria. S. D.* (Daniel. 2. 32.) Huius statuæ ראשה *Rasce* Caput eius de auro optimo.

Nihil magis impium, & scelestius in Dauidem à Rabbinorum malitia excogitari potest. Volebat Dauid in vertice montis Oliuarum adorare Deum; ex quo mons Moria, vbi ædificandum fuerat Templū, & vbi manebat Arca Domini, non inde procul cernebatur; vti & sanioris mentis Rabbini etiam agnoscunt, veluti *Rasci*, *Ralbag*, *Radak*. Rasci ait -

אשר ישתחוה שם לאלהים . אשר היה רגיל להשתחות שם כשהיה בא לירושלם היה רואה משם את האהל שהארון בתוכו והיה משתחוה .

Vt incuruaret se ibi Deo. (2. Sam. 15. 32.) *cui solitus erat incuruare seipsum. Quando enim veniebat Ierusalem, inde prospiciebat Tabernaculum, in cuius medio erat Arca* (fœderis) *& adorabat.* רל״ב״ג Ralbag -

ודוד עולה במעלה הזיתים . זה הר הזיתים שהיה אצל ירושלם אצל בית המקדש וידמה כי לקדושת המקום ההוא היה דוד נוהג בהיותו שם להשתחוות שם לשם יתעלה וזהו אשר ישתחוה שם לאלהים .

Et Dauid ascendebat Cliuum Oliuarum (Ibid. ver. 30.) *Iste est mons Oliuarum, qui est prope Ierusalem, prope domum sanctitatis* (Templum) *& videtur, quod propter sanctitatem illius loci solitus erat Dauid ibi consistere ad adorandum ibi Deum excelsum, & hoc est illud quod dicitur:* Vt incuruaret se ibi Deo.

Mons enim Oliuarum, qui & Mons Olineti dicitur, *est iuxta Ierusalem, Sabbati habens iter*, Actor. 1. v. 12. Iter autem Sabbaticum, quod vlterius transgredi die Sabbathi Iudæis non licet מהלך אלפים פסיעות בינוניות *duorum millium passuum mediocrium constat*. Ex הרמב״ם *Harrambam* הלכות שבת *de Sabbatho* cap. 27. pag. 127. n. 4. & ex Mose מקוצי *de Kotzi* lib. סמ״ג pagina 23. col. 2. Et tantundem videtur distare Mons Oliueti ab Ierusalem. De hoc monte sæpè fit mentio in Nouo Test. Matth. 21. 1. In eo Christus Dominus dedit signa secundi aduentus sui, quando iudicaturus est viuos & mortuos: Ibid. 24. 3. & seqq. In eo idem Dominus solebat preces Deo fundere: nam *diebus erat docens in Templo: noctibus verò exiens, morabatur in monte Olineti*, Luc. 21. 37. ex quo loco patebat aspectus Templi. Hinc habemus; quòd quando nobis præcluditur aditus introeundi in Ecclesiam, ad aspectum illius orare poterimus. Et רד״ק *Radak* tandem ait -

ועלה שם להשתחוות ליהוה משם כי מהר הזיתים יראה אדם מקום בית המקדש ואע״פי שלא היה שם או בית גם מקום הבית בעצמו לא היה

Dixerunt Rabbini nostri (antiqui) *Quòd ista fuerant à primordio reposita & recondita in Cælo: sed venit Dauid, & fecit, vt descenderent in terram: quia sunt vindictarum genera, quas non conuenit reseruari & recondi in Diuinis Thesauris.* Mirum est, quòd R. Salom. crediderit, ea, quæ generantur in aëre non exercuisse vltionem Diuinam in creaturas, nisi tempore Dauidis: nam hoc falsum apparet in diluuio, in Sedom, in Ægypto.

XXV. Psal. 7. in Tit. שגיון לדוד *Sciggaiòn LeDauid*, id est *Ignorantia Dauidis:*

אשר שר ליהוה על דברי כוש בן ימיני ׃

Quam cecinit Dauid super Verba Chus filij Iemini. dicit -

ואומר אני שאמרו על עסקי ישבי בנוב שבא עליו על עונשו של שאול כמו שפירשו רבותינו שאמר לו הקב״ה על ידך נטרד דואג האדומי על ידך נהרג שאול ובניו כו׳ כדאיתא בחלק שניאות שבקש דוד לחקב״ה להמסר ביד שונא ולא יכלת זרעו והפך דוד את תפילתו והתפלל שלא יפול ביד אויב וכן פתרונו משנה שר דוד ליהוה על ששגג לומר להקב״ה למוסרו ביד אויב על דברי שאול שנהרג על ידו ׃ רא״ על שגיון בנף המעיל אשר כרת לשאול ׃

Dico ego, quòd (Dauid) *dixit* (hunc Psalmum) *propter Isbibenob* (de quo scribitur 2. Sam. 21. 16.) *qui adortus est Dauidem in vindicationem & pœnam Saul: quemadmodum exposuerunt antiqui nostri Doctores, quia dixit ei Deus sanctus benedictus: Tui causa vel per manum tuam vexatus est Doëg Idumæus, per manus tuas occisus est Saul, & filij eius, &c. sicut habetur in Cod. Sanhedrin cap. 11. Chèlek Ti-*

היה יודע עד שאמר גד הנביא לדוד שיבנה מזבח בגורן ארונה ׃ אעפ״כ גבול המקום היה יודע בקבלה כי בהר המוריה יבנה בית יהוה אבל לא היו יודעים באיזה מקום עד שאמר גד לדוד וי״ם כי מהר הזתים היה רואה האהל שהיה בו הארון ׃

Et ascendit illuc ad adorandum Dominum. *Quia ex eo loco, nempè ex Monte Oliuarum conspiciebat homo locum Domus sanctitatis, & quamuis tunc temporis non esset ibi Templum, neque locus præcisè* (vbi ædificandum erat) *notus fuerat, quousque à Propheta Gad Dauidi indicaretur, eum debere ædificare Altare in Area Areuna* (2. Samuel. 24. 18.) *nihilominus terminus loci ex traditione notus erat. Quoniam in Monte Moria ædificanda erat Domus Domini. Sunt autem aliqui, qui exponunt, quòd ex Monte Oliuarum conspiciebatur Tabernaculum, vbi erat Arca.* Nam paulò ante, Sadoc & Abiathar Sacerdotes reportauerant Arcam Dei in Ierusalem. 2. Sam. 15. v. 29. Hæc intolerabilis calumnia in Dauidem irrogata à Rabbinis ex Talmude exscribitur in *En Israël* Par. II. pag. 135. col. 4. in princ. n. 235.

XXIV. Alia attribuunt Dauidi, quæ quamuis minora his sint, tamen vel falsa sunt, vel iniuriosa, vel ludrica, vel obscœna. Ex multis hæc pauca accipies exempla. Quòd primò effecerit, vt ignis, grando, nix, quæ reposita apud Deum manebant, inciperent descendere in terram in vltionem. Psal. 148. 8. R. Salom. -

אמרו רבותינו שהדברים הללו היו תחילתם נגוזין בשמים ובא דוד והורידן לארץ לפי שהם מיני פורענויות ואין נאה להם להיות גנוזין בסגוריו של הקב״ה ׃

est alia, quæ illic sequitur expositio ex *Medrâsc Agadà*

אמר ר׳ שמואל בר נחמני כיון שראה דוד את המלאך עומד בירושלם וחרבו בידו נצטנן מיראתו ׃

Dixit R. Samuel Bar Nachmani: Quando vidit David Angelum stantem in Ierusalem euaginato gladio, timore obriguit, & frigore correptus est.

XXVII. Ibidem ad verba illa ver. 4. והמלך לא ידעה *Et Rex non cognouit eam*. idem R. Sal. de hac re ex Rabbinis hanc adducit rationem -

משום לא ירבה לו נשים וכבר היו לו שמונה עשר ׃

Ne scilicet (contra Diuinum præceptum Deuter. 17.17.) *multiplicaret sibi vxores: iam enim octodecim vxores habebat.* Postremum est falsum; quòd Dauid octodecim vxores habuerit. Student Rabbini Talmudistæ in *Ghemarà* Cod. *Sanhedrìn* capite 2. pag. 21. circa medium, hunc numerum colligere ex Scriptura, imò ex eadem numerum vxorum Dauidis excrescere faciunt vsque ad quadraginta octo, ibi enim ita dicunt -

דכתיב (ב׳ שמואל ג׳ ב׳) וילדו לדוד בנים בחברון ויהי בכורו אמנון לאחינועם היזרעאלית ג׳ ומשנהו כלאב לאביגיל אשת נבל הכרמלי והשלישי אבשלום בן מעכה בת תלמי מלך גשור ד׳ והרביעי אדניה בן חגית והחמישי שפטיה בן אביטל ה׳ והששי יתרעם לעגלה אשת דוד אלה יולדו לדוד בחברון וקאמר ליה נביא אם מעט ואוסיפה לך כהנה וכהנה כהנה שית וכהנה שית דהוו להו תמני סרי מתקיף לה רבינא אימר כהנה הרתי סרי וכהנה כ״ד תנ״ה לא ירבה נשים יותר

tulus ergo est שגיון *Scighaiòn, id est ignorantia, quia Dauid deprecatus est Dominum, Vt dederet ipsum in manus hostium: non tamen deleret semen suum. Sed mutauit Dauid orationem suam, & orauit, ne caderet in manus hostis. Sic ergo interpretandus est titulus. Error, quem Dauid cecinit Domino, eo quod errauerit, dum dixit Deo sancto benedicto. Vt traderet se in manus hostis sui propter Saulem, qui eius causa occisus fuerat. Alio modo potest exponi: quòd iste error intelligendus sit de eo, quem commisit, dum oram pallij Saulis praecidit.*

Pluris æstimatur Saul, & Doëg viri nequam, quàm Dauid: qui etiam non opera Dauidis, sed sua iniquitate perierunt. Item fictio est, Dauidem malè orasse, & mutasse ordinem. Nescio, cur tam temerariè contra sanctos Viros, & tam imprudenter fingant ista Rabbini.

Quod ad oram chlamydis Saulis à Dauide scissam attinet, Rabbini, vt refert R. Salomon ad 1. cap. v. 1. lib. 1. Regum ad illa verba ולא יחם לו *Et non erat calor ei*, dicunt -

XXVI. כל המבזה בגדים אינו נהנה מהם לסוף לפי שקרע את כנף המעיל לשאול ׃

Omnis, qui spernit vestimenta, indignus est, quòd illis in fine fruatur. (Dauid autem) *præcidit oram chlamydis Saulis. Et hæc est causa cur non calefaciebat se vestibus.* Expositio tam falsa, quàm inepta. Non enim ex contemptu præcidit oram vestimenti Regi Sauli, sed vt cognosceret Saul, Dauidem eum potuisse occidere, si voluisset. Non minus inepta

gi numerum vxorum Dauidis ; nam Michòl non habuit filios, & tamen vxor Dauidis fuerat. Adde quòd loco cit. numerantur tantùm filij Dauidis, quos susceperat in Hebron; Ierosolymis verò ei aliæ vxores fuerunt, vti Michol iam dicta, & plurimę Concubinæ, ex quibus alios quamplurimos liberos suscepisse volunt Rabbini. Ergo numerus vxorum Dauidis incertus est.

Ad hæc respondent sapientes Talmudistæ Codice mox citato *Sanhedrin* cap. 2. pag. 21. immediatè post explicationem כהנה וכהנה *sicut ista, & sicut ista*: & primò negant, *Michol* non habuisse filium, nam locum, quem afferunt aduersarij ad hoc probandum, nempè 2. Sam. 6. 23.

ולמיכל בת שאול לא היה לה ילד עד יום מותה.

Et ipsi Michàl filia Saulis non fuit ei natus vsque ad diem mortis eius. רב חסדא *Ràu Chasdà* ibidem hoc modo explicat.

עד יום מותה לא היה לה ביום מתתה היה לה.

Vsque ad diem mortis eius non fuit ei (natus) *Verùm in die mortis eius fuit ei.* Per hoc innuere volens, quòd Michol, dum pareret, mortua sit. Recenseri etiam volunt illius filium inter alios supra numeratos, eumque esse, qui sexto loco ponitur sub nomine יתרעם *Ithreàm* susceptus ex עגלה *Eglà*, quam eandem faciunt cum *Michol*. Sed si quæras, Cur *Michol* vocetur עגלה *Eglà*? Respondent ibidem שחביבה כעגלה *quia erat ei chara* (dilecta) *vt vitula*.

יותר מעשרים וארבע ומאן דדריש יו ארבעים ושמונה · תנו ...

Scriptum est (2. Sam. 3. 2.) Et nati sunt ipsi Dauid filij in Cheuron: & fuit primogenitus eius Amnon ex Achinòam Israëlitide. (v. 3.) Et secundus Chilàu ex Auighàil vxore Naual Charmelitæ: & tertius Ausciàlòm filius Maachà filiæ Talmài Regis Ghesciùr. (ver. 4.) Et quartus Adonijà filius Chaghith: & quintus Scephattiàh filius Auittàl. (v. 5.) Et sextus Ithreàm ex Eglà vxore Dauid: isti nati sunt Dauidi in Cheuròn. *Dixitque ei Propheta* (2. Sam. 12. 8.) Si parum (est hoc) & adijciam tibi sicut istæ, & sicut istæ: sicut istæ *Sex*; & sicut istæ *sex, ergo duodecim, & cum sex prioribus fiunt octodecim.* *Arguit Rauenà*: *Nam dicitur*, & sicut istæ *quæ sunt duodecim*; & sicut istæ: *ergo viginti quatuor*. *Traditio etiam talis est*: *Non multiplicabis vxores ampliùs quàm viginti quatuor. Et quando quis explicat cum* ו *Vau, fiunt quadraginta octo*. En subtilitates Talmudicæ sine vllo prorsùs veritatis fundamento, quæ referuntur etiam in *En Israël* Par. II. pag. 101. col. 1. num. 31. Nam quæ Dauidi à Propheta Nathan promittuntur sub vocibus כהנה וכהנה *Chahènna, vechahènna Sicut illa, sicut illa*, vel *similia, & similia*, non tam referuntur ad vxores, quàm ad omnia alia bona à Dei munificentia Dauidi concessa; vnde Vulgata legit: *Adijciam tibi multò maiora*.

Si autem aliquis objiciet, ex numero filiorum Dauidis, non benè colli-

Nam עגלה *Eglà Vitulam* ſonat, & *Vxor*, Vitulæ comparatur, iuxta illud Iud. 14. 18. לולי חרשתם בעגלתי *Niſi araſſetis in Vitula mea*, quod intelligitur de vxore Sampſonis. Sed hæc confuſio nominis *Eglà* cum *Michòl* nunquam ſubſiſtere poteſt. Quia *Michòl* ex Scriptura filium non habuit; & ex ſententia Ràu Chaſdà, dùm moreretur in partu, natum patri reliquit. At *Ithreàm* filius *Eglà* naſcitur in Hebron 2. Sam. 3. 5. & *Michòl* iam diù ſuperuixerat, poſtquam nati ſunt Dauidi ſex illi filij in Hebron; quia 2. Sàm. 6. 16. legitur: quòd cùm Rex Dauid ingrediente Arca Domini in Ieruſalem, in Ciuitatem Dauid, ſaltaſſet coram Domino, *Michòl* filia Saul proſpiciens per feneſtram Regem ſic ludentem, irata deſpexit eum in corde ſuo· in cuius ſuperbiæ pœnam nunquam illa deinceps peperit. Hæc autem contigerunt, quando Dauid cepit regnare in Ieruſalem, cùm iam regnaſſet in Hebron ſeptem annis, & in Ieruſalem triginta & tribus annis. 1. Regum 2. 11. Circa huius temporis interuallum, mortua eſt Michol: ergo Ithreàm non potuit eſſe filius Michòl. Ergo *Eglà* non eſt *Michòl*. Concubinas autem habuiſſe Dauid non negant Rabbini, cum 2. Sam. 16. 22. legatur, Abſalom ingreſſum eſſe ad Concubinas patris ſui coram vniuerſo Iſraële, ex quibus & ex alijs vxoribus ingentem filiorum multitudinem ſuſcepiſſe docent Rabbini in eodem loco citato ſcilicet Cod. *Sanhedrin* pag. 21. & 49. longè poſt med. vbi ſic legitur.

אמר רב יהודה אמר רב ארבע מאות ילדים היו לדוד וכולן בני יפת תואר היו ומגדלי בלורית היו וכולן יושבין בקרונות של זהב ומהלכי׳ בראשי גייסות היו והם היו בעלי אגרופין של בית דוד ׃

Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Quadringentos filios habuit Dauid, omnes ſpecioſos, & alentes comas, omnes inſidentes curribus aureis, & in fronte exercituum incedentes, & in domo Dauid erant Domini pugnorum. Superintendentes ijs, qui pugnis vultus aliorum appetebant. Diſcrimen autem aſſignant ijdem Rabbini inter Vxores, & Concubinas, Ibidem.

מאי נשים ומאי פילגשים אמר רב יהודה אמר רב נשים בכתובה ובקרושין פילגשים בלא כתובה ובלא קרושין ׃

Quænam dicuntur Vxores, & quænam Concubinæ? Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Vxores ſunt illæ, quibus traditur inſtrumentum dotale, & ſponſalia fiunt: Concubinæ verò dicuntur illæ, quibus nec inſtrumentum dotale, nec ſponſalia traduntur. Et in *En Iſraël* Par. II. pag. 101. col. 1. num. 37. circa medium eadem inuenies.

XXVIII. 1. Regum 7. v. 51.

ויבא שלמה את קרשי דוד אביו וגו׳ ׃

Et intulit Salomon ſanctitates Dauid patris ſui, argentum & aurum, & vaſa poſuit in Theſauris Domus Domini. R. Salomon.

את קרשי דוד אביו ׃ מה שנשא מכסף וזהב שהקדיש אביו ׃ ומדרש אגדה שלא רצה שלמה לתת מאותו הקדש לבניין הבית ושמעתי מחכמי ישראל שהיו אומרין לפי שהיה יודע שסופו ליחרב

לפי

דו

לפי שלא יהו האומות אומרין קשה יראתם שלקחם
נקמתם מן הבית שנבנה מן גזילות וחבלות שגזל
מהם דוד ; ויש אומרים כך אמר שלמה רעב היה
בימי אביו ג' שנים שנה אחר שנה והיה לו לבזבז
ההקדשו׳ הללו להחיות בהן עניי ישראל :

Sanctitates patris sui, id est quod relictum fuerat de argento & auro, quæ sanctificauerat pater eius. Et Medràsc Agadàh: Noluit Salomon adhibere sanctificationes illas ad opus ędificij Domus (Templi). *Et audiui à Viris peritissimis Israëlis: quòd ideò hæc fecit, quia cùm præuidisset Templum destructum fore, noluit occasionem gentibus præbere, vt dicerent: Deus harum gentium durus est, qui vindictam etiam sumere voluit de ipso Templo. quod de rapinis & compilationibus Dauidis constructum, & ædificatum fuerat, Alij dicunt, quòd sic dixit Salomon: Fames erat in diebus* (Dauid) *patris mei, quæ tres annos continuos perdurauit; debuerat ille has facultates in sustentationem pauperum Israëlitarum dispensare.*

An Salomon præuiderit destructionem Templi, non constat. Deindè assignare primò causam destructionis Templi, rapinas, & compilationes Dauid, vanum est, & grauiter iniuriosum; quia Dauid non laborauit auaritiæ nota: nam quando iustitiam administrabat, pro debitore, qui soluendo non erat, ipse de suo ære exactori soluebat, vt colligitur ex Kimchio ad v. 15. c. 8. lib. 2. Samuelis.

XXIX. 2. Sam. 15. v. 17. *Et egressus est Rex, & omnis populus pedibus suis:* ויעמדו בית המרחק *& steterunt procul à Domo*. R. Dauid Kimchi -

כתרגומו באתר דרחיק כלומר מקום שהיה
רחוק מירושלם ; ובדרש מלמד שנדוהו הה״ד ישובו
לי יראיך מלמד שפרשו ממנו ,

Iuxta suam Paraphrasim (Ionathanis): *In loco longinquo, hoc est loco, qui erat longinquus ab Ierusalem, Et in Daràsc dicitur, quòd excommunicauerunt eum. Et hoc est, quod scriptum legitur* (Psal. 119. 79.) Conuertantur ad me timentes te: *propterea quòd se ab eo separauerant*. Nescio, qua ratione velint Rabbini, populos animo sequentes Dauidem in exilio, & tam benè illi affectos excommunicasse illum, eiusque præsentiam fugisse.

XXX. Psal. 57. 9. עורה הנבל וכנור *Exurge Nablum & Cithara*. R. Sal.

העירה אותי אתה הנבל וכנור התלוי על
מטתי פתוח לצד הצפון וכיון שמגיע חצות לילה
רוח צפונית מנשבת בו ודוד עומד ועוסק בתורה :

Euigila me tu Nablum & Cithara suspensa super lectum meum: (nam Cithara pendebat ei ad caput lectuli) *& foramina Citharæ contra Boream stabant* (scilicet ad plagam Septentrionalem. *Quando enim media nocte surgebat Boreas, & flans pulsabat chordas, surgebat Dauid, & dabat operam Legis studio*. Somnia sunt Talmudica relata in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 4. non longè à principio, & in *En Israël* Par. I. pag. 2. col. 2, numero 2. Sed prorsùs ridendum est, quod in vtroque loco adiungitur à R. Salomone in explicatione vocis אעירה שחר *Exurgam diluculo* videlicet in Aurora: quia enim אעירה est de Coniugatione *Hiphil*, ait -

אני מעורר את השחר ואין השחר מעוררני :

Ego excitabo Auroram, & non Aurora excitabit me. Et in Talmude subiungit.

שאר מלכים השחר מעוררן ואני מעורר את השחר :

Alios Reges (inquit David) *Aurora euigilat, at ego euigilare facio Auroram.* Lepida interpretatio ex Grammatica.

XXXI. Addunt præterea, quòd quando David nudum se contemplaretur in balneo, quamuis ab alijs præceptis scilicet *Thephillinorum* & *Tzitzith* se exutum cerneret, tamen gaudebat, quia se videbat habere circumcisionem, Cod. מנחות *Menachoth* capite 4. pag. 43. b. & in *En Israël* Par. II. pag. 166. col. 4. num. 8. ac propterea dixit Psalmum 6.

למנצח על השמינית מזמור לדוד על מילה שניתנה בשמיני :

Victori super octauam Psalmus Dauid super circumcisionem, quæ data est in octauo die. Reprobatur hæc inanis & inuerecunda Talmudis commentatio à R. David Kimchio Psal. 6. tamquam *impertinens*, & à *vero longingua*. Improbatur etiam à R. Salomone cùm dicit שמינית significare כנור של שמונה נימין *Citharam octo chordarum.*

XXXII. Volunt Rabbini, Dauidem duxisse duas sorores, dum viuerent in vxores, quod colligere credunt ex verbis Saulis 1. Sam. 18. 21.

ויאמר שאול אל דוד בשתים תתחתן בי היום :

Et dixit Saul ad Dauid: In duabus affinitatem contrahes mecum hodie. In Codice סנהדרין *Sanhedrin* cap. 2. pag. 19. b. longè post principium de hac re ita legitur, & refertur in *En Israël* Par. II. p. 99. col. 4. num. 22.

שאלו תלמידיו את רבי יוסי היאך נשא דוד שתי אחיות בחייהן אמר להן מיכל אחר מיתת מירב נשאת רבי יהושע בן קרחה אומר קדושין טעות היו לו במירב שנאמ׳ (ב׳ שמואל ג׳ י״ד) תנה את אשתי את מיכל אשר ארשתי לי במאה ערלות פלשתים מאי תלמודא אמר רב פפא מיכל אשתי ולא מירב אשתי מאי קידושי טעות דכתיב (א׳ שמואל י״ז כ״ה) והיה האיש אשר יכנו יעשרנו המלך עושר גדול ואת בתו יתן לו וגו׳ אזל קטליה א״ל מלות אית לך גבאי והמקדש במלוה אינה מקודשת אזל יהבה לעדריאל דכתיב (א׳ שמואל י״ח י״ט) ויהי בעת תת את מירב בת שאול לדוד א״ל אי בעית דאתן לך מיכל זיל אייתי לי מאה ערלות פלשתים אזל אייתי ליה אמר ליה מלוה ופרוטה אית לך גבאי שאול סבר מלוה ופרוטה דעתיה אמלוה ודוד סבר מלוה ופרוטה דעתיה אפרוטה ואיבעית אימא דכולי עלמא מלוה ופרוטה דעתיה אפרוטה שאול סבר לא חזו ולא מידי ודוד סבר חזו לכלבי ושינרי :

Postulauerunt discipuli à R. Iose, Quomodo Dauid duas sorores simul viuentes duxerit in Vxores? Respondit eis: Michol post mortem Merob desponsata fuit. R. Iosuè Ben Korchà dicit: Sponsalia erronea fuerunt cum Merob. S. D. (2. Sam. 3. 14.) Da vxorem meam Michòl, quam despondi mihi in centum præputijs Philisthæorũ. *Qua doctrina id probatur? Dixit Ràu Pappà: Michòl vxorem meam, & non Meràb Vxorem meam. Et quid sunt sponsalia erronea? Quia scriptum est* (1. Sam. 17. 25.) Et erit, Virum qui percusserit eum, ditabit eum Rex di-

di promisisset se eam in vxorem daturum, intentio tamen Saulis non erat tradendi illam, sed vt hac spe allectus Dauid fortiùs pugnaret contra Philisthæos, & tandem occideretur in prælio. 1. Sam. 18. 17. *Non sit manus mea* (verba sunt Saulis) *in eum, sed sit super eum manus Philisthæorum*. Et quamuis peccauerat Saul non stando promissis, Dauid tamen non peccauit accipiendo Michol in vxorem, cùm priora sponsalia irrita fuerint ex defectu intentionis Saulis: vnde licitum fuit Hadrieli Molathitæ accipere Merob in vxorem, nec Dauid vnquam illam repetijt, sicut fecit de Michol. 2. Sam. 3. 14. *Redde vxorem meam Michol, quam despondi mihi centum præputijs Philisthijm*. Non igitur sponsalia per verba de præsenti contracta fuere inter Dauid & Merob; quod etiam clarè patet ex illo verbo אתן לך לאשה *dabo tibi in vxorem*, & non dixit: *do tibi in vxorem*. Igitur captiosè & malitiosè promisit Saul, & non bona fide, & ex animo, vt euentus rem postea probauit. Non sunt ergo quærendæ aliæ ambages, vt Dauid liberetur à sponsalibus huiusmodi.

XXXIII. Dicunt præterea, eduxisse Absalonem ex septem mansionibus Inferni, quando voce magna clamauit: *Fili mi Absalom, Absalom fili mi &c.* Legitur hoc in Talmude Codice סוטה *Sotà* cap. 1. pag. 10. b. quinque lineis ante finem. Illius verba, quæ etiam exscripta repeniuntur in *En Israel* Par. II. pag. 36. col. 3. num. 29. §. תנא sunt:

diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei &c. *Iuit, occidit illum* (nempè Goliath). *Dixit illi* (Saul) *pro mutuo sit tibi super me* מִלְוָה *Maluà sit*. *Despondens autem* בְּמִלְוָה *cum Maluà non est* מקדשת *Mekaddèsceth desponsata*. (hoc est, non possunt fieri sponsalia media pecunia mutuata.) *Abijt, dedit eam Adrieli, sicut scriptum est* (1. Sam. 18. 19.) Et fuit in tempore dandi Meràu filiam Saulis Dauidi, &c. *Dixit ei* (Saul) *Si vis, vt dem tibi Michàl, ito, adducito mihi centum præputia Philisthæorum*. *Abijt, attulit ei*. *Dixitque* (Saul ad Dauid) In mutuo, *& in* pecunia *sit tibi apud me*. *Saul putauit mutuum & pecuniam, sed intentio illius fuit ad* מִלְוָה Maluà *mutuum*. *At Dauid existimauit* מִלְוָה ופרוטה Maluà vphruttà mutuum & pecuniam, *sed intentio eius fuit ad pecuniam*. *Sin placet, aliter dicam; secundùm vtriusque intentionem, Maluà vphruttà: Intentio vtriusque fuit ad* פרוטה Peruttà pecuniam. *Sed Saul existimauit* (præputia illa) *nullius valoris fuisse* (neque pretio, aut pecunia æstimabilia, ideò inepta ad sponsalia contrahenda) *Dauid autem ea putauit posse vendi pro canibus & felibus alendis, ac proinde pecunia æstimabilia*. Ineptiæ sunt Talmudistarum. Satis constat ex Scriptura sponsalia nullo pacto per verba de præsenti contracta fuisse cum Merob, licèt enim Saul Daui-

Locus in terræ visceribus horridus, tenebrosus, ac pœnalis. Hunc negant plerique Hæreticorum cum Caluino & Beza: & cùm in Symbolo dicitur, Christum descendisse ad Inferos, nihil aliud intelligi volunt, quàm descendisse in sepulchrum, siuè sepultum esse; & vt huic hæresi pertinaciùs adhæreant, dicunt hanc vocem *Infernus*, & *Inferi* nunquam in Veteri Testamento reperiri: neque ex aliquo Hebraico vocabulo aptè verti posse Latinè *Infernus*. שאול *Sceòl* quippè, quod passim inuenitur, non *Infernus* est vertendum, sed *Sepulchrum*. Antequam hunc Hæreticorum errorem diluamus, primò statuendum est ex Sacris literis, & ex Rabbinorum doctrinis, quendam locum dari in mundo, quo damnatorum animæ cruciari debeant, hic גיהנם *Ghebinnàm*, vel גהינם *Gehennam* ex Scriptura vocatur, de quo in Veteri Testamento sub nomine גי הנם *Ghe hinnòm*, & in Nouo præcisè sub גיהנם *Ghiennàm Gehennæ* voce apud Euangelistas Matth. capp. 5. 10. 18. & 23. Marc. capp. 9. & 44. Lucæ 12. & Iacobi Epistola cap. 3. v. 6. mentio fit.

Porrò apud Rabbinos; & præsertim in Talmude גיהנם *Gehennæ* vocabulũ frequentiùs inuenitur, vt ex his quæ dicentur, clarè apparebit. Sed antequam vlterius progrediamur, huius vocis *Gehennæ* inquirenda est origo, & notio, quibus perceptis, ea, quæ de Inferno dicturi sumus, faciliùs & clariùs intelligentur. Dico igitur גיהנם *Gheinnàm*, siuè *Gehennæ* vocabu-

תנא דבי רבי ישמעלא באותה שעה נבקע שאול מתחתיו (שמואל ב׳ : יח״ : לג׳ :) וירגז המלך ויעל על עלית השער ויבך וכדה אמר בלכתו בני אבשלום בני אבשלום מי יתן מותי אני תחתיך אבשלום בני בני : (ושם בפרק יט״ : ד׳ :) והמלך לאט את פניו ויזעק המלך קול גדול בני אבשלום אבשלום בני בני : הני תמניא בני דאסקיה משבעה מדורי גיהנם :

Est traditio Scholæ R. Ismaëlis: Ea hora (qua Absalon suspensus interijt) *apertus est* שאול *Sceòl Infernus subtus illum* (in *En Israël* loco citato habetur ראה גיהנם שנבקעה מתחתיו *Vidit gehennã, quæ subter eum aperta est*). (2. Sam. 18. 33.) Et conturbatus est Rex, & ascendit super cœnaculum portæ; & fleuit, & sic dicebat in eundo ipsum: Fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absalom, quis dabit mori me, ego pro te, Absalom fili mi, fili mi. (& capite 19. 4.) Et Rex (Dauid) inuoluit faciem suam, & clamauit Rex voce magna: Fili mi Absalom, Absalom fili mi, fili mi. *Hic numerus* בני Fili li mi (indicat) *quòd ascendere fecit* (Absalonem) *ex septem mansionibus Gehennæ*. Diuidunt enim Talmudistæ Infernum in septem mansiones. Pro cuius rei notitia non incongruum erit aliquid in hoc loco referre, quid Iudæi sentiant de Inferno. Sit itaque

Dissertatio de Inferno secundùm Hebræos: & an ijdem admittant Purgatorium.

INferi, siue Infernus, secundùm quod docet Ecclesia, & explicat D. Thom. 2. dist. 6. ar. 3. ad 2. est

& erat locus immundus, in quo exurebant filios suos Idolo Mòlech Moloch. Fuit autem hic locus ita vocatus, quia pueri (qui Idolo sacrificabantur) *eiulabant, & clamabant*. Idem ad literam exscribit R. Dauid de Pomis in suo צמח דוד *Tzèmach Dauid*. In ea Valle nonnulla constructa erant Sacella, quæ vocabantur במות התופת *Bamòth Ha-Tòpheth Excelsa Tòpheth*, de quibus apud Ierem. 7. 31. In his Idolo Moloch filij cremebantur.

Si autem quæsieris, cuius figuræ erat huiusmodi Idolum; & quo ritu colebatur?

Resp. Ex sententia Rabbinorum, fuisse figuræ Vituli æneæ intrinsecus cauæ, vt habetur in ילקוט *Ialkùtt* Par. II. pag. 103. col. 3. edit. Liburn. cum Comment. in fol. n. 277. vbi ex *Medràsc* ילמדנו *Ielamdènu* describitur huius Idoli figura, & ritus colendi. Ad locum illum Ierem. 7. 31.

ובנו את במות התופת אשר בגיא בן הנם׃

Et ædificauerunt excelsa Sacella Tòphet, quæ sunt in Valle Ben Hinnòm. Hæc sunt verba Rabbinorum -

אמרו רבותינו ז״ל אף על פי שהיו כל בתי אלילים בירושלם המולך היה חוץ לירושלם במקום מופלג וכיצד היה עשוי היה צלם והיה לו שבע קנקלין (פי׳ חדרים) והוא לפנים מהם והיו פניו של עגל וידיו פשוטות כאדם שפותח ידיו לקבל מחבירו. והיו מסיקין אותו מבפנים שהיה חלול וכל אדם ואדם לפי קרבנו נכנס כיצד כל מי שהיה לו עוף היה נכנס לקנקל ראשון מקריב צאן לשני שה לשלישי עגל לרביעי פר לחמישי שור לששי ומי שהיה מקריב בנו היו מכניסין אותו לשביעי׃ והוא נושקו זעל זה נאמר זובחי אדם עגלים ישקון

bulum corruptum esse à Vulgo, ex voce גֵי הִנֹם *Ghe Hinnòm*, vel גֵי בֶן־הִנֹם *Ghè ben-Hinnòm*, vtraque reperitur in libro Iosue cap. 15. 8. & significat *Vallem Hinnòm*, vel *Vallem filij Hinnòm*. R. Dauid Kimchi ad Psal. 27. v. 13. *De Gehenna* loquens dicit, quòd *Gehenna* -

הוא מקום בארץ סמוך לירושלם והוא מקום נמאס ומשליכים שם הטמאות והנבלות והיה שם אש תמיד לשרוף הטמאות ועצמות לפיכך נקרא על דרך משל משפט הרשעים גהינם׃

Sit locus in terra prope Ierusalem contemptissimus, in quem proijciebant sordes, & cadauera; ibique perpetuò ignis erat ad comburendum sordes, & ossa. Quapropter (locus) *vbi crucientur impij, metaphoricè, seù parabolicè* גהינם *Gheinnàm Gehenna vocatur*. Elias Leuita Germanus non dissentit à *Radàk*, sed addit prætereà in suo תשבי *Tisbi* ad vocem גיהנם *Gheinnàm*, quòd huiusmodi *Vallis filij Hinnòm* sit idem ac *Gheinnàm*, prope Ierusalem; in ea verò consueuisse Iudæos immolare suos filios Idolo מולך *Mòlech* -

קראו רבותינו ז״ל מקום עונש הרשעים אחר מותם גיהנם לפי שגי בן הנם הסמוך לירושלם היה מקום מטונף ששם שרפו את בניהם למולך ונקרא כן לפי שהבן היה שם נוהם וצועק׃

Vocauerunt (inquit) *Rabbini nostri b. m. locum, vbi impij post mortem puniuntur, Gheinnàm Gehennam, ex eo quòd* גי בן הנם *Ghe ben Hinnòm Vallis Ben Innòm coniuncta erat Ierosolymis;*

והיו נותנין את הבן לפני המולך וחיה מסיק מכפנים עד שהיו ידיו נעשות כאור ונוטלין את התינוק ונותנים אותו לתוך ידיו והיו מביאים תופים ומקשים בהם בקול גבוה כדי שלא יהא קולו של נער יוצא ואביו שומע ומעיו חומים עליו ׃ ולמה נקרא שמו בן הנם שקולו של תינוק היה נוהם מכח האש ׃ דבר אחר שהיו העומדים נואמים ואומרים יהנה לך יערב לך יכסם לך לכך נקרא בן הנם ׃

Dixerunt Rabbini nostri bo. mem. Quamuis in Ierusalem omnes domus Idolorum extitissent, attamen (Idoli) *Mòlech fuit extra Ierusalem in loco separato. Et quomodo* (huiusmodi Idolum) *erat factum? Erat simulachrum* (æneum). *Huic septem Sacella* (extructa) *erant. In vno eorum erectum erat* (istud Idolum) *cuius facies erat facies Vituli. Manus eius expansæ erant, vt homo solet eas expandere, quando à socio suo vult aliquid recipere. Et accendebant illud interius, quoniam perforatum* (& concauum) *erat. Et quilibet homo secundùm sacrificium suum ingrediebatur. Et quomodo? Qui volebat Auem sacrificare, ingrediebatur in primum sacellum; Ouem, in secundum; Agnum, in tertium; Vitulum, in quartum; Iuuencum, in quintum; Bouem, in sextum. Qui verò volebat sacrificare filium suum, ingrediebatur sacellum septimum, & osculabatur* (Idolum) *& de eo dictum est* (Hose. 13. v. 2. Sacrificantes hominem vitulos osculantur. *Et ponebant filium coram Mòlech, & interius incendebant, quousque manus eius factæ fuissent velut ignis. Acceptoque Infantulo, in medio manuum* (Idoli) *ponebant. Et introducentes tympana, ea fortiter pulsa*-

bant, ne vox pueri egrederetur, neue à patre audiretur, & viscera eius commouerentur super eum. Et cur vocatur nomen eius בן הנם *Ben Hinnòm? quia vox pueri erat* נוהם *Nohèm rugiens præ fortitudine ignis. Alio modo: quia hi, qui stabant, clamabant, & dicebant:* יהנה לך *Iehenè lach Vtile sit tibi;* יערב לך *Iaarèu lach Dulce sit tibi.* יכסם לך *Ieuassèm lach Condimentum sit tibi. Idcircò vocatum est nomen eius* בן הנם *Ben Hinnòm.* Non longè aliter dicit R. Salomon ad cap. 7. ver. 31. Ieremiæ, cuius verba hic exscribam, vt appareat, R. Salomonem voluisse, paucis verbis, locum nuper allatum ex *Ialkùt* explicare. Ea sunt -

במות התופת ׃ הוא המולך שהיה של נחשת ומסיקין אותו מתחתיו וידיו פשוטות וניסקו׳ ונותנין את הילד על ידיו והוא נכוה ונוהם והכומרי׳ מקישין בתופים שלא ישמע האב קול הבן ויכמרו רחמיו ׃ תופת על שם התוף ׃ הנום על שם נהמת הבן ׃

Excelsa Tòpheth. Ipse est Mòlech qui erat æneus, & accendebant eum infernè. Eius manus erant expansæ & succensæ; & ponebant puerum super manus illius, qui adurebatur, & eiulabat. Sacrificuli verò, ne vox pueri audiretur à patre, & ne viscera eius ad commiserationem incalescerent, tympana pulsabant. Hinc תופת *Tòpheth dicitur à* תוף *Toph Tympano. Et* הנום *Hinnòm à* נהמת הבן *Nehemàth Habbèn Gemitu pueri.* Hactenus R. Sal.

Et quemadmodum Vallis illa גיא בן הנם *Ghe ben Innòm*, seù contractè, & Rabbinicè גהינם *Gheinnàm*, Gehennæ sumitur pro loco æterni, & infernalis supplicij; ita quoque & sacel-

cella in ea erecta במות התופת *Bamòth Ha-Tòpheth Excelsa Tòpheth*, pro eodem damnatorum Inferno sumuntur. Vnde non vnum nomen Talmudistæ attribuunt loco eterni exitij, sed multa, vt videre est in Cod. עירובין *Iruuìn* cap. 2. עושין פסין *Osìn pasìn* pag. 19. paulò longè ante finem, vbi sic legitur -

אמר ר׳ יהושע בן לוי שבעה שמות יש לגיהנם ואלו הן שאול ואבדון ובאר שחת ובור שאון וטיט היון וצלמות וארץ התחתית ׃ שאול דכתיב (יונה ב׳ ׃ ג׳ ׃) מבטן שאול שיועתי שמעת קולי׃ אבדון דכתיב (תלים פח״ יב״ ׃) היסופר בקבר חסדך ואמונתך באבדון׃ באר שחת דכתיב (שם יו׳ ׃ י׳ ׃) כי לא תעזוב נפשי לשאול ולא תתן חסידך לראות שחת ׃ ובור שאון וטיט היון דכתיב (שם מ׳ ׃ ג׳ ׃) ויעלני מבור שאון ומטיט היון ׃ וצלמות דכתיב (שם קז״ ׃ י׳) יושבי חושך וצלמות ׃ וארץ התחתית גמרא הוא ׃ ותו ליכא והאיכא גיהנם גיא שעמוקה כגיהנם שהכל יורד לה על עסקי חנם והאיכא תפתה דכתיב (ישעיה ל׳ ׃ לג׃) כי ערוך מאתמול תפתה תהוא שכל המתפתה ביצרו יפול שם ׃

Dixit R. Icosciùa Ben Leuì: Septem nominibus insignitur גיהנם *Gheinnàm Gehenna. Primò*, שאול *Sceòl Infernus*. 2. אבדון *Auadòn Perditio*. 3. באר שחת *Beer Sciàchath Puteus fouea*. 4. בור שאון *Bor Sciaòn Cisterna sonitus, seù desolata sine aqua*. 5. טיט היון *Tit haiiauèn Cœnum luti*. 6. צלמות *Tzalmàueth Vmbra mortis*. *Et* 7. ארץ התחתית *E'retz hatachtìth Terra infima*.

1. שאול *Sceòl Infernus sicut scriptum est* (Ion. 2. 3.) De ventre שאול *Sceòl* Inferni clamaui, & exaudisti vocem meam.

2. אבדון *Auadòn Perditio sicut scriptum est* (Ps. 88. 12.) Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam, & veritatem tuam באבדון *Beauadòn* In perditione?

3. באר שחת *Beèr Sciàchath Puteus interitus, corruptionis, sicut scriptum est* (Psal. 16. 10.) Quoniam non derelinques animam meam in Inferno, nec dabis sanctum tuum videre שחת *Sciàchath* corruptionem.

4. בור שאון *Bor Sciaòn Cisterna sonitus, desolata. S. S.* (Ibid. 40. 3.) Et ascendere fecit me de בור שאון *Bor Sciaòn Cisterna sonitus*.

5. טיט היון *Tit Haijauèn Cœnum luti. S. S.* (Ibid.) Et ascendere fecit me de Cisterna sonitus, מטיט היון *Metìt haijauèn* De cœno luti.

6. צלמות *Tzalmàueth Vmbra mortis. S. S.* (Ibid. 107. 10.) Habitantes obscuritatem וצלמות *Vetzalmàueth* & vmbra mortis.

7. ארץ התחתית *E'retz hattachtìth Terra infima. Ex Ghemara probatur, & quomodo? Vallis quædam reperitur, quæ profunda est* כגיהנם *tanquam Gehenna; quia omnes descendunt illuc. Et nonne est* תופת *Tòpheth. S. D.* (Isai. 30. 33) Quoniam parata est ab heri תפתה *Tòpheth* huiusmodi? *Quia quicumque seducitur à concupiscentia sua cadet illuc*. Hæc eadem exscribuntur in *En Israël* Par. I. pag. 81. col. 4. num 6.

Ex hac Rabbinorum doctrina, manifestè patet ex ipsorum ingenio septem mansiones dari infra Terram, seù Mansionem vnam גיהנם *Gehennam* nuncupatam in septem domicilia distinctam, vbi damnatorum animæ cruciantur, secundùm septem pœnarum gradus, in quos ipsi supplicia

ri, in infima parte Inferni, in Gehenna.

2. Samuel. 22. 6. חבלי שאול *Chaulè Sceòl Dolores Inferni circumdederunt me*, Quinam dolores esse possunt in Sepulchro? Nisi velint Hæretici ratum habere delirium Rabbinorum, quo docent, cadauera in Sepulchris vermium aculeos sentire, dum dentibus corroduntur, & animā eiulatum emittere. Vide in Codice שבת *Sciabbàth* cap. 23. שואל *Seioèl* pag. 152. prope finem, ibi inuenies -

ואמר ר׳ יצחק קשה רימה למת כמחט בבשר חחי שנ׳ (איוב י״ד) אך בשרו עליו יכאב ׃

Et dixit R. Isaac: Ita grauis est Vermis mortuo, sicut acus in carne Viuentis. S. D. (Iob 14. 22.) Verumtamen caro eius super eo dolebit. Et iterum -

אמר רב חסדא נפשו של אדם מתאבלת עליו כל שבעה שנאמ׳ (שם) ונפשו עליו תאבל ׃

Dixit Ràu Chasdà: Anima ipsius hominis dolet super eum tota hebdomada. S. D. (Ibid.) Et Anima eius super eo lugebit.] Vide in *En Israël* Par. I. pag. 88. col. 2. num. 106.

Iob 11. v. 8. loquens de immensitate Dei que incomprehensibilis est, ait. *Excelsior calo est, & quid facies?* עמוקה משאול *profundior* שאול *Sceòl Inferno, & vnde cognosces?* Parum profunda esset Dei immensitas, si in hoc loco compararetur cum Sepulchro. Hæc & alia Scripturæ loca euidenter ostendunt vocem שאול *Sceòl* non de *Sepulchro*, sed de *Inferno*, seù *Inferis* intelligi debere, vti intellexerunt, & ex-

distinguunt; quemadmodum & nos in quatuor distincta loca Inferos separamus, in Limbum SS. Patrum, Limbum puerorum, Purgatorium, & Infernum propriè dictum. Huiusmodi Mansiones Hebræi ipsi in terræ visceribus constituunt, vt facillimè probari potest ex nominibus ipsis attributis, quæ primariò loca infima intra terram constituta denotant, & per tropum damnatorum *Infernum* signant. Quòd autem Mansio שאול *Sceòl* tùm ex Sacris literis, tùm ex Rabbinorum doctrina pro *Inferno* sumi & interpretari debeat (quod negant Hæretici) demonstratur auctoritate iam ex Talmude allata, ex Ionæ cap. 2. 3. *De Ventre* שאול *Sceòl*, quem locum accipi pro *Inferno* manifestum est. Ergo ibi non stat pro *Sepulchro*, sed pro *Inferno*. Non desunt alia loca, quæ hanc veritatem clariùs ostendunt. Vt -

Gen. 37. 35. *Descendam ad filium meum lugens* שאלה *Sceòla in Infernum.* non in Sepulchrum, vt aliqui perperam interpretantur, quo caruisse eum, quem à feris deuoratum audierat, sed in *Infernum*, in Limbum Sanctorum Patrum.

Num. 16. 30. & 33. *Et descenderunt ipsi* (Kòrach, Dathan, & Auiràm) *& omnes qui erant cum eis Viuentes* שאלה *Sceòla in Infernum*, in Gehennam.

Deuter. 32. 22. *Quia ignis succensus est in furore meo; & ardebit vsque ad* שאול תחתית *Sceòl Tachtith Infernum inferiorem*. In Sepulchro enim ignis non est. Sed verè in Inferno inferio-

Inferno damnatorum etiam non raro vſurpari. Cùm enim *Sceòl* ex Rabbinis ſit locus abditus in terræ viſceribus, ſeù ſit ipſummet Centrum terræ, liquet Infernum, & Gehennam in ea parte terræ ſitam, vbi cruciantur damnati: nam omnis Gehenna ignis Infernus eſt, quamuis non è contra. Vnde explodenda eſt illa traditio domus Eliæ relata in Cod. תמיד *Tamìd* cap. 4. pag. 32. b. circa finem.

תנא דבי אליהו גיהנם למעלה מן הרקיע ויש אומרים לאחרי הרי חשך :

Qua docetur Gehennam eſſe ſupra firmamentum; vel vt alij dicunt, poſt montes tenebrarum.

Quæres, Quænam ſit pœna Gehennæ, qua damnati puniuntur ſecundùm Rabbinorum placitum?

Reſp. Pœnam, qua in Gehenna damnati puniuntur, etiam ſecundùm Rabbinos eſſe ignem, & gelu.

Probatur de Igne ex Cod. פסחים *Peſachim* cap. 4. pag. 54. circa med. vbi inter alias res, quas dicunt creatas fuiſſe veſpere Sabbathi, numerant *ignem Gehennæ*, אור דגיהנם בערב שבת licèt aliqui exiſtiment die ſecundo creatum. Quapropter quærunt.

מפני מה לא נאמר כי ט״ב בשני בשבת :

Cur in ſecundo die hebdomadæ Bereſcìth creationis non dictum eſt: Quòd bonum? Reſpondent.

שנברא בו אור של גהינם :

Quia in eo creatus fuit ignis Gehennæ. Gehennam autem ibidem dicunt creatam ante mundi conſtitutionem.

קידם

expoſuerunt Epiphanius, Hieronymus, & alij in lingua Hebraica peritiſſimi, quibus magis credendum, & fidendum, quàm nonnullis Magiſtellis, qui contendere volunt, ſemper, & vbique in Sacris literis vocem שאול *Sceòl* pro *Sepulchro* vſurpari. At ego contrarium aſſerere non vereor, nempè quotieſcumque vox שאול *Sceòl* in Scriptura reperitur, abſque vlla Sacræ Scripturæ vi, benè & planè per *Infernum* reddi poſſe; & qui inductionem per ſingula loca tentauerit, id verũ eſſe inueniet. Quamuis non negarim aliquot loca per *Sepulchrum* reddita non malè fuiſſe, vti nonnulli, non infimi nominis, Interpretum reddiderunt, reliqua per *Infernum* interpretati: nam Rabbini non raró pro שאול *Sceòl* abditiſſimum terræ locum valdè à cælo diſtantem intellexerunt; & ſæpè pro Gehenna ignis acceperunt, vt patet ex loco ſuprà allato ex Talmude, & ex *En Iſraël* Par. I. pag. 81. col. 4. num 6. Et ipſemet Aben Ezræ, qui locum Geneſ. 37. 35. à Vulgata per *Infernum* redditum, redarguit, alium conſimilem ex Iob 26. v. 6. ערום שאול *Aròm Sceòl Nudus Infernus* per *Infernum* explicat, dum dicit הוא מקום סתר *illum eſſe locum abditiſſimum*. Et R. Leui Ben Gerſon addit eſſe מרכז הארץ *Marchàz ha-àretz Centrum terræ*. Sepulchrum autem notum eſt vbi ſit, nec multum ſub terra abſconditur. Ex his manifeſtum eſt, quid reſpondendum ſit Caluino & Bezæ negantibus, ex Scriptura probari non poſſe dari *Infernũ*, cùm ex ipſa probatum ſit *Sceòl* pro

קודם שנברא העולם ׃

At in *Berefcith Rabbà* pag. 25. col. 1. editionis Amftelodam. cum Comment. in fol. reijciunt ad fecundum diem rerum creationis. Explicant enim illam vocem Gen. 2. v. 8. מקדם *Mikèdem à principio*, leguntque -

מקודם לג״ע נבראת גיהנם גיהנם בשני וג״ע בשלישי ׃

Mikòdem ante Hortum Voluptatis creata fuit Gehenna; Gehenna in fecundo; & Paradifus, feù Hortus Voluptatis in tertio die. Ergo fecundùm hanc fententiam, eodem die, quo creata eft Gehenna, creatus eft etiam ignis Gehennæ. Hoc ideò fortè dicunt Rabbinj, vt fciant peccatores, priùs parari locum, & pœnam peccatis debitam, quàm ipfa peccata perpetrentur. Carceres enim, & patibula parata cernuntur, vt homines facinorofi metu pœnæ à delictis perpetrandis deterreantur.

Idem probatur 2. ex eadem doctrina Talmudis Cod. ערובין *Iruuin* cap. 2. עוסין פסין *Ofsin pafsin* vbi tres portas conftituunt in Gehenna, ex quo clarè colligitur, ignem effe in Gehenna; vti ex verbis, quæ ibi leguntur, manifeftum eft. Ea funt -

אמר רבי ירמיה בר אלעזר שלשה פתחים יש לגיהנם אחד במדבר וא׳ בים וא׳ בירושלם ׃ במדבר דכתיב (במדבר י״ו׃ ל״ג) וירדו הם וכל אשר להם חיים שאולה ׃ בים דכתיב (יונה ב׳ ׃ ג׳ ׃) מבטן שאול שועתי שמעת קולי ׃ בירושלם דכתיב (ישעיה ל״א ׃ ט׳ ׃) נאם יהוה אשר אור לו בציון ותנור לו בירושלם ׃ ותנא דבי ר׳ ישמעאל - אשר

אשר אור לו בציון זו גיהנם ותנור לו בירושלם זו פתחה של גיהנם ׃

Dixit R. Ieremias Bar Eleazar: Tres porta funt in Gehenna, quarum Vna eft in deferto; altera in Mari; & tertia in Ierufalem. In deferto, ficut fcriptum eft (Num. 16. 33.) Et defcenderunt ipfi, & omnia quæ erant eis, viuentes in Infernum. *In Mari, S. S.* (Ion. 2. 3.) De ventre Inferni clamaui, exaudifti vocem meam. *In Ierufalem. S. S.* (Ifai. 31. 9.) Dixit Dominus: Cui eft ignis ei in Sion, & clibanus eft ei in Ierufalem. *Et traditio eft domus* (Scholæ) *R. Ifmaëlis; quòd ignis in Sion eft Gehenna, & clibanus in Ierufalem eft oftium Gehennæ.* Hanc veritatem de igne Infernali in dubium non reuocant Iudæi, fed vnanimi confenfu omnes admittunt, licet nonnullis erroribus inuolutam: vt cùm dicunt, ignem Inferni non effe corporeum, fed teneri à Deo mirabiliter inclufum in loco, vti Angeli in Cælo. Sic רמב״ן *Rambàn* feù R. Mofes Bar Nachmàn Gerundenfis in fuo libro תורת האדם *Toràth Ha-Adam*, Tract. הגמול *Ha-gamùl* relato in *En Ifraël* Par. I. c. עוסין פסין *Ofsin pafsin* pag. 82. col 2. paulò ante medium, ex fententia antiquorum Rabbinorum ait -

ר״ל אמרו שנבראו׃כראשון ככלל בריאת האור ברצון הקדוש ברוך הוא שגוד זה העולם השפל והשמים העליונים הזכיר וכל צבאם הגופיים והשכליים והוא ית״ שמו ברא המקום הנקרא גיהנם וברא אש דקה מן הרקה שאינה גוף ממש נתפס תוספת בדברים הדקים ומכלה אותם ושם כח האש הזו כאותו מקום הנזכר כאשר שם כחות השכלים הנבדלים

accenditur à Deo, qui naturam illam instituit. Hinc etiam ob eandem causam non lucet, sicut & in propria sphæra non lucet; imò nec in aliena materia ignis semper lucet, vt patet in matèria opaca terrestri, vt in sulphure, & in fumo denso, cuius claritas per eum obfuscatur. Et ob huiusmodi rationes tenebræ dicuntur esse in Inferno, vt habetur in *Veèlle scemòth Rabbà Parascià* 14. p. 129. ad illud Psal. 18. 12. *Ponet tenebras latibulum suum &c.* -

ר׳ נחמיה אמר מחשך של גיהנם שנא׳ (איוב י׳ כ״ב) ארץ עפתה כמו אופל צלמות ולא סדרים ותופע כמו אופל :

R. Nachmià dixit de tenebris Gehennæ. S. D. (Iob 10. 22.) Terram obscuritatis sicut caligo vmbræ mortis, & non ordines, & tenebrescet sicut caligo.

Et in *Vaijkrà Rabbà, Parascià* 27. pag. 196. col. 2.

כך אמר הקב״ה גיהנם חשך דכתיב (תלים ל״ה ו׳) יהי דרכם חשך וחלקלקות :

Sic dixit Deus sanctus benedictus: Gehenna est tenebrosa, S. S. (Ps. 35. 6.) Erit via illorum tenebræ, & lubricitates.

Consonat id cum Euangelio Matt. 8. 12. *Eijcientur in tenebras exteriores.* & 25. 30. *Eijcite in tenebras exteriores.* Dicuntur autem tenebræ exteriores, ad differentiam tenebrarum internarum, quæ *cæcitas mentis* vocantur, & carent lumine rationis, sunt enim *peccata*, quibus homo ducitur ad tenebras damnationis, ad Gehennam ignis sulphurei. In-

הנבדלים שהם מלאכים לכתותיהם בשמים :

Rabbini nostri b. m. dixerunt: Lucem fuisse creatam primo die creationis cum cæteris creaturis promiscuè Dei san. ben. Voluntate, qui decreuit hunc mundum inferiorem, & cælos superiores (creare) *illorumque ornatus tam corporei, quàm intellectualis recordatus est. Et ipse Deus sanctus bened. creauit quendam locum Vocatum Gehennam. Creauit quoque ignem tenuem ex re tenuissima, quæ non est propriè corpus, quod accipiat incrementum à rebus combustibilibus, & eas consumat. Et posuit Virtutem huius ignis in loco supra memorato, quemadmodum posuit turmas Intelligentiarum separatarum, qui sunt Angeli secundùm classes eorum in Cælis.*

Quamuis enim videatur differre ignis Infernalis à nostro igne, vel ab igne elementari, vt notat idem Auctor ibidem, quia agit in rem incorpoream, vti est anima rationalis, attamen vtrumque esse eiusdem speciei, & tam illum, quàm nostrum esse corporeum & materialem, dicendum est; vnum autem ab altero accidentaliter tantùm differre; Infernalis enim ignis quamuis non succendatur, secundùm quod dicit Iob 20. *Deuorabit eum ignis, qui non succenditur, nec lignis nutriatur, sed creatus semel duret inextinguibilis, & successione non indigeat. & ardore non careat*, inquit D. Gregor. lib. 15. moral. cap. 17. attamen verus ignis est, vt noster est. Non lignis indiget, quibus foueatur, quia vel est in propria materia, vel in aliena non per violentiam, sed per naturam à principio intrinseco, vnde

fert à nostro, origine, & calore: calor enim Gehennæ, non est calor ignis: ergo differt à nostro igne illud, à quo egreditur calor Gehennæ, & vocatur ignis Gehennæ. Origine; quia Rabbini in Talmude diuersum principium vtrique igni assignant. Ignem Gehennæ vtpote nobiliorem nostro, volunt creatum esse die secundo, seù vt alijs placet, vespere Sabbathi, vt suprà dictum est; at ignem nostrum & vulgarem excussum volunt à Deo ex confricatione duorum lapidum in exitu Sabbathi. Vide Cod. פסחים *Pesachim* cap. 4. pag. 54. longè ante finem, ibique inuenies -

דתניא ר׳ יוסי אומר שני דברים עלו במחשבה ליבראות בערב שבת ולא נבראו עד מוצאי שבת ובמוצאי שבת נתן הקב״ה דיעה באדם הראשון מעין דוגמה של מעלה והביא שני אבנים וטחן זו בזו ויצא מהן אור׃

Est Traditio. R. Iosè dicit: Duo venerunt (Deo) *in mentem creanda in vespere* (vigilia) *Sabbathi, & non creata sunt vsque ad exitum Sabbathi. Et in vespere exitus Sabbathi contulit Deus sanctus benedictus scientiam primo homini* (Adamo) *secundùm formam & exemplar superiorum. Et adduxit duos lapides, & confricauit, seù collisit inuicem, & exijt ex lapidibus illis ignis.* Sed istæ sunt Rabbinorum fabulæ, neque vllam prorsùs faciunt fidem, cùm sint contra ea, quæ de fide nos docet Scriptura. Creauerat Deus hominem ad imaginem & similitudinem suam, ergo omni sapientia & scientia ornatum: & de eo intelligendum est illud והנה טוב מאד *Et ecce*

Inter pœnas Inferni esse etiam gelu, probatur ex Paraphrasi *Ionathanis Ben Vzielis* in Iob 28. 5. qui de occultis naturæ mirabilibus ait -

ארץ ממנה יצא לחם ותחתיה נהפך כמו אש׃

Terra ex qua egredietur panis: & subter ea versus est vt ignis: Paraphrasis -

ארעא דמינה נפק מזונא ולרע מינה גהינם׃ דצינת תלגיה מתהפיך דיכמת אשתא׃

Terra, ex qua egreditur cibus, & infra quam est Gehenna, cuius niuis frigus conuertitur vt fiat sicut ignis. Si ignis Gehennę fit ex frigore niuis eiusdem Gehennæ, consequens est in Gehenna gelu reperiri. Et hoc est quod ait Christus Dominus in Euangelio Matth. 8. 12. & 25. 30. *Ibi erit fletus, & stridor dentium.* Et sicut fletus est oculorum, maximè fluens, si à densissimo fumo percutiantur; ita & stridor dentium oritur ex magno rigore frigoris. Hinc D. Hieronymus in Matth. 10. 28. & in Iob 24. 19. duas Gehennas ponit, *ignis, & frigoris. Vt ad nimium calorem transeat ab aquis niuium.* Iob loc. cit.

Ex hac Ionathanis Paraphrasi colligitur, Gehennam esse infra terram, hoc est in infima parte terræ circa centrum, sicut etiam ex Rabbinis iam probatum est.

Secundò, innuitur calorem Gehennę produci à frigore niuis Gehennæ, & esse veluti ignem. Hinc fortassis dixerunt Rabbini cum Mose Gerundensi, ignem Gehennæ non esse corporeum & materialem, quia dif-

diſſolutum ſit, dum Deus operatur in Sabbato, complens opera ſua in eo, & benedicens ipſi diei, quia in illo Vniuerſa impleuerit. Nihil tamen completum aut perfectum dicitur in exitu diei ſeptimi, ſeù Sabbathi, vti Talmudiſtæ aſtruunt. Imò R. Salomon hæc verba Geneſ. 1. 2. ויכל אלהים ביום השביעי : *Et compleuit Deus in die ſeptimo*, ex mente R. Simeonis hoc modo explicat: quam explanationem etiam Prima Parte huius Bibliothecæ ex alia occaſione retuli pag. 417. col. 2.

רבי שמעון אומר בשר ודם שאינו יודע עתיו ורגעיו צריך להוסיף מחול על הקדש הקב״ה שיודע עתיו ורגעיו נכנס בו כחוט השערה ונראה כאילו כלה בו ביום :

R. Simeon dicit: Caro & ſanguis (homo carnalis) *qui non cognoſcit tempora & momenta, neceſſum habet addere de profano ſuper ſanctum. At Deus ſanctus benedictus, quia cognoſcit tempora & momenta, ingreditur* (Sabbathum) *ad pili latitudinem adamuſſim, & apparet, ac ſi in Sabbatho aliquid compleret*, quamuis in eo nihil operatus ſit. Requieuit igitur in die ſeptimo, *Non quaſi operando laſſus, ſed ab Vniuerſo opere requieuit, quia nouam creaturam facere ceſſauit*, ait Beda. Nihil igitur creatum eſt in die ſeptimo.

Circa originem caloris ignis Gehennæ, vel etiam ipſius ignis, delirant Talmudiſtæ in Cod. חגיגה *Chaghighà* cap. 2. אין דורשין *En Doreſcìn* pag. 13. circa finem, dum dicunt illum à fluuio quodam igneo naſci, & incrementum acquirere à ſudore ani-

ecce bonum valdè, ſicut intelligitur in *Bereſcìth Rabbà Paraſcià* 10. pag. 11. col. 3. non longè à fine. Et tam longè abeſt, vt Adam in exitu Sabbathi ſcientia aliqua à Deo ornatus fuerit, quin potiùs omni gratiæ ſplendore exutus, ea hora è Paradiſo eiectus eſt, ſecundùm id quod dicitur in eodem *Bereſcìth Rabbà Paraſcià* 12. pag. 14. col. 3. longè ante finem -

אמר רבי יוסי אדם הראשון לא לן כבודו עמו מאי טעמיה (תלים מ״ט: י״ג:) ואדם ביקר בל ילין וגו׳ ורבנן אמרי במוצאי שבת ניטל זיוו ממנו וטרדו מגן עדן הדא היא ויגרש את האדם: וכתיב (איוב י״ד: כ׳) משנה פניו ותשלחהו:

Dixit R. Iosè: Non pernoctauit gloria primi hominis cum ipſo. Huius rei quænam eſt ratio? (Pſal. 49. v. 13.) Et homo in honore non pernoctauit, &c. *Et Rabbanàn dicunt; In exitu Sabbathi ablatus fuit ſplendor ipſius ab eo, & eiectus à Paradiſo. Hoc eſt, quod dicitur* (Gen. 3. 24.) Et eiecit Adamum. *Et ſcriptum eſt* (Iob 14. 20.) Mutauit vultum eius, & eiecit eum.

Quòd autem ignis ex colliſione duorum lapidum à Deo ſit productus in exitu Sabbathi, etiam fabuloſum eſt: nam Deus omnia creauerat, & fecerat ſex primis illis diebus, compleuitque die ſeptimo opus ſuum, quod fecerat, & requieuit in eo ab omni opere, quod patrarat. Gen. 2. ver. 2. Quòd ſi aliquid videtur perfectum à Deo die ſeptimo, vt innuit Hieronymus in quæſt. 6. Hebr. in hunc locum: *Arctabimus igitur Iudæos* (inquit) *qui de otio Sabbathi gloriantur, quòd iam tunc in principio Sabbathum*

אין בין גן עדן לגיהנם אלא כחוט השערה וסימן (תלים נ׳ , ג׳) וסביביו נשערה מאד :

Inter Paradiſum, & Infernum nihil mediat, niſi quaſi filum capilli, iuxta illud (Pſal. 50. 3.) Et circa illum tempeſtas valida.] Vide *R. Ioſeph Ben Karnitòl* in שערי צדק *Sciaarè tzèdek* pag. 4. col. 4. circa med.

Cabaliſtæ item in libro זהר *Zòhar Paraſcià Bereſcith* pag. 40. in tertia manſione terræ conſtituunt נהר דינור *Naàr dinòr Fluuium ignis*, & tranſcurrere faciunt על רישיהו דרשיעיא *ſuper capita impiorum*. Ignis igitur in Gehenna eſt, quo animæ impiorum cruciantur.

Dices, Si ignis Gehennæ eſt materialis ſeù corporalis; quomodo ergo in animam hominis, quæ ſpiritualis eſt, agere poteſt?

Reſp. Ignem Gehennæ, quamuis materialem, agere in Dæmones, & animas damnatorum, non ſecundùm ſe, ſed ſecundùm quod eſt inſtrumentum Diuinæ Iuſtitiæ vindicantis. Inſtrumentum enim non ſolùm agit in virtute propriæ naturæ, ſed etiam in virtute principalis agentis. Vnde nullum inconueniens eſt, vt ignis agat in vi ſpiritualis agentis in ſpiritum, vel Dæmonem. Igni enim corporeo, vti Dei inſtrumento ad vindictam, aliquid diuinitùs ſuperadditur, vt in ſpiritum agere poſſit. Cùm enim anima rationalis detineatur in corpore, & cum eo oblectetur, & patiatur; cur etiam poſt mortem ab igne corporeo detineri & torqueri non poterit? Vnde cum D. Auguſt. lib. 21. de Ciuit. Dei cap. 10. dicendum: *Quam-*

malium Currum Dei trahentium, & excurrere ſuper capita impiorum in Gehenna, ſic docent ex ſenſu R. Ieremiæ -

רבי ירמיה בר אבא אמר אלף אלפין ישמשוניה לנהר דנור שנאמר (דניאל ז׳ : י׳ :) נהר דינור נגיר ונפיק מן קדמוהי אלף אלפין ישמשוניה וריבו רבון קדמוהי יקומון מהיכן נפיק מזיעתן של חיות ולהיכן שפיך אמר רב זוטרא בר טוביה אמר רב על ראש רשעים בגיהנם שנאמר (ירמיה כ״ג : י״ט :) הנה סערת יהוה חמה יצאה וסער מתחולל על ראש רשעים יחול :

R. Ieremias Bar Auà dixit: Millia millium miniſtrabant ei (id eſt illorum, qui egrediebantur) *de fluuio Nùr ignis* · S. D. (Dan. 7. 10.) Fluuius Nur ignis trahens, & egrediens à facie eius: millia millium miniſtrabant ei, & myrias myriadum coram eo ſtabant. *Vnde egrediebatur? Ex ſudore animalium* (ſcilicet trahentium currum Dei). *Et Vbi effunditur? Dixit Ràu Zuttrà Bar Tobia: Dixit Ràu: Super capita impiorum in Gehenna. S. D.* (Ierem. 23. 19.) Ecce turbo Domini cum excandeſcentia egredietur, & turbo imminens ſuper caput impiorum manebit.

Et de origine huius fluuij ignei forſan intelligit Schola Eliæ, quando dicit, *Gehennam ſupra firmamentum eſſe*, Codice תמיד *Tamìd* capit. 4. ſupra citato: nam viſio animalium, ſicut & currus, *in firmamento* Ezechieli oſtenſa eſt, quam metaphoricè Rabbini ad ignem Gehennæ crediderim voluiſſe pertrahere, Gehennam in Cælo collocando. Locutione non diſſimili vtuntur, quando dicunt -

ritur foras. Sic quando apparuit Dominus Abrahamo Gen. 18. 1. *In ipso feruore diei*; ex R. Salomone.

הוצי הקב״ה חמה מנרתקה שלא להטריחו באורחים ולפי שראהו מצטער שלא היו אורחים באים הביא המלאכים עליו בדמות אנשים ,

Deus sanctus benedictus eduxit Solem de vagina sua, ne laboraret, seu solicitus & anxius esset circa hospites. Cùm autem vidisset illum mœrore affici, eò quòd non pertransissent viatores, sub specie hominum misit ad eum Angelos.

Sed in futuro sæculo, hoc est tempore Iudicij, Deus exeret illum totum è vagina sua, & flammis suis comburet impios, & iustis refrigerium afferet. Habentur ista in *Berescith Rabbà Parascià 6.* pag. 8. col. 3. circa medium, cuius verba sunt.

גלגל חמה יש לו נרתיק שנ׳ (תלים י״ט, ה׳) לשמש שם אהל בהם ; ובריכה של מים לפניו בשעה שהוא יוצא הקב״ה מתיש כחו במים שלא יצא וישרוף את העולם אבל לעתיד לבא הקב״ה מערטלו מנרתיקו ומלהט בו את הרשעים שנא׳ (מלאכי ד׳ : א׳) וליהט אותם היום הבא ; ר׳ ינאי ור״ש תרווייהון אמרין ; אין גיהנם אלא יום שהוא מלהט את הרשעים מה טעם (שם) הנה יום בא בוער כתנור וגו׳ : רבנן אמרי יש גיהנם שנ׳ (ישעיה ל״א: ט׳) נאם יהוה אשר אור לו בציון וגו׳ ; ר׳ יהודה בר אלעאי אומר לא יום ולא גיהנם אלא אש שהוא יוצא מגופן של רשעים ומלחטן מ״ט רכתיב (שם ל״ג ; י״א ;) תהרו חשש תלדו קש רוחכם אש תאכלכם ;

Sphæra Solis habet vaginam. S. D. (Psal. 19. 5.) Soli posuit tabernaculum in eis. *Et piscina aquarum est coram eo. Ea hora, qua exit Deus sanctus bened. debilitat virtutem suam in*

 aquis

Quamuis miris, tamen veris modis etiam spiritus incorporeos posse pœna corporalis ignis affligi.

Nullus quidem Catholicorum dubitauit de igne Infernali, eumque esse inextinguibilem, cùm nimis apertè de eo loquantur Scripturæ, præcipuè Noui Testamenti Matth. *Reus erit Gehennæ ignis*, cap. 5. 22. & cap. 13. 42. & 50. *Et mittent eos in caminum ignis*. cap. 18. 8. *Mitto in ignem æternum*. & 25. 41. *Discedite à me maledicti in ignem æternum*. &c. Marc. cap. 9. 42. — 46. 46. — 43. 45. 47. &c. Qui quidem nunquam extinguetur, Christo Domino testimonium perhibente apud Marcum cap. 9. 41. *Bonum est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in Gehennam, in ignem inextinguibilem, &c.* At Hebræi malè sentiunt de igne Inferni: dicunt enim aliquando extinctum iri, quamuis qui cruciantur in eo nunquam deficient.

גיהנם כלה והן אינן כלין שנאמר (תלים מ״ט ; ט״ו ;) וצורם לבלות ;

Gehenna deficiet, & ipsi (damnati) *non deficient. S. D.* (Psl. 49. 15.) Et figura eorum ad veterandum. Ita legitur in Cod. *Rosc hasciana* cap. 1. pag. 17. circa medium.

Deficiet ignis Gehennæ (inquiunt) in extremo Iudicio; sed tunc creabitur alius, seù educetur ab ardore Solis. Sol siquidem postquam creatus est (ex sententia Rabbinorum) reconditur à Deo in theca quadam, & pro Dei voluntate ad producendum maiorem, vel minorem æstum exeri-

R. Dauid Kimchi Malach. 4. v. 1. & habetur in Talmude Cod. ע״ז *Auodà Zarà* cap. 1. pag. 3. b. in fine.

אמר רבי שמעון בן לקיש אין גיהנם לעתיד לבא אלא הקב״ה מוציא חמה מנרתיקה ומקדיר רשעים נידונין בה וצדיקי׳ מתרפין בה רשעים נידונין בה דכתיב הנה היום בא בוער בתנור והיו כל זדים וכל עושה רשעה קש ולהט אותם היום הבא אמר יהוה צבאות אשר לא יעזוב להם שורש וענף וגומר לא שורש בעולם הזה ולא ענף לעולם הבא צדיקים מתרפים בה דכתיב (מלאכי ד׳ ב׳) וזרחה לכם יראי שמי שמש צדקה ומרפא בכנפיה וגו׳ .

Dixit R. Simeon Ben Lakisc: Non est Gehenna in futurum, nisi Deus sanctus benedictus educat Solem de vagina sua, & torrefaciat impios, qui damnati sunt in ea, & iusti medelam recipient ex ea. Impij damnantur in ea, quia scriptum est (Malach. 4. v. 1.) Ecce dies venit ardens vt clibanus, & erunt omnes alieni, & qui operantur iniquitatem, in paleas, & inflammabit eos dies venturus, dicit Dominus exercituum: quia non relinquet eis radicem & ramum, *non radicem in mundo isto, nec ramum in seculo venturo. Iusti sanitatem recipient in ea, S. S.* (Ibidem 2.) Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol iustitiæ, & sanitas in alis eius, &c.

Nullibi (credo) legitur in Scripturis Solem esse ignem crucianté damnatos: proinde locus Malachiæ supra citatus est de die Iudicij finalis, quia illam diem præcedet ignis conflagrationis ad purgationem elementorum, & sequetur naturam ignis Gehennæ ad punitionem reproborum. Hunc eundem errorem repetit R. Salo-

aquis, ne egrediatur & inflammet mundum. Verùm in futurum Deus sanctus benedictus denudabit illum à theca sua, & inflammabit in eo impios. S. D. (Malach. 4. 1.) Et inflammabit eos dies venturus. *R. Iannai, & R. Simeon Taruucon dicunt: Non est Gehenna, nisi dies, quo inflammabuntur impij. Quænam est ratio?* (Ibid.) Ecce dies veniens ardens tanquam clibanus, &c. *Rabbanan dicunt: Est* (semper) *Gehenna. S. D.* (Isai. 31. 9.) Dixit Dominus. Cui ignis ei (est) in Sion, & clibanus (est) ei in Ierusalem. *R. Iuda Bar Elai dicit: Non est dies, neque Gehenna, sed ignis* (est) *qui egreditur ex corporibus impiorum, & inflammat eos. Huius rei ratio est, quia scriptum est* (Ibid. 33. 11.) Concipietis stramen, parietis stipulam, spiritus vester ignis (erit) vorabit vos.

Quòd Sol in vagina sit inclusus, & quòd aquis frigefiat, ne Vniuersum incendat, nisi probè explicetur, fabula Rabbinica est manifesta. Posset quodammodo explicari, si pro vagina Solis linea ecliptica intelligatur, in qua tamquam in theca inclusus Sol ab ea declinare nunquam valeat. Aquarum verò piscina, quibus Solis ardor temperari dicatur, ipsius sit Zodiaci obliquitas, cuius causa totius anni, & temporum omnium vicissitudo oritur, dierumq; ac noctium inequalitas cognoscitur, quibus æstus, vel frigus intenditur, vel remittitur. Sed quòd tempore venturo, in die Iudicij, ardore Solis concrementur impij, dogma est merè Rabbinicum, quod sequitur R. Salomon, &

Additur & hic alius error, nempè quòd qui sunt in Gehenna, beneficio Legis ad vitam & salutem restituantur, eò quòd Rabbini immunes sint ab igne Gehennæ. Sed de his infrà. Vide eundem R. Salom. super Isai. 4. v. 6. *Per diem ab æstu*, qui eandem ineptiam de Theca Solis &c. ibidem repetit.

Quæres secundò. An secundùm Hebræos in Gehenna Infernali sit aliqua remissio pœnæ ad certum tempus? Quod idem est, ac si quæreretur: An Hebræi Purgatorium admittant?

Quo ad primum, Resp. Hebræos docere, die Sabbathi in honorem festi ignem Inferni extingui, & animas eo die à cruciatibus feriari. Ita in Cod. *Sanhedrin* cap. 7. ארבע מיתות pag. 65. b. paulò post med. vbi Turnus Rufus petierat à R. Akibbà, vnde probari poterat dignitas diei Sabbathi super reliquos dies? Respondit, inde probari à sepulchro patris sui, è quo die Sabbathi non erumpebat fumus; in signum extincti ignis Gehennæ, vbi anima patris cruciabatur. En verba R. Akibbæ.

קברו של אביו יוכיח שאין מעלה עשן בשבת.

Argumentum est (diei Sabbathi dignitatis) *quòd non ascendat fumus è sepulchro patris sui die Sabbathi*. Glossa Rascì.

קברו של אביו דטורנוס רופוס כל ימות השנה היה מעלה עשן שהיה נדון ונשרף ובשבת פושעי גיהנם שובתין.

De sepulchro patris sui Turni Rufi om-

faſciculo viuentium; Impiorum, animas protinus deduci in Infernum, & ibi tanquam in vola fundæ rotari, hoc eſt diuerſis tormentorum generibus cruciari: Ij verò, qui tertio loco ponuntur, vti ſunt Sancti Patres, qui ante aduentum Domini deceſſerant, tradebantur in manu רומה *Dumà Silentij*, ſcilicet in *Limbo*, in quo ſiluerunt ſine vlla pœna ſenſus, quouſque à Chriſto Domino liberati ſunt: & de his intelligi debent verba Samuelis, quando dixit: *Hi requiem habent*. Alij verò, qui requiem non habent; intelligendi ſunt ij, qui cum reatu peccati remiſſi, vel cum leuioribus culpis decedunt; hi enim quietem non habent, quouſque purgati & mundati ſint ab omnibus inquinamentis maculæ & culpæ; & de quibus Eccleſia orat, vt Requiem æternam donet eis Dominus, ſi tamen Chriſti fideles fuerunt, & in communione Eccleſiæ Catholicæ diem ſuum obierunt. Quod autem Iuſti in futurum fient puluis, vt dicit Ràu Mari, ſi ad bonum ſenſum deducatur, nempè, quòd in fine mundi omnes, qui tunc in viuis erunt, etiam Iuſti morientur, reſurrecturi poſtea cum cæteris mortuis, non eſt error: & auctoritas Eccleſ. 12. 7. habet locum, cùm dicitur: *Et reuertetur puluis in terram quemadmodum fuit*. Hoc innuit R. Achai quando dixit -

תהוא שעה אחת קודם תחיית המתים ׃

Hoc futurum erit hora vna ante reſurrectionem mortuorum; vt verè dici poſſet, quòd Chriſtus Dominus iudicaturus ſit viuos & mortuos. Illud verò

animo ſuo oſſa eius putreſcunt, [R. Salom. *atque ita reuertuntur in puluerem ſuum*.] *qui non laborat inuidia in corde ſuo, oſſa ſua non putreſcunt*. *Palpauit eum* (R. Nachmàn) *vidit quòd in illo eſſet ſoliditas*. *Dixit ei*: *Surgat Dominus meus, & vadat domum ſuam*. *Dixit ei* (Ràu Achài) *Perdidiſti ſcientiam tuam, qui nec etiam Prophetas legeris: quia ſcriptum eſt* (Ezech. 36. 13.) Et ſcietis, quia ego Dominus cùm aperuero ſepulchra veſtra. [R. Salom. בפתחי *In aperiendo me*.

בחעלתי עד שיעלנו הקב״ה מקברותינו אין לנו רשות לעלות ׃

Cùm aſcendere faciam ego: *Quouſque aſcendere faciat nos Deus ſanctus benedictus de ſepulchris noſtris, nos non habemus facultatem aſcendere faciendi* (hoc eſt educendi cadauera de ſepulchris.] *Dixit ei* (R. Nachmàn) *Et nonne ſcriptum eſt* (Gen. 3. 19.) Quoniam puluis tu, & in puluerem reuerteris? *Dixit ei* (R. Achai) *Hoc vtique erit hora vna ante reſurrectionem mortuorum*. *Dixit ei quidam Hæreticus ipſi R. Auhù*: *Dicitis animam Iuſtorum aſſeruatam eſſe ſub Throno gloriæ; Et quomodo Pythoniſſa per Necromantiam aſcendere fecit Samuelem?* *Reſpondit ei*. *Ibi* (accidit) *infra duodecim menſes*. *Tunc corpus ſtat, & anima aſcendit & deſcendit, poſt duodecim menſes corpus deſinit, & anima aſcendit & reuertitur, nec amplius deſcendit*. Hæc ex Talmude.

In quibus noto, Animas Iuſtorum ſtatim poſt mortem collocari cum cæteris electis in Paradiſo, colligari in

mel tantùm. Fabulæ iſtæ ſunt, & quia non probantur ex Scriptura, imò potiùs opponuntur, non opus eſt confutare, ſed deridere, vt dignæ ſunt. Equidem ſani iudicij non eſt dicere, animam, relicto corpore redire, vel per momentum ad locum vbi corpus reliquit. Nonne apertiſſimè dixit Salomon Eccleſ. 12. ver. 7.

והרוח תשוב אל האלחים אשר נתנה ׃

Et ſpiritus reuertetur ad Deum, qui dedit illum? Non dicit *ad cadauer*, ſed *ad Deum*. Vnde in Suppl. ad D. Thom. q. 69. art. 2. optimè docetur, animam poſt exitum à corpore, niſi aliquid impediat, ſtatim in Paradiſum, vel ad Inferos deferri: quæ ſententia Catholicorum eſt, & contrarium aſſerere, cenſetur Hæreticum, vt ibidem dicitur. Aliæ verò Hebræorum doctrinæ, quæ innuere volunt Purgatorium quocumque modo dari immediatè poſt mortem, & ante diem iudicij vniuerſalis, non repugnant doctrinæ Catholicæ, quæ docet animam poſt mortem immediatè iudicari ad vitam, vel ad mortem æternam; & illicò ad vitam æternam ferri iuſtorum animas, niſi minoris culpæ obicem ponant. Quod idem dicendum eſt de ijs, qui ſub ipſum diem Iudicij vniuerſalis morientur, de quibus idem iudicium ſeruandum erit. Vt & æquales cæteris mortalibus, & quoad mortem, & quoad iudicium particulare ſint, quemadmodum erunt æquales in reſurrectione. Poſt reſurrectionem autem omnes eodem iudicio vniuerſali iudicabuntur.

rò quòd dicitur, animas defunctorum per 12. Menſium ſpatium aſcendere & deſcendere, & poſtquam corpus deſierit, & in puluerem abierit, animas non amplius deſcendere, eſt error quorumdam Iudæorum, qui id docent in Machazore Bononienſi in folio cum Commentar. Par. II. pag. 82. quamuis numero arithmetico non notato, in Comment. longè ante finem. Gloſſatoris verba ſunt.

כאמרם ז״ל כל שבעת הנשמה הולכת מן הבית אל הקבר ומן הקבר אל הבית וגם. אמרו כל י״ב חדש הנשמה עולה ויורדת ודורשת אל הגוף שנפטר ממנו לראות אם תוכל להשיג לשוב בתוכו ויוכל. להיות שבכל שלשים יום שתוך השנה הראשונה ובסוף השנה תתמיד הנשמ׳ ללכת ולשחר את בגוף יותר מבשאר הימים שבסוף שבעת ימי האבל עד סוף השנה ושעל זה סמכו הספרדים לומר ההשכבה כל השנה הראשונה פעם אחת בכל חדש ובסוף השנה פעם אחת ׃

Sicut dicunt Doctores noſtri b. mem. Anima vbi migrauit è corpore (per ſingulos ſeptem dies) *vadit à domo ad ſepulchrum, & à ſepulchro ad domum. Atque etiam dixerunt: Totis duodecim menſibus anima aſcendit, & deſcendit, & inquirit corpus, à quo ſeparata eſt, vt videat, vtrùm poſſit obtinere ingrediendi facultatem in corpus. Et fieri poterit, quòd in omnibus triginta diebus, quæ ſunt intra annum primum, & in fine anni anima proſequatur hoc iter, vt magis inuiſat corpus magis quàm in reliquis diebus qui ſunt in fine ſeptem dierum luctus vſque ad finem anni. Et in hoc nixi ſunt Hiſpani vt dicerent orationem* ההשכבה *in toto anno. Primò ſemel quolibet menſe, & in fine anni ſe-*

Huiusmodi duplex Iudicium particulare, & vniuersale, etiam ipsi Rabbini cognouerunt cum R. Salomone in Cod. *Rosc hasciana* cap. 1. pag. 16. b. circa finem, vbi sic ait

ליום הדין כשיחיו המתים כדמוכח קרא ואף
על פי שכבר נדונו לאחר מיתתם לגן עדן או
לגיהנם מפני הנפש עדיין יהיה דין אחר אם יזכו
לחיי העולם הבא שהוא קיים לעולם הבא ׃

In die Iudicij, quando suscitabuntur mortui, secundùm quod probatur à Scriptura. Et quamuis iam iudicati sint post illorum mortem ad Paradisum, vel ad Gehennam ratione animæ; nihilominus erit aliud Iudicium si digni fuerint vita æterna futura; quod statuetur in seculo futuro. Ergo duplex Iudicium statuendum est; vnum particulare tempore mortis vniuscuiusque, quo hominis anima æternæ vitæ donatur, si lethalis peccati expers sit; sin minus, æternæ damnationi adiudicatur. Aliud vniuersale futurum in fine mundi, tempore resurrectionis, quo animæ Iustorum simul cum corpore æterna gloria perfruentur, & impiorum æternis pœnis pariter cum corpore afficientur. Æquum enim est, vt quod simul cum anima particeps fuit in tribulationibus, æternorum etiam præmiorum secundùm suam capacitatem particeps fiat; & quod in iniquitatibus comes extiterat, cum eadem anima æternis supplicijs puniatur. Vnde & Rabbini ex hoc capite etiam intendunt probare resurrectionem mortuorum, & pœnam corpori, & animæ debitam, exemplo ac parabola rem illustrant. In *Ghe-*

marà Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chelek* pag. 91. propè finem, vbi sic legitur.

א״ל אנטונינוס לרבי גוף ונשמה יכולין לפטור
עצמן מן הדין כיצד גוף אומר נשמה חטאת שמיום
שפירשה ממני הריני מוטל באבן בקבר ונשמה
אומרת גוף חטא שמיום שפירשתי ממנו הריני פורח
באויר כציפור א״ל אמשול לך משל למה הדבר
דומה למלך בשר ודם שהיה לו פרדס נאה והיה בו
בכורות נאות והושיב בו שני שומרין אחד חיגר
ואחד סומא אמר לו חיגר לסומא בכורות נאות
אני רואה בפרדס בא והרכיבני ונביאם לאכלם רכב
חיגר על גבי סומא והביאום ואכלום לימים בא בעל
פרדס אמר להן בכורות נאות להיכן הן אמר לו
חיגר כלום יש לי רגלים להלך בהן אמר לו סומא
כלום יש לי עינים לראות מה עשה הרכיב חיגר על
גבי סומא ודן אותם כאחד אף הקב״ה מביא נשמה
וזורקה בגוף ודן אותן כאחד שנ׳ (תלים נ׳ ׃ ד׳) יקרא
אל השמים מעל ואל הארץ לדין עמו יקרא אל השמים
מעל זו נשמה ואל הארץ לדין עמו זה הגוף ׃

Dixit Antoninus ipsi Rabbi (Hakkadòsc): *Corpus & Anima numquid possunt liberare seipsos à Iudicio? Et quomodo? Corpus dicit; Anima peccauit, quia à die, quo separata fuit* (anima) *à me, ego proiectum fui tanquam lapis in sepulchrum. Et anima dicit; Corpus peccauit, quia à die, quo discessi ab eo, ecce ego tamquam auis per aërem volito. Dixit ei* (R. Hakkadòsc.) *Exemplum proponam tibi, cui res similis sit; Regi cuidam, qui habebat perpulchrum viridarium, & in eo erant primitiæ speciosæ, & præfecit ei duos Custodes, vnum claudum, alterum cæcum. Dixit claudus cæco; Video ego primitias speciosas in horto, veni & sustolle me* (super scapulas) *& accipiam ex*

siuè receptaculum destinatum pro animabus purgandis, non longè ab Inferno damnatorum constituunt, imò inter se omnes ex æquo conueniunt, illi esse vicinum, & eodem ignis genere purgari animas à maculis culpę, & damnatorum æternis cruciatibus puniri.

Hebræi item non tam necessarium existimant pro purgandis animabus Gehennæ locum assignare, quin & alibi aliquando purgentur animæ, in illis videlicet locis à Deo ad id destinatis, siuè igne, siuè alijs miris & diuersis modis, à quibus per hominum suffragia & orationes liberari credunt. De his vnum, aut alterum exemplum afferam, quibus & Purgatorij Hebræorum pœnas, & quomodo ab illis animæ liberentur, videbimus. Legitur in ר׳ תנחומה *R. Tanchumà, Parascià* תולדות נח *Toledòth Nòach*, vt refertur ab Auctore מנורת המאור *Menoràth hammaòr*, Tract. 1 נר א׳ *Ner Riscion Lucerna prima*, חלק שני Par. II. c. 1. pag. 16. col. 4. circa fin. edit. Venetę Bragad. an. 1623. in fol.

מעשה ברבי עקיבא שהיה מהלך בבית הקברות ופגע בפחם אחד שהיה טוען עצים על כתפיו והיה מרהיט כסוס גזר עליו רבי עקיבא והעמידו אמר ליה בני למה לך בעבודה קשה כזאת אם עבד אתה ואדוניך נותן עליך עול אני אפדך ממנו ואוציאך לחירות ואם אתה עני אני אעשירך אמר ליה הניחני אדוני שאיני יכול לעמוד אמר ליה מבני אדם אתה או מן המזיקין אתה אמר ליה מת אותו האיש ובכל יום ויום מוסרין אותו לחטוב עצים ונותנין אותו באש אמר ליה מה היתה מלאכתך בחייך אמר ליה גבאי המס הייתי והייתי נושא פנים לעשירים והורג את העניים ולא עוד

אלא

ex eis, & comedemus. Sustulit eum, accepit, & comederunt. Venit postea Dominus horti, dixitque eis: Vbi sunt primitiæ illæ speciosæ? Infit claudus: Nunquid sunt mihi pedes, vt possim ire? Et cæcus: Numquid sunt mihi oculi, vt videre queam? Quid fecit (Dominus horti?) *Ascendere fecit claudum super cæcum, & iudicauit eos tamquam vnum. Sic faciet Deus sanctus benedictus: adducet animam, & infundet in corpus, & simul iudicabit. S. D.* (Psl. 50. 4.) Aduocabit cælos desursum, & terram ad iudicandum populum suum. *Aduocabit* cælos *desuper, ista est anima:* & terram *ad iudicandum populum suum, istud est corpus.* Hactenus Talmud ad ostendendum iudicium animæ simul cum corpore in die resurrectionis, vel ad vitam, vel ad mortem æternam.

In particulari verò Iudicio, si animæ Iustorum in mediocri statu (vt loquuntur Rabbini) repertæ fuerint, hoc est, si cum reatu peccati mortalis remissi, vt nos docemus, vel cum leuioribus culpis decesserint, eas in Gehennam ignis descendere; inde postea ascenturas; nihil aliud est, quàm animas in ignem purgatorium descendere, ibi peccatorum maculis ablui, ablutas in Paradisum ascendere. Quæ Iudæorum doctrina, de pœnis Purgatorij, non multum dissonare videtur à doctrina Catholicorũ. Circa quam hoc annotandũ; *Gehennam ignis* à Purgatorij loco non distingui, vt insinuetur ignem vtriusque esse eiusdem naturæ & speciei. Nostri etiam, proprium locum Inferorum

rari amplius. *Tum* (R. Akibà) *Es nè tu homo, infit, an vnus ex Spiritibus noxijs? Respondit ille: Homo mortuus sum, & singulis diebus verberor, & ad excidenda ligna condemnor, & in ignem immittor.* *Tum* (R. Akibà) *Quæ fuit ars tua, dum viueres? Et ille: Exactor vectigalium eram, & diuitibus quidem gratificabar, & pauperes enecabam. Neque hoc solum, sed & puellam desponsatam in die Ha-kippurim Expiationum compressi. Dixit ei* (R. Akibà) *Audistine fili mi ab illis, qui super te præpositi erant, quòd tibi sit restauratio & remedium. Respondit: Ne quæso remoreris me, ne irascantur contra me flagellationibus deputati. De quodam autem viro non est remedium. Nec audiui quicquam de redemptione. Attamen audiui, quòd dixerunt mihi: Si tu haberes filium, qui staret in Synagoga, & diceret:* Benedicite Domino, & sit benedictus, *soluerent te à cruciatibus. Iste autem vir filium non habet, sed dimisit vxorem suam prægnantem, neque scit, an marem, vel fœminam pepererit. & si marem peperit, quis docebit eum legem? Dixitque ei* (R. Akibà) *Quodnam est nomen tuum? Respondit mortuus, Akibà. Et nomen vxoris tuæ? Sosmira. Et nomen Ciuitatis tuæ? Aeldukà. Eadem hora doluit sortem eius R. Akibà, & abijt de Ciuitate in Ciuitatem, donec peruenit ad Ciuitatem Aeldukà: de mortuo Akibà inquirit, & de domo eius. Responderunt ei: Conterantur vtinam ossa illius in Gehenna. Interrogauit de vxore sua: Responsum accepit: Deleatur nomen eius, & memoria eius de mundo. Interrogauit de filio*

אלא שבעלתי נערת מאורסת ביום הכפורים אמר ליה בני שמעת מאותם הממונים עליך שיש לך תקנה אמר לא תעכבני שמא ירגזו עלי בעלי הפורענות: ולאותו האיש אין לו תקנה ולא שמעתי כלום פריון אלא שמעתי שהיו אומרים לי אלו היה לך בן שהיה עומד בציבור והיה אומר בצבור ברכו את יהוה המבורך היו מתירין אותו מן הפורענות ולאותו האיש אין לו בן אלא שהניח אשתו מעוברת ואין יודע אם ילדה זכר או נקבה: ואם זכר ילדה מי למדנו תורה אמר ליה מה שמך אמר ליה עקיבה ושם אשתך שושמירה ושם עירך אלרוקא: באותה שעה נצטער עליו רבי עקיבה והיה הולך מעיר לעיר עד שהגיע לעירו ושאל היכן הוא וביתו: אמרו ישחקו עצמותיו בגיהנם שאל על אשתו אמרו ימחה שמה וזכרה מן העולם שאל על בנו אמרו הרי הוא ערל ואפי׳ במצות מילה לא עסקו מיד תפשו רבי עקיבה לבנו והושיבו לפניו ללמדו תורה ולא היה לומר עד שישב עליו בתענית ארבעים יום יצתה בת קול ואמרה על זה מתענה אמר הן וקרא באלף בית עד שהוליכו לביתו ולמדו ברכת המזון וק״ש ותפלה והעמידו והתפלל ואמר ברכו את יהוה המבורך לעולם ועד באותה שעה התירוהו מן הפורענות. ובא אותו האיש בחלום ואמר לרבי עקיבה תנוח דעתך בג״ע שהצלתני מדינה של גיהנם מיד פתח ר׳ עקיבה ואמר יהוה שמך לעולם יהוה זכרך לדור ודור:

Historia de R. Akibà, qui ambulabat per Cæmeterium, & incidit in Carbonarium quendam lignis onustum super scapulis, & currentem veluti equum. Sententiam protulit R. Akibà (arte Cabalistica) *& stare fecit illum. Dixitque ei: Fili mi, quid sibi vult quòd premeris sub hac dura seruitute? Si seruus es, & Dominus tuus imposuit tibi huiusmodi iugum, ego redimam te, & asseram te in libertatem; & si pauper es, ego ditabo te. Dixit ei: Dimitte me Domine mi, non enim possum mo-*

rum patris, & liberatione illius animę à Purgatorij pœnis. Quæ oratio vocatur תפלת חיתום *Thephillàth haijathòm Oratio orphani*. Vide in *Machazòr*, vel in סדר תפלות מכל השנה *Diurnalibus precibus*, in קדיש *Kaddisc* Sabbathi.

Aliud exemplum ex Talmude, ex quo clarè cognoſcetur, non vnius, aut alterius, ſed Iudæorum omnium eſſe ſententiam, animas exiſtentes in Purgatorio orationibus adiuuari, eaſque ab ignis cruciatibus liberari. Legitur in Codice חגיגה *Chaghighà*, cap. 2. אין דורשין pag. 15. b. longè poſt princip. de quodam famoſo Rabbino nomine *R. Eliſcià Eliſæo Ben* אבויה *Auuiàh*, qui cum nonnullis alijs Rabbinis adhuc viuens, in Paradiſum introductus fuiſſet (vt ibidem dicunt pag. 14. b. circa finem) & in eo neſcio quid vidiſſet, menti ſuæ non benè congruens. קצץ בנטיעות *amputauit de plantationibus* Paradiſi. (Gloſſa in *En Iſraël* Par. I. pag. 169. col. 4. circa med.

כי אחר חשב שיש שתי רשויות ׃

Quia Achèr putauit duas eſſe poteſtates, ſeù principia rerum creatarum.) Inde egreſſus, & in hæreſim prolapſus, abiecit Iudaiſmum, & mutato nomine vocari voluit אלישע אחר *Eliſciaà Achèr Eliſæus alter*. Hic fuerat cuiuſdam inſignis Rabbini nomine Meir, Magiſter, quem & aliquando etiam poſt Apoſtaſiam, de aliquibus dubijs Legis Moſaicæ erudiebat; & R. Meir viciſſim Magiſtrum hortabatur, vt ad meliorem frugem per pœnitentiam rediret. Annuit tandem Achèr, ſed in extrema vitæ ſuæ periodo

lio illius. Reſponderunt: En ille præputiatus eſt. Nec etiam præceptum circumciſionis curarunt obſeruare. Statim accepit illum R. Akibà, & habuit penes ſe, vt inſtrueret eum, & edoceret Legem, nec addiſcebat, donec fleuit in Ieiunio quadraginta diebus. Exijt Bath kòl filia Vocis Oraculum, & dixit: Pro hoc tu ieiunas? Reſpondit, Vtique, & legit Alphabetum donec illum in domum ſuam perduxit, & docuit eum benedictionem menſæ, & orationem quotidianam Kiriàth ſcemaà Audi Iſraël &c. *& alias preces. Et ſtatuit eũ* (in Synagoga) *orauit, & dixit:* Benedicite Domino, & ſit benedictus in ſeculum ſeculi. *Illamet hora ſoluerunt eum à pœnis Purgatorij, & apparuit ei in ſomnis, dixitque ipſi R. Akibà: Requieſcet mens tua in Horto Eden Voluptatis, quia liberaſti me de loco Gehennæ. Statim R. Akibà incæpit & dixit: Domine, nomen tuum in æternum, Domine memoria tua in generatione & generationum.* Hactenus ex *Menoràth hammaòr*. Vnde colligere licet, Hebræos etiam extra Gehennam ignis, admittere Purgatorium: nam hic mortuus condemnatus erat ad ligna ſcindenda. Collige etiam, eos pro defunctis exorare, vt à peccatis ſoluantur; quia dicunt, Præfectos animabus docuiſſe orationem recitandam in Synagoga pro parentibus exiſtentibus in Purgatorio, vt à pœnis illius liberarentur. Hæc conſuetudo etiam hodie viget inter Hebræos cuiuſcumque Nationis, vt infra annum demortui parentis filius eandem orationem recitet pro expiatione delicto-

chro suo (in signum iudicij promulgati in Achèr). *Et cùm quieuisset anima R. Meir, ascendit fumus de sepulchro Achèr. Dixit R. Iochannàn: Egregium sanè facinus* (igni) *tradere Magistrum suum! Vnus fuit inter nos* (Rabbinus improbus) *& non inuenimus viam, quâ possemus pro eo orare; si collegerimus eum in manu, quis eriperet eum de manu? Qui dixit: Quando moriar, extinguam ego fumum è sepulchro eius* (in signum liberationis Achèr.) *Incepit super eum eiulatum, etiam ostiarius non stetit ante te* [R. Salom. *Etiam ostiarius Gehennæ non potuit stare contra te, quando eduxisti Elisciâ Achèr de Gehenna.*] *Magister noster.* Dogmata sunt Hebræorum, nec vlla tergiuersatione neganda, Hebræos Purgatorium per ignem admittere, orationes pro Defunctis commendare, & his mediantibus, eos per flammas purgatos quietem & refrigerium obtinere. Sed errant, quando iactant, hos Rabbinos posse etiam post mortem ab Inferis animas liberare. Quod priuilegium solius Christi est, qui ad Inferos descendens, animas Sanctorum Patrum inde liberauit.

Quæres tertiò, An detur aliqua Gehennæ mansio, in qua ignis non sit, nec alia pœna sensus: & an in ea aliquando animæ detentæ fuerint, vel modò detineantur? Quod idem est, ac si quæreretur: An secundùm Hebræos, detur Limbus SS. Patrum, & Puerorum?

Resp. Affirmatiuè: nam Gehenna ab eis diuiditur in septem mansiones,

do', & expirauit. Hinc R. Meir, vt de illius salute aliquid posteris constaret, promisit, postquam & ipse diem suum obijsset, ex sepulchro R. Achèr fumum, emittendum esse in signum Purgatorij pœnarum, quod & factum est. Rabbi verò Iochannàn alter insignis tunc temporis Rabbinus promisit & ipse, post mortem suam ex sepulchro Achèr se fumum ablaturum, vt liberationis ipsius à pœnis Purgatorij signum esset. Hæc verba ex Codice *Chaghighà* citato pag. 15. b. habentur, & referuntur in *En Israël* Par. I. pag. 170. col. 2. longè ante finem, quæ sunt

כי נח נפשיה דאחר אמרי לא מידן לידייניה ולא לעלמא דאתי ליתי לא מידן לדייניה משום דעסק באוריתא ולא לעלמא דאתי ליתי משום דחטא אמר רבי מאיר מוטב דלדייניה וליתו לעלמא דאתי מתי אמות ואעלה עשן מקברו כי נח נפשיה דרבי מאיר סליק קוטרא מקבריה דאחר אמר רבי יוחנן גבורתא למיקלא רביה חד הוה ביננא ולא מצינן לאצוליה אי נקטיה ביד מאן מרמי לי מאן אמר מתי אמות ואכבה עשן מקברו כי נח נפשיה דרבי יוחנן פסק קיטרא מקבריה דאחר פתח עליה התוא ספדנ׳ אפילו שומר הפתח לא עמד לפניך רבינו׃

Cùm quieuisset anima Achèr (cùm mortuus esset Achèr) *dixerunt* (in supernis) *Non iudicando indicabitur* (causa eius) *neque in mundum futurum veniat. Non iudicando iudicabitur, eò quòd dedit operam Legi; & non in mundum futurum veniat, eo quòd scelus commiserit. Dixit R. Meir: Melius est quòd iudicetur, & veniat in mundum venturum. Quando ego moriar, ascendere faciam fumum de sepul-*

periorem, à quo non est liberatus Dauid, descendebant animæ Sanctorum Patrum, vbi nulla pœna sensus inueniebatur, & loco Paradisi erat, quamuis priuati fuissent visione beatifica. Hæc Gehennæ mansio seù locus, vocatus fuit ab Abighail 1. Sam. 25. 29. צרור החיים *Tscròr hachaiim Fasciculus viuentium*, quia ibi Deo viuentes tanquam flores electi in fasciculo simul per charitatem colligati erant Sancti Patres, & spe firmati expectabant redemptionem Israël. Hos Christus Dominus secundùm Prophetiam Zachariæ cap. 9. 11. emisit מבור אין מים בו *De Cisterna, in qua non erat aqua*, id est pœna sensus: nam de Gehenna ignis supra dictum est pag. 153. col. 2. non tantùm ignem, sed & gelu ex aquis niuis productum in ea reperiri. Quem igitur Zacharias vocauit *Cisternam* seù *Lacum sine aqua*, Isaias 38. 10. vocauit שערי שאול *Sciaarè sceòl Portas Inferni: Ego dixi, In excisione dierum meorum, vadam* בשערי שאול *ad portas inferi*: Rabbini in *Medràsc.* קהלת *Koëleth Eccles.* 3. 21. vocauerunt אוצר *thesaurum*.

נשמותיהן של צדיקים הן נתונות באוצר.

Animæ iustorum reponuntur in Thesauro. Et apposité quidem: nam animæ iustorum tamquam gemmæ pretiosissimæ in Thesauro Dei asseruari debebant, ex quibus Christo triumphanti ex mortuis Corona aurea super Mitram eius confici debuerat expressa signo sanctitatis, & gloria honoris, opus virtutis, & desideria oculorum ornata. Et Ecclesia Catho-

nes, seù loca diuersa, inter quæ vnus ex his vocatur שאול *Sceòl*, vt suprà dictum est. Item *Sceòl*, qui *Infernus* est, bifariam subdiuiditur in *Sceòl inferiorem, & superiorem*. Sceòl inferior ex Scriptura Psal. 86. v. 13. vocatur שאול תחתיה *Sceòl Tachtiàh*. והצלת נפשי משאול תחתיה *Et liberasti animam meam ab Inferno inferiori.* Ex hoc Inferno inferiori, siuè ex Inferno damnatorum liberatus fuit Dauid, quando à Nathan Propheta ei dictum est 2. Samuel. 12. 13. *Dominus quoque transtulit peccatum tuum;* לא תמות *non morieris*, scilicet morte æterna: nam adulteri in profundum Inferni detruduntur, vt aduertit etiam R. Salom. ad Psal. 86. 13. his verbis

דרך המנאפים לינתן בעומק' של שאול. וממש הצלתני שאמר לו נתן הנביא גם יהוה העביר חטאתך לא תמות.

Via adulterorum est vt detrudantur in profundum Inferni; & inde liberasti me, quando Nathan Propheta dixit mihi (2. Sam. 12. 13.) Etiam Dominus transtulit peccatum tuum, non morieris.

Et R. Dauid Kimchi illa verba (*Non morieris*) hocmodo explicat

לא תמות מות רשעים שתרד נפשך בגהינם במשפט החוטאין.

Non morieris morte impiorum, vt anima tua descendat in Gehennam, sicuti in eam descendunt peccatores. De quibus nulla datur redemptio. Si igitur datur Infernus inferior, ergo debet dari Infernus superior, nam ista sunt relatiua. In Infernum istum su-

Vocatur autem Sinus Abrahæ ratione requiei, quia ibi requiescebant omnes, qui patrem habuerunt Abraham, & similes ei esse meruerunt. Eò Christus post mortem descendit, diripuit, vastauitque, vinctas inde animas ad Cælos secum adduxit; vnde & post resurrectionem eius, plurima corpora iustorum, qui dormierant, surrexerunt, & exeuntes de monumentis, venerunt in sanctam Ciuitatem, & apparuerunt multis. Mat. 27.

Quæres tertiò, An in Inferno damnatorum præter ignis & gelu pœnas, aliæ assignentur ab Hebræis, & quænam illæ sint: & An aliqui ex damnatis circa huiusmodi pœnas aliquo priuilegio fruantur?

Resp. R. Isaac אבוהב *Aunbàu* Auctor *Menoràth Ha-maòr Lucerna prima*, Partis I. cap. 1. dicit pœnas Inferni varias esse atque diuersas secundùm diuersitatem delictorum, & iniquorum, qui in Inferno puniuntur. Et de his aliquot exempla exhibet ex Talmude, aitque -

ולמדנו גם כן ענשי הרשעים ממעשיות הכתובים באגדות כדגרסינן במסכת גיטין פרק הנזקין :

Et didicimus etiam pœnas impiorum ex Maassiòth Historijs, quæ scribuntur in Agadoth, sicut legimus in Massèchetb Cod. *Ghittin*, *Pèrek* cap. V. *Hannezikin Damnorum*, pag. 56. b. lin. 4. ante finem. -

אנקלוס בר קלוניקוס בר אחתיה דטיטוס הוה בעי לאיגיור אזל אסקיה לטיטוס בנגורא אמר ליה מאן חשיב בההוא עלמא אמר ליה ישראל מהו לאידבוקי בהו אמר ליה מילייהו נפישין ולא מצית לקיומינהו

lica illum vocat *Limbum SS. Patrum*, & *Sinum Abrahæ*. De quo etiam fit mentio in Talmude Cod. קדושין cap. 4. pag. 72. lin. vltima his verbis -

אדא בר אהבה יש בה היום יושב בחיקו של אברהם היום נולד רב יהודה בבבל :

Adà Bar Ahanà hodie sedet in sinu Abrahæ; hodie nascitur Ràu Iehudà in Babel; hoc est, hodie migrat è vita Adà, & in sinu Abrahæ collocatur; itemque hodie nascitur alius Rabbinus insignis in Babilonia. Et hæc est expositio quorundam Doctorum, vt refert Rasci & Tosaphòth: *Hodie sedet in sinu Abrahæ Patris nostri* פירוש בקונטרס *Expositio quaternionis Rasci*: יש אומרים מת היום *Sunt qui dicunt, mortuum fuisse eodem die*. Et videtur hæc expositio congrua textui, quia ibidem à tergo lin. 4. additur -

ללמדך שאין צדיק נפטר מן העולם עד שנברא צדיק כמותו שנ׳ (קהלת א׳ ה׳) וזרח השמש ובא השמש .

Vt docearis, quòd iustus non discedit ex hoc mundo, quin & alius similis illi creetur. S. D. (Eccles. 1. v. 5.) Et orietur Sol, & occidet Sol.

Idem exscriptum reperitur in *En Israel* Par. II pag. 57. col. 4. n. 49. lin. 7. Hinc patet, etiam apud Hebræos, de *Sinu Abrahæ*, antiquissimam fuisse traditionem, quam à primæua Synagoga Talmudistas recepisse credendum est. In hunc Abrahæ sinum olim descendisse omnes SS. Patres, nempè ante aduentum Christi docet Ecclesia, & SS. Patres cum D. Hieronymo in Eccles. cap. 3. 18.

לקיומינתו וּל אגרי בתו בהחוא עלמא וחוית רישא דכתיב (איכת א׳ ׃ ה׳) חיו צרית לראש וגומ׳ ׃ כל חמיצר לישראל נעשה ראש אמר ליה דיניה דההוא גברא במאי אמר ליה במאי דפסק אנפשיה כל יומא מכנסי ליה לקיטמיה ודייני ליה וקלו ליה ומבדרי לקטמי אשב ימי ׃ אזל אסקיה לבלעם בנגירא א״ל מאן חשיב בההוא עלמא א״ל ישראל מהו לאידבוקי בהו א״ל לא תדרוש שלומם וטובתם כל הימים א״ל דיניה דההוא גברא במאי אמר ליה בשכבת זרע רותחת אזל אסקיה - - .

בנגירא א״ל מאן חשיב בההוא עלמא א״ל ישראל מהו לאידבוקי בהו א״ל טובתם דרוש רעתם לא תדרוש כל הנוגע בהן כאילו נוגע בבבת עינו א״ל דיניה דההוא גברא במאי א״ל בצואה רותחת דאמר מר כל המלעיג על דברי חכמים נידון בצואה רותחת תא חזי מה בין פושעי ישראל לנביאי אומות העולם ׃

Onkelos Bar Kalonikòs filius Sororis Titi voluit fieri Proselytus. Abijt, ascendere fecit Titum per Necromantiam. Dixit illi, quisnam magnæ existimationis est in isto mundo? Respondit ei (Titus) *Israël: Quid, si illi adhæream* (eueniet?) *Dixit ei* (Titus) *Verba eorum* (præcepta) *multiplicantur, nec ea obseruare poteris. Vade, concita illos* (perturba, præliare contra illos). *in hoc mundo, & eris caput* (seù Princeps eorum) *Quia scriptum est* (Thren. 1. 5.) *Fuerunt hostes eius in caput &c. Quicumque affligit Israëlem, is efficitur Caput. Interrogauit eum* (Onkelos) *Iudicium huius Viri* (scilicet tui) *in quo fit? Respondit ei* (Titus) *Abscindunt minutatim* (illû) *omnibus diebus, colligunt cinerem eius, & iudicant illum, comburunt, & dispergunt cinerem eius* (& sic faciunt) *singulis diebus. Abijt* (Onkelos) *&*

ascendere fecit Balaam per Necromantiam. Dixit ei: Quisnam, magna existimationis est in isto mundo? Respondit (Balaam) *Israël. Quid* (suades) *adhæreamne illi? Et* (Balaam) *Ne quaras pacem eorum, & bonum eorum omnibus diebus. Dixit ei* (Onkelos) *Iudicium huius Viri* (id est tui) *in quo est? Respondit* (Balaam) *In concubitu seminis feruentis.* [R. Salomon -

מדת כנגד מדת שבעצתו התחיל העם לזנות אל בנות מואב ׃

Mensura contra mensuram, quia ex consilio ipsius cepit populus fornicari cum filiabus Moab.] *Abijt* (Onkelos) *& ascendere fecit - - - per Necromantiam. Dixit ei: Quis magna existimationis est in isto mundo? Respondit: Bonitatem eorum quære, malitiam eorum ne quaras. Quicunque illos tangit, tangit pupillam oculi sui* (Dei, Zachar. 11. 8.) *Dixit illi* (Onkelos) *Iudicium huius Viri in quo fit? Respondit: In excremento feruente: Quia dixit Mar: Quicumque deridet verba Sapientum, iudicatur in feruente excremento.* Idem in *En Israël* Par. II. pag. 28. num. 23. legitur, sed in editione Veneta anni 1625. in fol. post רותחת ורע omittuntur vsque לנביאי אומות העולם.

Contumelia, & blasphemia omnium sordidissima, & sceleratissima, ex qua sola constat quid sentiant perditissimi ac perfidi Iudæi de Auctore salutis. Et propter hanc commeriti esse videntur perpetuam obstinationem, à qua nunquam resipiscunt. Pios autem oculos oro ne offendant

ter mendaciorum eſt, Ioan. 8. 44. His enim portentoſis Dæmoniorum mendacijs perfidi iſti Iudæi cauſam ſuam iam omninò de propria ſalute deſperatam reſtaurare conantur. Sed ne dicant, nullum nomen Saluatoris noſtri eo in loco adducto ſcriptum reperiri, ideò nos eis hanc calumniam imponere, vt inuidiam & odium Chriſtianorum in eos concitemus, & inuiſos quaquauerſum reddamus. Si in aliquibus Codicibus Talmudicis nomen expreſſum non habeatur, reliquerunt tamen ſpatium vacuum, vt pro ſuo libitu poſſent illum replere, ſi voluerint. Sic in editione Cracouienſi de anno ש״ס 364. min. ſupp. Chriſti 1604. in fol. quæ extat in Bibliotheca Barberinorum Romæ in Codice גיטין *Ghittin* pag. 57. lin. 5. ſpatium repletum fuit vocibus manu ſcriptis אותו האיש *Illum Virum*, quem ne quidem ſuo nomine, nominare volunt; vel ſi nominant, decurtant, & corrumpunt, vt etymologia *Saluatoris* quoque corrumpatur, vt pro ישוע ſcribunt ישו & ſecundùm regulam abbreuiaturæ ר״ת initialium literarum legunt ימח שמו וזכרו *Deleatur nomen eius, & memoria eius*. Sic virulenti animi rabiem pluſquam caninam vtcumque occultare procurant. In Talmude verò Venetæ editionis Bombergianæ, ſeù etiam Iuſtinianę, ad cuius normam, & adamuſſim recuſus eſt Codex Cracouianus, vt in prima fronte Cod. *Ghittin* apparet pag. eadem 57. ſed linea ſexta hæ voces leguntur -

אול אסקיה לישו בנגידא :

Ex

conuitia & blaſphemiæ in Dominum noſtrum à gutture fœdiſſimo Iudæorum prolatæ: nam de his ſceleratis locutus eſt Regius Propheta Dauid, quando dixit Pſal. 5. v. 10.

כי אין בפיהו נכונה קרבם הוות קבר פתוח גרונם :

Quoniam non eſt in ore eorum rectum. Internum eorū prauitates; ſepulchrum apertum eſt guttur eorum. Deſtrue illos Deus, quoniam rebellauerunt contra te.

Perditiſſimi & iniqui iſti Rabbini cùm ſint mendaciſſimi אין בפיהו נכונה in ipſorum ore nihil eſt rectum, nihil verum, ſed totum eſt contortum, totum falſum. Iſtius narrationis falſitas deprehenditur ex ipſamet narratione. Poteſtne fieri reſurrectio mortuorum Necromantica arte, Dæmonis virtute? Abſit. Nec factum Samuelis à Pythoniſſa ſuſcitati, vt ex 1. Sam. 28. conſtat, aliquid in contrarium probat, quia ille, quem Pythoniſſa ſurgere fecit arte Dæmonis, iuxta aliquos, non fuit verus Samuel, ſed Dæmon in aſſumpta figura Samuelis. Sic Scriptura Samuelem illum vocat, quia Samuelis figuram præ ſe ferebat, ſicut paſſim Cherubim eandem Cherubinorum figuram eadem Scriptura appellat. Sed de hac quæſtione alibi ſuo loco. Sic in præſenti caſu; ſi enim concederetur veram hanc fuiſſe Hiſtoriam (quæ omninò falſa eſt, & merum impijſſimum commentum, & fabula execranda Talmudica) Dæmon ipſe loqueretur in fictitia perſona defunctorum; Dæmon autem pa-

Dixit R. Auhù: Dixit R. Eliezer: Egredere & vide, non ignis Gehennæ dominatur in eos (in Rabbinos) *argumentum sumitur à Salamandra. Et sicut Salamandra, cuius natura est ignea, si quis eius sanguine vngatur, nullam in eum facultatem habet ignis. Discipuli sapientes* (Philosophi Rabbini) *quorum corpus totum est ignis, sicut scriptum est* (Ierem. 23. 29.) Nonne sic verbum meum tanquam ignis, dixit Dominus, *quanto magis?* R. Sal. -

סלמנדרא חיה הנבראת מן האור כשבוערין אש במקום אחד שבע שנים תמיד בלי הפסק :

Salamandra animal est, quod gignitur in igne septem annis sine interruptione ardente.

Quid laboramus in quærendo Iudæorum immunitates ab igne Infernali, si eos omnes ab eodem igne immunes esse dogmatizent in eodem Cod. *Chaghighà* loco nuper citato. En verba textus -

אמר ריש לקיש אין אור של גיהנם שולטת בפושעי ישראל קל וחומר ממזבח הזהב מה מזבח הזהב שאין עליו אלא כעובי דינר זהב כמה שנים אין האור שולטת בו פושעי ישראל שמלאין מצות כרימון דכתיב (שיר השירים ד׳ : ג׳ :) כפלח הרימון רקתך אל תקרי רקתך אלא רקנין שבך על אחת כמה וכמה :

Dixit Resc Lakisc: Ignis Gehennæ nihil habet facultatis in transgressores (prævaricatores) *Israëlis. Argumentum sumitur ab Altari aureo. Sicut Altare aureum, cui non inerat nisi crassities denarij aurei, tot annis igni consumenti resistebat: prævaricatores Israëlis, qui sunt pleni præceptis instar mali gra-*

דה

Ex his manifestè apparet, hanc in Iesum Saluatorem calumniam & blasphemiam horribiliorem esse reliquis, quæ in Talmude sparsim contra Dominum disseminatæ cernuntur. Vnde meritò quidem huiusmodi Talmudistarum scelerata Volumina Summorum Pontificum iussu igni addicta sunt.

Sed ad rem nostram. Volunt itaque Iudæi diuersis & varijs pœnarum generibus, animas damnatorum in Inferno puniri. Sed, An huiusmodi pœnæ aliquando remittantur ex toto, vel ex parte; omnibus, vel aliquibus ex damnatis; & quo tempore id acciderit, inquirendum.

In primis verò sciendum est, Rabbinos seipsos absoluere, & immunes facere ab igne Infernali. Iudaicæ plebeculæ diuendunt hanc prærogatiuã, eamque persuadere nituntur, propter Talmudicam sapientiam, qua seipsos repletos esse prædicant, & qua æstuantes, nulli externo igni, quantumuis infernali, putant vllam dari potestatẽ sæuiendi in eos. Huiusmodi priuilegium in Tabulis Talmudicis ex S. C. Rabbinorum redactum, adhuc hodie in Cod. חגיגה *Chaghighà* legitur, & cap. 3. pag. 27. in calce Cap. & in *En Israël* P. L. p. 171. col. 4. n. 15. à R. Auhù hisce notis proclamatur -

אמר ר׳ אבהו אמר רבי אליעזר ת״ח אין אור של גיהנם שולטת בהן קל וחומר מסלמנדרא ומה סלמנדרא שתולדת אש היא הסך מדמה אין אור שולטות בו תלמידי חכמים שכל גופן אש דכתיב (ירמיה כ״ג : כ״ט :) הלא כה דברי כאש נאם יהוה על אחת כמה וכמה :

si qui sint inter Iudæos, quos Scriptura Sacra iniquos reputet, in Infernum cum damnatis quidem relegant; sed eos absque vllo ignis supplicio reliquis damnatis præficiunt, & superiores constituunt. Sic *Absalom* in solio cum honore sedere faciunt. *Doëgh Idumæum* honorant. *Chore*, & congregationem eius refractariam, exaltant. *Ieroboam* sceleratum apostatam, qui peccare fecit Israëlem, gentium Principem faciunt. *Achabum* à pœnis liberant. Etiam *Eliscià Achèr*, quem alibi à cruciatibus Inferni liberatum fuisse volunt, hìc in Infernum detrudunt, sed sine ignis supplicio, dum gentibus imperare docent propter merita eorum, qui olim dixerant in Sina, *Faciemus, & audiemus*, De his damnatorum Principibus, & mansionibus Inferni, quibus præficiuntur, prolixè tractat הרמבן *Harambàn* in suo libro תורת האדם *Thoràth Ha-Adàm*, in שער הגמול *Sciaàr haghamùl*, & refertur in *En Israël* Par. I. Cod. עירובין *Iruuin*, cap. 2. *Ossin Passin* pag. 82. col. 1. in Comment. ex *R. Ieosciuà Ben Leuì*. Vide etiam in מעשה תורת *Maassè Thorà R. Hakadòsc* in מעשה שאירע לר׳ יהושע בן לוי *Casu, seù facto R. Iosuè Ben Leui*, quod habetur in libro אלפא ביתא דבן סירא *Alphabethà de Ben Sirà* pag. 39. b. per totam,

Ex his patet, quid sentiant Iudæi de igne Gehennæ damnatorum contra præuaricatores Israëlitas, in quos nullius facultatis esse, & nullum robur habere docent. Vnde videtur pro Iudæis Infernus omninò tolli, & tantùm

granati, quia scriptum est (Cant. Cant. 4. 3.) Sicut fragmen mali punici gena tua. *Ne legas* רקתך *tempus tuum, vel gena tua, sed* רקנין *Vacui, inanes* (id est præuaricatores) *tui, quantò ampliùs?* Si vacui & inanes sunt præceptorum Iudæi improbi, & præuaricatores, ad ignem damnati inextinguibilem, quomodo dicuntur pleni præceptis instar mali punici? Insulsa, & vana probatio, ex deprauatione loci Scripturæ. Deinde istud priuilegium extendunt ad corpus: ergo nunc animæ Rabbinorum hocce priuilegio non fruuntur in Inferno, & post resurrectionem corporibus vnitæ eandem sortem corporibus communicabunt, iuxta exemplum ab ipsis traditum de *Cæco, & Claudo*, vt suprà pag. 148. col. 2. Aduertendum tamen est, eos non excludere alias pœnas à dominatu in Iudæos, sed tantùm ignem Ergo cæteras pœnas vltrò deberent admittere. Et nos libenter concedimus eis, & ignem, & gelu, & spiritus procellarum, cum omnibus alijs cruciatibus, quæ faciunt verbum Domini, quibus ad perpetuas vsque æternitates (erit enim tempus eorum in secula) in Infernali barathro cruciabuntur. Sed hoc nihili faciunt, quia ad eos minimè etiam hæc supplicia pertinere existimant, cùm omnes se esse Sanctos credant vt potè ex posteris eorum, qui in Monte Sinai, dum Lex traderetur, responderunt נעשה ונשמע *Faciemus, & audiemus*, Exod. 24. v. 7. Omnia itaque Inferni supplicia in nationes mundi, per quas præcipuè intelligunt Christianos, refundunt. Et

ctum benedictum. Hoc est illud quod scriptum est (Malach. 2.17.) Laborare fecistis Dominum in verbis vestris. *Postquam mortui sunt, cessant irritare Deum sanctum benedictum. S. D.* (Iob 3.17.) Ibi impij cessauerunt à commotione. *Ibi cessauerunt prouocare Deum.*

Ex his, quæ hactenus dicta sunt de Inferno, Purgatorio, & Abrahæ sinu; licèt ex Talmudicis doctrinis nullum stabile, & fixum dogma Iudaicum circa ea loca, pœnas, & reos in ipsis puniendos haberi possit, cùm nimis inconstantes, varij, & lubrici sint in propositionibus, & dictis suis, attamen in substantia, hoc colligitur. Per eos *Infernum dari damnatorum*. Ibi *ignem inextinguibilem, gelu*, & alia tormentorum genera reperiri. In eo animas tantùm, & post Iudicium vniuersale animas simul cum corporibus impiorum vsque in perpetuas æternitates absque vlla spe salutis cruciandas fore. Porrò inter eas recensent

1. Generationem diluuij, ex Cod. *Sanhedrin* cap. *Chèlek* pag. 107. b.

2. Generationem diuisionis linguarum, ex eodem ibidem.

3. Sodomorum incolas. Ibid.

4. Delatores, traditores, tradentes infidelibus res ad fideles spectantes. Ibid. pag. 108.

5. Generationem deserti. Ibid.

6. 974. Generationes, quas Deus (inquiunt) creare constituerat, sed ne datio Legis retardaretur, increatas reliquerat. Harum homines, quos in eis extare decreuerat, in Gehennam relegasse docent, & ex ijs aliquos in aliquibus

tùm Purgatorium admitti, cùm omnia peccata per eos purgentur intra spatium 12. Mensium, demptis quibusdam peccatis supra recensitis, quæ non magis ad Iudæos, quàm ad eos, qui Iudaismum abnegauere, spectare videntur. Quæ hæresis est & insânia etiam ab Epiphanio Origeni attributa in Epistola ad Ioannem Ierosolymitanum.

Adeò vlteriùs progrediuntur Iudæi, vt nonnullorum ex ipsis putent in Purgatorio pœnitentiam, & meritum locum habere; quasi rursus Deus peccatores in statum viæ reponat post mortem & in alio mundo. Potissimum innituntur loco Iob 3. ver. 17. שם רשעים חדלו רגז *Ibi impij cessauerunt à commotione*; ac si in Purgatorio, impij, seù peccatores per resipiscentiam à dolore pro peccatis, & commotione animi cessare debeant. Locus autem Iob intelligitur de impijs, qui post mortem cessabunt impiè agere, & Dei iram prouocare ad vindictam. Hoc modo intelligitur & explicatur à R. Iochanan in *Berescith Rabbà Parascià* 9. pag. 11. col. 2. ante med. editionis Amstelodamensis in fol. cum Comment.

רבי יוחנן אמר מפני מה נגזרת מיתה על הרשעים אלא כל זמן שהרשעים חיים הם מכעיסים להקב״ה הדא הוא דכתיב (מלאכי, ב׳, י״ז) הוגעתם יהוה בדבריכם, כיון שהן מיתים הן פוסקים מלהכעים להקב״ה שנ׳ (איוב ג׳, י״ז) שם רשעים חדלו רוגז, שם חדלו מלהכעים להקב״ה:

R. Iochanàn dixit: Cur decreta est mors super impios? Quia toto tempore, quo impij viuunt, irritant Deum san-

bus

Talmudistas inuenio. Scio quidem, eos, qui ante octauum diem à natiuitate incircumcisi moriuntur, in cœmeterio supra sepulchrum, nullis adhibitis ceremonijs, aut precibus, circumcidere, & illis nomen imponere, vt in die resurrectionis Deus eorum sit memor, & eos cum cæteris circumcisis resurgere faciat. Interim vsque ad Iudicium vniuersale, qua mansione collocati sint, nihil proferunt, quod sciam. Coguntur tamen animas istorum paruulorum in aliquo loco seponere, non in Paradiso, quia nullus nisi rectè & ritè circumcisus in Eden ingredi potest, vt ijdem docent; non in Inferno, aut Gehenna ignis; quia nullum actuale peccatum habent isti pueruli, neque ob id aliqua pœna sensus torqueri debent, cùm Diuina iustitia non exigat pœnam nisi pro qualitate culpæ commissæ, pœna autem sensus debetur peccatis actualibus, & propriis, non peccato naturæ, vti est originale peccatum.

Vnde Augustinus in Enchiridio ad Laurentium cap. 93. *Mitissima sanè* (inquit) *omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quod originale traxerunt, nullam insuper addiderunt*. Hæc pœna erit Diuinæ visionis priuatio, quam extra Gehennam in tertio loco experientur pueri isti, quem locum Ecclesia Limbum puerorum vocat, & secundum rem admittere coguntur Hebræi, licet quocumque alio nomine illum appellare velint. In eo siquidem reponi debent omnes, qui ante vsum rationis ex hoc mundo discedunt, & ij, qui à Rabbinis in

בפסיקתא

bus ætatibus inter homines plantare, & hi sunt sceleratissimi quique עזי פנים שכרור *impudentissimi, & perfrictæ frontis homines*. Huiusmodi Rabbinicũ delirium legitur in Cod. *Chaghighà* cap. 2. pag. 13. b. in fine, & pagina 14. in principio, & ex R. Salomone retulimus in I. Parte huius Bibliothecæ pag. 607. col. 2.

His adduntur in libro *Zòhar* ij, qui non generant liberos, Gen. pag. 228. b. editionis Mantuanæ in 4.

Isti ex Hebræorum decretis omnes in Inferno damnantur.

Per eosdem *dari etiam Purgatorium*, locum ab Inferno inferiori, seù damnatorum distinctum. In eo *Ignem inextinguibilem* eiusdem generis ac Infernalis etiam reperiri. Itemque *in ea* vel alibi vsque ad certum definitum tempus animas purgari, orationibus iuuari, postea in Eden deduci. Et tandem *Sinum etiam Abrahæ* à Talmudistis non ignorari. Quæ omnia facilè ex dictis clarè percipi, vel etiam deduci possunt.

Consonant ex his nonnulla cum doctrina Catholica; sed quoad modum loquendi, & docendi longè distat Catholicorum doctrina, de Inferno, Purgatorio, & Limbo SS. Patrum, ab ineptijs, contradictionibus, Scripturarum applicationibus, & expositionibus violentis, & à vero & legitimo sensu alienis, quas Iudæorum Rabbini in dogmatibus tradendis immiscent, & vera falsis, falsaque veris confundunt. Sed cæcitas hæc peccati pæna est, ex Iob 5. 14.

De Limbo puerorum, nihil apud

Cod. תענית *Taanìth* cap. 1. pag. 10. circa medium, vastissimam Gehennam faciunt, ita vt aliqui putarint esse sine mensura. Verba Talmudis sunt -

תנו רבנן ארץ מצרים הויא ד׳ מאות פרסה על ד׳ מאות פרסה והוא אחד מששים בכוש וכוש א׳ מששים בעולם ועולם א׳ מששים בגן וגן אחד מששים לעדן ועדן אחד מששים לגיהנם נמצא כל העולם כולו ככיסוי קדירה לגיהנם ויש אומרים גיהנם אין לה שיעור וי״א עדן אין לה שיעור ׃

Dicunt Rabbini: Terra Aegypti est 400. *leucarum super* 400. *leucarum* (in quadro) *& est vna ex* 60. *partibus Aethiopiæ. Et Aethiopia est vna ex* 60. *partibus mundi. Et mundus vna ex* 60. *partibus Horti* (Paradisi). *Et Hortus vna ex* 60. *partibus Eden. Et Eden vna ex* 60. *partibus Gehennæ. Hinc sequitur, quòd totus mundus est veluti operculum ollæ respectu Gehennæ. Sunt autem qui dicunt, Gehennam non habere mensuram. Alij verò idem dicunt de Eden.* Vide etiam *En Israël* Par. I. pag. 132. col. 3. num. 33. vbi has ineptias ad literam transtulerunt, vt vbique terrarum manifestæ essent, etiam vbi Talmudis lectura est interdicta. Sed ad Absalonem, à quo digressi sumus, & quem quercui capillis inhærentem reliquimus, reuertamur.

De eo enim quærunt Rabbini: Cur gladio crinem non amputauerit, & descenderit? Respondent, quia timuit descendere in Gehennam, quam infra se apertam videbat. Ita R. Eliezer in suis *Perakim, Pèrek* 53. p. 50. col. 1. circa medium, ait -

בפסיקתא *Pesikthà* הנפלים *Hannephalim abortiui* vocantur, illi scilicet, qui postquam animati sunt, in vtero materno antequam in lucem exeant, vita priuantur, & quos resurgere in fine mundi cum alijs hominibus volunt; & quidem rectè. Sed quòd ibidem dicunt, hanc gratiam à Deo obtinuisse Messiam Ben Ioseph, fabula est Iudaica. De hocce, & de alio Messia Iudaico, & rebus ab ipsis gerendis, vti volunt Hebræi, videbimus suo loco. Interim videatur, si lubet, liber ילקוט *Ialkùtt* Par. II. ad cap. 60. Isai. ver. 1. num. 359. pag. 56. col. 3. editionis Venetæ, & in Liburnensi in fol. cum Comment. Par. II. pag. 95. col. 4. num. 499.

Et hæc de Inferno & Gehenna satis quidem esse potuissent, nisi a curioso Lectore forsan quæreretur de magnitudine & capacitate illius, quæ cùm in centro mundi constituatur etiam ex sententia insigniorum Rabbinorum, exigui spatij, & valdè angusta posset existimari, cùm centrum mundi punctum sit; punctum verò Mathematici docent esse indiuisibile. At Iudæi quantum faciunt illud, & quantam esse velint Gehennam?

Respondent, eam esse spatiosissimam. Rabbi Ieosciùa Ben Leui, qui illam mensurare tentauerat, valdè quidem angustum spatium portarũ, & mansionum Gehennæ inuenisse se dicit; verùm ad multas milliariorum decurias illud protendit in *Pirùsc Iruuìn* P. I. *En Israëlis* pag. 82. col. 1. & in *Alphabeto Ben Sira* pag. mihi 38. Rabbini verò in Talmude

אבשלום גבור כח היה במלהמה והיה חרבו מצומדת על מתניו ומפני מה לא שלף חרבו וכרת שער ראשו וירד אלא ראה גיהנם שנפתחה תחתיו אמר מוטב לי להתלות בשער הראשי ולא לירד באש לפיכך היה תלוי באלה :

Absalom pollebat fortitudine in prælio, & habebat gladium suum accinctum lumbis suis. Cur non stringebat ensem, & præcidebat crinem capitis sui, & descendebat? Quia videbat Gehennam infra se apertam, dixerat: Melius est mihi, vt suspendar è crine capitis mei, & non descendam in ignem. Idcircò suspensus fuit in quercu. Et in libro ילקוט *Ialkùtt* Par. II. pag. 42. cap. 42. col. 1. non longè a principio dicitur

שקל כפסורא בעא למפסקיה .

Quòd acceperit forficem, quæsiuit incidere (capillum), sed propter eandem caussam non incidit. Idem R. Eliezer ibidem refert, Dauidem luxisse filium suum quinquies tantùm, ideò eum eduxisse è quinque portis Inferni, quò solummodo descenderat, non autem ex septem mansionibus, vt supra dictum est. Verba R. Eliezer ex sententia Rabbi Iosè sunt

רבי יוסי אומר שבעה פתחים לגיהנם נכנס אבשלום עד חמשה פתחים של גיהנם ושמע דוד והתחיל מיליל ומספד וקרא על אבשלום חמשה בני בני שני (שמואל ב׳ : י״ח : ל״ג) וירגז המלך ויעל על עליית השער בני אבשלום בני בני וגו׳ והחזירו מחמשה פתחים והתחיל מהלל ומשבח ליוצרו ואמר (תלים פ״ו : י״ז) עשה עמי אות לטובה ויראו שונאי ויבושו כי אתה יהוה עזרתני ונחמתני עזרתני ממלחמת אבשלום ונחמתני על אבלו :

R. Iosè dicit: Septem portæ sunt ipsi Gehennæ. Ingressus est Absalom vsque ad quintam portam Gehennæ. Cùmque audisset Dauid, cepit eiulare, & plangere, & clamauit super Absalom quinquies, Fili mi, fili mi &c. (vt dicitur 2. Sam. 18. 33. Et conturbatus est Rex, & ascendit super cœnaculum portæ, & fleuit: & sic dicebat obambulando: Fili mi Absalom, fili mi, fili mi Absaló! Quis dabit mori me, ego pro te? Absalom fili mi, fili mi!) *Cùm redire fecisset istum ex quinque portis* (Inferni) *cepit laudare, & celebrare Creatorem suum, & dixit* (Psal. 86. v. 17.) Fac mecum signum in bonitate, & videant odio habentes me, & pudore afficiantur, quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. *Adiuuisti me ex bello Absalomi, & consolatus es me super luctum eius.*

Sed & inceptum institutum commemorandi naturam, & genium Dauidis secundùm quod Rabbini eidem sancto Viro affingunt, & confingunt calumnias, & falsa commenta, prosequamur.

XXXIV. Dicunt de Dauide Rabbini, quòd aliquandò dubitauerit de summa Dei sapientia, & prouidentia. Considerauit, plurima inter creata reperiri, ex quibus parum aut nihil vtilitatis percipi posse videatur, sed plurima è contra inde grauia incommoda & damna in creaturis oriri, vt quotidiano experimento res est manifesta. Obseruauit aliquando, cùm per Pomarium deambularet, vespam in araneam insurgere, eamque necare. Vidit etiam

quen-

quendam hominem amentem, atque ſurentem, baculum manu geſtantem, eoque omnia comminuentem, inter quæ, animalia parua illa conſumpta ſunt. Hæc animaduertens Dauid, exiſtimauit (inquiunt) abſque ſapientia & prouidentia iſta fuiſſe creata, quæ ad nihilum valere putabat. Non tamen permiſit Deus diutiùs in hoc errore Dauidem permanere, quia in ſeipſo ſapientiam & prouidentiam æterni Numinis in hiſce abiectis creaturis cognoſceret & experiretur: nam iſtarum creaturarum ope, & exemplo, vitam ſibi conſeruauit, modis, & arte, quam referunt in *Alphabeto Ben Siræ* pagina 24. circa finem his verbis -

פעם אחת היה דוד מלך ישראל ע״ה יושב בגנו וראה צירעה אוכלת עכביש ובא שוטה ובידו עץ והיה מגרשם אמר דוד לפני הקב״ה רבונו של עולם מה הנאה באלו שבראת בעולמך צירעה אוכלת דבש ומשחתת ואין בה הנאה עכביש יארוג כל השנה ולא ילבשנו שוטה חסר מזיק את הבריות ואינו יודע יחודך וגבורתך ואין בו הנאה לעולם : אמר לו הקב״ה דוד מלעיג אתה על הבריות תבא שעה ותצטרך להם ותדע למה נבראו : וכשנחבא במערת מפני שאול המלך שלח הקב״ה עכביש וארגה על פי המערה וסגרה אותו בא שאול וראה ארוג אמר בודאי לא נכנס אדם הנה שאם נכנס היה קורע הארוג לקרעים והלך ולא נכנס לשם וכשיצא דוד וראה העכביש נשקה ואמר לה ברוך בוראיך וברוכה את רבונו של עולם מי יעשה כמעשיך וכגבורתיך שכל מעשיך נאו׳ : ולפני אכיש עשה עצמו שוטה לפני אנשיו והיתה בת אכיש שוטה ומשוגעת כיון שהביאוהו אליו אמר להם מלעיגי אתם אותי בשביל בתי שהיא שוטה הבאתם זה אלי או שמא חסר משוגעים אני מיד הניחוהו וברח והודה לאל על מעשיו שכל מה שברא בעולם יש בו הנאה : ובזמן שמצא דוד לשאול שוכב בצהרים והיה אבנר שוכב בפתח ראשו בפתח אחר ורגליו בא ונכנס מבין רגליו והיו רגליו זקופות ונטל צפחת המים וכשבא לצאת מבין רגליו ופשט אבנר רגליו וכסהו וכם והיו עליו כשני עמודים גדולים ובקש רחמים מיהוה ואמר אלי אלי למה עזבתני באותה שעה עשה לו נס ושלח לו צרעה ונשכה רגלי אבנר וזקפן ויצא דוד ושבח להקב״ה ולא ראוי לכן אדם להלעיג במעשה האל :

Aliquando Dauid Rex, ſuper eum ſit pax, verſabatur in Pomario, & vidit veſpam deuorantem araneam, & venit inſanus quidam baculum manu tenens, & abigebat eas. Dixit Dauid coram Deo ſancto benedicto: Domine mundi, quænam vtilitas eſt in his (creaturis) *quas creaſti in mundo tuo? Veſpa comedit mel, & corrumpit, nec aliqua vtilitas ineſt ei: Aranea toto anno texit nec induit: Amens mente deficit, damnum infert creaturis; Vnitatem & potentiam tuam non cognoſcit, nec quidquam vtilitatis in eo eſt aliquando. Reſpondit Deus ſanctus benedictus: O Dauid, tu ſubſannas me in creaturis: veniet tempus, quo earum auxilio indigebis, & tunc cognoſces, cur creatæ ſint. Quando autem* (Dauid) *fugiens à facie Saulis Regis abſcondit ſe in ſpelunca, miſit Deus ſanctus benedictus araneam, quæ in ingreſſu ſpeluncæ telam texuit, & clauſit illum. Venit Saul, & vidit araneæ telam, dixitque: Certè nullus ingreſſus eſt in ſpeluncam; quòd ſi aliquis ingreſſus fuiſſet, ſciſſa eſſet in partes tela iſta araneæ: abijt & non introiuit illuc. Quando autem egreſſus eſt Dauid, & vidit araneam, oſculatus eſt eam, dixitque ei: Benedictus ſit Creator tuus, & benedicta tu. Domine vniuerſi,*

חסר משוגעים אני *Carcone amentibus ego?* prolatis ab ipso Achis, per quæ volunt intelligi, ipsum alios amentes domi habuisse. Imò R. Dauid Kimchius non solùm filiam, sed & ipsam vxorem Achis amentem fuisse ex דרש *Daràse* refert ad locum citatum Sam. 1. cuius verba sunt -

כי אשתו של אכיש ובתו היו משוגעות וצועקות ומשטות מבפנים ודוד צועק ומשטה מבחוץ אמר להם אכיש וכי יודעים אתם כי שחסר משוגעים אני׃

Quoniam vxor & filia Achis erant amentes, & vociferabantur, & stultè agebant intra (cubiculum Regis) *& Dauid vociferabatur; & stultè agebat extra. Dixit Achis* (seruis suis): *Vos scitis, Carcone amentibus ego?*

Hoc potuit esse verum; sed reliqua de aranea & vespa redolent Iudaicas fabulas.

XXXV. Dicunt, Dauidem Astrologiæ fuisse addictum, & nihil egisse nisi consultis Astrologis. De hac calumnia ita legitur in Codice *Sanhedrin* cap. 6. נגמר הדין pagina 49. circa medium -

ר׳ יוסי ברבי חנינא אמר עדיין איצטגניני של דוד קיימין׃

R. Iosè Berabbì Chaninà dixit: Hactenus Astrologi Dauidis stabant. R. Salomon -

איצטגניני דוד בעלי אגרופי׳ שלו שעל ידם הוא נלחם ויוצא ובא על פיהם איצטגנינות דכל התלמוד לשון מזלות וחוזים בכוכבים והנך קרי הכי משום שהיה דוד נכמך עליהם ועושה על פיהם והולך אחר דבריהם׃

quis facere potest sicut sunt opera tua, & fortitudines tuæ? Quoniam omnia opera tua pulchra sunt & vtilia.

Quando verò coram Achis & seruis eius simulauit insaniam, etiam filia Achis demens erat, & amentem agebat; quando autem introduxerunt eum ad (Regem) *dixit: Vos subsannatis me; quia filia mea demens est, hunc insanum ad me introduxistis; carcone amentibus ego? Protinus dimiserunt eum, & fugit. Confessus est Deo super operibus suis, nam quicquid in mundo creatum est, aliquid vtilitatis in se habere manifestum est.*

Eo autem tempore, quo Rex Saul astu meridiei dormiebat, etiam Abner (Princeps militiæ Saulis) *dormiebat ad ostium* (Tabernaculi) *caput* (ad vnam ostij partem) *pedes ad alteram* (reclinatos in transuersum tenebat). *Ingreditur* (Dauid) *inter pedes eius, qui erant erecti, tollitque scyphum aquæ: cùm autem è pedibus ipsius exiturus foret, extendit Abner pedes, & inter eos clauditur* (Dauid) *factique sunt pedes* (Abner) *tamquam duæ columnæ firmissimæ. Tunc quæsiuit* (Dauid) *misericordias à Domino, dixitque:* Eli Eli làmma azauattàni, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? *Ea hora fecit* (Deus) *miraculum, & misit ei vespam, quæ pupugit pedes Abner, quos erexit, & egressus est Dauid, & laudauit Deum sanctum benedictum. Ideò non decet hominem, Dei opera subsannare.*

Quòd filia Achis fuerit demens, est constans Hebræorum traditio fundata in illis verbis 1. Sam. 21. ver. 15.

Astro-

gestis & dictis honorificè semper, & præ tanti Viri & Regij Prophetæ maiestate pertractant. At è contra Synagogą hęc Sathanę Talmudisiarum, tam indignè de Sanctis Veteris Testamenti, & de Dauide præsertim loquitur, & sentit, vt inde manifestum argumentum deducatur, spiritum carnis, & fornicationis in eius filijs inhabitare, quo agitati de Dauide turpissima proferunt. Horum impurissimorum hominum commenta in Dauidis honestatem, vnum aut alterum exemplum subijciam.

Dicunt: In colloquio, quod de nocte volunt institutum fuisse inter Dauidem & Abigailem insinuari, remcum ea habuisse, vel de stupro fuisse interpellatam: & quòd menstruo cruore detecto, lumen ei longè in itinere præbuerit; & propheticis verbis prolatis, solatum eum abire iusserit. Hoc commentum habetur in Codice מגילה *Meghillà* cap. 1 pag. 14. lin. 3. ante finem, & in *En Israel* Par. I. pag 150. col. 4. num. 20. circa medium, vbi de 48. Prophetis, & 7. Prophetissis, quarum mentio fit in Scriptura, obiter agunt. De *Abigail*, quam & ipsam inter septem Prophetissas connumerant, hæc verba habent -

אביגיל דכתיב (שמואל א׳ , כ״ה : י״ט) והנה היא רוכבת על החמור ויורדת בסתר ההר בסתר ההר מן ההר מיבעי ליה אמר רבא בר שמואל מלמד שבאת על עסקי דם הבא מן הסתרי׳ מלמד שנטלת דם בחיקה והראתה לו אמר לה וכי מראין דם בלילה אמרה לו וכי דנין דיני נפשות בלילה אמר לה מורד במלכות הוא ולא הוה צריך למידייניה ונגמ׳ דיניה וקאי אמרה לו עדיין שאול קיים הוא ולא יצא טבעך בעולם א״ל (שמואל א׳ , כ״ה : ל״ג) ברוך טעמך

Astrologi Dauidis. Explicat quòd sint Domini pugnorum, qui erant apud eum (Dauidem) *& per manus eorum præliabatur, & exibat, & veniebat per os eorum* (Astrologorum, quia pugnaces erant, & docti instruere pugnas ex inspectione Astrorum, *Dominos pugnorum* Astrologos vocat R. Salomon, vt expressè patet, nam statim subdit) *quia* איצטגנינות *Itztaganinùth, quæ in vniuerso Talmude reperitur, significat Constellationes, & inspectores signorum cælestium & Stellarum. Et ideò ita hic legitur, quia Dauid his* (Astrologis) *innitebatur, & quæ dicebant, faciebat, & post verba eorum ibat.* Hæc non modica calumnia est in Dauid, dum illum describunt superstitiosum, vanitati Iudiciariorum Astrologorum credentem, & de Dei auxilio diffidentem. Cùm è contrario tota Dauidis fiducia & spes in Deo reposita esset, ipso dicente -

בך יהוה חסיתי אל אבושה לעולם ׃

In te Domine speraui (non in Astrologorum prædictionibus) *non confundar in æternum*: Ps. 71. 1. Nota hìc, quòd si בעלי אגרופים *Domini pugnorū* sunt Astrologi, ergo filij Dauidis erant omnes Astrologi. Vide sup. p. 124. col. 2.

XXXVI. Alias intollerabiliores calumnias obscœnissimi isti Talmudici Rabbini in Dauidem euomunt, quas libenter silentio sepelirem, nisi sperarem, quòd illarum notitia vtilitatem Christianæ Religioni non modicam sit allatura. Christiana quippè Religio de Sanctis semper mirificè loquitur. Et nostri Sac. Scripturæ Expositores de Dauidis rebus

טעמך וברוכת את אשר כליתני מבוא בדמים דמים תרתי משמע א׳ רב תרי דמים דם נדה ודם שפיכות דמים אלא מלמד שגילתה את שוק׳ והלך לאורה שָלש פרסאות אמר לה השמעי לי אמרת לו (שם פסוק לא״ :) ולא תהיה לך זאת לפוקה זאת מכלל דאיכא אחריתי ומאי ניהו מעשה דבת שבע ומסקנא הכי הוה (שם פסו׳ כ״ט :) והיתה נפש ארוני צרורה בצרור החיים כי הות מיפטרה מיניה אמרה ליה (שם פסוק לא״ :) והיה כי ייטיב יהוה לארוני וזכרת את אמתך א״ר נחמן היינו דאמרי אינשי איתתא כהדי שותא פלכא איכא דאמרי שפיל׳ ואזיל׳ בר אווזא ועיניהי מטייפין:

De Abigail (meditantur Talmudiſtæ illud) *quod ſcriptum eſt* (1. Sam. 25. 19.) Et erat illa equitans ſuper Aſinum, & deſcendit in abſcondito montis; *In abſcondito montis, de abſcondito montis erat dicendum. Dixit Rabbà Bar Samuelis*: *Ob negotium ſanguinis* (menſtruati) *qui ex loco abſcondito venit* (hæc dixit) *Accepit de eo ſanguine, & oſtendit ei. Dixit ei* (Dauid) *Et quomodo? Sanguinem nocte oſtendunt?* (nam erat nox, vt colligitur ex verbis Dauidis Ibid. ver. 22. *Si reliquero de omnibus &c. vſque mane, mingentem ad parietem.*) *Reſpondit* (Abigail) *Sed & quomodo tractantur iura ſanguinis nocte? Dixit ei* (Dauid): *Hic* (Nabal) *eſt rebellis Regno, & non eſt iudicandus iudicio* (ſed occidendus nullo Iuris ordine ſeruato). *Reſpondit* (Abigail): *Adhuc Saul viuit, & nummi tui non exeunt per Orbem* (Ius Regni tui non eſt promulgatum). *Dixit* (Dauid 1. Sam. 25. 33. Benedictum conſilium tuum, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me, ne venirem in ſanguines. *Duo ſanguinum* (genera) *ſubaudiuntur; dixit*

רו

Rau: Duo ſanguines (id eſt menſtrui, & occiſionis). *Sed & innuit, quod ei femina oſtenderit. Et abijt ad lumen eius* (ſcilicet ſanguinis menſtrui) *Viam trium milliariorum. Dixit ei* (Dauid): *Audi me. Reſpondit* (Abigail Ibid. ver. 31.) Ne ſit hoc tibi in vacillationem. זאת *Zoth* Hoc; *igitur hic indicatur alius conſimilis caſus, & qualis eſt ille? Caſus Beth-Sabee. Et concluditur hic, quòd ita fuit* [R. Sal. *quia poſtea Dauid peccauit cum Beth-Sabee. Igitur Abigail fuit Prophetiſſa, quia prænunciauit Dauidi huiuſmodi peccatum.*] (1. Sam. 25. 29.) Et erit anima Domini mei colligata in faſciculo viuentium. *Quando fuit diſcedens ab eo, dixit ei* (Ibid. ver. 31.) Et erit, cùm benefecerit Dominus Domino meo, & recordaberis ancillæ tuæ. *Dixit R. Nachmàn: Hoc eſt, quod dicunt homines* (prouerbialiter) *Mulier cum ſermone colum tractat.* [R. Salomon -

בעוד שהאשה מדברת היא טוה כלומר עם שהיתה מדברת עמו על בעלה הזכירה לו על עצמה שאם ימות נבל ישאנה :

Mulier cùm loquitur ſimul net. Hoc eſt. Cùm (Abigail) *loquitur de marito ſuo* (Nabal) *admonet Dauidem, ſi moriatur Nabal, velit ſui memor eſſe, & accipere in vxorem.*] *Alij dicunt: Humilis eſt, & deambulat Anas, & oculis ſuis hinc inde ſpeculatur.* [R. Salom. מיטייפים צופין למרחוק *proſpiciunt à longè.*] Vt cibum quærant Anates, ſic mulieres circa ea, quę ad ſui commodum ſpectant, ſunt prouidæ, & induſtriæ.

וזכרת את אמתך ׃ אמר׳ יצחק פסוק זה הזכיר פגם של אביגיל אביגל חסר יוד בפני שנתנה בו עיניה כשהיא אשת איש ׃

Et recordaberis ancillæ tuæ. *Dixit R. Isaac: Versiculo isto indicatur lapsus Abigailis* (in nomine) אבגל *Abigàl deficit* י *Iod, quia cùm esset uxor Viri, posuit oculos suos in eum* (Dauidem) hoc est desiderauit (viuente adhuc viro suo Nabal) copulari se matrimonio cum Dauide, quod erat illicitum. Sed si absque vlla animi affectus præoccupatione verba perpendantur, in meliorem partem accipi debent, non in deteriorem, vt faciunt Rabbini. Ipsa siquidem quodammodo Spiritu sancto afflata dixit asseueranter 1. Sam. 25. 31.

והיטב יהוה לאדוני וזכרת את אמתך ׃

Et benefaciet Dominus Domino meo, & recordaberis ancillæ tuæ, quasi diceret: Certè prædico tibi, quod tibi benefaciet Dominus tradendo tibi actualem potestatem Regiam super vniuerso populo suo Israëlitico, sicut iam eam tradiderat in actu vnctionis in Regem, licèt eam modo non exerceas resistenre & contradicente Saule. Tunc memento mei, vt beneficias mihi, iura mea custodiendo, neque permittas ancillam tuam à potentioribus opprimi. Quod & poterit contingere, si ante me maritus meus obierit. Promittit Dauid, omnia se facturum, & dimittit illam. Post decem dies mortuus est Nabal; tunc licitum fuit Dauidi accipere sibi in vxorem viduam Nabalis, cùm nullam in morte illius partem habuerit Da-

Hactenus colloquium Talmudicum inter Abigail & Dauid. Vtrumque Scriptura laudat, Rabbini scelestissima sanctis Viris affingunt quando libet, & sine causa. Nihil tale inhonestum ex Scripturæ verbis planè explicatis suspicari licet. Rabbi Bar Samuelis Talmudista huius calumniæ assertor reus est. Peccat quidem grauiter in Dauid, dum illum semel & iterum sollicitantem Abigailem inducit, sed de adulterio perpetrato nihil affirmat. At R. Dauid Kimchi eo deterior, audaciùs irruit in Abigailis pudicitiam, cui pepercerat Rabbà, licèt minùs cautam & verecundam in crurium ostensione, & verbis vltimo loco prolatis illam in scenam producat. Kimchius verò apertè dicit, Abigailem se Dauidi prostituisse, quando dixit: *Et recordaberis ancillæ tuæ*. En eius verba 1. Sam. 25. 31.

כי כשאמרה וזכרת את אמתך פקרה עצמה לו וכיון שפקרת עצמה לו פגמה הכתוב בקריאה כי למעלה קראה אביגיל והבא אביגל ׃

Quoniam quando dixit: Recordaberis ancillæ tuæ, prostituit seipsam ei: & postquā prostituit seipsam, ei Scriptura maculat nomen suū: nam supra vocat eam אביגיל *Abigàil, & hic* אביגל *Auigàl* in dedecus ablato secundo י Iod, quod nota Diuinitatis est apud Cabalistas, quasi Diuinæ gratiæ signaculum ab ea recessisset. Cum ea mitiùs agit R. Isaac in ילקוט *Ialkùt* ad hunc locum Par. II. pag. 35. col. 4. num. 134. editionis Liburnensis sæpissimè citatæ §. וזכרת vbi sic ait -

Abigail, vt legunt communiter Hebræi, & omnes verſiones cum Vulgata. De his vocibus defectiuis & plenis, pleniùs in Diſſertatione de *Maſſora* agemus.

XXXVII. Dicunt, Abiſag contendiſſe cum Dauide, vt ſcriberet ſibi Ius ſponſalitij. Cùmque ille renueret, illa rurſus inſtabat Dauidis rationes eludendo, quaſi præ ſenectute impos eſſet coniugij. At ille euocata Bethſabee vxore, præſente Abiſag, concubuit cum ea tredecim vicibus. Hoc obſcœniſſimum commentum afferunt Rabbini in eorum ſanctiſſimo Talmude Cod. סנהדרין *Sanhedrìn* cap. 1 pag. 22. non longè poſt medium. Et referunt in Epitome Talmudis in *En Iſraël* Par. II. pag. 101. col. 4. num. 33. Talmudis verba ſunt.

כתיב (מלכים א׳: א׳ ،ד׳ ،) והנערה יפה עד מאד ותהי למלך סוכנת ותשרתהו אמרה ניסבן אמר לה אסירה לי אמרה ליה חסריה לגנבא גפשיה לשלמנ׳ נקיט אמר להו קראו לי לבת שבע וכתיב (שם פסוק ט״ו) ותבא בת שבע אל המלך החדרה אמר רב יהודה אמר רב באותה שעה קינחת בת שבע כ״ג מפות׃

Scriptum eſt (1. Reg. 1. 4.) Et puella erat pulchra valdè, & Regem fouebat, & miniſtrabat ei. *Dixit* (Abiſai ad Dauid): *Ineamus coniugia*. *Dixit ei* (Rex): *Tu mihi es prohibita*. [R. Sal. שכבר נשאתי שמנה עשר *Quia iam duxi decem & octo Vxores*.] *Dixit illa ei: Deficit anima latroni, ideò pacem tenet*. [R. Salomon.

בשתגנב חסר שאינו מוצא מקום לגנוב מחזיק עצמו

Dauid, ſed Deus iudicauit cauſam opprobrij ipſius de manu Nabal, vt ait Scriptura. Nec Deus iudicaſſet cauſam Dauidis morte Nabalis, ſi iniuſta fuiſſet: iniuſta autem iudicanda eſſet, ſi adulterium (quod nefas eſt credere) interceſſiſſet. Igitur quod imaginantur impudici iſti Talmudiſtæ, Hiſtoria Sacra non prodit; neque ex ipſorum verbis ritè intellectis, nec ex probitate perſonarum, nec ex negotiorum & temporum qualitate tantum nefas conijcere, aut etiam ſuſpicari licet. Argumentum deſumptum ex defectu literæ י *Iod* in אביגל *Abigàl* v. 32. c. 25. libri 1. eiuſdem, quaſi indicantis labem Abigailis, nihil probat, quia hæc macula (ſi in Abigail daretur) non illicò mundata eſſet. Nam quomodo poſtquam venerat ad maritum ſuum Nabal ver. 36. Scriptura non vocat eam אביגל *Auigàl* immundam, maculatam, ſed אביגיל *Abigàil*? quod & repetit v. 39. 40. & 42.? Cur autem ſemel ſcribatur אביגל *Abigal defectiuè* pro אביגיל *Abigail plenè*, non eſt recurrendum ad Cabaliſticum myſterium; quia cùm in Sacra Scriptura propemodum ſint infinita חסרים & מלאים, innumerabilia etiam eſſent inania iſta Cabaliſtica commenta, & ſomnia vana. Potuit autem huiuſmodi defectum literæ י *Iod* ex incuria amanuenſium primum prouenire, & paulatim in varijs Sacræ Scripturæ Codicibus irrepere, & tandem in omnibus exemplaribus receptis; ſic vox אבגל *Abigal* pro *Abigail* firmata eſt, quæ tamen (quamuis defectiua) legi debet plenè

עצמו בענוה כאיש שלום כלומר מפני שזקנת ותשש כחך אתה אומר שאני אסורה לך :

Quando latro non habet, nec inuenit locum furandi, apprehendit ipsum humilitas sicut hominem pacificum. Quasi diceret: Quia senuisti, & debilitata est virtus tua, ideò dicis, quòd ego sim tibi prohibita.] *Dixit* (Dauid) *seruis suis: Vocate mihi Beth Sabee. Et scriptum est* (Ibid. v. 15.) Et ingressa est Bethsabee ad Regem in cubiculum. *Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: In ipsa hora absterfit se Beth Sabee tredecim mappis.* [R. Salom. -

וקינחת בת שבע שבא עליה שלש עשרה ביאות ומקנחת בין תשמיש לתשמיש ובמקרא הזה כתיבין שלש עשרה תיבות : ותבא בת שבע אל המלך החדרה והמלך זקן מאד ואבישג השונמית משרת את המלך :

Et absterfit se Beth Sabee, quia superuenit tredecim vicibus, & detergebat se inter vsum, & vsum. Et ideò in hoc versiculo scripta sunt tredecim dictiones. Et ingressa est Beth Sabee ad Regem in cubiculum: & Rex erat senex valdè; & Abisai Sunamites ministrabat Regi.]

Impudentia Hebræorum ex hac expositione apparet, nec per somnium quidem imaginari quis posset commenta ista obscœnissima, quæ à Rabbinis pro veris historijs diuenduntur, prostituta fama Dauidis, honore ipsius pessumdato, & Sacræ Scripturæ veritate historica obscœnis fabulis deturpata. Nunquam ibi legitur Dauidem dixisse seruis suis: *Vocate mihi Bethsabee.* Et alium ob finem ingressa est Bethsabee in cubiculum Regis. Constat ex eodem 1. cap. 1. Reg. consilio & suasu Nathan Prophetæ id fecisse, vt Regnum stabiliret, pro filio suo Salomone, eiecto Adonia, qui iam Regni gubernacula inuadere tentabat. Quòd vero inire credunt numerum ministerij maritalis ex numero dictionum existentium in versiculo 15. capitis 1. primi Regum: violentum glossema est, & valdè dissonum. Quid Cancer cum Luna commune habet? Sunt tredecim dictiones: sed si numerum decimum tertium excederent, vel non attingerent, quid inde colligerent Talmudistæ? Numera, & inuenies quatuordecim dictiones -

ותבא ·1 בת ·2 שבע ·3
אל ·4 המלך ·5 החדרה ·6
והמלך ·7 זקן ·8 מאד ·9
ואבישג ·10 השונמית ·11
משרת ·12 את ·13 המלך
14.

Sed dicent את cùm sit articulus coniungi debet cum suo nomine המלך, vt fiat vna dictio אתהמלך, & sic 13. dictiones erunt. Benè quidem. At ego regero. Si regulis Grammaticalibus standum sit, necessariò coniungenda erit particula בת cum שבע: nam istæ non sunt 2. dictiones, sed vna constituens vnum nomen proprium בת שבע

nologia Iudæorum constabit, quam suo loco (Deo propitio) exhibebimus. Non igitur verosimile est mulierem 200. ferè annorum concipere potuisse, quæ tamen mox peperisse dicitur. Quòd si Rabbini ad miraculum recurrere voluerint, quia ei filius à Deo precibus Elisæi datus fuerat, adeoque quamuis annosa fuisset & decrepita, tamen concipere & parere potuerit. Nos contra eos, ex eorum impudicis commentis insurgemus, eosque redarguemus inhonestatis, & anachronismi. Ætatem virentem huius nobilis fœminæ arguit factum; quod Rabbini Giezi ministro Elisæi tribuunt. Dicunt enim: Quando mulier Sunamitis venit ad Elisæum in montem Carmeli, & apprehendit pedes eius, quòd accesserit Giezi, eamq; vt amoueret, apprehenderit per vbera; volentes in hoc ostendere Giezi lasciuiam, & mulieris pulchritudinem. Hæc non benè congruunt cum muliere, & muliere ætatis 200. annorum. Narrantur hæc in Cod. ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 10. b. paulò post med. & referuntur in *En Israel* Par. I. pag. 18. col. 3. num. 49. his verbis.

אמר רבי יוסי ברבי חנינא הוא (אלישע הנביא) קדוש ומשרתו אינו קדוש שנאמר (מלכים ב׳ ד׳ : כ״ז) ויגש גיחזי להדפה אמר רבי יוסי ברבי חנינא שאחזה בהוד יפיה

Dixit R. Iosè Ben R. Chaninà: Ipse (Elisæus Propheta) *erat sanctus, sed minister eius non erat sanctus. S. D.* (2. Reg. 4. 27.) Et accessit Giezi ad expellendum eam. *Dixit R. Iosè Bar Cha-*

Bethsabee, ergo non tredecim dictiones, sed duodecim erunt. Quicquid dicatur, nunquam numerus à Rabbinis exhibitus inuenietur. Defecerunt itaque Rabbini scrutantes scrutationes obscœnas, & consilia mala.

Sed quid dicendum de Dauide, qui puellam Sunamitidem euocauerat, vt eum in lecto foueret, an illam in vxorem duxerit, nec ne? Verisimilius videri potest, Dauidem contraxisse matrimonium cum Abisagh, non gratia concubitus, & prolis, sed propter periculum, & fragilitatem; quicquid dicant Hebræi, non licitum fuisse Regi multiplicare sibi vxores ex Lege Deut. 17. 17. neque numerum octodecim vxorum excedere ei licuisse. At ex sententia Talmudistarum supra ad pag. 123. colum. 1. nonne Dauid habuit, vel habere potuit quadraginta octo vxores? Ergo non restringi debet ad numerum 18. Sed quoniam incidimus in historiam Abisag. Notandum est illud quod dicit R. Salomon, & R. Dauid Kimchi ad ver. 8. cap. 4. libri 2. Regum: *Et factum est, cùm transisset Elisæus per Sunam; & ibi erat mulier* גדולה. *Ghedolà magna* אחותה של אבישג השונמית היתה *Soror Abisagh Sunamitis erat*. Et רד״ק *Radàk* addit היתה אמו של עדוא הנביא *quæ fuerat mater Prophetæ Addo*. Et in *Perakim* R. Eliezer cap. 33. pag. 28. col. 1. dicitur fuisse אשת של עדוא הנביא *Vxorem Addo Prophetæ*. Addo Propheta fuit Auus Zachariæ Prophetæ, plùs minus 365. annis eo posterior, sicut & hæc mulier 180. annis ad minus vixit segnior Abisag, vt ex Chro-

XXXVIII. Dicunt præterea Dauidem descendisse à Maria sorore Mosis. Docent hoc ex cap. 1. Exodi ver. 21. *Et fuit, quia timuerunt obstetrices Deum, ædificauit eis domos*. Hunc locum exponunt Hebræi, vt pro *domibus* significent sobolem filiorum numerosam. Alij dicunt: Fecit eis domos; abscondit eas, ne interficerentur à Pharaone. Sed in Codice סוטה *Sottà* dicunt, quòd per domos accipiendæ sunt duæ familiæ, *Leuitica Sacerdotalis, & Regia*. Et has duas obstetrices fuisse alterã *Iochabed* matrem Mosis; & alteram *Mariam* sororem eiusdem Mosis, quæ hic appellatur *Phuà*. Adduntque, è Iocabed prodijsse stirpem Leuiticam, & è Maria stirpem Regiam, nempè Dauidicam. Sed hoc opus, hic labor est Hebræis ostendere quomodo ex Maria, quæ fuit de Tribu Leui manauerit genus Regium Dauidicum, cum nunquam legatur illam fuisse nuptam. Proinde Hebræi conuertunt se ad diuinationes seù potiùs stultitias suas. In ואלה שמות רבה *Veelle scemòth Rabbà Exodi Glossario magno* pagina 117. col. 4. editionis Amstelodam. cum Comment. in fol. sic legitur.

ומרים יצא ממנה בצלאל שהיה מלא חכמה דכתיב (שמות לא׳ ג׳) ואמלא אותו רוח אלהים וגו׳ ועשה ארון לתורה שנקראת טוב הוי וייטב אלהים למילדות וגו׳ ויהי כי יראו המילדות וגו׳ רב ולוי חד אמר בתי כהונה ובתי לויה וחד אמר בתי מלכות בתי כהונה ולויה משה ואהרן בתי מלכות ממרים לפי שדוד בא ממרים דכתיב (ד״ה א׳ ב׳ י״ח) וכלב בן חצרון הוליד את עזובה אשה ואת יריעות ואלה בניה ישר

Chaninà, quòd apprehendit eam per decus pulchritudinis suæ. [R. Salomon: בדדיה *In mammis suis*.] Erat igitur iuuenis hæc mulier, neque soror Abisag potuit esse. Rabbini autem videntur hæc confingere, quia vtraque mulier erat ex Vrbe Sunam; quasi duæ mulieres ex eadem Vrbe esse non potuerint, quin & sorores simul fuerint. Hæc verò vocatur אשה גדולה *Mulier magna* ex eo, quia, vt ait *Radàk*, erat mulier.

חשובה בעלת נכסים ובעלת חשם.

existimata, diues, & conspicui nominis. Neque verisimile est, tantæ impudentiæ fuisse Giezi, vt inhonestè coràm Propheta & sancto Viro Elisæo agere voluerit cum veneranda, nobili, ac præpotente Matrona, vti erat mulier ista magna Sunamitis. Sed inhonesti Rabbini ex abundantia cordis impudica loquuntur.

De eadem muliere ibidem quærunt Rabbini, quomodo cognouerit Elisæum fuisse Virum sanctum? nam 4. Regum 4. ver. 9. dixerat Viro suo: *Nunc cognoui, quòd Vir Dei sanctus est*; cuius sanctitatem Vir eius non cognouit. Respondent.

רב ושמואל חד אמר שלא ראתה זבוב עובר על שולחנו וחד אמר סדין של פשתן הציעה על מטתו ולא ראתה קרי עליו קדוש הוא.

Ràu, & Samuel. Vnus dicit: quia non viderat (hæc mulier) *muscam volitare super eius mensam. Et alter dicit: linteamina linea strauerat super lectum suum, & in eis maculæ accidentariæ* (notam) *non viderat, ideò sanctus*. Viles causę, turpes, & indignæ.

ישר ושובב וארדון ׃ עזובה זו מרים ולמה נקרא שמה עזובה שהכל עזבוה תוליד והלא אשתו היתה ׃ אמר רבי יוחנן ללמדך שכל הנושא אשה לשם שמים מעלה עליו הכתוב כאלו ילדה ׃ יריעות שהיו פניה דומין ליריעות ׃ ואלה בניה אל תיקרי בניה אלא בוניה ׃ ישר ׃ זה כלב שיישר עצמו ׃ שובב ששיבב את עצמו ׃ וארדון שרידה את יצרו ׃ ותמת עזובה מלמד שנחלית ונהגו בה מנהג מתה וגם כלב עזבה (שם פסוק יט ׃) ויקח לו כלב את אפרת זו מרים ולמה נקרא שמה אפרת שפרו ורבו ישראל על ידיה ׃ מהו ויקח לו שאחר שנתרפאה עשה בה מעשה ליקוחין הושיבה באפריון מרוב שמחתו בה ׃ וכן אתה מוצא במקום אחר שקורא למרים שני שמות על שם המאורע שאירע לה הה״ר (ד״ה א ׃ ד׳ ׃ ה׳ ׃) ולא שחור אבי תקוע היו שתי נשים חלאה ונערה אשחור זה כלב לפי שאשחור בן חצרון היה ׃ ולמה נקרא שמו אשחור שהשחירו פניו בתעניות ׃ אבי נעשה לו כאב ׃ תקוע לבו לאביו שבשמים ׃ היו שתי נשים בשתי נשים חלאה ונערה לא חלאה ונערה הואי ׃ אלא מרים היתה ולמה נקראת חלאה ונערה שחלתה ונגערת מחלייה והחזירה הקב״ה לנערותה ׃ ותלד לו נערה לאחר שנתרפאת ילדה לו בנים את אחוזם ואת חפר (שם פסוק ו׳ ׃) ובני חלאה צרת וצחר ואתנן ׃ צרת שנעשית צרה לחברתה ׃ צחר שהיו פניה דומין לצהרים ׃ ואתנן שכל הרואה אותה מוליך אתנן לאשתו ׃ ולכך כתיב ויקח לו כלב את אפרת ותלד לו את חור ׃ ומנין שדוד בא ממרים דכתיב (שמואל א׳ ׃ יז׳ ׃ יב׳) ודוד בן איש אפרתי הזה מבית לחם יהודה ׃ וכן אתה מוצא שבכתוב אחר אומר ובני חלאה ענום ׃ (ד״ה א׳ ׃ ד׳ ׃ ח׳ ׃) וקוץ הוליד את ענוב ׃ וקוץ זה כלב שקצץ מרגלים ׃ הוליד את ענוב סיגל מעשים טובים בעת שהביאו אשכול ענבים שאלולי כלב לא יהביאו ׃ ואת הצבבה שעשה צביונו של הקב״ה ׃ ומשפחת אחרחל בן חרום ׃ אחרחל זו מרים ולמה נקרא שמה כן על שם (שמות טו׳ ׃ כ׳ ׃) ותצאן כל הנשים אחריה וגו׳ ׃ מהו ומשפחות זכה להעמיד ממנה משפחות ׃ בן

חרום זכתה שיצא ממנה דוד שרומם הקדוש ב״ה מלכותו ׃ כד״א (שמואל א׳ ׃ ב׳ ׃ ה׳ ׃) ויתן עז למלכו וגו׳ ׃

Et de Maria exijt Beſelel, qui fuit plenus ſapientia. S. S. (Exod. 31. 3.) Et impleui illum Spiritu Dei, &c. *& fecit Arcam Legi, quæ Vocatur bonum, iuxta illud, quod hic dicitur* (Exod. 1. 20.) Et benefecit Deus obſtetricibus: & creuit populus &c. *Et paulò poſt ibidem* (ver. 21.) Et quia timuerunt obſtetrices Deum, ædificauit eis domos. *Ràu & Leuì, vnus dicit, Sacerdotium & Leuiticum officiũ; & alter dicit, Regnum. Domos Sacerdotij & Leuitici nempè Moſen & Aaron. Domos Regni ex Maria; quia Dauid venit de Maria, S. S.* (1. Paral. 2. 18.) Caleb verò filius Chetzròn genuit Azubà fœminam, & Ieriòth, & iſti ſunt filij eius, Ièſcer, & Sciuàu, & Ardòn. *Azubà, iſta eſt Maria. Et quare Vocatur nomen eius Hazuud, id eſt derelicta? Quia omnes dereliquerunt eam. Quod verò dicitur*, & genuit (ipſam Azubà, quomodo eſſe poteſt) *nonne Vxor eius fuit? Dixit R. Iochanàn: Vt docearis, quòd qui ducit vxorem ad Dei nomen, tribuit ei Scriptura quaſi genuat eam. Ieriòth id eſt Aulæa; quia erat facies eius ſimilis aulæis. Et iſti ſunt filij eius. Ne legas filij eius, ſed* בוניה *Intelligentes eius, Vel Aedificantes eius. Ièſcer iſte eſt Caleb, qui direxit ſeipſum. Sciuàu, quia fregit fomitem ſuum. Et Ardòn, quia dominatus eſt fomiti ſuo.*) Ibid. ver. 19.) Et mortua eſt Azubà, *ſignificat quòd* נחלית *profanata eſt, & quaſi mortuam*

ver. 12.) Et Dauid filius Ephrathæi de Bethleem Iudæ. *Et sic tu reperis, quòd Scriptura alia dicit:* Et filij Chelàh &c. (1. Paralip. 4. 8.) Et Kòtz genuit Anùb. *Et Kòtz iste est Caleb, quia præcidit exploratores, Genuit Anùb, id est studuit bonis operibus tempore, quo attulerunt botrum vuarum, quia nisi fuisset Caleb, non attulissent. Et* Chazoueuàh, *quia fuit decus Dei sancti benedicti.* Et Acharchèl filij Charrùm. *Acharchel, hæc est Maria. Et quare hoc appellatur nomine? Eo quòd* (Exod. 15. 20.) Egressæ sunt omnes mulieres post eam. *Quid est, quòd ait familias? Quia meruit gignere ex se familias. Quod verò ait,* filij Charrùm, *meruit quòd exiret ex se Dauid, cuius Regnum Deus sanctus benedictus exaltauit, sicut legitur* (1. Sam. 2. 10.) Et dabit robur Regi suo, &c.

Hic est chaos confusionis. Nedum mulieres omnes, quæ hic recensentur nominibus & cognominibus distinctæ, sunt *Maria*, sed etiam & masculi sunt *Maria*. Nihil legi apud Hebræos confusiùs, sed mendacia non aliter astrui possunt. Confunduntur in ver. 18. cap. 2. libri primi Paralip. filij cum patre, *Iaser & Sobab* & *Ardon* cum *Caleb*. Et *Ierioth filia* cum *Azuba matre*, quam dicunt esse *Mariam*, & hoc quidem nonnisi per somnium. Vnicam tantùm veritatem habemus ex Rabbinis in hoc loco; quòd *Azuba* fuerit vxor *Caleb* filij Hesron, & *Ierioth* eius filia, quamuis in textu Hebraico legatur [illegible]

וכלב בן חצרון הוליד את עזבה אשה ואת יריעות

Et

tuam habuerunt eam, & etiam Caleb reliquit eam. Et accepit sibi Caleb *Ephràth. Hæc est Maria. Sed quare Maria appellata est Ephrath? Quia fructificauerunt & multiplicati sunt Israëlitæ per manus eius. Quid est* accepit sibi? *Quia postquam curata est, fecit erga illam, quod solet fieri cum sponsis; locauit eam sub thalamo præ multa erga eam lætitia siuè amore. Sicque tu reperis in altero loco, quòd vocat Mariam duobus nominibus, propter id, quod accidit ei.* S. D. (1. Paralip. 4. v. 5.) Asechùr autem Auì patri Thekòah fuerunt duæ vxores, Chelàh, & Naaràh. *Asechùr iste est Caleb, quia Asechùr filius Chetzròn fuit. Sed quare dictus est Asechùr? Quia denigratæ sunt ei facies ex ieiunijs. Aui, quia fuit ei quasi pater. Thekòah, quia cor eius fixum erat in Deo Cæli. Fuerunt duæ vxores, id est quasi duæ vxores Chelàh, & Naaràh. Non fuerunt Chelàh, & Naaràh, sed Maria fuit. Sed quare dicta fuit Chelàh, & Naaràh? Quia infirmata, & excussa de morbo suo, & Deus illam restituit in adolescentiam suam. Et peperit ei Naaràh; postquam curata est, peperit liberos, Achuzàm &* *Chèpher* (Ibid. ver. 7.) Et filij Chelàh Tzèreth, Vetzòchar, & Ethnan. *Tzèreth; quia fuit angustia & dolor sociæ suæ. Tzòchar; quia fuit vultus ipsius* (Mariæ) *similis Meridiei. Ethnàn, quia omnes, qui videbant eam, dabant munera vxori suæ. Et propterea scriptum est.* Et accepit sibi Caleb Ephratam, & genuit ei Chùr. *Et vnde probatur, quòd Dauid descenderit è Maria? Quia scribitur* (1. Sam. 17.

capitibus 2. & 4. primi Paralip. *Caleb* faciunt. Sed quod magis ridiculum est, *Aharchel*, seù *Acharchel* filium *Charùm* masculum in fœminam transformant, dum eum volunt esse *Mariam*.

Quòd autem Dauid dicatur descendere ex Maria, quia hanc volunt esse *Ephratham*, & Dauid dicitur *Ephrathæus*, est probatio omninò inepta: nam Dauid vocatur Ephrathæus, seù filius Viri Ephrathæi, quia fuerat filius *Iesse*, qui fuit è Bethleem, quæ est *Ephrata*, & sic dictus est *Ephrataus*, ne putaretur esse de Bethleem Galilææ, Iosue 19. 15. quæ non dicta est *Ephrata*, vti Bethleem Iuda Genes. 35. ver. 19.

De Maria sorore Mosis & Aaronis, quòd fuerit vxor Caleb, est communis sententia Rabbinorum Talmudistarum in Cod. סוטה *Sottà* cap. 1. pagina 11. b. circa finem, & in Capitulis *R. Eliezer* cap. 45. pag. 41. col. 1. vbi *Ephratam* matrem חור *Chur* volunt esse *Mariam*. Cur autem Ephratha sit dicta Maria, aliam rationem affert idem *R. Eliezer*, & diuersam à supra relata. Sic enim ait:

ולמה נקרא שמה של מרים אפרת פלטוני בת מלכים מגדולי הדור שכל נשיא וגדול שעמד בישראל נקרא שמו אפרת של (מלכים א׳, י״א, כ״ו). ירבעם בן נבט אפרתי ודוד בן איש אפרתי.

Et quare nomen Mariæ vocatur Ephràtha? Quia erat aulica, filia Regum, ex Magnatibus æui illius: quoniam omnis Princeps, & Magnas, qui stat in Israële, vocatur nomen eius Ephra-

Et Caleb filius Chetzròn genuit Azubà fæminam, & Ierioth; quasi *Azubà* & *Ierioth* fuerint filiæ *Caleb*, cùm reuera altera vxor, & altera filia fuerit; vt clarè Vulgatus Interpres vertit: *Caleb verò filius Hesron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth*. Sed quid dicemus de textu Hebraico? Numquid deprauatum esse asseremus? Nequaquam, sed explicandus est. Vt sensus sit, *Caleb filius Chetzròn genuit* את יריעות *Ieriòth* את עזובה אשה *ex Azubà Vxore*: nam particula את frequenter interpretatur pro *ex*, *de*. Exod. 9. 29. *Cùm egressus fuero* את העיר *ex Vrbe*. Genes. 44. v. 4. *Et ipsi egressi fuerant* את העיר *de Vrbe*, & alibi passim. Vide רד״ק *Radàk* in ס׳ שרשים Ex vxore sua Azuba genuit Caleb Ierioth filiam: ו *Vau* enim ornatus gratia ponitur.

Ibidem cap. 4. v. 5. confundunt patrem cum filio, *Assurem* cum *Thecua*; Assur seù *Ascchur* fuit pater *Thekòah*: & אבי *Aui Pater* pro *nomine proprio* accipiunt. Scriptura ibidem dicit, habuisse duas vxores *Halaà* & *Naarà*, & Rabbini è contra negant, voluntque esse *Mariam*, duasque mulieres, vnam fictitiam faciunt Mariam, quam & Ephratam esse volunt, & cum Caleb matrimonio iungunt ibidem cap. 2. 19. ita vt Caleb ter cum Maria inierit matrimonium. Primò, sub nomine Azubæ. Secundò, Ephrathæ. Tertiò, Chelàh & Naaràh. Cùm & ipse Caleb modò sit *Caleb*, modò idem cum filijs suis *Ascchùr*, & modò idem cum *Kòtz*. Sic omnes ferè patresfamilias recensensitos in

Abiasaph : istæ sunt familiæ Koritarum] sic deprauatè explanatum per etymologias -

ובני קרח אסיר ואלקנה ואביאסף אלה משפחות הקרחי :

-- *Et filij depilati* (caponis) *sunt olla ; Deus acquisiuit eam , & pater meus collegit . Istæ sunt familiæ depilatorum .* Sic etiam illud Genes. 29. 6. *Date potum ouibus , & sic eas ad pastum reducite ,* השקו הצאן ולכו רעו explicabat , *Osculamini pecudes , & ite , pascite* . Necnon aliud Gen. 18. 21. *Fecerint consummationem , & si non , sciam :* עשו כלה ואם לא ארעה *Fecerunt sponsam & ego nesciam ?* Hæc & similia quamplurima loca Scripturæ possent sinistrè verti , si ad etymon , & non ad veram verborum significationem , & interpunctionem attenderetur . Hoc siquidem pacto Talmudistæ frequenter corrumpunt & deprauant Scripturæ loca , dum verba contorquent , & addunt , vel demunt literam aliquam , monentes : Ne legas vti scriptum est , *sed legas sic , vel sic* . Exempla passim inuenies in hoc nostro Syntagmate , vt opus non sit hic diutiùs immorari . Sed Dauidis mores ex Rabbinicis calumnijs prosequamur .

XXXX . Dicunt , Dauidem fuisse deteriorem Saule in operibus , sed quia Dauid natus est sub bono Astro , & Saul sub malo , ideò ei omnia in bonum cessisse ; & è contrario Sauli in malum . Si autem Dauid natus fuisset in Astro Saul , Deus multos Dauid perdidisset à facie Saulis . Ista hoc modo leguntur in Codice מועד קטן *Moëd*

Ephrathæus . S. D. (1. Reg. 11. 26.) Ieroboam filius Nebàth Ephrathæi . & (1. Sam. 17. 12.) Dauid filius Viri Ephrathæi .

Hæc tamen ratio non videtur subsistere , quia nec Ieroboam , nec Dauid erant filij Regum . Ieroboam autem in principio erat seruus Salomonis 1. Reg. 11. 26. & Dauid erat filius Isai , qui inter Bethleemitas non erat primas , sicut apparet ex tenuitate muneris ad Saulem missi per manus Dauidis . Miserat enim *Asinum plenum panibus , & lagenam vini , & hædum de capris vnum* . Hinc patet paupertas , vel simplicitas paternæ Domus Dauidis ; vnde quando dicitur *Nabath Ephrathæus , Isai Ephrathæus* , non de nobilitate , aut diuitiarum affluentia , sed de patria , in qua orti sunt , est intelligendum .

Velle verò ex ineptis & insulsis nominum etymologijs Chronologiam Sacram , & veram Historiam rimari , est vanum & inutile Rabbinorũ adinuentum . Quænam diuinationis species est ista ; עזובה *Azubà* , quia interpretari potest *derelicta* , igitur significat eam esse *Mariam* ? *Sicut* יריעות *Ieriòth* ab *aulæis* dici , quia vultus illius similis aulæis esset in pulchritune ? Et sic de alijs , quæ omittuntur breuitatis gratia . Et sanè si liceret sic in Sacris ludere , haberentur ineptissimæ & absurdissimæ non paucæ nominum interpretationes ex ipsorum etymo petitæ : veluti egomet à quodam Rabbino aliquando audiui textum ver. 24. cap. 6. Exodi , [*Et filij Kore sunt Asir , Elkanà , &*

Moëd Kattàn cap. 3. ואל מגלחים pag. 16. b. circa medium -

זוטרא בר טוביה הוה קפסיק סידרא קמיה דרב יהודה כי מטא להאי פסוקא (שמואל ב׳ : כ״ג : א׳ :) ואלה דברי דוד האחרונים אמר ליה אחרונים מכלל דאיכא ראשונים מאי נינהו שתיק ולא אמר ליה ולא מידי הדר אמר ליה אחרונים מכלל דאיכא ראשונים מאי היא אמר ליה מאי דעתך דלא ידע פירושא דהאי קרא לאו גברא רבה הוא ידע דנקט מלתא בדעתיה נחג נזיפותא בנפשיה חד יומא ודאתן עלה מיהא אחרונים מכלל דאיכא ראשונים מאי היא (שמואל ב׳ : כ״ב : א׳ :) וידבר דוד ליהוה את דברי השירה הזאת ביום הציל יהוה אותו מכף כל אויביו ומכף שאול אמר ליה הקב״ה לדוד דוד שירה אתה אומר על מפלתו של שאול אלמלי אתה שאול והוא דוד איבדתי כמה דוד מפניו היינו דכתיב (תלים ז׳ : א׳ :) שגיון לדוד אשר שר ליהוה על דברי כוש בן ימיני וכי כוש שמו והלא שאול שמו אלא מה כושי משונה בעורו אף שאול משונה במעשיו וכו׳ :

Zuttrà Bar Tobiæ decidebat, seù determinabat ordinem [R. Salomon זצ״ל אומר פרשיות id est *sectionum seù capitulorum Sacræ Scripturæ*] *coram Ràu Iudæ. Cùm peruenisset ad illum versiculum* (2. Sam. 23. 1.) Et ista sunt verba Dauid posteriora. *Dixit ei:* Posteriora? *Igitur sunt & alia* Priora. Priora *quænam sunt? Tacuit* (R. Iudas) *nihil dixit, neque potuit ei respondere: Dixit ei* (iterum Zuttrà Bar Tobiæ) Posteriora? *Igitur sunt &* Priora. Priora *quænam sunt? Respondit* (R. Iudas) *Quænam est mens tua, quæ non agnoscit expositionem? Quia hic locus Scripturæ non est vir magnus,* (Gigas, difficilis, quòd intelligi non possit) *ipse seipsum explicat, & sensus habetur ex superioribus verbis. Tulit sententiam contra seipsum. Aliquando venerunt, & iterum dixerunt eis: Quid sibi vult* Posteriora? *Ergo sunt & alia* Priora. Priora *quænam sunt?* (2. Sam. 22. 1.) Et locutus est Dauid Domino verba Cantici huius in die, quo liberauit eum Dominus de manu inimicorum, & de manu Saul. *Dixit Dauidi Deus sanctus benedictus: O Dauid, tu dicis Canticum super ruinam Saulis: si tu fuisses Saul, & ipse fuisset Dauid, quamplurimos Dauides perdidissem à facie eius.* [R. Salom.

אתה שאול שנולדת במזלו והוא דוד שנולד במזל שלך : אכרתי כמה דוד שהוא צדיק ממך :

Si tu (Dauid) *Saul fuisses; qui genitus es in Astro eius. Et ipse* (Saul) *Dauid fuisset qui genitus est in Astro tuo, perdidissem multos Dauides, quoniam ipse* (Saul) *iustior te est.*] *Hoc est quod scriptum est* (Psal. 7. 1.) Ignorantia Dauid, quam cecinit Domino super verba Chusc Æthiopis filij Iemini. *Et quomodo? Cusc Aethiops est nomen suum, nonne Saul est nomen eius? Sed sicut Cusc Aethiops varius est ab alijs in cute, sic Saul varius est & diuersus ab alijs in operibus suis. &c.* Quos Deus ore suo reprobat, hos ab ipso Deo laudari scribunt Rabbini, & quos ipse in Scripturis suis laudat & extollit, hos ijdem Rabbini deprimunt:

De Saul dixit Deus 1. Sam. 16. 1. ואני מאסתיו *Et ego reprobaui eum.* Et de Dauid Ibidem ver. 13.

ותצלח רוח יהוה אל דוד מהיום ההוא ומעלה :

Et

Dixit Ràu Iehudà: Dixit Samuel, Cur non protractum fuit Regnum Domus Saulis? Quia nullam habebat infamiam. [R. Salomon -

שלא היה בה שום דופי משפחה ויתגאו המלכים היוצאים מזרעו על ישראל אבל דוד מרות המואבית אתא :

Quia nullam habebat infamiam in familia; & Reges qui ex semine suo egressi fuissent, superbirent in Israëlem: Dauid verò descenderat de Ruth Moabitide.] *Dixit R. Iochanàn nomine R. Simeonis Ben Iosedèk. Non eligunt* (Iudæi) *Gubernatorem Vniuersitatis, nisi arcam reptilibus plenam suspensam habeat in dorso.* [R. Sal. דופי משפחה *Infamiam suæ familiæ.*] *Vt si fortè intumescat mens eius super se, dicant ei: Verte te in tergus tuum.* Hinc intelligere poterimus, omnes Gubernatores, Rabbinos, & alios Iudæorum Præfectos infamiæ nota esse respersos. Eadem legere poteris in *En Israël* Par. I. pag. 302. colum. 4. num. 20. Exemplum Ruth exhibent Rabbini in odium gentilitatis, cur non afferunt exemplum Thamar, ex qua Dauid etiam originem duxit? Quia Hebræa erat, & de semine Israëlis. Si Israëlitæ turpia committant, probro non sunt ascribenda: & licet saccum reptilibus plenum Iudęus in humeris gestauerit, mundus & nitidus reputatur. Scriptura non quærit infamiã in familia, sed si acciderit, dũ boni sint posteri, illis defectus ascendentium non imputatur: & de his inquit Propheta: *Filius non portabit iniquitatem patris.* Neque in virum iustum

 stum

Et prosperauit Spiritus Domini ad Dauid à die ipsa, & deinceps. Rabbini ergo contraria statuunt, & volunt Deum dixisse probra in Dauidem, & laudasse Saulem, & huius scelera non voluntati suæ, sed Astris attribuisse, quasi Saul non propter suam malitiam, sed quoniam sub Astrorum fato genitus fuerit, à Domino reprobatus sit. Hic autem maximus error est. Sed non mirum, quia Rabbini omnia attribuunt Astris; & Astrologiæ Iudiciarię nimium deferunt. Locum Psalmi 7. 1. benè explicant, sed malè applicant. Saul vocatur *Cusc Aethiops*, quia varius ab alijs in operibus suis, sicut cutis Æthiopis à reliquorum hominum cute diuersa est. Sed sicut cutis Æthiopis nigra est, cæterorum hominum alba; sic opera Saulis mala, nigra in conspectu Domini apparuerunt, Dauidis autem alba; ista approbantur, illa reprobantur. Non igitur Saul supra Dauidem est euehendus, nec laudibus extollendus, vti Rabbini faciunt.

XL. Dicunt insuper, Dauidem obtinuisse Regnum, quia (vt Rabbini volunt) infamis fuit. Saul autem è contrario, quia non laborabat vlla infamia, successorem in Regno non habuit. In Cod. יומא *Iomà* cap. 2. pag. 22. b. quinque lineis ante fin. de Saulis Regno exciso hęc leguntur

אמר רב יהודה אמר שמואל מפני מה לא נמשכה מלכות בית שאול מפני שלא היה בו שום דופי: דאמר רבי יוחנן משום ר׳ שמעון בן יהוצדק אין מעמדין פרנס על הציבור אלא אם כן קופה של שרצים תלויה לו מאחוריו שאם תזוח דעתו עליו אומרין לו חזור לאחוריך :

ſtum peccata parentum transfunduntur, itaut de illis vel verecundari, vel eum è genealogia ſua abradi faciat. Exemplum de his habemus in Nouo Teſtamento apud Matthæum 1. vbi & Thamar, & Ruth, & Bethſabee in genealogia Saluatoris interſeruntur, relictis tot alijs Sanctis mulieribus. Neque Chriſtus, qui ſecundùm carnem ex his prognatus fuerat aliquam infamiam, aut labem incurrit praui nominis; ſed quia propter peccatores venerat, de peccatricibus naſcens, maiorem ſuam erga peccatores miſericordiam & bonitatem oſtendere voluit; ſic & Dauidi Regi nulla infamiæ nota inuri debet, ex eo, quia ex peccatricibus natus eſt. Neque Sauli Regnum ob bonum familiæ ſuæ auffertur, ſed propter ſua ſcelera eijcitur è Regno & reprobatur. In ipſo incepit, & in ipſo Sceptri ſui gubernacula deſierunt.

XLII. Inducunt Rabbini Deum reprehendentem Dauidē, quòd tandiu reſideret apud illum iniquitas, vt eius cauſa fuiſſet percuſſa Ciuitas Nob; exagitatus Doëg; occiſus Saul & filij eius: & quòd in pœnam propoſuerit ei; An vellet genus ſuum conſumi, an tradi in manibus inimici? Et quomodo inciderit in manus Iſcbibenob (erat hic frater Goliathi) à quo ſub prælo oleario coniectus & conculcatus, tandem Abiſai auxilio liberatur. Hæc Talmudica Hiſtoria, ſeù veriùs ridicula fabula legitur in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chélek* pag. 95. paulò poſt medium, & in *En Iſraël* Par. II. pag. 122. col. 2. num. 154. ex vtroque loco Talmudiſtarum verba ſunt.

אמר ליה הקב״ה לדוד עד מתי עון זה טמון בידך על ידך נהרגה נוב עיר הכהנים ועל ידך נטרד דואג האדומי ועל ידך נהרג שאול ושלשת בניו רצונך יכלה זרעך או תמסר ביד אויב אמר לפניו רבונו של עולם מוטב אמסר ביד אויב ולא יכלה זרעי יומא חד נפק לשכור כופי אתא שטן ואדמי ליה כטביא פתק ביה גירא ולא מטייה משכיה עד דאמטייה לארץ פלשתים כדחזייה ישבי בנוב אמר היינו האי דקטליה לגלית אחי כפתיה קמטיה אותביה ושדייה תותי בי סדיא אתעביד ליה ניסא מכא ליה ארעא מתותיה היינו דכתי׳ (תלים י״ח ל״ו) תרחיב צעדי תחתי ולא מעדו קרסולי והוא יומא אפניא דמעלי שבתא הוה אבישי בן צרויה הוה קא חייף רישיה בד׳ גרבי דמיא חזינהו כתמי דמא איכא דאמרי אתא יונה איטרפא קמיה אמר כנסת ישראל כיונה אימתילה שנאמ׳ (תלים ס״ח י״ד) כנפי יונה נחפה בכסף שמ״ע דוד מלכא דישראל בצער׳ שרי אתא מביתיה ולא אשכחיה שדר לבי מדרשא ולא אשכחיה אמר תנן אין רוכבין על סוסו ואין יושבין על כסאו ואין משתמשין בשרביטו בשעת הסכנה מאי אתא שאיל בי מדרש׳ אמרו ליה בשעת הסכנה שפיר דמי רכביה לפרדיה וקם ואזל קפצה ליה ארעא בהדיה דקא מסגי חזיוה לערפה אמיה דהוה גזלא כי חזיתיה פסקתה לפילכא שדתיה עילויה סברא למקטליה אמר׳ ליה עלם אייתי לי פלך פתקיה ברישא מחא וקטלה כדחזייה ישבי בנוב אמר השתא הוו בי תרין יקטלין לי פתקיה לדוד לעילאי ודץ ליה לרומחיה אמר נפול עלה ונקטיל אמר אבישי שם ואוקמיה לדוד בין שמיא לארעא ונימא ליה איהו אין חבוש מוציא עצמו מבית האסורין אמר ליה מאי בעית הכא אמר ליה הכי אמר לי קודשא בריך הוא והכי אהדרי ליה אמר ליה אפוך צלותך בר ברך קירא ליזבון ואת לא תצטער אמר ליה אי הכי סייע בהדן היינו דכתיב (שמואל ב׳ כ״א י״ז) ויעזור לו אבישי בן צרויה אמר רב יהודה

alis sauciata coram (Abisai) Dixit Synagoga Israël, quæ Columbæ assimilatur. S. D. (Psal. 68. v. 14.) Pennæ Columbæ quæ tecta est argento. Inde (Abisai) cognouit, quòd Dauid Rex Israël erat in tribulatione. Abijt domum suam, & non inuenit illum. Misit ad Academiam, & non inuenit illum. Dixit: De iure equitari non potest, nec in throno iura reddi, nec sceptro vti in hora periculi, Venit in Academiam, petijt de hoc (dubio solutionem). Dixerunt (Doctores): In hora periculi potest quis super mulam equitare. Surrexit, & abijt, exilijt terra multum, dum iret. Vidit Orpham matrem eius (Iscbibenob) quæ fila ducebat (nendo) cùmque illa vidisset (Abisai) proiecit colum in eum, putauit eum posse occidere, dixitque ei: Adolescens affer mihi colum. Impellit illam in caput ipsius, percussit, & occidit eam. Cùmque hæc vidisset Iscbibenòb, dixit: Nunc duo sunt contra me, certè occident me. Proiecit Dauidem in altum, & infixit lanceam suam. [R. Salomon: בקרקע in terram.] Dixit: Cadet, Dauid, super eam & interficietur. Pronunciauit Abisai nomen (Dei tetragrammaton) & fecit stare Dauidem inter cælum & terram. Et sunt, qui dicunt, quòd ipse [Glossa: דוד עצמו לימא שם David per seipsum adiurauit nomen Dei.] Nullus vinctus educit seipsum de carcere. Dixit ei: Cur huc venisti? Respondit: Sic dixit mihi Deus sanctus benedictus, & rursus sic respondi ei. [Glossa -

ניצל דוד והשליכו הש׳ ברחוק והלכו אבישי ודוד וחזרו להם ׃ א״ל אבישי לדוד מאי בעית הכא

אמר רב שעורו בתפלה אמר אבישי שם ואחתיה הוה קא רדיף בתריה כי מטו קובי אמרי קום כיה כי מטו בי תרי אמרי בתרי גוריון קטלוה לאריא א״ל זיל אשתכח לערפה אימיך בקיברת כי אדכרו ליה שמא דאימיה כחש חיליה וקטלוה היינו דכתיב (שם) אז נשבעו אנשי דוד לו לאמר לא תצא עוד אתנו למלחמה ולא תכבה את נר ישראל ׃

Dixit Deus sanctus benedictus ipsi Dauid: Quousque erit abscondita iniquitas tua in manu tua? Ob manum tuam interfecta est Nob Ciuitas Sacerdotum, per manum tuam exagitatus est Doëg Idumæus, & occisus est Saul, & tres filij eius. Vis, vt consumetur semen tuum, aut tradaris in manus inimici? Dixit (Dauid) coram eo: Domine vniuersorum, melius est, vt tradar in manus inimici, & non deficiat semen meũ. Quadam die egreditur (Dauid) ad capiendam prædam ad venandum (ad locum Bazài) Venit Satan in similitudinem Capreoli, emisit (Dauid) in eum sagittam, & non pertingit eum. Attraxit (Dauidem) quousque perueniret in terram Philisthæorum. Cùm autem vidisset illum Iscbibenob, dixit: Hic est ille, qui interfecit Goliath fratrem meum: ligauit eum, cepit eum, & proiecit illum sub prælum. Factum est ei miraculum. Terra emollita est. [R. Salomon ולא הויקו ne læderetur.] Et hoc est quod scriptum est (Psal. 18. v. 37.) Dilatasti gressum meum subtus me: & non nutauerunt tali mei. Eodem die appropinquante vespere Sabbathi, Abisai filius Tzurijàh quatuor aquæ lagenas super caput portabat. Vidit aquam sanguinis maculis aspersam. Et sunt qui dicunt: Venit Columba

למה באת כאן : אל״ הקב״ה אמר לי רצונך שיכלה זרעך או תמסר ביד אויבך והכי אהדרי ליה מוטב שאפול ביד אויב :

Liberatur Dauid, & longè proijcitur à Deo sancto benedicto. Simul ambulabant Abisai & Dauid, & sibi ad inuicem respondebant. Dixit Abisai ad Dauid: Cur venisti huc? Respondit (Dauid) *Deus sanctus benedictus dixit mihi: Vis vt consumetur semen tuum, aut tradaris in manus inimici tui? Et respondi ei: Melius est mihi, vt incidam in manus inimici.] Dixit ei* (Abisai) *Verte orationem tuam.* [Glos.

אמור מוטב יכלה זרעך ולא תמסר ביד אויב דומה לך בצער בניך בר בניך :

Dic, melius est vt consumetur semen tuum, & non tradaris in manum inimici. Expecta afflictionem filiorum filij tui.] Filius filij eat in venditionem, & tu mœrore non afficiaris. Dixit ei (Dauid) *Si sic est, adiuua me pariter. Hoc est quod scriptum est* (2. Samuel. 21. v. 17.) Et auxiliatus est ei Abisai filius Tzeruijàh. *Dixit Ràu Iehudà: Dixit Ràu: Quia auxiliatus est ei oratione. Pronunciauit Abisai nomen* (Dei quadriliterum) *& terrefecit eum. Fuit* (Iscbi-benòb) *persequens eos.* [Glossa -

והם בורחים שהיו קרוב לארץ פלשתים :

Nam ipsi fugiebant, quia erant prope terram Philisthæorum.] Cùm peruenissent Kòbe. [Glossa ·

לאותו כפר ששמו קובי שבין ארץ ישראל לארץ פלשתים :

In Villam, Kòbe appellatam, quæ erat inter terram Israël, & terram Philisthæorum.] Dixerunt קום ביה *Kùm beh, Irrue in eum.* [Glossa ·

אומרין זה לזה עמוד כנגדו ולא נברח ונכנו ולכך נקראו קובי :

Dixerunt ad inuicem: Sta contra eum, neque fugiamus, & percutiemus eum. Et ideò vocauerunt hanc Villam Kòbe.] Quando peruenerunt in בי תרי *Be-Therè* [Glossa -

ועדיין היו מפחידין וכורחין ·

Adhuc enim timebant, & fugiebant.] Dixerunt: Inter duos catulos (Leonis) *occidetur Leo. Dixerunt ei: Veni, inueniemus Orpham matrem tuam in sepulchro* (quá occidimus). *Quando commemorarunt ei nomen matris suæ, debilitata est virtus eius* (Iscbi-benòb) *& occiderunt illum. Et hoc est quod scriptũ est* (Ib.) Tunc iurauerunt viri Dauid ei dicendo: Non egredieris vltra nobiscum in prælium, neque extingues lucernam Israëlis.

Idem succinctè refertur à R. Dauid Kimchi 2. Sam. 21. quod nec approbat, nec reprobat; reprobat tamen illud, quòd Abisai filius Saruiæ opem tulerit Dauid per orationem, dicitque וכל זה רחוק *totum hoc esse procul à vero, & absurdum.* Nullum absurdum est, quod per orationem consequitur; absurdum quidem est dicere, quòd non potuerit Abisai Dauidem in angustijs liberare mediante oratione; absurdum etiam est, Dauidem Regem describere sine socio venatorem, & ita improuidum,

vt

gaiòn Pſal. 7. hoc modo explicat, & dicit -

שגיון לדוד ככר ביארנו כי שגיון אחד ממיני הניגון : וכן אמר בתפלת חבקוק שגיון וכו' :

Sciggaiòn ipſi Dauid. Iam declarauimus, quòd שגיון *Sciggaiòn ſit vna ex ſpeciebus melodiæ; ſic etiam dixit Abacuc in oratione* שגיון *Sciggaiòn &c.*

XLIII. Denique de Dauide ſubiungunt Rabbini: Quòd ſicut matris aſtutia fuerat conceptus, ita Dæmonis inſidijs interemptus ſit. Quomodo id accidiſſe velint, & quomodo parum abfuit, ne à canibus laceraretur, narratur in Cod. שבת *Sciabbàth* cap. 2. במה חדליקין pag. 30. non longè ante fin. & in *En Iſraël* Par. I. pag. 58. col. 3. num. 12. longè poſt medium his verbis -

אמר רב יהודה אמר רב מאי דכתיב (תלים לט : ה' :) הודיעני יהוה קיצי ומדת ימי מה היא ואדע מה חדל אני : אמר דוד לפני הקב"ה רבונו של עולם הודיעני יהוה קצי אמר לו גזירה היא מלפני שאין מודיעין קיצו של בשר ודם ומידת ימי מה היא גזרה היא מלפני שאין מודיעין מידת ימיו של אדם ואדעה מה חדל אני אמר לו בשבת תמות אמות באחד בשבת אמר לו ככר הגיע מלכות שלמה בנך ואין מלכות נוגעת בחברתה אפילו כמלא נימא אמות בע"ש א"ל (שם) כי טוב יום בחצרך מאלף טוב לי יום א' שאתה יושב עוסק בתורה מאלף עולות שעתיד שלמה בנך להקריב לפני על גבי המזבח כל יומא דשבתא הוה יתיב וגריס כוליה יומא ההוא יומא דבעי למינח נפשיה קם מלאך המות קמיה ולא יכיל ליה דלא הוה פסק פומיה מגירס' אמר מאי אעביד ליה הוה ליה בוסתנא אחורי ביתיה אתא מלאך המות וכתיש באילני נפק למיחזי הוה סליק בדרגא איפחית דרגא מתותיה אישתיק ונח נפשיה : שלח

שלמה

vt ſe vſque ad terras Philiſthæorum trahi ſineret à Diabolo ſub ſpecie Cerui, vel Capreoli, & alia de eodem comminiſci, quæ omnia inepta ſunt, incredibilia, fabuloſa, & ridicula. Legitur quidem 2. Sam. 21. v. 15. & 16. pugnaſſe Dauid contra Philiſthæos, & inter pugnandum defeciſſe, & parum abfuit quin à Isbibenob percuteretur, niſi Abiſai ex ſorore nepos præſidio ei fuiſſet: vnde viri Dauidis iurauerunt, quòd ampliùs Dauid egreſſurus non eſſet in bellum cum eis. Sed ex Sacra Scriptura nihil de hiſce Talmudicis fabulis, nec quidem niſi per ſomnium, poteſt colligi, aut fingi. Quæ cùm in officina Talmudica ab artificioſiſſimis Rabbinis cuſa ſint, venalia etiam exponuntur Iudaicæ plebi. Abominanda planè ſunt; at ipſi, licet cùm dedecore Sanctorum, & vilipendio Sacrarum literarū, laudes non modicas inde ſibi repromittunt. Deinde falſum eſt, Dauidem fuiſſe in cauſa quòd deſtructa fuerit Ciuitas Nob, percuſſi Sacerdotes Domini, occiſus Saul & filij eius. Hæc omnia à malitia *Saulis* proceſſerunt, & ob ſcelera ipſius, Deus permiſit eius infelicem mortem, totiuſque familiæ & domus extirpationem. Quòd autem mutauerit Dauid orationem ſuam, ideòque errauerit, & שגיון *Sciggaiòn* cecinerit in Pſal. 7. commentatio Talmudica eſt procedens ex læſa Rabbinorum imaginatiua, quam R. Dauid Kimchi non approbat, vt facit R. Salomon, ſicut ſuprà ad pag. 121. col. 2. n. 25. retuli. Dauid autem Kimchius *Scig-*

שלמה לבי מדרשא אבא מת ומוטל בחמה וכלבים של בית אבא רעבים מרה אעשה שלחו ליה חתוך נבלה ותנח לפני הכלבים ואביך הנח עליו ככר או תינוק וטלטלו ולא יפה אמר שלמה (קהלת ט׳: ד׳:) כי לכלב חי הוא טוב מן האריה המת : .

Dixit Ràu Iehudà, dixit Ràu: Cur scriptum est (Psal. 39.5.) Notum fac mihi Domine finem meum, & mensuram dierum meorum, quæ ipsa sit: noscam quàm desinens sim ego. *Dixit Dauid coram Deo sancto benedicto: Domine Vniuersi: Fac scire me Domine finem meum. Dixit ei* (Deus:) *Decretum est coram me, quòd minimè notificent finem carnis & sanguinis, & mensuram dierum meorum, quanta sit ipsa. Decretum est penes me, quod minimè notificent mensuram dierum hominis.* Et sciam quando desinens ero. [R. Salomon -

באיזה יום אני חדל ובטל מן העולם :

Quo die ego deficiam, & discedam à mundo.] *Dixit ei* (Deus:) *In Sabbatho morieris. Moriar* (infit Dauid) *prima Sabbathi* (hoc est die Dominico [R. Salomon -

שיוכלו להתעסק בי ובהספדי :

Vt possint occupari in exequijs meis:] nam die Sabbathi non licet nenias canere, & luctus funebres agere.) *Dixit ei* (Deus:) *Iam deuolutum est Regnum Salomoni filio tuo; & Vnum Regnum non tangit alterum Regnum, nec etiam transuersum filum. Moriar* (dicebat Dauid) *vespere Sabbathi. Respondit* (Deus, Psal. 84.v. 11.) Quia melior est dies in atrijs tuis præ mille.

Melior est mihi dies vnus quo tu sedes, & occuparis in lege quàm mille holocausta, quæ in futurum oblaturus est Salomon filius tuus coram me super Altare. [R. Salomon -

כדכתיב אלף עולות יעלה שלמה וגו׳ :

Sicut scriptum est (1. Reg. 3.4.) Mille holocausta obtulit Salomon &c.] *Omnibus diebus Sabbathi sedebat & legebat tota ipsa die.* [R. Salom.

של כל שבתות השנה היה יתיב וגרים שלא יקרב מלאך המות אליו שהתורה מגינת ממות כדאמרינן בסוטה :

Omnibus Sabbathis totius anni sedebat, & legebat, ne appropinquaret ei Angelus mortis (Satan, nam Angelus mortis, & Satan idem sunt, ex Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 16. circa medium; ex *Resc Lakise* הוא מלאך המות הוא שטן) *quoniam lex proteget à morte, sicut legitur in Cod.* סוטה *Sottà*.] *Illo autem die, quo moriturus erat, stabat Angelus mortis ante eum, sed nihil valebat in eum, quia ore suo legere non cessabat. Dixit* (Satan) *Quid ei faciam? Erat Viridariũ post domum suam: Abijt Angelus mortis, & concutere cæpit arbores* (pomarij). *Exijt* (Dauid) *Vt videret. Per gradus* (ligneæ) *scalæ ascendit. Amouetur scala, ruit* (Dauid) *&* (à Dæmone iugulatus) *interijt.* (Et Dauidis cadauer sub aperto cælo relinquitur, ita vt parum abfuerit quin à canibus deuoraretur.) *Mittit itaque Salomon in Academiam* (ad sapientes Rabbinos, vt ab eis consilium accipiat, quid de cadauere patris esset agendum; non enim sapien-

tia

homo viuens à persoluendo officium defuncto, & eius corpus sepulturæ tradendo die Sabbathi, quod SS. Patriarchæ præstiterunt Gen. cap. 23. 25. 35. 49. 50. adeò vt ne quidem malefactorum cadauera, per diem in patibulis relinquenda essent, sed in eadē die sepeliri præcipiuntur. Deuter. 21. 23. Dauidis autem cadauer ac si esset Leo mortuus, potiùs canum dentibus objiciendum, quàm contrectandum, & sepulturæ tradendum die Sabbathi volunt Talmudistæ; idcircò ne contrectetur, nisi adhibita cautione de pane, vel puero cadaueri imposito, instruunt sapientissimum Salomonem. Et istæ sunt Talmudistarum insipientiæ contra Dauidis honorem, sanctitatem, prudentiam, ceterarumque virtutum genera excogitatæ; vt ex his, quæ hactenus de eo dicta sunt, non Prophetam Dei, & hominem sanctissimum, quem nobis proponit Scriptura Dauidem intueri licet, sed potiùs Rabbinum quendam, eumque scelestum, flagitiosum, & penitùs indoctum sub Dauidis nomine Rabbini isti Talmudici nobis proponunt, quamuis aliquid scripsisse, & literis consignasse velint. Scripsit autem Dauid iste Rabbinicus orationem quandam Cabalisticam, quæ habetur msc. in quodam vetusto Cod. Bibliothecæ Farnesianæ Rom. in 4. membranaceo, vbi etiam scriptis exaratus est liber מערכת אלהות *Maarècheth Elaùth Ordinationis Diuinitatis*. De quo suo loco. Vocatur hæc oratio פתיחת לב *Petichàth Lèu Aperitio cordis*. Hanc à Dauide compositam fuisse vo-

tia sua, ne à canibus dilaceraretur pacris cadauer, quicquam statuere valebat, & ait:) *Pater meus mortuus est, & ad Solem est expositus. Canes autem domus patris mei sunt famelici* (periculum est ne deuoretur ab eis.) *Quid faciam?* *Miserunt ad eum* (atque dixerunt) *Incide cadauer* (bestiæ) *ante canes, & super patrem tuum pone tortam* (panis) *Vel puerum, & contrectare illum* (hoc est sepeli illum.) [R. Salomon. -

את הארית המת אסרו לטלטל אלא על יד ככר
או תנוק׃

Leonem mortuum prohibitum est contrectare, nisi mediante pane, Vel puero.] *Et nonne bene dixit Salomon* (Eccles. 9. 4.) Quoniam canis viuus melior est Leone mortuo?

Non in vita tantum, sed etiam post mortē iniurijs afficiunt Rabbini Sanctum Prophetam Dauid, nec eius cadauer per diem Sabbathi audent tangere, & sepulturæ tradere, ne Sabbathum coinquinent; nam docent in eodem Cod. *Seiabbàth* cap. 23. שואל pagina 151. b. ante medium -

דוד מלך ישראל מת אין מחללין עליו את השבת כיון שמת אדם בטל מן המצות והיינו דאמר רבי יוחנן (תלים פח, ו) במתים חפשי, כיון שמת אדם נעשה חפשי מן המצות׃

David Rex Israël mortuus est, non profanant eius causa Sabbathum. Quia quando mortuus est homo soluitur à preceptis. Et hoc est quod dixit R. Iochannàn (Psal. 88. 6.) Inter mortuos liber. *Quando moritur homo fit liber à praceptis.* Sed non liberatur

alicuius sancti Viri, vt ס׳ יצירה *Sèpher Ietzirà* euulgant sub nomine Patriarchæ Abrahami, ita & hunc libellum Dauidi Prophetæ attribuunt: & vt magis, magisque fides ei adhibeatur, confingunt fictitiam traditionem de patre ad filium, de Magistro ad discipulos, & de Scriptore ad Scriptorem, & à prioribus ad posteros, quasi per manus & manus vsque ad postrema hæc nostra tempora, tandem peruenisse volunt. Quæ cùm Rabbinicæ fabulæ sint, eas prorsùs reijcimus. De Dauidis autē Psalterio quòd reuera ab eo scriptum est, quid dicunt Rabbini?

De Psalmorum libro, Psalmis, & Musicis Instrumentis Hebræorum, Rabbinorum sententiæ.

PSalmorum liber omnibus Nationibus, & linguis notissimus Hebraicè communiter vocatur ספר תהלים *Sèpher Thehillìm Liber Laudum*, seù *Hymnorum*. Rabbini præcipuè in marginalibus citationibus plerumque elisa litera ה scribunt תלים *Thillìm*. Vocatur etiam *Psalterium*, quamuis propriè ΨΑΛΤΗ'ΡΙΟΝ Græcis sit Instrumentum Musicum, quo Psalmi canebantur, de quo plurali numero fit mentio 2. Reg. 12.

מזמרות *Mezamerròth Psalteria*. Hinc Psalmi, qui Spiritus S. afflatu, ligata oratione compositi, & ad excitandū animū psallentium & audientium, ad pietatem, nec non & religionem erga Deum excitandam Musicis Instrumentis decantabantur. מזמורים *Mizmòr*

volunt, & traditam Salomoni, vt ibi his verbis legitur -

פתיחת לב: מה שמסר דוד לשלמה בנו מלך יהודה וכתובה מדור לדור עד זמן ישיבת בן זכאי ראש גולה שהיה באותו הזמן רב סעדיה ונתגבר וכתב אותה עזריהו בן יושפט ממשפח׳ שבאה מן הנשיאים שהם דריו בנציבין וירד ברמשק זה עזריה ונשא לשם אשה ושבו לשם והלך רבי אברהם הספרדי וכתב אותה מן עזריהו ואני מרינוס כתבתיה ממנו ור׳ אברהם מן ארבונה מסרה לר׳ חגי ואני משה כתבתיה מר׳ חגי ומסרתיה ליוסף בר׳ שלמה. והיא תפלת מהקבלה עד כאן לשונו וזאת התפלה נמצאת עם מערכת אלהות כ״י על הקלף בבית ספרים של דוכוס די פארמה ברומה:

פתיחת לב *Petichàth Lèu Aperitio cordis, quam tradidit* (Dauid) *Salomoni filio suo Iudæ Regi, & successiuè scripta fuit de generatione in generationem, vsque ad ætatem Ben Zachai Principis captiuitatis, qui prævaluerat in Rau Saadiàh* (vide R. Saadiàh). *Postea eam scripsit Azarias Ben Iosaphàtt de familia, quæ venit ex Principibus & primarijs Præfectis. Iste Azarias descendit Damascum, ibi vxorem duxit, & in ea habitauit. Abijt autem R. Abraham Hispanus* (Damascum) *eamque* (orationem) *recepit ab Azaria præmemorato. Et ego Marinus eam ab eodem accepi, & exscripsi. Postea R. Abraham de Narbona tradidit illam R. Haggæo: & ego Moses recepi illam à R. Haggæo, & tradidi Iosepho filio R. Salomonis, & est oratio Cabalistica*. Hactenus verba Codicis Farnesiani Hebræi. Vt auctoritatem suis fabulosis & superstitiosis libellis concilient eos diuendunt sub nomine

nes, Thiorbæ, Nablia, Harpæ, Lyræ, Violæ, seù Chelys, Sambucæ, Pectides, Pandoræ, Clauicymbala, Clauichordæ, Spinettæ, Barbita, aliaque his similia, & omnis generis Cytharæ. vulgò *Chitarre*.

III. Generis sunt, quæ digitis, aut bacillis, vel ferrea lingua pulsantur, & sonum reddunt, vt sunt Crotula, Gnaceari, Systra, Tympana, Cymbala, Campanæ. Quænam autem ex his Instrumentis ad Psalmos modulandos apud antiquos Hebræos in vsu fuerint, est inquirendum. Ex quolibet ex his generibus aliquot assumpta fuisse Instrumenta pro certo statuendum est. Ex Psalmio enim 81. v. 3 habemus -

שאו־זמרה ותנו־תוף כנור נעים עם נבל׃ תקעו
בחדש שופר וגו׳׃

Sumite Psalmodiam, & date Tympanum: Citharam iucundam cum Nèuel. Et ex Psalmo 150.

הללוהו בתקע שופר הללוהו בנבל וכנור׃
הללוהו בתוף ומחול הללוהו במנים ועגב הללוהו
בצלצלי שמע הללוהו בצלצלי תרועה׃

Laudate eum (Dominum) *in clangore Buccina, laudate eum in Nablio & Cithara: laudate eum in Tympano, & Choro: laudate eum in Chordis & Organo. Laudate eum in Cymbalis sonoris: laudate eum in Cymbalis iubilationis*. Et in 2. Sam. 6. 5.

ודוד וכל בית ישראל משחקים לפני יהוה
בכל עצי ברושים ובכנורות ובנבלים ובתפים
ובמנענעים ובצלצלים׃

Et Dauid, & omnis domus Israël

morrim dicuntur, & singulariter מזמור *Mizmòr Psalmus*. Hinc Psalmorum liber centùm quinquaginta Psalmis absoluitur, sed non omnes nomine מזמור *Mizmòr* inscribuntur, sed tantùm quinquaginta quinque, nempè 3. 4. 5. 6. 8. 9. 12. 13 15. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 29. 30. 31. 38. 39. 40. 41. 47. 48. 49. 50. 51. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 73. 75. 76. 79. 80. 82. 83. 84. 85. 87. 88. 92. 98. 100. 101. 109. 110. 139. 140. 141 143. מזמור *Mizmòr* igitur propriè significat *Cantionem*, seù modulationem artificiosam quibusdam certis numeris & cæsuris incisam ex coniugatione פִּעֵל, & ex radice זָמַר *Incidere*, vel *amputare*, Græcè Ψαλμὸς id est *Cantus*, vt vtraque lingua idem indicaretur: laudes scilicet, & diuinos hymnos voce alacri, & Musicis Instrumentis decantandos fore.

Porrò Instrumenta, quibus cantiones modulari possumus, sunt in triplici differentia. Vel enim sunt *Pneumatica*, vel *Fidicina*, vel *pulsatilia*.

Primi generis sunt, quæ inflata, seù flatu, spiritu, vel vento incitata sonum emittunt, vt sunt Fistulæ, Sampuniæ, Cornua, Tibiæ, Tubæ, Buccinæ, Litui, Syringæ, & alia Polycalama, quæ Italicè dicuntur *Organi*, & *Regali*.

II. Generis sunt omnia illa Instrumenta, quæ chordis, seù neruis instructa, digitis vel pinnis, vel etiam plectris in harmonicos motus artificiosè incitantur, & sonum suauem reddunt, vt sunt Citharæ, Testudi-

Ex Pneumaticis.

1. שופר *Sciophàr Buccina* erat Cornu recuruum, vulgò קרן *Kèren Cornu*, quia ex Cornu Arietis fieri folebat, & hodie nonnifi ex cornu Arietino, ex Rabbinorum præcepto illud efficiunt, quod promifcuè & שופר *Sciophàr* & קרן *Kèren* vocant ex præfcripto משנה *Mifcnæ* Codice ראש השנה cap. 2. num. 2.

אמר רבי יוסי והלא כל השופרות נקראו קרן שנאמר (יהושע ו׳ : ה׳) במשוך בקרן היובל וגומ׳ :

Dixit R. Iosè : Et nonne omnes Buccinæ Vocantur Cornu? S. D. (Iofue 6. 5.) In protrahendo in Cornu Arietino, in audiendo vos vocem השופר Buccinæ &c.

Vfus illius erat multiplex, fed præcipuè ad fefta indicanda, vt Nouilunij Pf. 81. 4. תקעו בחדש שופר *Clangite in Nouilunio Buccina*; Anni quoq; Iubilei & remiffionis, Leuit. 25. 9. de quo opportuniori loco agemus. Affumebatur etiam in Pfalmis modulandis Pfalmo 150. 3. citato, הללוהו בתקע שופר *Laudate eum in clangore Buccinæ*.

Cæterùm de שופר *Sciophàr* dicitur in משנה *Mifcnà* Cod. תמיד *Thamìd* capit. 3. nu. 8. quòd מיריחו היו שומעין קול השופר *A Iericho audiebant fonum Sciophàr Buccinæ.* De Buccina autem prout hodie in vfu eft apud Iudæos, & quomodo feligatur & infletur in principio Anni noui, & in die Expiationis, agemus alibi Deo dante.

2. חצוצרות *Chatzotzeròth Tuba* longio-

ludebant coram Domino in omnibus lignis abiegnis, Citharis, & Nablis, & in Nablis, & in Tympanis, & in Siftris, & in Cymbalis. Et in 2. Paralip. 15. 14.

וישבעו ליהוה בקול גדול ובתרועה ובחצצרות ובשופרות :

Et iurauerunt Domino Voce magna in iubilo, & in clangore, & in Tubis, & in Buccinis.

Ex his Scripturæ locis habemus octo fuiffe genera Inftrumentorum Muficalium, quibus antiquitùs Hebræi vtebantur.

Ex Pneumaticis.

Inftrumenta, quæ fpiritu inflata fonum edunt, primum locum occupant in Scripturis facris. Ea funt

1. שופר *Sciophàr Buccina.*
2. חצוצרות *Chatzotzeròth Tuba.*
3. עוגב *Vugàu Organum.*

Ex Fidicinis.

1. נבל *Nèuel Nablum.*
2. כנור *Chinnòr Cithara.*

Ex Pulfatilibus.

1. תוף *Toph Tympanum.*
2. מנענעים *Menaanijm Siftra.*
3. צלצלים *Tzeltzelim Cymbala.* De fingulis aliquid breuiter dicemus.

Cymbalis, & Psalterijs, & Citharis concrepabant, & centum viginti Sacerdotes canentes Tubis, stabant coram eis, vt legitur 2. Paralip. 5. 12: Breuiter: Tempore quo Sacra Ædes Ierosolymitana extabat, in omnibus solemnitatibus, & sacris Cantionibus Tubis vtebantur, vti nobilioribus, & præstantioribus Instrumentis. Euersò autem Dei quondam Sanctuario, loco Tubarum successerunt Buccinæ, ex Rabbinorum decreto, quia humiliores, & viliores Tubis; hinc hodie pro Tubis vtuntur Hebræi Arietinis cornibus, Bouinis reiectis, quæ vulgo חצוצרות *Tubæ* vocantur, & pro Tubis habentur. De tali substitutione legitur in Cod. שבת *Sciabbàth* cap. 2. pag. 36. lin. 5.

אמר רב חסדא תני תלת מילי אישתני שמיחו מכי חרב בית המקדש חצוצרתא שופרא שופרא חצוצרתא למאי נפקא מינה לשופר של ראש השנה וכו׳ :: פתורתא פתירתא פתורה למאי נפקא מינה למקח וממכר ׃

Dixit Ràu Chasdà; Tria vocabula mutata sunt, ex quo Domus Sanctuarij euersa est. Tubæ (vocabulum) *in Buccinam, Buccina in Tubam. Quid inde deducitur? Pro Buccina initij anni &c.* [R. Salomon -

לשופר של ראש השנה אין תוקעין אלא באותו שעם הארץ קורין חצוצרות והוא שופר או אם בא עם הארץ לשאול במה יתקע אומרי׳ לית בחצוצרות ׃

Pro Buccina initij anni; non clangunt (in principio anni) *nisi Buccina; quam plebeij vocant Tubas, quamuis sint* שופר *Sciophàr Buccina: vel si interrogauerit plebeius, quo* (Instrumento)

giores Buccinis, ex cupro, argento, aut alia materia, vel etiam ligno oblongo, cauo, & recto constabant, Buccinæ solùm cornu retorto, & hoc Arietino, ex Glossa ad Cod. סוכה *Succà* c. 3. p. 34. circa fin. vbi differentia inter vtramque assignatur, quòd שופורא כפוף חצוצרתא פשוטה *Buccina sit curua, Tuba extensa.* Vsus Tubarum diuersus erat à Buccinæ, nec alter locum alterius occupabat. Buccinis inflatis, cœtum Ecclesiæ congregabant, solemnitates statijs temporibus indicebant, Neomenias, Annū nouū, & Iubileū proclamabant: Tubis ista peragere vetitū. Clangebant Tubis argenteis, quando castra in deserto mouebantur, & hoc officium ex Dei præcepto præstabant Sacerdotes, Num. 10. 8. Si semel clangebant, congregabantur Principes, & Capita filiorum Israël; si concisus & prolixior erat clangor, mouebant castra primi, qui erant ad Orientem. In secundo clangore prolixo & vlulatu conciso, mouebant castra qui erant ad Meridiem, & pari modo reliqui faciebant.

Si exeundum erat ad bellum, inflatis Tubis vlulabant. Ibid. v. 9.

Si epulum facturi erant, vel festum diem, aut Calendas celebrabant, Tubis canebant super holocaustis, & victimis pacificis. Ibid. v. 10.

Clangebant Tubis coram Arca Domini, 1. Paralip. 13. 8. & capite 15. 24. 28. Iisdem, Psalmos & Cantica canebant, Ibid. cap. 16. v. 42. nam Cantores, qui erant sub Asaph, Eman, & Idithùm vestiti byssinis,

sentet, quem abusum etiam Concilium Tridentinum tollere volens sess. 22. in decreto de obseruandis & euitandis in celebratione Missæ, ab Ecclesijs arcet & eliminat Musicas eas, vbi siuè Organo, siuè cantu, lasciuum, aut impurum aliquid misceatur. Quo autem tempore intra Ecclesias Organa inuecta fuerint, Platina refert sententiam quorundam, qui asserunt id factum fuisse tempore Vitaliani Papæ, id est circa annum Domini 657.

Ex Fidicinis.

1. נבל *Nèuel Nablum*. Noster Interpres plerumq; vertit *Psalterium*, vt 1. Sam. 10. 5. — 1. Paralip. 13. 8. — 16. 5. — 25. 1. — 2. Paralip. 5. 12. — 9. 11. — 20. 28. — 29. 25. & alibi passim. Ex quo intelligi potest *Nèuel* fuisse Instrumentum Fidicinum, & non merè Pneumaticum, vt aliqui putarunt, credentes fuisse Vtriculum, qui per fistulam inflatus & brachio compressus, digitis item ad quædam foramina applicatis, & artificiosè ad breuissimum tempus inde amotis, suauissimum sonum emittit. Hinc in *Medràsc Thehillim* ad Psalmum 81. pag. 37. col. 4. præ omnibus alijs Instrumentis Musicis extollitur, ibi enim §. שאו dicitur

למה נקרא שמו נבל שמנבל כל מיני זמר׃

Cur Vocatur nomen eius Nèuel? Quia stultescere facit omnia alia Instrumenta Musica. Quod etiam refert R. Salomon ad eundem Psalm. 81. ver-

to) *sit clangendum* (in principio anni) *respondent* חצוצרות *Tubis*.

Confunditur itaque hodie à vulgo vocabulum חצוצרות *Chatzotzeròth Tubarum* cum שופרות *Sciopheròth Buccinis*, & vice versa.

3. עוגב *Vugàu Organum*. Quamuis Organum sit genus ad quodlibet Instrumentum, peculiariter tamen, & per quandam excellentiam, omnia Musica Instrumenta Organa appellantur, & inter illa, ea quæ stamneis, vel alterius materiæ calamis & inæqualibus, ad symphonicum concentum efformandum, mira industria & arte elaborata, per spiritum seù ventum, follibus in fistulas & calamos inclusum, & digitis, medijs quibusdam dentibus ligneis vel etiam eburneis exagitatum, sonum & melodiam auditu iucundissimam, emittunt. Inde Hebraicè עוגב *Vugàu Organum* dicitur, quasi *amabile Instrumentum*: nam עגב *Agàu*, à quo deducitur, *adamare*, & *amasium agere* significat. Antiquissimum est Instrumentum, cuius origo ante vniuersalem cataclysmum *Iubalis* ætate ex Scriptura Genes. 4. 21. habetur. Vsus Organorum in antiqua Synagoga frequens fuit, ad cuius melodiam Psalmi canebantur. A Synagoga ad Ecclesiam Organis aduectis, Patres ad cultum officiumque Diuinum, illorum vsum receperunt. Sed in Concil. Senonen. in decretis morum c. 17. decretū est: *Ne in Ecclesia Organicis Instrumentis resonet impudica aut lasciuia melodia: sed sonus omninò dulcis, qui nihil præter Hymnos & Cantica spiritualia repræ-*

aptatos alium diuerſum ab alio. Sic etiam in Nablijs (reperiuntur) *alia ab alijs diuerſa, tam in clauis, quàm in chordis; quæ tamen omnia vocantur Nablia.*

Itaque *Nablia*, quando à noſtro Interprete per *Pſalteria* redduntur, intelligenda ſunt Inſtrumenta chordis ſeù neruis inſtructa, quibus per digitos in diuerſis modis & tinnulis concitatis, ſuauiſſimus editur ſonus, ita vt meritò in *Medràſc Theillim* de *Nablijs* dicatur, quòd alia Muſicalia Inſtrumenta ſtulteſcere faciant. Ψαλτήριον itaque propriè eſt Muſicum Inſtrumentum decem chordis inſtructum, vt vult D. Hieronymus Epiſtola ad Sophronium; forſan quia ſæpè de Pſalterio decem chordarum in Pſalmis fit memoria. Ioſephus lib. 7. cap. 10. antiquit. כנור *Chinnòr Citharam* decachordam fuiſſe, נבל *Nèuel* autem ſiuè Nablum duodecim chordarum. & digitis tangi ſolitum, vnde forſan noſtræ Chely, ſeù Teſtudini non fuit diſſimile. Cuius autem formæ aut figuræ fuerit, planè ignoratur. Kircherius in Muſurgia lib. 2. cap 4. inſtar trapezij vult fuiſſe confectum, iconem illius affert 15. chordis inſtructam. At ex ſententia D. Kimchij, cùm *Nablia* ſeù *Pſalteria* diuerſarum magnitudinum fuerint ſecundùm craterum diuerſitatem, vel maiorum, vel minorum; dicendum eſt etiam plures, vel pauciores habuiſſe chordas, ita vt & 12. vel etiam 15. chordis inſtructa aliqua ex his maiora credibile eſt. Certum tamen eſt ex Scriptura, aliquam *Nablij* ſeù

vcr. 3. & in Iſai. cap. 3. 12. Huic opinioni videtur inclinare R Abraham Aben Ezræ Comment. in Pſal. 150. 3. vbi ait in hac fiſtula יש לו עשרה נקבים *fuiſſe decem foramina*. At ſonus huius Vtriculi, qui à pluribus in Italia vocatur *Cornamuſa*, non eſt adeò gratus (cùm ſit ruſticalis, & à ruſticis abſque vlla, vel cum admodum modica ſcientia Muſica tractetur) vt ſupra alia omnia Inſtrumenta mereatur extolli. Vnde idem Aben Ezræ loco nuper citato ſubiungit, non eſſe poſſibile ſcire, quænam fuerint Inſtrumenta, quæ in Sacris literis nominantur; cùm plurima & admodum inter ſe diuerſa reperirentur in terra Iſraëlis, quorum notitia non peruenerat ad Idumæos (Romanos intelligit) nec illa idcircò Latinis vocabulis potuerunt exprimere; & viciſſim, quamplurima alia Muſicalia Inſtrumenta inter Romanos tunc temporis extiterint, quæ omninò ignota erant Hebręis. Sed de *Nablio* meliùs diſcurrit R. Sal. ad locum Iſaiæ c. 5. v. 12, dum de eo dicit: נימין ויתרות יש בנבל *Chordas & Clauos eſſe in Nablio*. Igitur *Nablium* eſt Fidicinum Inſtrumentum, non Pneumaticum. Et R. Dauid Kimchius de huiuſcemodi Fidicinis Inſtrumentis loquens ad cap. 22. v. 24. Iſaiæ ait:

האגנות יש בהם גדולות וקטנות ומוכנות לתשמישי משונים זה מזה ; וכן הנבלים יש בהם זה משונה מזה ביתרותיו או במיתריו וכולם יקראו נבלים :

Eſſe in eis crateres magnos & paruos ad miniſteria (Pſalmodiarum)

tio in משנה *Miſcna* Cod. ערכין *Arachin* cap. 2. num. 3.

אין פוחתין משני נבלין ולא מוסיפין על ששה׃

Nec paucioribus, quàm duobus Nablijs, nec pluribus, quàm ſex ſolebant pulſare, aut vti illis in Sanctuario.

2. כנור *Chinnòr Cithara* eſt aliud Fidicinum Inſtrumentum, quo ad laudes Deo canendas vtebantur Hebręi. Hoc, ſi antiquitatem ſpectes, ipſi עוגב *Vugàu Organo* non cedit, cùm vtrumque par ſit in natali, quippè quod tempore *Iubalis* in vſu erat Gen. 4. 21. Illius forma dicitur fuiſſe ad ſimilitudinem literæ Δ 24. chordis inſtructa, quæ digitis in diuerſos tinnulos voceſque varias conciratis, ſuauiſſimum ſonum reddebat; adeò, vt fructus terræ Geneſar, de qua in Nouo Teſtamento apud Matth. 14 34. fit mentio, ob illorum dulcedinem, comparentur dulcedini ſoni Citharæ. Ita in Talmude Codice מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 6. lin. 3. vbi ſic legitur.

כינרת זו גינזר ולמה נקרא שמה כינרת דמתיקי פירא בקלא דכינרי׃

Chinnèreth ea eſt Ghinnuzàr Geneſar. Et quare Vocatur nomen eius Chinnèreth? Quia dulcés ſunt fructus eius vt ſonus Citharæ. Forſan noſtræ Chely ſimilis erat. De Cirhara in Scripturis frequens mentio, quam Dauid tractabat, cùm adhuc iuuenis eſſet, & coram Saul canendo Spiritus nequam ab eo recedebat. 1. Samuel. 16. 23.

ולקח

ſeù *Pſalterij* ſpeciem repertam, quam vocat עשור *Aſsùr*, quia 10. chordis conſtabat, vt videre eſt in Pſal. 33. 2. בנבל עשור זמרו לו *In Nèuel decachordo pſallite illi*. Et in Pſal. 144. v. 8. בנבל עשור אזמרה לך *In Nèuel decachordo pſallam tibi*.

Minus propriè ſumitur *Pſalterium* pro libro, in quo Pſalmi Dauidis ſcripti ſunt, & ex quo Dei laudes & Hymni aſſumuntur, & voce, ſeù ore, vel etiam Inſtrumentis decantantur. Cęterùm notandum eſt id quod legitur in *Medràſc Theillìm* Pſal. 81. pagina 57. col. 4. §. שאו *Nablium*, ſeptem, octo, vel decem chordis, ſecundùm tria diuerſa tempora, componi. Vnde

אמר רבי יהודה ברבי אלעאי בעולם הזה על ידי נימין ויתרות ובמה נימין ביתידות שבעה שנאמר (תלים קיט׳ קסד׳) שבע ביום הללתיך ולימות המשיח שמונה שנאמר (תלים ו׳ א׳) למנצח על השמינית. ולעתיד לבא עשר שנאמר (תלים צב׳ ד׳) עלי עשור ועלי נבל׃

Dixit Rabbi Iudas Berabbì Elài: In hoc ſeculo (laudes dicuntur Deo) *medijs chordis & clauiculis; & quot chordæ ſunt* (modo) *in clauiculis? Septem. S. D.* (Pſal. 119. 164.) Septies in die laudaui te. *Et in diebus Meſſiæ, octo. S. D.* (Pſal. 6. 1.) Victori ſuper octauam. *Et in ſeculo futuro, decem. S. D.* (Pſal. 92. 4.) Super decachordo, & ſuper Nablio.

In hac traditione oſtenditur, Legem Moſaicam fuiſſe viam ad Legem Chriſti; Legē verò Chriſti ad patriam æternam ſignificatam per numerum denarium, qui vniuerſitatem in ſe comprehendit. De Nablijs fit men-

videmus 1. Samuel. 18. 6. mulieres ex omnibus vrbibus egressas in occursum Regis Saul בתופים *in Tympanis* cantando cum lætitia.

2. מנענעים *Menaanijm Sistra Instrumenta ænea*, siuè *crepitacula* erant quæ percussa stridulum sonum edebant. De his fit mentio in 2. Sam. 6. 5. & de quibus R. Dauid Kimchi dicit.

מנענעים הוא כלי נגון יניע אדם גופו בנגעו בו או הוא אשר בו יתרות ינועו בעת הנגון וי״ת ובריעין והם לוחות דקות ינגנו בהם וכדברי רבותינו זכרונם לברכה רביעין של אליית פי׳ לוחות של מקוננות כי הלוחות ההם ינגנו בהם ויקוננו.

Menaanijm est Instrumentum Musicum, ad cuius agitationem homo agitat corpus. Vel quia in eo sunt claui seu paxilli, qui mouentur dum pulsatur. Et Ionathan Vertit ובריעין *& in Reuiin*: *Reuiin enim sunt tabulæ graciles, quibus sonus editur. Et apud Doctores nostros b. m.* (legitur) רביעין של אליית *explica*: *Tabulas lamentatrices*: *quoniam has Tabulas pulsabant & lamentabantur*, scil. fœminæ lamentatrices tempore luctus. His vsus est Dauid & omnis populus cùm luderent coram Arca Domini, vt loco nuper citato videre est.

3. צלצלים *Tzeltzelim Cymbala*, quæ & מצלתים *Metziltàim Tintinabula* dicuntur duali numero, vt 1. Paralipomenon 15. v. 29. Nehem. 12. v. 27. Cymbalorum sunt duo genera; alia dicuntur צלצלי שמע *Tziltzelè sciàmaa Cymbala sonora*; & alia צלצלי תרועה *Tziltzelè theruàh Cymbala* iubi-

ויקח דוד את הכנור ונגן בידו ורוח לשאול וטוב לו וסרה מעליו רוח הרעה.

Et tollebat Dauid Citharam, & pulsabat manu sua, & refrigerium erat ipsi Saul, & benè erat ei, recedebatque ab eo Spiritus malus.

De Cithara fit mentio in pluribus locis Sacræ Scripturæ, & Talmudis, quæ breuitati studentes studiosè relinquimus.

Ex Pulsatilibus.

1. תוף *Toph Tympanum*. Instrumentum est notum, Chaldario simile, ex vna parte planum & membrana clausum, quod baculo percutitur; & sonum reddit. De eo passim in Sacris literis; sed de illius forma nullum ex eis lumen habetur. Est & aliud Instrumehtum mulieribus in Italia familiare, quo in Cantilenis & saltationibus vtuntur. Tympanum, & Cymbalum vocant. Circulus ligneus est, membrana item ex vna parte clausum, qua digitis percussa gratus auribus præbetur sonus. Non absimilia his fuisse puto illa, quibus post transitum maris rubri Hebræorum mulieres cum Maria Canticum Domino cecinerunt. Exod. 15. ver. 20. Non enim verisimile est, mulieres classica Tympana pulsasse, vel pulsare potuisse: vnde credibile est, diuersa & multiplicia Tympanorum genera in vsu fuisse apud antiquos Hebræos, alia maiora adhibita in festis sacris, & à viris percussa; alia minora à mulieribus in alijs popularibus & profanis lætitijs vsurpata, vt

צלצול היה במקדש של נחושת היה וחיה קולו ערב ונפגם ושלחו חכמים והביאו אומנין מאלכסנדריא של מצרים ותיקנוהו ולא היה קולו ערב נטלו את תיקונו והיה קולו ערב כמות שהיה׃

Tziltzùl Cymbalum fuerat aeneum in Sanctuario, & illius sonus erat suauis. Laeditur: miserunt Sapientes, & adduxerunt artifices ex Alexandria Aegypti, & aptauerunt illud. & sonus illius non erat suauis: remouerunt restaurationes, & factus est sonus illius suauis sicut prius.

Instrumentorum alia nomina Hebraica.

Alia Instrumentorum nomina habentur ex Scriptura. Sed quia vel sunt nomina generica omnium, vel plurium Instrumentorum, vel quia sunt Instrumentorum vulgarium, ideò ea inter Instrumenta Sacra, quorum vsus in Sanctuario receptus erat, non connumeraui. Seorsim tamen in hoc loco recensenda sunt.

Primò sunt ea, quae עצי ברושים *Atzè beroscim Ligna Abietum* appellat Scriptura 2. Sam. 6. 5. *Ludebat Dauid &c.* בכל עצי ברושים *in omnibus lignis abiegnis*, quia ex ברוש *Beròsc Abiete* seù *Buxo* erant fabrefacta. Dixi seù *Buxo*, quia ברוש *Beròsc* in *Ghemarà* Cod. ראש השנה *Rosc hasciana* cap. 2. pag. 23. circa med. explicatur per ברתא *Berothà*, quam vocem R. Salomon ibidem vulgari lingua dicit vocari בושו *Buxum*. Ex Buxo enim, vel consimili ligno, seù etiam abiegno confici solent Instrumenta Musicalia, vt notauit idem R. Salomon in Comment.

iubilationis, ex Psal. 150. 5.

Tziltzalè sciàmaa Cymbala sonora ex R. Dauid Kimchi 2. Sam. 6. 5.

והם שני כלי נחשת שמקישין אותן זה בזה ומשמעין קול׃

Sunt duo Instrumenta aerea, quae se inuicem collidentia sonum reddunt. Idem dicit in Comment. Psal. vltimo & in libro radicum, rad. צלל.

צלצלי תרועה *Tzeltzelè theruàh Cymbala iubilationis*, sunt Tabulae metallicae secundùm mentem ipsius Kimchij, qui dicit illarum sonum intelligi debere על חחצצרות *de Tubis aereis tarantantara*. Vtrumq; Cymbalum magnum sonum emittebat, ita vt audiretur à Ierusalem vsque Ierichum, vt legitur in משנה *Miscnà* Cod. תמיד *Thamid* cap. 3. num. 8.

מיריחו היו שומעין קול הצלצל׃

A Ievicho audiebant sonum צלצל *Tziltzàl Cymbali*. Iericho autem ab Ierusalem decem milliaribus distabat.

Quòd strepitum & clangorem emitterent Cymbala, negari non potest, cùm 1. Paral. 15. 19. legatur במצלתים נחושת להשמיע *In Cymbalis aeneis* (concrepantes) *ad resonandum* (ad audire faciendum) sed quòd illorum sonus ad decem milliaria audiretur, valde dissonum est.

De צלצל *Tziltzàl Cymbalo* sub nomine צלצול *Tziltzùl* fit mentio in Talmude Cod. ערכין *Arachìn* cap. 2. pagina 10. b. post med. vbi haec de eo leguntur –

מינים *Minnim*, *quasi dicat, in speciebus multis Instrumentorum Musicorum*. Vox itaque במנים *Beminnim* vertenda est *In chordis*, diuersorum scilicet Instrumentorum, vt bene vertit Vulgata. Non est igitur aliquod Instrumentum speciale quod vocetur מינים *Minnim*, trichordum, aut tetrachordum, vt vult Kircher in Musurgia lib. 2. cap. 4. *de Instrumentis Hebraeorum*. Sed מנים est vox, quæ vniuersalitatem Instrumentorum Fidicinum, & polychordorum significat, vt suprà ex auctoritate Rabbinorum Salomonis, & Saadiæ dictum est, quicquid aliter Kimchio in mentem venerit.

Tertiò, ובשלשים *Vuscialiscim*, *& in trifidis Instrumentis*. 1. Sam. 18. 6. Paraphrasis vertit ובצלצלין *Vutzeltzelin & in Cymbalis*. Cymbala autem diximus ex sententia Talmudistarum esse Instrumenta ænea, sed ex vi Hebraicæ vocis dicendum videtur fuisse Instrumenta Fidicina trium chordarum, vt putat etiam Kimchius in lib. Radic. ad שלשים quia quamuis dicat -

ובשלישים שירים נקראו כן לפי שיש להן מעלה על שאר הדברים כמעלת השרים על שאר בני אדם ׃

Et in Scialiscim (1. Sam. 18. 6.) *Cantica quadam Vocantur sic, eò quia habent excellentiam super reliqua, veluti Principes super homines*. Addit tamen -

או הם כלי נגון יש להם שלשה יתרים ׃

Vel sunt Instrumenta Musicalia qua habent tres chordas. Inde colligitur

ment. ad loc. 2. Sam. 6. v. 5. בכל עצי ברוש *In omnibus lignis abiegnis*, seu *Buxeis*, ישמתקנין מהם כלי זמר *quia ex illis conficiuntur Instrumenta Musica*. Constat igitur עצי ברושים *Atzè beroscim* non alicuius Instrumenti esse nomen proprium, sed commune omnibus Instrumentis ligneis, vt etiam notauit R. Dauid Kimchi ad eundem locum 2. Sam. 6. 5. cit. vbi sic ait -

אמר עצי ברושים לפי שכלי השיר עושה אדם אותם מברוש וכלל תחלה בכל עצי ברושים ופרט אחר כן ובכנורות ובנבלים וכו׳ ׃

Dixit lignis abiegnis, quia Instrumenta Musicalia fiunt ex Abiete (Buxo) *& prius in genere ponuntur in omnibus lignis abiegnis* (Buxeis) *& postea in specie; & in Citharis, & in Nablijs &c.* Itaque iterum concluditur, quòd pro עצי ברושים *Atzè beroscim Lignis Abietis*, vel *Buxi*, non est intelligendum aliquod Instrumentum speciale, sed generaliter omnia Instrumenta, quæ ex Abiete, vel Buxo fieri solent, vti Citharæ, Testudines, Tubæ, & alia id genus similia.

Secundò ponuntur מנים *Minnim* numero multitudinis ideò *R. Salom.* ad Psalm. 150. 5. dicit מיני כלי שיר הם *esse species* (diuersorum) *Instrumentorum Musicalium*. Et R. D. Kimchi in libro שרשים ad vocem מן dicit eandem esse sententiam R. Saadiæ, vbi in fine sic habet -

והגאון רבי סעדיה פי׳ אותו כמו מינים כלומר במינים רבים מכלי הנגון ׃

Et excellens Rabbi Saadiàh exponit (hunc locum Psalmi 150. 4.) *sicut*

bis tantùm reperies in Sacris Biblijs. Primò apud Isaiam 5. 12. & secundò apud eundem 30. 29. Vtrumque locum noster Interpres *Tibiam* vertit. Hebræi volunt esse Tympanum, Italicè *Tamburro*; & de hoc Tympano intelligunt illud משנה *Miscnæ* Codice ערכין *Arachin* cap. 2. n. 3. ולא היה מכה באבוב quod in אבוב *Abùb* afferam & explicabo. Interim ex vtroque loco Isaiæ colligitur חליל *Chalil* fuisse profanum Instrumentũ in publicis Choreis & lætitijs vsurpatum: verùm ex *Miscnà* & *Ghemarà* habemus, quòd fuerit duplex חליל *Chalil* profanum vnum, & sacrum alterum. Profanum adhibitum in gaudijs & lætitijs secularibus, & in luctu ac nenijs mortuorum; sic legimus in *Miscnà* Cod. בבא מציעא *Bauà Metziaà* c. 6. n. 1.

שכר את החמור ואת הקרר לחביא פרפרין וחלילים לכלה או למת ׃

Qui conducit Asinum, aut aurigam ad aduehendum edulia, & חלילים Chalilim Tibias pro Sponsa, aut pro mortuo, hoc est pro lætitia tempore nuptiarum, aut pro luctu funebri. Item in Codice שבת *Sciabbàth* capite 23. num. 4.

גוי שהביא חלילין בשבת לא יספוד בהן ישראל ׃

Gentilis si afferat חלילין *Chalilin Tibias in Sabbatho non planget illis Israëlita*. De hoc Tibiarum duplici vsu, in lætitijs & luctu, videtur aliquid innui apud Matth. 11. 17. *Cecinimus vobis* (Tibijs gaudij) *& non saltastis; lamentauimus* (Tibijs mœroris) *& non plan-*

gitur hoc nomen שלשים *Scialiscim* esse nomen commune Instrumentis trichordis diuersorum generum.

Et ista sunt Instrumenta, quorum vsus receptus erat in Templo Ierosolymitano, quæ quamuis plurima esse videantur, Dauid tamen Kimchius ad quinque genera reducit in principio explanationis Psalmi 4.

והכלים שהיו בבית המקדש לחלל הם נבלים כנרות ומצלתים ושופר וחצוצרות ׃

Instrumenta autem (inquit) *quæ erant in domo Sanctuarij* (in Templo) *ad laudes concinendas sunt, Nablia, Cithara, Tintinabula, Buccina, & Tuba*.

In Psalmo 149. 3. legitur: *Laudent nomen eius* במחול *Bemachòl*.

Quæritur ergo An מחול *Machòl* sit Musicum Instrumentum?

Resp. Minimè. Quia per *Machòl* intelligitur *Chorus*, id est illa lętitia vocum diuersorum hominum sibi ad inuicem, & alternatiuè respondentium, vel etiam ludentium, & saltantium, vt explicant LXX. Ps. 30. 12. *Conuertisti planctum meum* למחול *Lemachòl in Chorum*. *In gaudium* ipsi verterunt. At Kircher lib. 2. *de Musica Hebræorum* cap. 4. in *Musurgia*. מחול *Machòl* quod מחול *Machùl* vocat, vult esse Instrumentũ sex chordis instructum. Ab eadem radice חלל, à qua prodit מחול, emergit etiam חליל *Chalil*, de quo hæc accipe.

חליל *Chalil* est Instrumentum Musicum oblongum, & cauum: nam חלול *Chalùl*, à quo deducitur, *concauum* sonat, quod hoc modo scriptum

res in proprijs ædibus Tibijs canere in honorem festi, vti fiebat in quodam loco vocato שואבה *Scioauàh*, cuius Tibiæ, vt potè ad cultum Diuinum destinatæ non pellebant Sabbathum; de quo loco sic ait משנה *Miscnà* Cod. סוכה *Succà* cap. 5. in principio -

החליל חמשה וששה זהו החליל של בית השואבה שאינו דוחה לא את השבת ולא את יום טוב:

Tibia, quæ clangitur per quinque, vel per sex dies, ista est Tibia Domus שואבה *Scioauà, quæ non pellit Sabbathum, neque diem festum.* Quàm magna fuerit solemnitas, & lætitia, quæ in *Domo Scioauà* per diem festum Tabernaculorum habebatur, ostenditur in eadem *Miscnà*, & eodem loco, vbi hæc verba subiunguntur -

כל מי שלא ראה שמחת בית השואבה לא ראה שמחה מימיו:

Quicunque non vidit lætitiam Domus Scioauà, non vidit lætitiam in diebus suis. Ex hac Domo ad Templum vsque, in exitu diei festi, primi à solemnitate, maxima, & admodum populorum multitudine numerosa instituebatur processio, in qua Dei laudes canebant Sacerdotes & Leuitæ, de qua fit mentio in eodem Codice, & placet hic exscribere verba textus, vt appareat quàm vetustus sit ritus, sacros Hymnos canendi per vias; & vnde originem ducant sacri incessus Cleri & populi, qui communiter *Processiones* appellantur. Verba *Miscna* in eodem Codice *Succà* capite

planxistis. Et cap. 9. 23. *Et cùm venisset Iesus in domum Principis, & vidisset Tibicines &c. dicebat: Recedite: Non est enim mortua puella, &c.* Constat ex his, quòd חליל *Chalìl* profanum fuerat Instrumentum. Quòd etiam adhibitũ fuerit in rebus sacris, habetur ex eadem משנה *Miscnà* Cod. ערכין *Arachìn* c. 2. n. 3. vbi de oblationibus & sacrificijs quæ fiebant in Sanctuario, hoc modo loquitur -

אין פוחתין משני חלילין ולא מוסיפין על שני עשר ובשנים עשר יום בשנה החליל מכה לפני המזבח בשחיטת פסח ראשון ובשחיטת פסח שני וביום טוב ראשון של פסח וביום טוב של עצרת ובשמונה ימי החג וכו׳:

Non vtuntur paucioribus, quàm duabus חלילין *Chalilìn Tibijs, & non pluribus, quàm duodecim; & in die duodecimo anni* חליל *Chalìl pulsatur coram Altari, dum mactatur Pascha primum, & dum mactatur Pascha secundum: in die festo primo Paschatis; & in die festo* עצרת *Atzèreth Retentionis; & in octaua solemnitatis &c.* De ijsdem Tibijs Sanctuarij agitur in גמרא *Ghemarà* eodem Cod. ערכין pag. 10. b. circa mediũ, cuius verba referam paulò infra in אבוב *Abùb*.

Sacer vsus חלילין *Chalilìn Tibiarum* non solùm erat in Sanctuario, vbi victimæ mactabantur, sed etiam in domibus priuatis, quando communes lætitiæ agebantur pro die festo, & tunc reputabantur Instrumenta sacra, quia pro re sacra, & præcepto adimplendo assumebantur. Sic in die festo Tabernaculorum solebant ditio-

pite 5. numero 2. 3. & 4. sunt -

במוצאי יום טוב הראשון של חג היו יורדין לעזרת נשים ומתקנין שם תיקון גדול ומנורות של זהב היו שם וארבע ספלים של זהב בראשיהן וארבע סולמות לכל אחד ואחד (על כל מנורת ומנורה) וארבעה ילדי מפירחי כהונה וביריהם כדי של שמן של מאה ועשרים לוג שהן מטילין לכל ספל וספל: ג': מבלאי מכנסי כהני' ומהמייניהן מהן היו מפקיעין ובהן היו מדליקין לא היתה חצר בירושלם שאינה מאירה מאור בית השואבה: ד': חסידי' ואנשי מעשה היו מרקדים לפניהם באבוקית של אור שבידיהן ואומרים לפניהן דברי שירות ותושבחות והלוים בכנורות ובנבלים ובמצלתי' ובחצוצרות ובכלי שיר בלא משפר על חמשת עשר מעלות היורדות מעורת ישראל לעזרת נשים כנגד חמשה עשר שיר המעלות שבתהלים שעליהן לוים עומדין בכלי שיר ואומרים שירה עמדו שני הכהנים בשער העליון שיורד מעזרת ישראל לעזרת נשים ושתי חצוצרות בידיהן קרא הגבר תקעו והריעו ותקעו הגיעו למעלה עשירית תקעו והריעו ותקעו הגיעו לעזרה ותקעו והריעו ותקעו היו תוקעין והולכין עד שמגיעין לשער היוצא למזרח הגיעו לשער היוצא ממזרח הפכו פניהן למערב ואמרו אבותינו שהיו במקום הזה אחוריהם אל היכל יהוה ופניהם קדמה והמה משתחוים קדמה לשמש ואנו ליה עינינו רבי יהודה אומר היו שונין ואומרין אנו ליה וליה עינינו:

In exitu diei festi primi solemnitatis descendebant in atrium mulierum, & ibi ordinabant Processionem magnam, & candelabra aurea erant ibi, & quatuor simpula aurea in capitibus suis (candelabrorum) *& quatuor scalæ* (innixæ erant) *unicuique ex eis* (aliud exemplar, *cuilibet candelabro*) [Ghemarà ibidem pag. 52. b. circa fin.

ארבעת סולמות כו': תנא גובהה של מנורה חמשים אמה וכו':

Quatuor scalæ &c. est traditio; altitudo istorum candelabrorum erat quinquaginta cubitorum ,] Erant itaque hujusmodi candelabra instar Turrium, in quarum summitatibus fanalia ardent tempore alicuius solemnitatis. *Et quatuor Iuuenes Sacerdotio initiandi* (tenebant) *manibus suis vasa olei* (capientia) *centum viginti sextarios* . [Ghemarà ibidem -

איבעיא להו מאה ועשרים לוג כולהו או דילמא לכל חד וחד תא שמע ובידיהם כדי שמן של שלשים שלשים לוג שהם כולם מאה ועשרים לוג:

Interrogauit illos: Centum & viginti sextarij inter omnes, an forsan unicuique ex illis? Veni, vide. Et in manibus eorum Cadi Olei triginta sextariorum, qui omnes simul centum & viginti sextarios conficiunt]. *Et* (Oleum) *imponebant in simpulis. Ex fœmoralibus Sacerdotum vetustis, & ex illorum baltheis ellychnia conficiebant, & incendebant. Nullum atrium Ierosolymis erat, quod non illuminaretur ab igne Domus Hasciodaua: Quatuor homines pij, & operibus bonis præstantes faces accensas præ manibus tenentes saltabant, Canticorum & Hymnorum laudes decantabant; idem Leuitæ faciebant Citharis, Nablijs, Tintinabulis, Tubis, & alijs Instrumentis Musicis sine numero super quindecim gradus qui descendebant ab atrio Israëlitarum ad atrium mulierum; respectu quindecim Canticorum Graduum, quæ reperiuntur in libro Psalmorum: Super ipsis consistebant Leuitæ cum Instrumentis Musicis, & Canticum cantabant: ere-*

Eli

Eti ſtabant duo Sacerdotes in porta ſuperiori, qua deſcenditur de atrio Virorum ad atrium mulierum, & duas Tubas præ manibus tenebant. Ad Galli cantum (matutino ſcilicet tempore) *clangebant fixo ſeù æquali ſono, & poſtea fracto, & iterum æquali ſono vt prius. Pertingebant ad gradum decimum: clangebant fixo, & fracto; & fixo ſono. Perueniebant ad atrium; clangebant æquali, & fracto, & æquali ſono. Itaque clangebant, & ambulabant, quouſque peruenirent ad portam, per quam egrediebatur ad Orientalem plagam. At vbi peruentum erat, vertebant faciem ad Occidentem, & dicebant: Patres noſtri, qui* (olim) *fuerunt in hoc loco, terga vertebant ad Templum Domini, & facies eorum ad Orientem, & ad Orientem incuruabant ſe, & Solem adorabant: nos autem ad Deum* (vertimus) *& ſunt oculi noſtri. R. Iudas dicit: Iterabant, & dicebant: Nos ad Deum* (vertimus) *& ad Deum ſunt oculi noſtri.*

Notandum: In hac ſolemniſſima *Proceſſione*, ſex fuiſſe obſeruata. Primò, *Stationem*, & locum quendam electum, vbi multitudo conueniret. Secundò, hunc locum fuiſſe *illuminatum* adeò, vt lumen, ex candelabrorum altitudine, vbi Lampades Olei quantitate, & ellychniorum craſſitudine, tanquam faces ardebant, per vniuerſam vrbem etiam diffunderetur. Tertiò, vt ex hoc loco ad Templum vſque *Proceſſio* ordinatè procederet, homines ſeorſim à mulieribus incedebant, [illegible] Ne [illegible] vt Gloſſa [illegible] *Etz hachaiim* ibidem explicat ex Tal-

mude) [illegible] לידי קלות ראש *daretur occaſio leuitatibus*. Et hoc eſt quod dicitur: *Deſcendebant in atrium mulierum, & ibi ordinabant ordinationem, ſeù Proceſſionem magnam*. Quartò, quòd in hac *Proceſſione*, dum incederet multitudo, Seniores populi in honorem feſti, & vſum nocturni luminis *intortitia accenſa* in manibus geſtabant, ſubſiliendo interim, & laudes Deo canendo. Quintò, hanc *Proceſſionem* fuiſſe ordinatam *ad Galli cantum matutinum*, paulò ante auroram; quo ſanè tempore animus (poſt ſomni quietem) recreatus, alacrior, & ad pſallendum promptior eſt. Hinc etiam Eccleſia nos inuitat, vt *ſurgamus ſtrenuè*; nam *Gallus iacentes excitat, & ſomnolentos increpat*. Sextò, in hac *Proceſſione* adhibitos fuiſſe *ſonos* diuerſorum Inſtrumentorum, Pſalmos Graduales in ſingulis *gradibus* Templi fuiſſe decantatos, & *Stationes* varias peractas. Quæ omnia, ſi benè perpendantur, fiunt in noſtris Proceſſionibus. Licèt enim ceremonialia veteris Synagogæ per aduentum Chriſti ceſſauerint: nam præſente figurato figura deſinit, & Sole adueniente vmbræ fugantur: nihilominus in poteſtate ipſius Eccleſiæ eſt, quaſdam ex illis ceremonijs ſeligere, in teſtimonium iam nobis exhibiti Meſſiæ, & in laudem ipſius vſurpare, quemadmodum etiam licuit nonnullas à Gentibus ceremonias deſumere, & in bonum & ſanctum vſum ex malo & profano commutare, ſicut factum eſt de aqua luſtrali, veſtimentis ſacris, Incenſi, Thymiamatis, &

alio-

ſint omninò profana, & in vſu; vel vulgari, vel etiam ad cultum Idolorum adhibita, excluſa ſemper fuerunt à miniſterio ſacro. Ea ſunt, quæ in libro Danielis leguntur cap. 3. ver. 5.

בעדנא די תשמעון קל קרנא משרוקיתא קיתרום סבכא פסנתרין סומפניה וכל זני זמרא וגו׳.

In tempore, quo audieritis vocem Cornu, Fiſtulæ, Citharæ, Sambucæ, Pſalteriorum, Symphoniæ, & omnium ſpecierum cantus; &c.

Primò, Ergo eſt קרנא *Karnà Cornu*, videtur reſpondere קרן *Kèren* Hebræorum, vel etiam שופר *Sciophàr Buccina*. Sed religione vnum ab altero ſecernitur, cùm nefas eſſet vti Cornu profano in Hebræorum Sacris, quia ritu peculiari hæc Inſtrumenta cultui veri Dei dedicabantur. Hoc item dicendum eſt de alijs ſequentibus Inſtrumentis.

2. Eſt משרוקיתא *Maſcrokitha Fiſtula* à ſibilando ſic dicta: nam à verbo שרק *Scieràk* quod eſt *ſibilare*, deducitur.

3. קיתרוס *Kathròs Cithara*, vel etiam *Tympanum*; ſtat enim aliquando pro Hebraico תוף, vt Iſai. 5. 12.

4. סבכא *Sabechà Sambuca*.

5. פסנתרין *Peſantherin Pſalteria*.

6. סומפניה *Sumponiàh Symphonia*, Inſtrumenta ſunt Muſica diuerſorum generum, quæ cùm omnia ſimul artificiosè pulſantur, harmonicum & gratiſſimum ſonum reddunt. Quandoque pro certo quodam Inſtrumento vſurpatur, fortè pro *Sampunia* Italica.

Sunt

aliorum ſuffimentorum vſu, quæ omnia ſicuti apud Gentiles, ita & apud Hebręos in vſu erant. Inde etiam colligitur, non eſſe damnandum vſum, qui iam ab antiquo tempore apud aliquas Nationes inualuit, coram Sanctiſſimo Corporis Chriſti Sacramento dum in Proceſſionibus defertur, ſubſiliendi atque ſaltandi; quod tamen ſumma grauitate & modeſtia fieri debet, excluſis omninò mimorum & geſticulatorum actibus, & geſtibus; non tamen permitti debet paſſim & vbique, potiſſimùm in illis locis, vbi hactenus huiuſmodi vſus non eſt introductus. Collige etiam, licitum eſſe, dum per viam inceditur, & per gradus ſcanditur, maximè ſi hoc proceſſionaliter fiat, Pſalmos, vel alias Laudes ſpirituales modulari, vti olim Pſalmos Graduales decantabant Seniores & Sacerdotes, dum gradus Templi aſcendebant. Hinc aliqui dixerunt: Dauidem Spiritu prophetico hos Pſalmos compoſuiſſe, quia præuidit ſuper quindecim his Templi gradibus fore cantandos, ideò & Graduum Cantica nominauit; quod & verum eſſe potuit. Reijciendi ergo ſunt Talmudiſtæ docentes in Codice סוכה *Succà* cap. 5. pag. 53. Dauidem abyſſum demerſiſſe, & poſtea, pronunciatis quindecim graduum Pſalmis, reuexiſſe in locum ſuum. Quam fabulam referemus infra, dum de Pſalmis Gradualibus agemus, in quinta Laudum ſpecie Pſalmorum, quæ שיר *Scir Canticum* nuncupatur.

Sunt & alia Inſtrumenta, de quibus fit mentio in Scripturis, quæ cùm

Hoc baccillo arundineo volunt percussa fuisse חלילין *Chalilin Tympana* in Sanctuario (nam *Chalilin Tympana* vertunt) & locum illum *Misena*, Codice eodem *Arachin* cap. 2. n. 3. hoc modo interpretantur -

ולא היה מכה באבוב של נחושת אלא באבוב של קנה מפני שקולו ערב ולא היה מחליק אלא באבוב יחידי מפני שהוא מחליק יפה ::

Et non percutiebat (חליל Chalil Tympanum) באבוב *Abùb eum baccillo aneo, sed cum baccillo arundineo, quia sonus istius est suavior; & non blanditur* (id est læniter & blandè membranam Tympani palpant) *nisi vnico baccillo, quia eò pulchriùs blanditur*. Hæc Rabbinorum expositio videretur plana, & literæ admodum consona, nisi obstaret alia *Ghemara* explanatio ad eundem locum pag. 10. b. paulò post medium, qua videtur חליל *Chalil*, & אבוב *Abùb* esse duo genera Instrumentorum; non verò esse *Abùb* baccillum Tympani. Ad præfatam *Miscnam* -

ולא היה מכה באבוב של נחושת וכו׳ :

Et non percutiebat באבוב *in Abùb aneo*. Ita legitur in *Ghemarà* -

פתח בחליל ומסיים באבוב אמר רב פפא היינו חליל היינו אבוב ואמאי קרו ליה חליל דיחלי קליה :

Incipiebat cum חליל *Chalil, & desinebat cum* אבוב *Abùb*. Dixit *Rau Pappà: Hoc est* חליל *Chalil, & hoc est* אבוב *Abùb* (id est, aliud est Chalil, aliud Abùb) *Et cur vocarunt Chalil? Quia dulcis est eius sonus*. De חליל *Chalil* vide

Sunt & nonnulla insuper Instrumenta Chaldaicis vocibus expressa in Paraphrasibus Sacrorũ Bibliorum, quæ cùm Hebraica Instrumenta ad sacrum cultum assumpta Chaldaicè plerumque reddant, pro iisdem Instrumentis Hebraicis non rarò accipienda sunt, vti -

1. אבוב *Abùb*, vel אבובא *Abubà* correspondet vt plurimùm עוגב *Vugab Organo* Hebraico. Numero plurali אבובין *Abubin Organa*. Psal. 150. Aliquando sumitur pro Instrumento profano חליל *Chalil Tibia*, vt Isai. 5. 12. וחליל *Vechalil & Tibia*, Chaldaicè אבובא *Abubà Tibia*, quamuis חליל in *Miscnà* pro Instrumento Sanctuarij vsurpetur, vt suprà dictum est.

אבוב *Abùb* vt Instrumentum ad Sanctuariũ pertinens, legitur in Talmude Codice ערכין *Arachin* cap. 2. pag. 10. b. circa medium, his planè verbis :

תנו רבנן אבוב היה במקדש חלק היה דק היה של קנה היה ומימות משה היה צוה המלך וציפוהו זהב ולא היה קולו ערב נטלו את ציפויו והיה קולו ערב כמות שהיה :

Tradiderunt Magistri (nostri) *Abùb fuit in Sanctuario* (in Templo Salomonis) *planum erat, tenue erat, arundineum erat, à diebus Mosis erat; præcepit Rex vt obtegeretur auro, & non fuit sonus eius suauis; remouerunt tegmen, & restitutus est sonus illius suauis vt priùs*.

Volunt Hebræi moderni אבוב *Abùb* esse baccillum, quo Tympana percutiuntur, & hunc esse vel æreum, vel ligneum, seù potiùs arundineum,

עשרה נקבים היו בה ובכל נקב היה קנה אחד ובכל קנה וקנה היו בו עשרה נקבים ובכל נקב של קנה תוציא מין זמר נמצאת כולם מוציא ק׳ מיני זמר ואמת נכוחה ׃ וסימניך שלא תטעה מי אמר מאה ומי אמר אלף ׃

Decem foramina erant in (Magrephà) *& in quolibet foramine erat calamus, & in quolibet calamo erant decem foramina, e quibus singulis egrediebatur una species soni. Centum igitur inueniuntur species modulationum.*] *In Baraithà est traditio, quòd fuerit unius cubiti, & altitudo illius unius cubiti. Manubrium egrediebatur è dextera eius, & decem foramina erant in eo. Ex quolibet egrediebantur centum species melodiæ. Initur numerus omnium; Vt reperire est, continet mille species modulationũ. Dixit Ràu Nachmàn Bar Isaaci, & signum tuum est ipsa Baraithà.* [Glossa.

וסימניך שלא תטעה מי אמר מאה ומי אמר אלף ׃

Et signum tuum, quod non errabit, si quis dixerit centum, aut mille.]

מתניתא גושמא דרך משניות לשנות גושמא ׃

Baraithà Gusmà: Miscnaijòth seù Baraithòth docent hyperbolica. Ista non erunt hyperbolica, si ad regesta & calamos secundùm formam nostrorum Organorum redigantur, quę aliquando numerum Ghemaræ transcendunt. Sed quia Cod. תמיד *Tamìd* cap. 3. num. 8. in *Miscnà* dicitur

מיריחו היו שומעין קול המגריפה ׃

A Iericho audiebatur sonus Hammagrephà huius Organi, ab hyperbole

de, quæ dicta sunt suprà pagina 194. In eodem Cod. ערכין *Arachin* cap. 2. pag. 10. b. linea vltima describitur quoddam Instrumentũ dictum מגריפה *Magrephà* non dissimile à nostro Organo; decem regesta illi attribuunt, quæ foramina vocant: Calamos adeò in eo replicant, vt ad numerum mille denarium pertingant, sub nomine diuersarum vocum nuncupatos, quorum sonum ita fortissimum fuisse dicunt, vt cùm pulsaretur Ierosolymis in Templo, audiretur in Vrbe Iericho decem milliaribus distante. Verba Talmudis sunt

מגריפה הייתה במקדש עשרה נקבים היו בה כל א׳ וא׳ מוציא עשרה מיני זמר נמצא כולה מוציאה מאה מיני זמר ׃ במתניתא תנא היא אמה וגבוה אמה דקתא עצא הימינה ועשרה נקבים היו בה כל אחד מוציא מאה מיני זמר נמצאת כולה מוציאה אלף מיני זמר אמר רב נחמן בר יצחק וסימניך מתניתא גוזמא ׃

Magrephà fuerat in Sanctuario, { Glossa

פי׳ בקונטרים שנורפין בה הדשן וקשה דהא הייתה כלי זמר אלא נראה לפרש דשני מיני מגריפות היו אחת לדשן ואחת של שיר ׃

Explicatur in quaternione (Rasci, quod ita vocetur) *quia eo* (Instrumento) *euerrebant cinerem* (de Altari) *sed hoc est impertinens, cùm fuerit Musicum Instrumentum. Sed videtur posse exponi, quòd fuerint duæ species Magrephòth, una pro cinere, alia pro Musica.*] *decem foramina habebat. Ex quolibet ex istis exibant decem species soni. Inueniturque omnes fuisse centum species modulationum.* { Glossa

bole & fabula non excluditur.

Sunt & alia, quorum ſonum, ſiuè vocem dicunt etiam fuiſſe auditam ab Vrbe Iericho decem milliaribus ab Ieruſalem diſtante. Horum Catalogum contexunt in *Miſcnà* loco nuper citato in Cod. *Tamìd*, & eſt -

א׳: מיריחו היו שומעין קול שער הגדול שנפתח:

ב׳: מיריחו היו שומעין קול המגריפה:

ג׳: מיריחו היו שומעין קול העץ שעשה בן קטין מוכני לכיור:

ד׳: מיריחו היו שומעין קול גביני כרוז:

ה׳: מיריחו היו שומעין קול החליל:

ו׳: מיריחו היו שומעין קול הצלצל:

ז׳: מיריחו היו שומעין קול השיר:

ח׳: מיריחו היו שומעין קול השופר:

ט׳: מיריחו היו שומעין קול כהן גדול בשעה שהוא מזכיר את השם ביום הכפורים:

י׳: מיריחו היו מריחים ריח פטום הקטורת וכו׳:

1. *A Iericho audiebant ſonum Portæ maioris* (Templi) *dum aperiretur.*

2. *A Iericho audiebant vocem Hammagrephà Organi.*

3. *A Iericho audiebant vocem ligni, quod fecerat Ben Kattin machinæ ad labrum æneum* (amouendum).

4. *A Iericho audiebant vocem Gheuini Præconis*: nomen proprium eſt cuiuſdam viri, qui feſta, & officia in Templo peragenda indicebat alta voce.

5. *A Iericho audiebant ſonum Challil Tibiæ.*

6. *A Iericho audiebant ſonum Cymbalorum.*

7. *A Iericho audiebant vocem Cantici.*

8. *A Iericho audiebant ſonum Buccinæ.*

9. *A Iericho audiebant vocem Sacerdotis Magni, quando nominabat nomen Dei* τετραγράμματον *in die expiationum:*

10. *Vſque Iericho pertingebat odor mixturæ ſuffimenti.*

Omnia iſta inter reliquas Talmudis fabulas connumeramus.

In eodem Cod. ערכין *Arachin* cap. 2. pag. 10. b. lin. 4. ante finem, fit mentio de quodam Inſtrumento Muſico Hydraulo, quod vocant הרדוולים *Hardaualim*, de quo ita infit *Ghemarà*

וכן היה רבי שמעון בן גמלילא אומר הרדוולים לא היה במקדש מאי הרדווה אמר אביי טבלא גורגדנא מפני שקולו ערב ומערבב את הנעימה,

Et ſic dicebat R. Simeon Ben Gamaliel: Hardaualim non erat in Sanctuario. Quid eſt Hardauà? Dixit

ante fin. sumitur pro Cithara, & legitur ארדיכלין *Ardicalin*: nam כנור ועוגב *Chinnòr Veuugàu* vertuntur ארדיכלין וסורבלין *Ardicalin VeSorbalin*. Auctor מתנות כהונה ibidem non explicat quid sint, sed tantùm dicit, quòd

פירש"י מיני כלי זמר הן וכן פי' הערוך ערך הורדלוס.

Rasci explicat esse species Instrumentorum Musicalium. Et eodem modo facit Auctor ערוך *Arùch ad Vocem* הורדלוס. Hoc tamen notandum pro וסורבלין quod legitur in editione Bombergij Veneta, in Amstelodamensi cum Commento legitur ובורבלין, de quo statim.

Ex his, quæ hactenus dicta sunt, colligendum est: Hydraulica Organa, etiam tempore Ædis primæ nota fuisse Hebræis, sed non ad vsum sacrum recepta; Confundi aliquandò cum Organo & Cithara: sed intelligendum est de Organo & Cithara vulgi, non autem Sanctuarij.

בורבלין *Burbelin* autem, seu כרבלין *Carbalin*, סורבלין *Surbalin*, vel etiam כרבלין *Curbalin* pro eodem Instrumento sumuntur. In בראשית רבה *Berescith Rabbà* editionis Amstelodamensis cum Commento in fol. sect. 23. pag. 27. col. 1. circa finem pro בורבלין scribitur סורבלין *Surbalin*, cùm in edit. Veneta Bombergij pag. 13. col. 3. scribatur בורבלין *Burbalin*. Et in vtraque editione sect. 50. scribatur כורבלין *Curbalin*, in vtroque loco coniungitur cum alio nomine: in primo cum ארדיכלין *Ardicalin*, & in secundo cum ארדבולין *Adarculin*. Glossa verò

מתנות

xit Aui: Tabula est Organica, quia sonus eius est confusus, & conficit omnem harmoniam. In Talmude Ierosolymitano Cod. סוכה *Succà* pag. 55. col. 3. הלכה *Halachà* 6. scribitur cum א in principio, ב in medio, & ם in fine, & dicitur, quòd sit idem cum עוגב *Vugàu Organo*.

רבי שמעון בן לקיש אמר עוגב זה ארדבלס׃ תני רבן שמעון בן גמליאל לא היה ארדבלים בירשלים מפני שהוא סורח את הנעימה׃

R. Simeon Ben Lakisc dixit: עוגב *Vugàu est Ardenalàs. Tradidit Rabban Simeon Ben Gamaliel: Non fuit Adarualis Ierosolymis, quia fœtidam reddit harmoniam*. In vtroque loco tam הרדוולים. quàm ארדבלים videtur vocabulum corruptum ex Græco ὑδραυλις *Hydraulis* ר in locum ד transposito; si .n. scriberetur הדרוולים vel ארדבלים, vox suæ origini restitueretur. *Hydraulis* enim Organum est, quod ad aquæ decursum sonum edit. Non ignotum fuit Græcis atque Romanis, sed multò priùs in vsum apud Hebræos fuisse, ex locis modo allatis videre est, quamuis in Sanctuarium propter illius soni insuauitatem non fuerit receptum. Non igitur intelligendus est locus Talmudis Ierosolymitani de עוגב *Vugàu Organo* Sanctuarij, sed de alio quocunque Instrumento Organico vulgi. Vox enim illa הרדוולים *Hardeualim* valdè ampliatur, & deprauatur à Rabbinis. In *Berescith Rabbà* פרשה *Parascià* 23. pag. 27. col. 1. lin. 5.

Et Instrumenta, quæ in Domo sanctitatis ad laudandum erant, sunt -

1. נבלים *Neuelìm Nabliæ*;
2. כנרות *Chinneròth Citharæ*;
3. מצלתים *Metzilthàim Cymbala, Tintinnabula*;
4. שופר *Sciophàr Buccina*; &
5. חצוצרות *Chatzotzeròth Tubæ*:

Non numerat תוף *Toph Tympanum*; & עוגב *Vugàu Organum*, quia ea vel confundit cum aliquibus ex numeratis, vel postquam numerauerat, memoria exciderunt, vnde paulò post, Symphonicorum concentuum nominibus recensitis, addit -

ויש נקרא מן הכלים עשור : ויש עוגב : ויש מינים : וכל אחד חלוק בנגנתו. כמו שהוא ידוע אצל בעלי החכמה :

Et ex ipsis Instrumentis est aliquod, quod vocatur עשור *Asciòr*; *aliud* עוגב *Vugàu*, *aliud* מינים *Minnìm*. *Et vnumquodq; diuiditur in suam melodiam, secundùm quod notum erat apud huius Musicæ artis peritos.* תוף *Toph Tympanum* autem nullo modo inter prædicta Instrumenta connumerat, & malè quidem, cùm habeamus ex Ps. 150.4. *Laudate eum* בתוף *in Tympano.*

Interim dum Instrumenta pulsabantur, Cantorum aliquot, vel omnes simul, Psalmos canebant; vel alternatiuè versiculos modulabantur tantùm voce, nulla corporis parte mota: vel cum voce corpore pariter ludebant, & saltabant. Quod manifestum est ex voce מחול *Machòl*, qua *Chorus* ludentium, & multitudo saltantium, propriè significatur. Cæterà verò Instrumenta, quæ

מחנות כתונת vtrumque explicat: primum per מיני כלי זמר *species Instrumenti Musici*, & secundum per מיני זמר *species Symphoniæ* citato *Rasci*, & Auctore ערוך ad vocem הורדלוס. Cùm enim primus locus sit expositio textus Gen. 4. 21. *Et nomen fratris sui Iubàl; ipse fuit pater omnis apprehendentis* כנור ועוגב *Citharam, & Organum*, sequitur, quòd primum vocabulum correspondet *Citharæ*, & secundum *Organo*. Igitur vox סורבלין *Surbalin*, quæ correspondet כרבלין *Curbalin*, Organū significabit. Nisi fortasse quis dicere velit, vocem כרבלין *Curbalin* corruptam esse à Græca κύμβαλα *Crepitacula*. Sanè quidem omnes ferè consonantes (dempta terminatione Chaldaica י ן in כרבלין) in-ueniuntur, ac in κύμβαλα. Verosimile itaque est, vnum vocabulum ab altero deriuari, vel Chaldaicum à Græco, vel Græcum à Chaldaico, & סורבלין *Surbalin*, sicut & בורבלין *Burbalin* ex vtroque fuisse deprauatum.

Ex dictis collige, Psalmos sex Instrumentorum generibus fuisse decantatos super -

1. שופר *Sciophàr Buccinæ*;
2. נבל *Neuel Psalterio*;
3. כנור *Chinnòr Citharæ*;
4. תוף *Toph Tympano*;
5. עוגב *Vugàu Organo*; &
6. צלצלים *Tziltzelìm Cymbalis*.

Quamuis Kimchius in Comment. ad Psal. 4. circa principium non numeret nisi tantùm quinque, dum dicit -

והכלים שהיו בבית המקדש לחלל הם: נבלים וכנרות ומצלתים ושופר וחצצרות :

vertitur *Victori*, aut *Vincenti*, ac si diceret ei, qui alios vincit in opere suo, & alijs præest, illi committantur Psalmi, vt pro sua voluntate *perpetuò* & vsque *in finem* canantur. Huc respexisse videntur LXX, quando eandem vocem εἰς τὸ τέλος in *finem* transtulerunt, quamuis Chaldæus Paraphrastes לשבחה *Lesciabechà ad laudandum* verterit, cui præintelligendum est, *Præcentori*, seù *Magistro Capellæ*, vt vocant; & subintelligitur *Dominum*. Quasi dicat: *Præcentori* sit curæ, vt à Cantoribus & super Instrumentis huiusmodi Psalmi in *Domini laudem*, cantentur vsque in finem. Ista verò Musica Instrumenta erant distincta secundùm varias modulationes, & Tonos eis notos, ex quibusdam vocibus, quæ in titulis quorundam Psalmorum etiam hodie inueniuntur, vt aduertit Kimchius, & numerat in titulo Psalmi quarti his verbis.

והיו הכלים נחלקים על נגינות ידועות אצלם יש מהנגינות הנקרא עלמות כמו שכתוב (ד"ה א' ט"ו, כ') בנבלים על עלמות וכתוב (תלים מ"ו, א') על עלמות שיר, ויש שנקרא נגינות וכו היה נאמר זה המזמור, ויש מהם נקרא משכיל ויש מהם נקרא מכתם, ויש שגיון, ויש מהם נחילות ויש שגיונות ויש גיתית.

Et erant Instrumenta diuisa secundùm varias melodias apud illos notas. Ex his autem melodijs, seù varijs pulsationibus Instrumentorum quædam vocabatur 1. עלמות *Alamòth; quemadmodum scriptum est* (1. Paralip. 15. 20.) In Nablijs (cantabant) super Alamòth. *Scriptum est etiam* (Psalmo

quę in Templo Ierosolymitanò erant, in vsum assumebantur quando Sacerdotes in solemnitatibus, & diebus festis Sacra faciebant, quamuis ab his functionibus non essent exclusa Instrumenta pro Psalmis præcinendis præcisè deputata.

Quæres: Quibus Tonis, seù modulationibus, & symphonijs Psalmi fuerint decantati in Veteri Lege?

Resp. Non satis liquet, quo modulamine, siuè Tono fuerit concentus Psalmorum; sed certum est, eos ijsdem Instrumentis iam enumeratis fuisse decantatos, secundùm speciem soni appropriatam Instrumento ipsis Cantoribus eo tempore benè notam: ad nutum מנצח *Menatzèach Præcentoris*, siuè Præfecti Musices, qui Psalmos alijs cantandos distribuebat, Psalmorum erat modulatio. De מנצח *Menatzèach Præcentore* Kimchius in principio Psalmi 4. ita loquitur.

והנראה כי המנצח הוא אשר היה על המשוררים ועל ידי המנצחים היו נאמרים המזמורים והיו נותנים אותם למנגנים ולמשוררים.

Et videtur, quòd מנצח *Menatzèach sit ille, qui erat* (Præpositus) *super Cantores. Porrò secundùm huius* מנצחים *Menatzechìm Præpositos dicebantur* (modulis enunciabantur) *Psalmi, & dabantur pulsatoribus* (Instrumentorum) *& Cantoribus.* Huic Musicæ Præfecto, quem Itali vocant *Mastro di Capella*, Dauid Psalmos tradebat, vt ad nutum ipsius cantarentur. Hinc quamplures Psalmos videmus à voce למנצח *Lamnatzèach* incipere, quæ à D. Hieronymo, & ab alijs nonnullis

I. Significat *rem absconditam, occultam.*

II. *Puellam, adolescentulam,* sed Virginem, eò quòd sit occulta Viro.

III. *Seculum, perpetuum, aeternum*; aliquando tempus longum, vti *Iubilei*, vel etiam tempus vitæ alicuius.

Secundùm hæc tria significata titulum huius Psalmi Interpretes verterunt.

L X X. *Pro arcanis*, id est *pro occultis* secundùm primam significationem.

Hieronymus, *Pro Iuuentutibus*, secundùm alterum significatum.

Posset etiam verti עלמות *Alamòth Aeternitas, in perpetuum.*

Correspondet autem hic titulus primo Tono Musicę; quia sicut primus Tonus phlegmati dominatur, vt volunt docti; & mala, quæ inde proueniunt, vti pigritiam, stuporem, somnum, & mœstitiam sua virtute expellit; ita Psalmus iste 46. qui sub hoc primo Tono compositus esse videtur, & quem eodem modulabantur, omnem tristitiam in intima cordis parte latentem pellit, quia *Deus noster refugium & Virtus, adiutor* (est) *in tribulationibus.* Et hoc secundùm primum tituli significatum.

Et sicut Veteres ad benè efformandos adolescentum, & iuuenum mores primo Musicæ vtebantur Tono; sic & hic Psalmus על עלמות *Al Alamòth Super Iuuentutibus & Puellis* canitur; vt Deus, cùm primus sit castitatis & pudicitiæ largitor, dum refugium & fortitudo est, per hunc primum Tonum (Psalmo 46. v. 1.) Super Alamòth Canticum. *Quedam alia vocatur* 2. נגינות *Neghinòth, & ad hanc* (melodiam) *dictus est* (decantatus est) *hic Psalmus.* *Alia appellabatur* 3. משכיל *Maschil.* *Alia* 4. מכתם *Michtàm.* *Alia* 5. שגיון *Scigaijòn.* *Alia* 6 נחילות *Nechilòth.* *Alia* 7. שגיונות *Sceghijonòth.* *Alia* 8. גיתית *Ghithìth.* Hactenus Kimchius.

De his omnibus in hoc loco aliquid dicemus. Et quoniam sunt octo species modulationis, non incongruum erit eas octo Tonis Musicalibus nostris applicare: nam & Instrumenta suos Tonos habent, quibus, quod canitur, manifestatur, & animi affectus mouentur; dicente Apostolo 1. ad Corinth. 14. 9. *Etiam ea, quæ sine anima sunt, vocem dantia, siuè Tibia, siuè Cithara, nisi distinctionem* (diuersos Tonos) *dederint; quomodo scietur id quod canitur? Etenim si incertam vocem det Tuba, quis parabit se ad bellum?* Per Tonos igitur nostri animi affectus manifestantur. Quomodo autē huiusmodi Toni, per Psalmorum Titulos intelligantur; & quinam Psalmi super ijsdem canerentur, quique animi affectus mouerentur, ex sequentibus intelliges.

Per עלמות *Almòth*, quæ est prima modulationis species, intelligitur Primus Tonus, ad cuius normam cantabant Psal. 46. *Deus noster refugium & Virtus.* Dicitur עלמות *Almòth* à עלם *Alàm*, quòd secundùm mentem R. Mardochæi Nathan in Concordant. הוא יפרד לשלשה ראשים diuiditur in tria significata.

talem facultatem habeat, vt ægroto animo medela esse possit. Vnde cùm Spiritus Dei malus Saulem inuaderet, Dauidem super secundo Tono credibile est Citharam pulsasse; quoniam Scriptura voce ex hac radice deducta vtitur. 1. Sam. 16. 16. *Quærant virum scientem* מנגן בכנור *Menaghen hachinnòr pulsantem in Cithara.* Ibi aliquid deesse videtur, quod subintelligi debeat; quod hoc modo posset suppleri, & elucidari: Quærant virum scientem ludere Cithara, & symphoniam ac concentum talem edere, vt eo à Saule audito, Spiritus nequam ab eo remoueatur. Hanc igitur symphoniam, seù sonum Tono secundo editum fuisse, dicendum est.

III. משכיל *Maschil* Tonum tertium significat: nam sicut tertius Tonus Marti tribuitur; ex eo quia furibundus est, & ad prælium, & pugnam incitatiuus. Iram enim prouocat, & vehementer animum percellit, ac irritat; ita & *Maschil.* משכיל *Maschil* namque à שכל *Sachàl* deducitur, quod præter alia, etiam prosperari in bello significat. Huius significationis locus clarus est 1. Sam. 18. v. 30. *Et egressi sunt Principes Philisthinorum. A principio autem egressionis eorum* שָׂכַל *Sachàl prosperatus est Dauid præ omnibus seruis Saul.* Omnes ferè Interpretes Hebræi vocem שָׂכַל *Sachàl* pro הִצְלִיחַ *Hitzliach prosperatus est* scilicet in bello, interpretati sunt. R. Dauid Kimchi in libro Radicum in ipso principio radicis

שכל

num in titulo huius Psalmi significatum, eandem virtutem tribuere intelligatur Iuuentutibus, & castitatis cultoribus: nam primus Tonus castitatis effector dicitur à Cassiodoro; & hoc *in æternum*, videlicet, quousque vita nostra inter mortales, aura fruetur, & luce. Itaque istum Psalmum, *Deus noster refugium & virtus*, sub primo Tono cantatum fuisse credendum est, cùm pro *re occulta Adolescentulis* instruendis, *in æternum*, inscribatur.

II. Modulationis species est נגינות *Neghinòth*, quæ indicare videtur Tonum secundum. Tonus enim secundus Lunæ comparatur, sicut primus Soli. Luna siquidem humidis rebus præesse dicitur: secundus verò Tonus mœstitiam in animum inducit, lacrymas cit, & ad misericordiam cor mouet; ideò aptus est ad mitigandas animi curas, & quietem conciliandam: vnde placidum somnum post sedatas mentis perturbationes illi attribuunt. Isti animi motus manifestantur in Psal. 4. *Cùm inuocarem exaudiuit me Deus* &c. cuius titulus est

למנצח בנגינות מזמור לדוד

Præcentori in נגינות *Neghinòth Psalmus ipsi Dauid.* נגינות *Neghinòth* deducitur à נגן *Naghàn*, quod significat Instrumentum Musicum pulsare, hoc est illius chordas digitis, aut plectro artificiosè mouere, vt sonum & concentum talem edat, qui sit idoneus ad mitigandum animi molestias, & spiritus languores. נגינות *Neghinòth* igitur species soni esse existimatur, quæ

tribuitur. Vergit hic Tonus ad naturā Mercurij, nam ſicut hic bonus cum bonis, peſſimus autem ſit cum malis; ſic & quartus Tonus adulator eſt, & cæterarum harmoniarum naturæ accomodatur. Blandus tamen, tener, ac mollis plerumque eſt: & quamuis cum ſuperciliosis, vt tertius eſt Tonus, & ipſe ſuperbus ſit & furioſus, attamen cum humanis, vti eſt ſextus Veneri attributus, humanus eſt, imò humilis, & deſpectus, ac ſecundù m ſui nominis etymologiā מך תם *Mach Tham Percuſſum perfectè* apparere geſtit. מכתם *Michtàm* igitur eſt מיני נעימות הזמר *ſpecies harmoniæ cantus*, vt ait R. Salomon ad Tit. Pſal. 16. vel ſecundùm Aben Ezræ ibidem, eſt טעם פיוט שתחלתו מכתם *Tonus Cantus, cuius principium erat Michtàm*. Hoc eſt, per hanc vocem מכתם *Michtàm* agnoſcebatur, cuius ſpeciei harmoniæ & Toni Cantus, eſſet compoſitio Pſalmi, qui ſuper Inſtrumentis Muſicis canendus erat. Pſalmi, verò, qui ad normam huius Toni modulabantur, ſunt, Pſal. 16. 56. 57. 58. 59. & 60. qui in titulo vocem hanc מִכְתָּם *Michtam* præſeferunt.

V. שגיון *Scigaijòn* applicatur Tono quinto, & Ioui comparatur, qui beneficæ naturæ eſt, & ſua influentia homines benignos, beneuolos, mites, & iucundos facit; ſic & hic Tonus delectabilis cùm ſit, nimias curas, & animæ tædia tollit, anxios lætificat, & oblectatione corroborat, quæ omnia ſignificantur in voce שגיון *Scigaijòn*: nam שגיון eſt *Lætitia, iucunditas, complacentia, delectatio*, ſecun-

שָׂכַל · *Sachàl* inquit -

שָׂכַל דוד מכל עבדי שאול הצליח ׃

Sachàl David (1. Sam. 18. 30.) *præ omnibus ſeruis Saul* הצליח *Hitzliach Proſperatus eſt*. Idem repetit in Comment. ad hunc locum, & R. Leui Ben Gerſon expreſsè habet, quòd proſperatus fuerat in bello; verba illius ibidem ſunt -

שכל דוד מכל עבדי שאול ׳ ר״ל שהצליח במלחמה יותר מכלם ׃

Sachàl David præ omnibus ſeruis Saul, id eſt proſperatus eſt in bello præ omnibus illis. Huius tertij Toni affectus manifeſtantur in titulis Pſalmorum 32. 42. 44. 45. 52. 53. 54. 55. 74. 78. 88. 89. & 142.

Neque obſtat, quod dicit R. Abraham Aben Ezræ in tit. Pſ. 32. & 42. hanc vocem משכיל *Maſchil* appoſitam eſſe in titulis iſtorum Pſalmorum, כי פיוט תחלתו משכיל׳ *Quoniam Poëſis* (ipſorum) *incipiebat per* משכיל *Maſchil*. Quia ex hac ſententia confirmatur noſtra potiùs, quàm infirmetur: nam ex illa ſtatuitur, Pſalmos metro poëtico eſſe compoſitos, ac proinde decantatos ſub aliqua certa regula, vel Tropo Muſico, ſiuè Tono. Omnes enim poëticæ compoſitiones ſolent cantari, cùm & *Cantiones* non rarò vocentur. Si enim iſtorum Pſalmorum cantus incipiebat per *Maſchil*, ſignum erat fuiſſe nomen appropriatum Tono, quo huiuſmodi Pſalmi decantandi eſſent: & hoc eſt id, quod nos dicimus.

IV. מכתם *Michtàm* Tono quarto

ſunt

amorem, cordium in Deum vnionem, & ad reliquas religionis virtutes mouere, lacrymas quoque ex affectus teneritudine non rarò ciere. Addunt, in compositione cantilenæ huius Toni debere voces gradatim progredi, & inter se colligari, & quasi quibusdam vinculis teneri, eo modo, quo Apes dum volant, cateruatim pedibus sibi inuicem cohærent, & susurrum harmonicum auribus perquam gratum emittunt. Hinc R. Haài, ex relatione Kimchij vult, vocem hanc נחילות *Nechilòth* dici ab Apum susurro. Vide in Comment. ad Psal. 5. in principio, vbi sic habet -

ורבינו האי ז״ל פי׳ חמלה מלשון נחיל של דבורים בדברי רז״ל כי נגונו היה דומה לשריקת חרבורים :

Et Rabbènu Magister noster Haài b. m. explicat (נחילות Nechilòth) *& nomen deducit à* נחיל *Nechil, quod apud Magistros nostros faustæ mem. est examen Apum; ac si dicere voluisset, quòd concentus illius esset similis susurro Apum*. Idem dicit R. Salom. ibidem, & R. Aben Ezræ inclinat in hunc sensum, quòd נחילות *Nechilòth* forsan sit פיוט אולי הוא *Poëmatis carminis compositio*, in Tonum correspondentem tali Instrumento, super quem cantanda erat. Tonus autem hic sextus videtur esse aptissimus ad huiusmodi modulandas Cantilenas. Igitur super hunc Tonum fuit cantatus Psal. 5. *Verba mea auribus percipe Domine*.

VII. גתית *Ghithìth* septimum Tonum indicat, eumque Saturno septimo, & supremo Planetæ, vnà cum suis

cundùm quod habetur Prouer. 5. 19, *Et in amore eius* תשגה *delecteris iugiter.* Istæ sunt proprietates Toni quinti. *Dicitur ergo* (inquit Pagninus in suo Thesauro voce ש גה *Sciaghà*.) שגיון *quia Psalmus iste* (scilicet 7.) *erat illi* (Dauidi) *delectabilis, & iucundus, & plenus lætitia*. Sed R. Dauid Kimchius in Comment. eiusdem Ps. 7. 1. ait שגיון *Scighaijòn esse* אחד ממיני הניגון *Vnam ex speciebus Psalmodiæ*: quod idem dicit R. Salomon ibidem ex R. Menachèm -

מנחם אמר שגם זה אחד משמות הזמר :

Menachèm dicit, quòd etiam istud est Vnum ex nominibus Cantus; nec dissentit R. Abraham Aben Ezræ, eodem loco, vbi de שגיון *Scighaijòn* hæc verba profert -

והנכון בעיני שהוא על נועם פיוט שתחלתו שגיון :

Et certum est in oculis meis, quòd sit super concentum (seù modulationem) *poëseos, cuius principium est* שגיון *Scigaijòn*. Huiusmodi autem concentum, seù Cantum, dicendum est fuisse dispositum super quintum Tonum, & secundùm modulamen eius fuisse cantatum septimum Psalmum: *Domine Deus meus in te speraui, &c.*

VI. נחילות *Nechilòth* sexto Tono correspondet, tribuitur Veneri, quæ benigna Stella censetur. Ea enim, quæ Astrologi Veneri Planetæ attribuunt, eadem quoque artis Musicæ periti huic referunt Tono. Dicunt itaque, sextum Tonum affectuosam animi propensionem ad pietatem,

Super Hagghithith : Eſt Inſtrumentum Muſicum , allatum ex (Vrbe) *Gath . Ibi enim inueniuntur Artifices, qui ea conficiunt .* Super huiuſmodi Inſtrumento & Tono ſeptimo concinebantur Pſalmus 8. *Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum , &c.* Pſalm. 81. *Exultate Deo adiutori noſtro : iubilate Deo Iacob .* & Pſal. 84. *Quàm dilecta Tabernacula tua Domine Virtutum , &c.*

Iſti ſunt ſeptem Toni , quos antiquitas agnouit, & ſeptem Planetis attribuit.

Recentiores octauum addiderunt Tonum, qui cùm ſuper alios ſcandat, & ſedem habeat, aſſimilatur firmamento : nam ſicut illud ſuper Planetas collocatur , & in Planetas influit ; ſic iſte Tonus in reliquos ſibi inferiores Tonos ſuos influxus ſpargit, eiſque virtutes communicat. Cùm enim ſit canorus, ſuauis, & gratus, omnem gratiam & ſuauitatem, quam cæteri ſub ſe habent Toni, ab eo acceptam eſſe dignoſcitur, cùm interim ipſe, vt excelſior atque ſublimior, ſolidam lætitiæ ſuauitatem æternæ gloriæ repræſentet. Quæ cùm in hac vita à miſeris mortalibus minimè acquiri poſſit, ideò fortaſſis factum eſt, vt ab hoc Tono abſtinuerint antiqui. At, cùm venit plenitudo temporis, additus eſt octauus hic Tonus, quo cantatur Domino Canticum nouum, in vociferatione & iubilo. Eccleſia enim Chriſti in Hymnis & Canticis omnium modulationum gaudet in Domino, & in Deo Ieſu noſtro in hac vita, & in alia cantabit Canticum

ſuis proprietatibus attribuunt ? nam ſicut Saturnus ſupra cæteros Planetas extollitur ; ita hic Tonus modulis ſuis ſuper alios Tonos eleuatur, perque iucundos ac ſuaues ſaltus progreditur, tùm leniter deſcendens ad quietem animum ſedat. Hinc duplicem effectum producit, incitat primò ad gaudium, ſed illicò reuocat ad mœſtitiam, non ſecùs ac ij, qui in Torculari tempore Vindemiæ magna licentia vtuntur ; ſed Vindemia abſoluta, ad mœſtitiam redeunt ; de qua re exemplum habemus in Sichemitis, Iudic. 7. 27. qui vuas calcantes , & factis cantantium Choris, poſt epulas & pocula Regem Abimelech conuitijs proſciderunt. Iſte duplex animi motus gaudij ſcilicet & mœroris in ſeptimo Tono apparet, qui non immeritò dicitur גתית *Ghithith*, id eſt *Torcular*, vnde aliqui exiſtimarunt ſuper hunc Tonum, cantatos fuiſſe Pſalmos 8. 81. & 84. qui hoc titulo גתית *Ghithith* inſcribuntur Torcularium tempore, id eſt tempore Vindemiæ. Ita Aben Ezræ ad titulum Pſalmi octaui; ipſe tamen exiſtimat fuiſſe מינו תחלתו חגתית *Cantum ſeu Poëſin incipiendo à* גתית *Ghithith*, hoc eſt Cantus ſpeciem ſiuè Tonum vocatum *Ghithith*. Potuit etiam eſſe Inſtrumentum quoddam, quo ſingulariter ſeptimus Tonus in eo faciliùs, quàm alius quiſpiam cantaretur. R. Salomon ad tit. Pſal. 8. ait fuiſſe Inſtrumentum allatum ex Geth.

על הגיתית . כלי ומר שבא מגת שם מצויים אומנים לעשותם .

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundùm Verbum tuum in pace. &c. & Sanctissima Virgo DEI Genitrix Maria postquam salutauerat Elisabeth, cecinit Canticum illud admirandum, & omni laude dignissimum: *Magnificat anima mea Dominum, &c.* Pro istis ignorantijs videtur orasse Habacuc, quando dicebat: *Domine audiui auditionem tuam, & timui.* Hæc enim Oratio Habacuc על שגיונות *Al Scigheionòth Super ignorantijs* inscribitur. Neque enim alio in loco numero plurali inuenitur. Et hoc, vt indicaretur, cunctos errores, & Iudæorum ignorantias in hoc Cantico contineri; & simul in voce שגיונות *Scigheionòth* omnes alios inferiores Tonos eminenter in eo comprehendi; & eo tanto alios excedere, quanto octaua Cælorum sphæra siuè Firmamentum cæteros inferiores Cælos nobilitate, & præstantia excedit.

Quæres secundò, Quisnam fuerit Auctor libri Psalmorum?

Resp. Si pro Psalmorum libro intelligatur liber complectens 150. Psalmos secundùm ordinem & dispositionem, quem hodie in vno quoque idiomate in eo videmus, & de eo quæratur, Quisnam illum in hunc ordinem digesserit? Dicendum est, difficile esse de hac re aliquid certum statuere. Sunt, qui dicunt, Ezram Protoscribam post reditum è Babylone, Psalmos hinc inde dispersos collegisse, & eos ordine, quem hodie habemus, disposuisse. Sed hoc non videtur rationi consentaneum, quia cùm Ezra doctissimus esset, & Spiritu San- sempiternæ lætitiæ.

Kimchius גתית *Ghithìth* octauum constituit Tonum. Quòd si in octauo loco sit collocandum גתית *Ghithìth pro Torculari*, æternam Patriam repræsentabit, in qua inebriabuntur Iusti ab vbertate Domus Domini, & torrente voluptatis eius potabit eos. Meliùs tamen videtur pro octauo Tono reponi שגיונות *Scigheionòth Pro ignorantijs*, quod ipse Kimchius in septimo loco collocat. Meliùs tamen, dixi, reponi debere pro octauo Tono שגיונות *Scigheionòth Pro ignorantijs*, quia bona, quæ in hoc Tono cum lætitia, & voce sonora cantanda tempore Messiæ erant, prorsùs ignota Iudæis, reuelata fuerunt solummodo sanctis quibusdam Viris, veluti Abrahamo, qui multa de Christo audiuit, & vidit, & gauisus est. Dauid etiam plurima de Christo prophetauit, sed non ritè intellecta à Iudæis. In Lege siquidem, Prophetis, & Hagiographis quamplurimæ Scripturæ de Christi humilitate, passione, maiestate, & gloria disertè loquuntur, quas ignorantes Iudæi Iesum Christum abnegauerunt, & Cruci affixerunt; quem si cognouissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent. Cognouerunt autem Spiritu Sancto repleti sancti Viri. Zacharias pater Ioannis Baptistæ, qui prophetando Canticū *Benedictus Dominus Deus Israël, &c.* cantauit, & Simeon senex accipiens Christū in vlnas suas, & benedicendo Deū, dixit breuissimum illud Canticum, sed omni cælesti suauitate repletum:

dictante dicti & conscripti sunt omnes Psalmi. Quisnam verò fuerit ille, qui Spiritu Dei ductu Psalmos omnes conscripserit, diuersæ diuersorum sunt sententiæ. Quamplurimi omnium Psalmorum Dauidem Auctorem non agnoscunt. Et ex 150. Psalmis in libro Psalmorum comprehensis, vix eos, quibus לדוד *Dauidis* nomen præfigitur, illi attribuunt. S. Augustinus in tit. 1. Psalmi, Dauidem solùm nouem Psalmos ore proprio cecinisse vult, reliquos ab Asaph, Eman, Ethan, & Idithun. Hieronymus item ad Sophronium epist. 134. testatur *Psalmos omnes eorum Auctorum esse, qui ponuntur in titulis, Dauid scilicet, Asaph, & Idithum, filiorum Core, Eman Ezrahitæ, Moysi, & Salomonis, & reliquorum, quos Esdras primo volumine comprehendit*. Alij ex quinque libris, in quos totum Psalterium Hebraicum dispertitur, duos tantùm priores Dauidis esse volunt, sumpto argumento ex verbis, quæ in fine secundi libri, & ad calcem Psalmi 72. apposita sunt: כלו תפלות דוד בן ישי *Completæ sunt orationes Dauid filij Isài*. Vnde in Cod. פסחים *Pesachim* cap. 10. pag. 117. non longè ante medium legitur -

תניא היה רבי מאיר אומר כל תושבחות האמורות בספר תהלים כולן דוד אמרן שנ׳ (תהלים ע״ב : י״ט :) כלו תפלות דוד בן ישי אל תיקרי כלו אלא כל אלו :

Est traditio. R. Meir dicit: Omnes laudes, quæ dicuntur in libro Psalmorum, omnes illas Dauid dixit; S. D. (Ps. 72. 19.) Consummatæ sunt omnes

Sancto repletus, proculdubio suis quibusque locis Psalmos disposuisset, & temporis ordinem, quo compositi sunt, seruasset, quæ tamen ratio non habetur in dispositione Psalmorum. Certum enim est Psalmum, *Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me; &c.* compositum fuisse à Dauide in senectute, cùm fugeret à facie Absalonis filij sui, vt indicat titulus Psalmi, qui collocandus videbatur circa finem, & tamen ponitur in principio Psalterij post Psalmum secundum. Psalmus quoque 142. *Voce mea ad Dominum clamaui; voce mea ad Dominum deprecatus sum*, quem dixerat Dauid dum esset in spelunca, vt ex titulo patet, collocatur versus finem Psalterij, qui tamen circa principium reponendus erat, si ordo temporis fuisset seruandus. Quod idem dicendum est de Psalmo 144. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, &c.* Qui (vt habet tit. LXX.) aduersus Goliath ab eodem Dauide est compositus. Non videtur ergo ab Ezra Protoscriba Psalmos secundùm hunc ordinem, quem modò habemus, fuisse dispositos. Quamuis enim Chrysostomus in secundo Procemio Psalmorum asserat, id factum esse tempore Ezræ, non tamen dicit Ezram id fecisse. Vnde quisnam Psalmos ita disposuerit, omninò ignotum est.

Si verò pro Psalmorum libro intelligatur, quisnam omnium & singulorum Psalmorum fuerit Auctor. Respondeo cum D. Augustino in Psal. 62. *Spiritus Sanctus*: nam *Spiritu Dei*

versiculum vltimum Psalmi 72. dum ex aliena sententia addit in sua postilla. -

ויש לפתור כלו כמו נתתיימו כמו רומו מעט שומו שמים ואם כן, הוא לא נכתב המזמור במקומו ואין מוקדם ומאוחר בספר ונראין הדברים שלעת זקנתו כשהמליך את שלמה אמרו ׃

Est aliquis, qui explicat כלו Completæ sunt *sicut absolutæ sunt* (secundùm formam Iob 24. 24.) רומו Sustulerunt se paululum. (& Ierem. 2. 12.) שומו Obstupescite Cœli. *Et si sic est, non est scriptus hic Psalmus in loco suo, neque est ordo prioris & posterioris in hoc libro. Et apparet ex rebus* (in eo contentis) *quòd in senectute suâ, quando scilicet cœpit regnare Salomon* (Dauid) *ipsum composuerit*. Sequitur ex hac sententia, quòd hic Psal. 72. *Salomoni* inscriptus, fuerit vltimus ex Psalmis à Dauide compositis, sed in hoc loco positus; quia prior alijs subsequentibus repertus. Probabile siquidem est; Psalmos fuisse dispositos secundùm ordinem, quem modo habemus, ab eo qui hinc inde seorsim dispersos Psalmos non vno & eodem tempore eos omnes repererit, & in ordinem digesserit, sed paulatim & diuersis temporibus, modò hos, modò illos simul collegerit, quoadusque peruenerit ad numerum septuaginta duorum Psalmorum. Hic quieuisse à perquisitione aliorũ Psalmorum, indicium est, quòd posuerit in vltimo loco Psalmum hunc, cui addita erant verba -

כלו תפלות דוד בן ישי ׃

Finitæ sunt laudes Dauid filij Iesse. Per-

nes orationes Dauid filij Iesse. *Ne legas* כלו *Càllu Consummatæ sunt, sed* כל אלו *Col èllu Omnes istæ*. Volunt itaque auctoritate Ghemaræ, septuaginta duos Psalmos tantùm à Dauide fuisse compositos. Sed hæc expositio est violenta, quia vnicam dictionem in duas exscindit, & laudes Dauidi debitas præcidit. R. Abraham Aben Ezræ, huius loci aliam expositionem refert ex quodam R. Iuda, qui hoc modo dicebat -

ר' יהודה הלוי אמר בעבור שהוא סוף ספר כתב כן הסופר הראשון כאשר נכתבו אנחנו ברוך נותן ליעף כח ׃

R. Iudas Leuita dixit; Quia est finis libri, ideò ille, qui primò hunc (Psalmorum) *librum exscripsit, scripsit etiam ista verba, sicut & nos in fine librorum scribere solemus* ברוך נותן ליעף כח *Benedictus qui dat lasso fortitudinem*. Posset tamen veriùs & solidiùs exponi Ghemaræ sensus, vt voces כל אלו *Col èllu Omnes istæ* scilicet *laudes, orationes*, non debeant referri ad orationes, seù Psalmos duobus superioribus libris comprehensos tantùm, sed ad omnes Psalmos totius Psalterij, ita vt ipse Dauid composuerit omnes Psalmos; & quòd iste sit sensus Ghemaræ, patet ex verbis -

כל תושבחות האמורות בספר תהלים כולן דוד אמרן ׃

Omnes laudes enarratæ in libro Psalmorum, eas dixit Dauid. Hoc est, Omnes Psalmos totius Psalterij composuit Regius Propheta Dauid. Hunc sensum videtur sequi R. Salom. ad hunc

diere, & ita additis his tribus duobus prioribus, totum integrum Psalterium in quinque libros diuisum, conflatum est. Tertius autem liber Psalmorum desinit ad Psalmum 89. Quartus ad Psalmum 106. & quintus ad finem Psalterij ad Psalmum 150.

Hac ratione principium Psalterij incipit à verbis אשרי האיש *Beatitudines viri &c.* Psalmi primi, & desinit primus liber ad voces Psalmi 41. אמן ואמן *Amèn, & Amèn*.

Initium libri secundi à titulo Psalmi 42. למנצח משכיל לבני קרח *Victori Maschil filijs Kòrach*; & desinit ad similes voces אמן ואמן *Amèn, & Amèn* Psalmi 72.

Tertij libri principium à tit. Ps. 73.

מזמור לאסף אך טוב לישראל אלהים.

Psalmus ipsi Asaph: Quàm bonus Israëli Deus! & finit ad vltimas voces Psal. 89. אמן ואמן *Amèn, & Amèn*.

Quarti libri initium est à Psalmo 90. תפלה למשה *Oratio Mosis*; & absoluitur ad extremas voces Ps. 106. אמן הללויה *Amèn Hallelu-Iah*.

Quinti libri principium à Ps. 107.

הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו.

Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in aeternum misericordia eius; & finit ad vltimas voces Psalmi 150. & extremas totius Psalterij תהללויה הללויה *Laudabit Deum Hallelu-Iah*.

Hinc igitur est notandum, quòd vbicunq; in fine alicuius Psalmi Hebraici reperiuntur hæ voces אמן ואמן *Amèn, & Amèn*, ibi desinunt tres primi libri Psalterij; vbi verò reperitur

אמן

Pergratus fuerat Psalmorum Collectori hic numerus LXXII. cùm in eo LXXII. Seniores Magni Synedrij repræsentarentur, eosque in duos tantùm libros diuisit: horũ primum absoluit ad Psalmum 41. *Beatus qui intelligit super egenum & pauperem*; & secundum, ad iam prædictum Psalmum 72. Videbatur enim iste Psalmus vltimus, & à Dauide compositus, tùm ex materia in eo contenta (nam secundùm literam, videtur agere de Salomone postquam coronatus fuerat, quamuis Propheticè agat de Christo Filio Dauid, vt etiam Rabbini ipsi concedunt) tùm ex vltimis verbis Psalmo adiunctis, *Finitæ sunt laudes Dauid &c.* vt dictum est. Animaduertit prætерea, vltima verba huius Psalmi esse אמן ואמן *Amèn, & Amèn, Fiat & Fiat, Verum & Verum sit*, quæ verba in fine Psalmi 41. etiam reperiebantur, ideòque maluit claudere primum Psalterij librum cum hoc Psalmo, *Beatus qui intelligit &c.* quàm cum alio aliquo, vt finis vtriusque ijsdem clauderetur vocibus, cùm de eodem Messia Domino in vtroque pertractaretur libro. In primo *de humanitate & humilitate Christi*; & in secundo *de Diuinitate & præpotentia eiusdem*; vt ipse Christus sub vtraque natura esset obiectũ, & complementum totius Psalterij. Fuerunt postea quamplurimi alij Psalmi reperti vsque ad numerum 78. quos à Dauide fuisse compositos, ex nonnullorum ipsorum titulis, & argumentis manifestè apparet. Hi in tres partes seù libros distributi, pro-

Hanc eandem sibi obijcit auctoritatem Ambrosius citato loco: *Quomodo quinque libros afferam, cùm vnum Psalterium sit?* Respondetque: *Sed etiam Euangelium vnum est, & quatuor libros esse negare non possumus. Vnum autem Euangelium esse &c. facilè possumus edoceri, cùm Saluator dixerit: Amen dico vobis: Vbicunque prædicatum fuerit hoc Euangelium. Et Apostolus: Miror quòd sic tam citò transferamini in aliud Euangelium, &c.* Et post pauca ad obiectum Scripturæ locum, præcisè respondet: *Denique* (inquit) *quia vnum corpus est Psalmorum Scriptura, dixit: Scriptum est enim in libro Psalmorum. Et iterum, quia plures Psalmi sunt, tamquam libri, dixit etiam alibi: Necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me, &c.* Hactenus Ambrosius de quinque libris, in quos distributum est totum Psalterium, quorum etiam meminit Augustinus enarratione in Psal. 105. & approbare videtur.

Ad quæsitum igitur respondemus absolutè: *Omnes Psalmos in libro Psalmorum contentos compositos fuisse à Dauide Propheta dictante* Spiritu *Sancto, sed ab eo non eo ordine, quem modò habemus, fuisse dispositos & ordinatos; sed in reditu à captiuitate Babylonica post Ezram id factum fuisse probabile est.*

Tota hæc conclusio, licet in partes diuidatur, videtur constare ex his quæ dicta sunt, & quæ inferiùs dicentur. Clariùs tamen reddetur, si quibusdam argumentis, quæ contra illam fie-

אמן הללו־יה *Amèn Hallelu-Iah*, ibi desinit quartus liber. Vbicunque autem in libro Psalmorum latinè in fine alicuius Psalmi reperiuntur istæ voces *Fiat, Fiat*; ibi etiam desinunt quatuor primi libri Psalterij, quæ quidem reperiuntur in fine Psalmi 40. 71. 88, & 105. vbi vnus liber ab alio secernitur. Voluerunt autem antiqui illi Hebræi in quinque libros Psalterium diuidere; quia sicut quicquid in quinque libris Mosis continetur, quasi per compendium & summam in Psalterio quoque contineatur; ita & in quinque libros totum Psalterium tanquam alterum Pentateuchum distribuere, congruum iudicarunt. Hanc Psalmorum in quinque libros distributionem approbat, & mirificè laudat D. Ambrosius enarratione in Psalmum 40. vers. *Benedictus Dominus Deus Israël à seculo, & in seculum: Fiat, fiat.* Diuus verò Hieronymus epistola 134. ad Sophronium illam videtur reprobare, quia putat conformem non esse Ecclesiasticæ traditioni, & Noui Testamenti auctoritati. Quando enim Apostoli *Psalmorum librum* nominant Act. 1. 20. vnum librum non plures Psalmorum libros intelligere debemus. Hinc dicit: *Vnum asserimus Psalmorum volumen.* Potest etiam addi auctoritas ipsius Christi Domini, qui apud Lucam 20. 42. citans Psalmum 110. *Dixit Dominus Domino meo*; dixit: *& ipse Dauid dicit in libro Psalmorum*; non in libris Psalmorum. Illud igitur *In libro Psalmorum* non plures libros, sed vnum volumen ostendit.

vnus ex captiuis, plorauit. In Psalmo 99. 6. *Moyses & Aaron in Sacerdotibus eius, & Samuel inter eos qui inuocant &c.* & Psal. 137. *Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus &c.* & alia id genus multa. Et hoc modo intelligendi sunt aliquot ex Patribus, quando diuersis Auctoribus Psalmos tribuere videntur, veluti Augustinus in tit. 1. Psal. qui tamen lib. 17. *De Ciuit.* cap. 14. de Dauide loquens & eius Psalmis, dicit: *Mihi autem credibilius videntur existimare, qui omnes illos centum quinquaginta Psalmos eius operi tribuunt.*

Contra secundam partem Conclusionis, qua dicitur: Psalmos non fuisse à Dauide dispositos secundùm hunc ordinem, quem hodie habemus, obijcitur locus Talmudicus Codice ברכות *Berachòth* cap. 1. pag. 9. b. in fine, quo probatur non solùm primos Psalmos primi libri Psalterij, dispositos & ordinatos à Dauide fuisse, sed etiam reliquos vsque ad vltimum Psalmum. Verba autem loci Talmudis sunt:

אמר רבי יהודה בריה דר׳ ש׳ בן פזי הואיל ולא אמרו דוד אלא לאחר י״ח פרשיות לפיכך תקינו רבנן לאחר י״ח ברכות הני י״ח י״ט הוין. אשרי האיש ולמה רגשו גוים חדא פרשה היא דא״ר יהודה בריה דר״ש בן פזי ק״ג פרשיות אמר דוד ולא אמר הללויה עד שראה במפלתן של רשעים שנאמר (תהלים ק״ד) יתמו חטאים מן הארץ ורשעים עוד אינם ברכי נפשי את יהוה הללויה הני ק״ג ק״ד הוין אלא ש״מ אשרי האיש ולמה רגשו גוים חדא פרשה היא דאמר רבי שמואל בר נחמני אמר רבי יוחנן כל פרשה שהיתה חביבה על דוד פתח בה באשרי וסיים בה באשרי פתח באשרי דכתיב אשרי האיש וסיים

fieri possunt, occurramus.

Quòd omnium Psalmorum non fuerit Auctor Dauid, argumentum desumi potest ex ipsis titulis Psalmorum: nam aliquot ex illis ab ijs inscribuntur Auctoribus, vti *Mosi* tit. Psalmi 90. *Salomoni* Psal. 72. *filijs Core* Psal. 42. & seqq. *Asaph, Iduthun, &c.* Ergo.

Resp. Eos de quibus fit mentio in titulis Psalmorum, non esse Auctores Psalmorum, sed illis traditos fuisse Psalmos, vel à Dauide, vel à Præcentore, vt super Instrumentis Musicis modularentur; erant enim isti docti in pulsatione Instrumentorum, & Cantu, vt infrà videbimus. Vnde & Ambrosius in tit. Psalmi 38. inquit: *Quem Psalmum Dauid scripsit, & Idithum viro disciplinis Leuiticis & Sacerdotalibus erudito canendum dedit; qui ante Arcam Domini Psalmorum seriem pangendi solertissimus præcinebat. Ergo quia non Idithum scripsit hunc Psalmum, sed Propheta Dauid, & Idithum viro canendi perito psallendum dedit: ideò sic inscriptus est titulus.* Et quod Ambrosius dicit de Idithum, idem dicendum est de alijs, de quibus tamquam de Auctoribus Psalmorum in titulis fit mentio. Ad id quod dicitur de Mose, & Salomone, dico: Dauidem in persona Mosis locutum fuisse in Psalmo, sicut & prophetando in Psalmo 72: sub Salomonis nomine de Regno Christi Domini, & eius potestate disseruit. Eodem Spiritu prophetico eos, qui futuri erant, ac si fuissent præsentes, vidit, & nominauit; populi captiuitatem veluti

nem Psalmorum dispofuisse. Probat itaque hæc auctoritas potiùs, omnes Psalmos à Dauide fuisse compositos, quia dicitur; Dauidem dixisse 103. Psalmos, & postea dixisse Halleluia, id est reliquos Psalmos vsque ad 150. nam ibi terminantur Psalmi Halleluiatici: *Dixisse*, inquam, hoc est: *Composuisse & cecinisse*: Dauid autem non inuenitur cecinisse alios Psalmos quàm illos à se compositos. Circa tamen hanc Talmudis auctoritatem duo sunt annotanda. Alterum, quòd putant Hebræi duos primos Psalmos, *Beatus vir*, & *Quare fremuerunt gentes*, non duos esse Psalmos, sed vnum; cùm tamen ex argumento sint omninò dissimiles, & semper etiam ab ipsis sapientioribus Hebræis habiti sint pro duobus Psalmis, vt patet ex omnibus Codicibus tùm excusis, tùm mmssc. Alterum, quòd Dauid non dixerit Canticum *Halleluia* exultationis, nisi pro ruina impiorum (intelligunt, opinor vt solent, perditionem gentium) cùm tamen viderit Dauid in spiritu salutem per Messiam allatã, in quo vno præcipuè exultat. Restat igitur firmata nostra Conclusio, Dauidem omnium Psalmorum auctorem fuisse, & dispositionem & ordinem Psalmorum, quem modò habemus, ab eo non fuisse dispositum. Vnde reijciendi sunt illi Rabbini, & præcipuè R. Sal. qui in principio Psalterij decem numerat Viros Psalmorum auctores. Eius verba hic referam.

בעשרת לשונות זמר נאמר ספר זה בנצח בנגון
במזמור בשיר בהלל בתפלה בברכה בהודאה
באשרי

וסיים באשרי דכתיב (תהלים ב׳ : יב) אשרי
כל חוסי בו :

Dixit R. Iudas Bar R. Simeon Ben Pazi: Postquam non dixit illud (refertur ad orationem: Sint in beneplacitum verba oris mei, ex Psal. 19.) *nisi post 18. diuisiones* (id est Psalmos) *Propterea & ipsi Magistri ordinauerunt eam orationem post decem & octo benedictiones. Ha 18. sectiones sunt 19. quia* Beatus vir, *&* Quare fremuerunt *sunt vna sectio* (id est vnus Psalmus) *nam dicit R. Iudas Bar R. Simeonis Ben Pazi*: 103. *sectiones* (Psalmos) *dixit Dauid, & non dixit Halleluia donec vidit ruinam impiorum. S. D.* (Psal. 104.) Consumentur peccatores de terra, & iniqui, ita vt non sint: benedic anima mea Dominum, Halleluia. *Ha* 103. *sectiones sunt* 104. *Sed responde. Quòd* Beatus vir, *&* Quare fremuerunt gentes, *sunt vna sectio: nam dicebat R. Samuel Bar Nachmani. Dixit R. Iochanan: Omnis sectio* (siuè Psalmus) *qui Dauidi gratus fuit, incepit illum per* אשרי *Ascrè* Beatus, *& absoluit per* אשרי *Ascrè* Beatus, *& sic incepit per Ascrè. S. S.* (Psal. 1. 1.) Beatus vir qui non abijt, *& terminauit per Ascrè, S. S.* (Psal. 2. 12.) Beati omnes qui confidunt in eo.

Resp. Talmudistas loqui de numero Psalmorum secundùm ordinem, qui extabat tempore quo Talmud editum est, & hodie etiam extat, & secundùm hunc ordinem & numerum ratiocinantur super precibus & orationibus à suis maioribus compositis: sed non docere, Dauidem hunc ordi-

דו

באשרי בהללויה כנגד עשרה בני אדם שאמרוהו אדם מלכי צדק אברהם משה דוד שלמה אסף ושלשה בני קרח ׃

Decem vocabulis Musicæ dictus est liber Psalmorum. 1. *In* בנצח *Nètzach Victoria, Aeternitate.* 2. בנגון *Benighùn In Melodia.* 3. במזמור *Bemizmòr In Psalmo.* 4. בשיר *Bescir In Cantico.* 5. בהלל *Behallèl In Hymno,* 6. בתפלה *Bethephillà In Oratione.* 7. בברכה *Beberachà In Benedictione.* 8. בהודאה *Behodaàh In Confessione, Gratiarum actione.* 9. באשרי *Beascrè In Beatitudine;* & 10. בהללויה *Behallelu iah In Laudate Deum; & hoc esse è regione decem hominum, qui Psalterium dixerunt; isti sunt, Adam. Melchisedech, Abraham, Moses, Dauid, Salomon, Asaph, & tres filij Core,* Decem ista vocabula, quibus inscripti sunt Psalmi, referuntur in Cod. *Pesachim* cap. 10. pag. 117. non longè à principio. Cætera verò de Auctoribus Psalmorum desumpsit ex Cod. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. in fine.

Adamo attribuunt Psalmum 92. *Bonum est confiteri Domino;* de quo sic Paraphrastes Chaldęus cap. 1. 1. Cantic. Cantic.

אדם בזמן דאשתביק ליה חוביה ואתא יומא דשבתא ואגין עלוי פתח פומיה ואמר מזמור שיר ליום דשבתא ׃

Adam, eo tempore, quo dimissum fuit illi peccatum suum, venit dies Sabbathi, & idcircò super illud aperuit os suum, & dixit Psalmum Cantici ipsi diei Sabbathi.

Sed hæc Paraphrasis nullius est auctoritatis, vt videbimus in *Ioseph Cæco*. Prudentiores expositores in Psalmos hanc sententiam reijciunt, vel non approbant, quamuis illam referant, vti R. Dauid Kimchi in principio huius Psalmi 92. ex דרש *Daràsc*, quæ videnda est in מדרש תהלים *Midràsc Theillìm* pag. 41. col. 2. circa med. Kimchius autem dicit vocari שיר ליום השבת *Canticum in die Sabbathi*, quia -

ביום השבת היו אומרים זה המזמור בבית המקדש ׃

In die Sabbathi dicebant hunc Psalmum in Domo Sanctuarij (in Templo). Vel etiam secundùm sententiam antiquorum -

שהוא על העתיד לבא לעולם שכולו שבת ומנוחה והם ימי המשיח ׃

Quia ipse (Psalmus spectat) *ad seculum futurum, quod totum est Sabbathum, & quies. Et isti sunt dies Messiæ.* Idem prorsùs in substantia dicit R. Salomon, & R. Abraham Aben Ezræ ad eundem locum.

RR. Salomon, & Kimchius eidem Adamo etiam attribuunt Psalm. 139. *Domine probasti me, & cognouisti me,* quia in eo legitur ver. 16. גלמי ראו עיניך *Embryonem meum viderunt oculi tui,* quæ verba dicta volunt ab Adamo, vt diximus in I. Par. pag. 66. col. 2. secundùm quod notat Glossa in Cod. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. in fine. Sed nihil de primo homine, siuè de Adamo in eo habetur, & sunt figmenta Talmudica ea, quæ in eo loco, & alibi de hac re scribun-

Abraham, consequenter quoque Elias מזרחי *Mizrachita Orientalis*, qui in Commentarium R. Salomonis scripsit, erit *Abraham*, quia tali nomine insignitur. Ridicula prorsùs applicatio vocabuli מזרחי *Mizrachi*. Deinde violentia irrogatur voci אזרחי *Ezrachi* cum א *Aleph* in מ *Mem* transformetur. Vide Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. in Comment. lin. vltima ibi inuenies איתן האזרחי זה אברהם *Ethan Ezrachites est Abraham*. Cùm igitur in titulo huius Psalmi 89. nullum argumentum de Abrahamo prudenter desumi possit, quæcunque Rabbinorum Glossemata de Abrahamo falsa erunt.

Mosi applicant Psalmum 90. quia in titulo dicitur תפלה למשה איש האלהים *Oratio Mosis viri Dei*. Ita Glossa nuper citata lin. vlt. pag. 14. b. Cod. *Bauà Bathrà*, vbi non solùm hic Psalmus, verùm & reliqui decem inde sequentes eidem Mosi attribuuntur. Ibi enim dicitur -

על יד משה תפלה למשה וכל אחד עשר מזמורים כסדרן ׃

Per manus Mosis Oratio Mosis. Et omnes Vndecim Psalmi (sequentes) *ex ordine* (compositi sunt.) videlicet Psalmus 90. *Domine refugium factus es nobis*. Psal. 91. *Qui habitat in adiutorio Altissimi*. 92. *Bonum est confiteri Domino*. 93. *Dominus regnauit, decorem indutus est*. 94. *Deus Vltionum Dominus*. 95. *Venite, exultemus Domino*. 96. *Cantate Domino Canticum nouum, cantate Domino omnis terra*. 97. *Dominus regnauit exultet* tur ab Hebræis. In eo quippè Psalmo agitur de scientia, & prouidentia Dei; remuneratione bonorum operum, & punitione malorum. In vers. autem 16. *Embryonem meum Viderunt oculi tui &c.* maximè manifestatur Diuina scientia & prouidentia in opificio humani corporis, non solius Adami, sed vniuscuiusque hominis, quemadmodum intelligunt omnes ferè expositores Hebræi, R. Salomon, Aben Ezræ, Kimchius, Ioseph Aben יחייא Iàchija, & alij; & verba illa non sunt Adami, sed Regij Prophetæ Dauid, cuius est hic Psalmus.

Melchisedech contendunt dixisse Psalmum 110 *Dixit Dominus Domino meo &c.* vt indicat Kimchius in Præfatione in Psalmos. Sed hoc videtur inconueniens; nec enim de se loqueretur quasi iactanter: *Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedech*. Vide Glossam Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. in fine.

Abrahamum, Psalmum 89. *Misericordias Domini in æternum cantabo*, cecinisse docent multis in locis; & quia vident titulum huius Psalmi alteri attributum: ideò fingunt איתן האזרחי *Ethàn Ezrachitam* esse ipsum *Abrahamum*. Ita R. Salomon ex Rabbinis. Fundantur in eo, quòd in Isaia 41. 2. legitur מי העיר ממזרח צדק *Quis suscitauit ab Oriente iustitiam*. Abrahamum intelligunt, qui Gen. 12. 8. *Transtulit se &c. ab Oriente &c.* Et quia *Ethàn* vocatur אזרחי *Ezrachita*; id est מזרחי *Mizrachita Orientalis*, ideò volunt hunc esse *Abrahamum*. Si omnes, qui vocantur *Orientales*, sunt

modo, quo R. Ieosciuà Ben Leui in מדרש תלים *Medràsc Thillim* Psal. 90. pag. 39. col. 3. §. תפלה, à quo Kimchius excerpserat suam, etiam facit. Dicit enim R. Ieosciùa:

עד כאן שמעתי מכאן ואילך אתה מחשב לעצמך :

Hactenus audiui, inde verò & deinceps (hoc est, de reliquis Tribubus) *ex teipso poteris excogitare.* Hinc R. Ioseph Aben יחייא Iàchija reliquis sex Tribubus addit applicationem ex suo, vt videre est in suis Cōment, in Psalmos. Psal. 90. Tribui enim Zabulon applicat Psalmum 96. *Cantate Domino Canticum nouum*, cuius homines (inquit) lætabundi egrediebantur ad negotiationem, & quia inde lucrum non modicum percipiebant, hinc cantabant, & benedicebant Domino. Tribui Ioseph adscribit Psalmum 97. *Dominus regnauit, exultet terra*, quia ex eo egressus est Iosue, qui subiecit omnia Regna Chananæorum, & in die illa Dominus regnauit; tunc enim territi sunt omnes habitatores seculi audientes mirabilia, quæ fecerat Deus in Mari rubro pro Israëlitis. Psal. 98. *Cantate Domino Canticum nouum, quia mirabilia fecit*, applicat Tribui Nephtali, quia & ipsa repleta erat omni bono Domini, & diuitijs affluebat, ideò par erat, vt & homines huius Tribus preconia canerent Deo. Ps. 99. *Dominus regnauit irascantur populi &c.* attribuit Dan: de eo enim scriptum est Deut. 33. 22. *Dan catulus Leonis fluet è Basan;* cùm enim Deus regnare eum faciet, contremiscent populi

tet terra. 98. *Cantate Domino Canticum nouum: quia mirabilia fecit.* 99. *Dominus regnauit, irascantur populi.* Et 100. *Iubilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.*

R. Dauid Kimchi in principio Psalmi 91. existimat hos vndecim Psalmos à Mose Propheta fuisse compositos in honorem vndecim Tribuum, pro quibus Deum benè precatur. Sic Psal. 90. siue *Orationem Mosis.* applicat Rubenitis, quia in ea scriptum est v. 3. *Conuertis hominem vsque ad contritionem*, & illic scriptū est (Deuter. 33. 6.) *Viuat Ruben & non morietur.* Psal. 91. *Qui habitat in adiutorio Altissimi*, Leuitis, qui residere solebant in Domo Sanctuarij. Psal. 92. qui incipit: *Psalmus Cantici pro die Sabbathi: Bonum est confiteri Domino*, applicat Tribui Iudæ, quia scriptum est Gen. 29. 35. *Modo confitebor Domino.* Psal. 93. qui incipit; *Dominus regnauit decorem indutus est*, Tribui Beniamin, quia ipsa venit sub vmbra summi Regis S. D. (Deuter. 33. 12.) *Tegens super eum tota die.* Psal. 92. *Deus vltionum Dominus*, Tribui Dauid, quia ex ea natus est Elias, qui vltionem Dei sumere debebat contra cultores Baal. Psal. 95. *Venite exultemus Domino*, Tribui Issachar; homines enim huius Tribus operam dabant iubilationi & cantui in honorem Legis Diuinæ. Non prosequitur vlterius Kimchius applicationem reliquorum quinque Psalmorum alijs Tribubus, forsan vt illam relinquat vnicuique liberam, vt quilibet prout lubuerit applicare valeat, eo

vt Athanasius in Synopsi, Hilarius in Prologo Psalmorum, Hieronymus in epistola 134. ad Sophronium; immò & in epist. 139. ad Cyprianum super Psalmum 89. de Mose loquens apertè dicit: *Qui non solùm nobis quinque reliquit libros, Genesim, Exodum, &c. sed vndecim quoque Psalmos, ab octogesimo nono, cuius principium est: Domine refugium factus es nobis: vsque ad nonagesimum nonum, qui inscribitur, Psalmus in confessione.* Ergo nedum Psalmus nonagesimus, sed & reliqui decem sequentes, compositi sunt à Mose.

Resp. Non omnes Rabbinos tenere hanc sententiam, scilicet Psalmum 90. fuisse compositum à Mose, & quamuis in hac persisterent opinione, quid ad nos? Nos quidem possumus illis obijcere sententiam suorum Patrum Talmudistarum, à qua non licet eis recedere, vel etiam contraire. Docent isti, omnes Psalmos, seù laudes contentas in Psalterio esse Dauidis: ergo & Psalmus 90. & cæteri omnes erunt Dauidis. Vide Talmudis sententiam quam suprà retulimus pag. 211. & 212. ex Cod. פסחים *Pesachim* cap. 10. pag. 117. non longè ante medium, quam hic iterum referre non pigebit.

תניא היה רבי מאיר אומר כל תושבחות האמורות בספר תהלים כולן דוד אמרן שנאמר (תלים עב ، כ׳ ؛) כלו תפלות דוד בן ישי אל תיקרי כלו אלא כל אלו ؛

Est traditio. R. Meir dicebat: Omnes laudes, quæ dicuntur in libro Psalmorum, Dauid omnes illas dixit; S. D.

puli, & subijciet eos Dan. Psalmum 100. *In Confessione. Iubilate Deo omnis terra* tribuit Ascèr. Ipse enim præ cæteris fratribus fuit benedictus: nam benedictio opum affluentiam & diuitias indicat. Et de Ascèr dictū est (Gen. 49. 20. *Aser erit pinguis panis eius, & ipse dabit delicias Regis:* idcircò tenetur ipse confiteri Domino, laudem eius enarrare, & nomini eius benedicere. Ita Aben Iàchija.

Cur autem relinquatur Simeon sine laude & Psalmo, Rabbini nullam de hac re causam assignant.

Attribuunt autem hos 10. Psalmos sequentes post Psalmum 90. eidem Mosi, quia secundùm regulam Rabbinorum Psalmi carentes titulo eius planè Auctoris, cuius titulus habetur in præcedente Psalmo, esse existimantur. Psalmi verò nonagesimi titulus est *Oratio Mosis &c.* Ergo 10. Psalmi subsequentes sine titulo, erunt Mosis. At huiuscemodi Rabbinica regula omninò explodenda est, licet à Diuo Hieronymo epistola 139. ad Cyprianum videatur admitti, quia secundùm illam 1. & 2. Psalmus essent nullius Auctoris: nam carent titulo, & ante se nullum alium Psalmum habent. Ergo per eā regulam Rabbinicam non sunt attribuendi Mosi reliqui decem Psalmi post Psalmum 90. immediatè sequentes.

Dices. Saltem ipse Psalmus 90. Mosi non est denegandus, cùm ex titulo satis liqueat, quòd sit Mosis. Rabbini quoque communiter id admittunt, nec desunt Sancti Patres, & Expositores aliquot, qui idem tenent,

pter; *causa*; vel etiam *opera*, & *ministerio* alicuius. Vnde aliquot Psalmos Dauid edidit, vel *propter Mosen*, vel *propter Salomonem*. vt Psalm. 90. & Psalm. 72. hoc est *Causa* Salomonis, vel Mosis, vel alterius sancti Viri. Hinc est, quòd aliquando à Sanctis Patribus ijsdem sanctis Viris Psalmi aliqui attribui videntur. Aliquot autem ex ijsdem Psalmis edidit *opera*, *& ministerio Eman, Ieduthun, Asaph*, *& filiorum Kore*; & hoc modo sunt intelligendi ijdem SS. Patres, quando dicunt *Eman*, *Ieduthun*, & reliquos edidisse, vel cantasse aliquot ex Psalmis, vt suprà iam diximus. Quòd autem על ידי *Al iedè* prædicta significata habeat, docent omnia Lexica Hebraica, & Talmudica, & præcipuè Pagnini voce על Psalm. 32. 6. על זאת *Al zoth Pro hac*, vel *Propter hoc* orabit omnis misericors. Et Buxtorfius vocabulo יד *Iad*, quæ sunt videnda si libuerit.

Per manus autem, siue ministerio הימן *Hemàn*. De eo in titulo Psal. 88. Quis autem iste fuerit, non satis liquet ex Rabbinis. Aliqui apud Aben Ezrę volunt esse nepotem Samuelis, de quo 1. Paralip. 6. 28. & ver. 33. dicitur -

הימן המשורר בן יואל בן שמואל וגו׳ ׃

Hemàn Cantor filius Iohèl, filij Samuèl &c. R. Salomon in titulo eiusdem Psalmi 88. ex sua sententia dicit

להימן האורחי אחד מן המשוררים בכלי השיר ויסדוהו בני קרח המזמור הזה שיאמרהו הימן על הדוכן ׃

He-

S. D. (Psal. 72. 20.) Consummatæ sunt orationes Dauid filij Isai. *Ne legas*, *Consummatæ sunt*, *sed*. *Omnes istæ sunt* (Dauid). Dicit: *In libro Psalmorum*. Ergo de omnibus Psalmis in Psalterio contentis intelligenda sunt verba Talmudis. Ergo omnes Psalmos, Orationes, & Laudes ex sententia Talmudis, dixit, id est composuit Dauid, & non Moses, vel alius quispiam.

Huic auctoritati aliam omninò contrariam ex eodem Talmude petitam oppones, ex Cod. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. linea penultima -

דוד כתב ספר תהלים על ידי עשרה זקנים על ידי אדם הראשון על יד מלכי צדק ועל ידי אברהם ועל ידי משה ועל ידי הימן ועל ידי ידותון ועל ידי אסף ועל ידי שלשה בני קרח ׃

Dauid (inquit) *scripsit librum Laudum Psalmorum per manus decem Seniorum; per manus Adæ primi hominis; per manus Melchisedech; per manus Abrahæ; per manus Mosis; per manus Emàn; & per manus Ieduthùn, & per manus Asàph; & per manus trium filiorum Koræ*. Ergo Dauid non scripsit omnes Psalmos.

Respondeo negando consequentiam. Quando enim dicitur Dauid scripsisse Psalmos per manus huius vel illius, non intelligitur, quòd ipse inuenerit Psalmos compositos ab Adamo, vel ab alio aliquo in auctoritate Talmudis nominato, & eos exscripserit, & libro Psalmorum inseruerit; sed על ידי *Al iedè super manus*, seù *per manus* intelligendum est *pro-*

nis. Quòd autem isti, Psalmos composuerint, Apocryphum est. R. Dauid Kimchi in Comment. 1. Reg. 4. 31. ex Rabbinis refert, quòd Viri in hoc loco nominati sint *Adam*, *Abraham*, *Moses*, *Ioseph*, & *Dauid*. Verba illius sunt -

ורז״ל דרשו ויחכם מכל האדם זה אדם הראשון ומה היתה חכמתו של אדם הראשון שקרא מחכמתו שמות לכל הבהמה ולכל עוף השמים ׃ מאיתן האזרחי זה אברהם אבינו שנאמר (תהלים פ״ט ׃ א׳ ׃) משכיל לאיתן האזרחי הימן זה משה שנאמ׳ (ויקרא י״ב ׃ ז ׃) בכל ביתי נאמן הוא ׃ וכלכל זה יוסף שנאמר (בראשית מ״ז ׃ י״ב ׃) ויכלכל יוסף ׃ דרדע זה דוד המדבר דוד שיש בהם דעה בני מחול שנמחל להם מעשה העגל ׃

Et Rabbini nostri b. m. scitè exposuerunt : & sapiens fuit præ omni ארם *Adam homine ; iste est Adam homo primus. Et quænam fuerat sapientia primi hominis? Quia sapientia sua vocauit nomina cunctorum animalium, & volatilium cæli. Præ Ethàn Ezrachite ; iste est Abraham pater noster. S. D.* (Psal. 89. 1.) Intellectus ipsi Ethàn Ezrachitæ. *Hemàn, iste est Moses. S. D.* (Num. 12. 7.) In omni domo mea נאמן Neemàn fidelis est. *Et Calchòl, iste est Ioseph. S. D.* (Gen. 47. 12.) ויכלכל VaiCalchèl Et aluit Ioseph patrem suum. *Dardah, iste est Dauid. Loquitur Dauid: Quia est in eis scientia* (vocantur) *filij Machòl: nam condonatum est eis peccatum Vituli*. O fictitiam expositionem, & ad personas Patrum impertinentem applicationem! Sapientia enim Salomonis non erat omninò transcendens sapientiam omnium hominum, qui

Hemàn Ezrachites est Vnus ex Cantoribus, qui super Instrumentis Musicis (cantabat). *Filij Kore hunc Psalmum fundarunt, & illum cantabat Heman super suggestum*. Et in vocem האזרחי *Ezrachi* ex aliorum sententia ait -

הימן האזרחי מבני זרח בן יהודה היה שהוא מיוחס בדברי הימים ובני קרח (זרח) זמרי ואיתן והימן וכלכל ודרדע כלם חמשה היו חכמים גדולים כמו שנאמר בשלמה (מלכים א׳ ׃ ד׳ ׃ ל״א) ויחכם מכל האדם מאיתן האז־חי והימן וכלכל ודרדע בני מחול ויסדו מזמורים ונקבעו בספר תהלים לכך נקראו בני מחול כ״ך מצאתי בפירושים מדוקים ׃

Hemàn Ezrachites ex filijs Zàrach filij Iudæ fuit, cuius meminit liber 1. Paralip. cap. 2. 6. Filij quoque Kore (lege זרח *Zàrach*, est proculdubio mendum Typographicum) Zimri, & Ethàn, & Hemàn, Calcòl quoque, & Dardaà simul quinque; *omnes fuerunt magni Sapientes, sicut dicitur de Salomone* (1. Reg 4. 31.) Et erat sapientior cunctis hominibus (sapientior) Ethan Ezrachite, & Hemàn, & Chalchòl, & Dardaà filijs Machòl. *Iste composuit nonnullos Psalmos, qui inserti fuerunt in libro Psalmorum; & ideò vocati sunt filij Machòl. Sic scriptum inueni in quibusdam expositionibus per diuersas partes passim dispersis*. Hæc comparatio Sapientiæ Salomonis non videtur facta cum hominibus, qui olim per multas ætates illum præcesserunt, vti fuerunt filij Zaræ, de quibus in 1. Paralip. 2. 6. fit mentio: sed cum Viris claris sapientia, qui viuebant ætate Salomo-

ius etymon expiſcari nequeunt, cùm modò vertant המרבר רעה *loquens ſcientiam*, modò רור המרבר *Generatio deſerti*. Ex his, quæ de Hemàn dicta ſunt, probabiliora videntur ea, quæ à R. Salomone dicuntur, videlicet: *Hemàn eſſe* -

אחר מן המשוררים בכלי שיר ׃

Vnum ex Cantoribus in Inſtrumentis Muſicis: & veroſimile admodum eſt quod idem ſit, de quo 1. Paralip. 6. ver. 33. nam & vtriuſque nomen, & tempus ritè inter ſe conueniunt. Notandum eſt etiam, quod 1. Reg. 4. v. 31. legitur ררדע, & 1. Paral. 2. 6. דרדע. Ergo inter ſe ſunt diuerſi.

In titulo Pſalmi 89. fit mentio איתן האזרחי *Ethan Ezrachitæ*, de quo R. Salomon ait -

גם הוא אחר מן חמשה אחים המשוררים ׃

Etiam ipſe eſt Vnus ex quinque fratribus Cantoribus ſuprà memoratis, id eſt *Zimrì*, *Ethàn*, *Hemàn*, *Chalcòl*, & *Daraà*. In textu autem Talmudico, quo Pſalmorum decem Auctores aſſignantur, iſte Ethan non numeratur. Ergo plures quàm decem erunt Auctores Pſalmorum præter Dauid. Huius איתן *Ethàn* omiſſio fuit obſeruata à *Ràu* in Ghemarà Codice *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 15. non longè poſt medium. Difficultatem his verbis proponit, & reſoluit -

דוד כתב ספר תהלים על ידי עשרה זקנים וליחשו' נמי איתן האזרחי אמר רב איתן האזרחי זה הוא אברהם כתיב הכא (תהלים פ״ט ׃ א׳ ׃) איתן האזרחי וכתיב התם (ישעיה מ״א ׃ ב׳ ׃) מי העיר ממזרח צדק וגו׳ ׃

Da-

qui ante ipſum fuerunt, vt dixi, ſed eorum, qui ſuo æuo in viuis erant: 1. Reg. 4. ver. 29. ſatis ſuperque id oſtenditur cùm dicatur -

ויתן אלהים חכמה לשלמה ותבונה הרבה מאד וגו׳ ׃

Et dedit Deus ſapientiam Salomoni, & intelligentiam multam valdè, &c. nimis multam, ſed non omnimodam. Et ver. 30.

ותרב חכמה שלמה מחכמת כל בני קדם ומכל חכמת מצרים ׃

Et amplior fuit ſapientia Salomonis præ ſapientia omnium filiorum Orientis, & præ omni ſapientia Aegyptiorum. Hoc eſt, ſapientior erat Salomon omnibus Sapientibus Orientalibus tunc viuentibus, videlicet Chaldæis, & Ægyptijs, qui inter reliquos Orientales ſapientiores cenſebantur. Ergo ſapientia Salomonis non comparatur cum ſapientia Patrum, multò minus cum ſapientia Adami, quam per ſpecies à Deo infuſas habuit: vnde docent noſtri Theologi, quòd cognitio Adam media erat inter cognitionem præſentis ſtatus, & cognitionem Patriæ, qua Deus per eſſentiam videtur: quod non contigit Salomoni. In Commentario R. Salomonis loco *Dauidis* legitur דור *Dor Aetas* -

ודרדע זה דור המדבר מחול שנמחל להם על מעשה העגל ׃

Et Dardaà. Hæc eſt ætas, quæ fuit in deſerto Machòl, quia condonatum eſt illi peccatū Vituli. Sed Hebræi Commentatores torquentur à voce דרדע cu-

Præcentori, vt indicetur, Præcentori, seù Magistro Præfectoq; Musicæ curæ fuisse præcipiendi, cuinam committendus erat hic Psalmus vt cantaretur; quem quidem solebat semper ipsi *Iduthùn* cantandum tradere. Additur, *Psalmus ipsi Dauid*, id est; Psalmus ipsi Dauidi à Spiritu Sancto inspiratus. Hinc satis liquet, Psalmum hunc Dauidem composuisse, non Iduthùn, qui Cantor erat, vt benè aduertit R. Salom. dum *Iduthùn* dicit esse -

שם אדם אחר מן המשוררים ׃

Nomen hominis Vnius ex Cantoribus. quicquid dicat textus Talmudicus, vel alij Expositores. Vide 1. Paralip. 25. vbi inter alios Cantores recensetur etiam Iduthùn. Sunt alij duo Psalmi, in quorum inscriptione nomen ידותון *Ieduthùn*, vel ידיתון *Iedithùn* inuenitur, Psalmus 62. & 77. Primus inscribitur -

למנצח על ידותון מזמור לדוד ׃

Victori super Ieduthùn, *Psalmus ipsi Dauid*. R. Salomon dicit esse שם כלי שיר *nomen Instrumenti Musici*, quamuis R. Aben Ezræ refellat, & dicat ולהיותו כלי רחוק הוא *Quòd fuerit Instrumentum* (omninò) *alienum est*. Anceps est & ipse in determinando, quid in hoc loco significet *Ieduthùn*; putát enim vel fuisse Cantilenæ speciem per vocem *Ieduthun* incipientem, compositam à Ieduthun Cantore, vel ab aliquo alio. At non potest esse cantus à voce *Ieduthùn* incipiens, quia Toni seù Cantus quamuis di-

Dauid scripsit librum Psalmorum per manus decem Seniorum. At nonne debebat etiam connumerari איתן *Ethàn Ezrachites? Dixit Ràu: Ethan Ezrachites ipse est Abraham. Scriptum quippe est hic* (Psal. 89. 1.) Ethàn Ezrachites. *Et scriptum est alibi* (Isai. 41. 2.) Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, &c.

Sed quàm benè איתן *Ethàn Abrahamo* applicari possit, vide quod dixi suprà pag. 218.

Cæterùm de הימן *Hemàn* immediatè post textum Talmudicum mox citatum, dicitur quòd sit *Moses*, ibi enim sic legitur -

קא חשיב משה וקא חשיב הימן והאמר רב הימן זה משה כתיב הכא הימן וכתיב התם (במדבר יב ׃ ז ׃) בכל ביתי נאמן הוא תרי הימן הוו ׃

Numeratur Moses, numeratur Hemàn (hoc est inter decem Seniores). *Et nonne dixerat Ràu: Hemàn iste est Moses? Scriptum est hic* הימן *Hemàn; & scriptum est alibi* (Num. 12. v. 7.) In omni domo mea נאמן Nehemàn fidelis est ipse. *Duo Hemàn fuerunt*. Sed aliud est נאמן *Nehemàn*, aliud הימן *Hemàn*. Igitur istud Talmudicum Commentum nullum est. Sequitur -

על ידי ידותון *Per manus siuè ministerio Iduthùn*. Inuenitur tit. Psal. 39.

למנצח לידותון מזמור לדוד ׃

Præcentori, ipsi Iduthùn, Psalmus ipsi Dauid. Ex hac inscriptione apparet, non fuisse Iduthun Auctorem huius Psalmi, sed Dauidem: nam dicitur

זה המזמור חברו דוד ונתנו לידותון המשורר :

Hunc Psalmum composuit Dauid, & tradidit Idithùn Cantori. Psal. 39: quod idem iam dixerat in Præfatione super Psalmos. Et subinde in titulo Psalmi 62. ait -

זה המזמור עשה דוד ונתנו אל ידותון לשורר :

Hunc Psalmum fecit Dauid, & dedit ipsi Idithùn decantandum. Et Psal. 77. idem videtur innuere, dum explicat officium particulæ על, dicit enim על ידותון *Al Ieduthùn*, כמו לידותון *Sicut ipsi Ieduthùn*, hoc est, Dauid composuit hunc Psalmum, sicut & alios, & dedit *ipsi Ieduthùn*, vt simul cum Asaph alio Cantore modularetur. Quapropter concluditur, omnes istos Psalmos à Dauide compositos fuisse, & traditos ipsi Ieduthun Cantori ad modulandũ. Quod idem dicendũ est de alijs in textu Talmudis assignatis על ידי אסף *Super manus Asaph*, & על ידי שלשה בני קרח *Super manus trium filiorum Kòre*, hoc est ministerio *Asaph* Cantoris celeberrimi, quo potissimùm vsus est Dauid in cantando Psalmum 50. *Deus Deorum Dominus locutus est &c.* & reliquos vndecim sequentes à Psalmo 73. & infra, videlicet -

Psal. 73. *Quàm bonus Israèl Deus.*

Psal. 74. *Vt quid Deus repulisti in finem:*

Psal. 75. *Confitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

Psal. 76. *Notus in Iudæa Deus.*

Psal. 77. *Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea &c.*

Psal. 78. *Attendite popule meus legem*

diuersi fuerint, non tamen incipiebant à nominibus, quibus appellabantur, sed ex diuersitate vocũ, & earundem terminis per tot, vel tot gradus scandentibus diuersam naturam induebant, & accipiebant nomenclaturam. Et inter octo Tonos à R. D. Kimchio recensitos, non habetur nomen ידותון *Iduthùn.* Non potest etiam esse compositus à Ieduthun Cantore, quia Cantorũ officium non erat Psalmos componere, sed decantare. Neque obstat illud 1. Paralip. 25. 1. & 3.

ידותון בכנור הנבא על הודות והלל ליהוה :

Ieduthùn in Cithara prophetabat super הודות *Hodòth confitendum,* והלל *VeHallèl & laudandum Dominum;* quasi innuere velit Scriptura Ieduthun fuisse Prophetam, ac Psalmos à se compositos cecinisse. Non inquam obstat, quia verbum נִבָּא quod *prophetare* significat, non ad Prophetas solùm, qui futura prædicunt, applicatur, sed extenditur etiam ad eos, qui aliorum voluntatem enuntiant, & interpretantur, vt Exod. 7. 1. *Et Aharon frater tuus erit* נביאך *Propheta tuus.* Paraphr. Chaldaica Onkelosi, *Erit* מתורגמנך *Interpres tuus.* Immò & aliquando ad *Doctores*, vt 1. ad Corinth. 14. videtur accipi ab Apostolo. Tribuitur etiam ijs, qui sacra tractant, aut laudes Diuinas canunt, vti loco cit. 1. Paralip. 25. Cantores Psalmos modulantes Prophetę vocantur. Kimchius verò cæteris meliùs rem attigisse videtur, dum Psalmi 39. 62. & 77. titulos ידותון *Ieduthùn* explicat -

סביבותם ופתחה הארץ פיה נשר מקום בתוך פי הארץ כענין שנאמר ובני קרח לא מתו ושם אמרו שירה ושם יסדו המזמורים האלו ועלו משם ושרתה עליהם רוח הקדש והתנבאו על הגליות ועל חורבן הבית ועל מלכות בית דוד :

Asir, Elkana, & Auiasaph ipsi fuerunt à principio in consilio patris eorum, & in hora diuisionis separauerunt se seorsum, & quando deglutiti sunt omnes, qui erant eis in circuitu, & aperuit terra os suum, relictus est locus eorum intra os terræ, & filij Kore non sunt mortui. Et ibi dixerunt Canticum; & ediderunt Psalmos istos, & ascenderunt inde, & insedit super eos Spiritus Sanctus, & prophetarunt de captiuitatibus, destructione Templi, & de Regno Domus Dauid. R. Salomon non ascribit omnes Psalmos Regi Dauidi, ideò putat hos Psalmos à filijs Kore, qui à seditione patris recesserunt, fuisse compositos.

Respondet R. Aben Ezræ ibidem in titulo לבני קרח *Filijs Kore*. Quòd

לאחד מבני הימן נכד שמואל הנביא :

Vni ex filijs Hemàn (traditus est 42. Psalmus modulandus) *qui erat nepos Samuelis Prophetæ*. Hæc sententia verior videtur, quia conformior Scripturæ: nam 1. Paralip. 6. v. 31. *Dauid aliquos constituit super Cantores Domus Domini, ex quo collocata est Arca, & ministrabant coram Tabernaculo testimonij, canentes, donec ædificaret Salomon Domum Domini in Ierusalem: stabant autem iuxta ordinem suum in ministerio. Hi verò sunt qui assistebant eum filijs suis, de filijs Caath, Hemàn Cantor filius Iohel, filij Samuel.* Samuel

gem meam; inclinate aurem &c.

Psal. 79. *Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam.*

Psal. 80. *Qui regis Israël, intende.*

Psalm. 81. *Exultate Deo adiutori nostro.*

Psal. 82. *Deus stetit in Synagoga Deorum.*

Psal. 83. *Deus quis similis erit tibi?*

Ministerio verò filiorum Kòre cantati fuerunt

Psal. 42. *Quemadmodum desiderat Ceruus ad fontes aquarum.*

Vbi incipit liber secundus Psalmorũ.

Psal. 44. *Deus auribus nostris audiuimus.*

Psal. 45. *Eructauit cor meum verbum bonum.*

Psal. 46. *Deus noster refugium & virtus.*

Psal. 47. *Omnes gentes plaudite manibus.*

Psal. 48. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis.*

Psal. 49. *Audite hæc omnes gentes.*

Psal. 84. *Quàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum.*

Psal. 85. *Benedixisti Domine terram tuam.*

Psal. 87. *Fundamenta eius in montibus sanctis.*

Psal. 88. *Domine Deus salutis meæ.*

At si quæsieris, Quinam sint isti tres filij Core, & quo tempore extiterint?

R. Salomon respondet super titulum Psalmi 42. Sunt

אסיר ואלקנה ואביאסף הם היו תחילה בעצת אביהם ובשעה המחלוקת פרשו ובשנבלעו כל

משיכה רוח הקודש ואמרה להן (ישעיה מ״ח, א׳)
למעני למעני אעשה ׃ רבי יהודה אומר יהושע
וישראל אמרוהו כשעה שעמדו עליהן מלכי כנען
הם אמרו לא לנו יהוה לא לנו ומשיבה וכו׳ ׃ רבי
אליעזר המודעי אומר דבורה וברק אמר בשעה
שעמד עליהם סיסרא הם אמרו לא לנו ורוח הקודש
משיבה ואומר להם למעני למעני אעשה ׃ רבי
אליעזר בן עזריה אמר חזקיה וסייעתו אמר בשעת
שעמד עליהם סנחריב הם אמרו לא לנו ומשיבה
וכו׳ ׃ רבי עקיבה אומר חנניה משאל ועזריה
אמרוהו בשעה שעמד עליהם נבוכדנצר הרשע הם
אמר לא לנו ומשיבה וכו׳ ׃ רבי יוסי הגלילי אומר
מרדכי ואסתר אמר בשעת שעמד עליהם המן
הרשע הם אמרו לא לנו ומשיבה וכו׳ ׃ וחכמים
אומרים נביאין שביניהן תיקנו להם לישראל שיהו
אומרים אותו על כל פרק ופרק ועל כל צרה
וצרה שלא תבא עליהם לישראל ולכשנגאלין אומרים
אותו על גאולתן ׃

Tradiderunt Magistri: Hallèl istud (quid sit Hallèl paulò infrà explicabimus) *quisnam dixit, aut cantauit? R. Eliezer dicit: Moses & Israëlitæ in hora quâ steterunt super Mare* (Psal. 115. 1.) *dixerunt:* Non nobis Domine, non nobis &c. *Respondit Spiritus Sanctus, & dixit eis* (Isai. 48. 11.) Propter me, propter me faciam. *R. Iudas dicit: Iosue & Israëlitæ, in hora quâ super eos steterunt Reges Chanaân, ipsi dixerunt:* Non nobis Domine, non nobis. *Et respondit eis Spiritus sanctus, & dixit:* Propter me, propter me faciam. *R. Eliezer HaModehì dicit: Deborà & Baràk dixerunt: In hora qua stetit contra eos Sisera, ipsi dixerunt:* Non nobis &c. *Et Spiritus Sanctus respondit, & dixit eis:* Propter me, propter me faciam. *R. Eliëzer Ben Azarià dicit: Ezechias*

muel autem, vt ibidem sequitur, fuit ex posteris Core, qua ratione Psalm. 42. & alios prænotatos filijs Core putat tribui à Scriptura. Quòd autem dicit R. Salomon filios Core, qui viui relicti sunt dixisse Canticum, & edidisse Psalmos, Apocryphum omninò est; nec enim Moses tacitus prætérijsset recensere has Dei laudes, Prophetias de Regno Dauidico, & Israëlitarum captiuitate, si filij Core eas tot Psalmis cecinissent. Quemadmodum enim totã historiam, & factum Core integerrimè recensuit, & descripsit; ita & Canticum, & Psalmos à suis filijs editos & decantatos recensuisset & scripsisset. Neque honori Tribus Leuiticæ satis à Mose consultum esse videretur, si praua Core opera detegerentur, & filiorum ipsius laudes occultarentur, silentioque obuoluerentur. Credimus itaque, filios Core ab hiatu terræ liberatos, gratias quidem Deo egisse, sed Canticum, aut Psalmos non cecinisse, aut edidisse. Volunt tamen Talmudistæ quasdam partes Psalmorum olim ante Dauid fuisse cantatas, vt partem Psalmi 113. secundùm nos, secundùm Hebræos verò Psalmum 115. *Non nobis Domine, non nobis &c.* à Mose & vniuerso populo eo tempore, quo steterunt super mare, vel etiam ab alijs, vt dicitur in Codice פסחים *Pesachim* cap. 10. pag. 117. longè post medium.

תנו רבנן הלל זה מי אמרו רבי אליעזר אומר
משה וישראל אמרו בשעה שעמדו על הים הן
אמרו (תלים קט״ו׃ א׳) לא לנו יהוה לא לנו

laudum ſecundùm textum Talmudicum eſt ניצוח *Nitzùach Victoria*. Non reperitur hæc vox in Pſalmis,' ſed per למנצח *Lamnatzèach* plerique ex illis inſcribuntur. At למנצח *Lamnatzèach* non aliquam laudis ſpeciem ſignificat, ſed Præcentorem & Magiſtrum inter Cantores oſtendit, & Directorem Muſicæ, de quo ſuprà iam aliquid dixi. Talmudiſtæ autem eandem vocem modò in hanc, modò in obuerſam partem violenter impellunt, & ad ſua voluntaria Commenta fulcienda, ſubſternunt.

Pſalmi verò, quibus למנצח *Lamnatzèach* inſigniti reperiuntur, ſunt 4. 5. 6. 8. 9. 11. 12. 13. 14. 18. 19. 20. 21. 22. 31. 36. 39. 40. 41. 42. 44. 45. 46. 47. 49. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 75. 76. 77. 80. 81. 84. 85. 109. 139.

Secunda laudis ſpecies eſt ניגון *Nigùn Pulſatio*, ſeù *Modulatio Muſica*. Pſalmi 4. 6. 54. 55. 67. & 76. inſcribuntur למנצח בנגינות *Lamnatzèach binghinòth Præcentori in Neghinòth*. Suprà probauimus *Neghinòth* fuiſſe ſpeciem modulationis, ſeù Tonum Muſicum. Ab hac opinione non diſſentit textus Talmudicus, dum & ipſe laudis ſpeciem conſtituit. De qua ſicut & de ניצוח *Nitzùach* notandum eſt id quod dicitur in Talmude eodem Cod. *Peſachìm* cap. 10. p. 117. circa medium, ex ſententia R. Ieoſciùah ניצוח וניגון לעתיד לבא *Nitzuàch & Nighùn Victoria, & Pulſatio Muſica ſunt de futuro*. R. Salomon

& Congregatio illius in hora, qua ſtetit Sancheriu, ipſi dixerunt: Non nobis; *& reſpondit &c. R. Akibà dicit; Chanania, Miſaël, & Azarias, in hora qua ſtetit contra eos Neuuchadnetzàr impius, ipſi dixerunt:* Non nobis &c. *Et reſpondit &c. R. Iosè Hagghalilì dicit: Mardochài & Eſther in hora, qua ſtetit contra eos Hamàn impius, ipſi dixerunt:* Non nobis &c. *Et reſpondit &c. Sapientes autem dicunt: Propheta, qui erant inter eos, præceperunt Iſraëlitis, vt dicerent illud* (Hallèl) *quolibet tempore, & in qualibet tribulatione ne ſuperueniret eis; & poſtquam fuerint redempti, dicent pro eorum redemptione.*

Vniuerſum Pſalmorum librum בעשרה מאמרות *Baaſſarà maamarròth* של שבח *Scel ſcèbach Laudis. Decem dictis laudis* eum volunt eſſe dictum; ſeù decem laudum ſpecies in eo reperiri, ex Cod. *Peſachìm* cap. 10. pag. 117. longè poſt principium.

אמר רבי יהושע בן לוי בעשרה מאמרות של שבח נאמר ספר תהלים בניצוח בניגון במשכיל במזמור בשיר באשרי בתהילה בתפלה בתודאה בהללויה.

Dixit R. Ieoſciùah Ben Leui: Decem dictis laudis dictus eſt liber Pſalmorum. 1. In ניצוח *Victoria. 2. In* ניגון *Pulſatione, ſeù modulatione Muſica. 3. In* משכיל *Maſchìl. 4. In* מזמור *Pſalmo. 5. In* שיר *Cantico. 6. In* אשרי *Beatus. 7. In* תהלה *Laude. 8. In* תפלה *Oratione. 9. In* תודאה *Confeſſione. Et 10. In* הללויה *Halleluià*. De ſingulis aliqua hic dicemus.

Prima ex his decem ſpeciebus

כל מקום שנאמר למנצח בנגינות מלעתיד הוא מדבר ׃

Quotiescumque in Psalmis inuenitur inscriptio למנצח בנגינות *Lamnatzèach In Neghinòth, res in futuro in eis continentur.*

Tertia laudis species est משכיל *Maschìl Erudiens, Intelligens*, vel *Intellectus*. Psalmis, quibus præfigitur hic titulus, erudiuntur homines, per quam viam incedere debeant vt Deo reconciliari & placere possint. *Maschìl* ad tertium Tonum spectare suprà diximus. Ibi etiam recensuimus omnes Psalmos hoc titulo inscriptos. In Cod. *Pesachìm* cap 10. pag. 117. de *Maschil* dicitur משכיל על ידי תורגמן *Maschil per Interpretem*. R. Salomon. הוא אומר ואחר מפרש *Ipse dicit, & alter explicat*. Hoc est, dum huiusmodi Psalmi hoc titulo משכיל *Maschil* insigniti concinebantur, subsequebatur etiam illorum explicatio Interpretis docti voce pronunciata.

Quarta est מזמור *Mizmòr Psalmus*. Notissimum est, quid sit Psalmus, & de eo videnda quæ dicta sunt suprà. Hic notandum est, quid in eodem loco iam citato Cod. *Pesachim* dicant Talmudistæ. Animaduerterunt, aliquando reperiri in titulis Psalmorum לדוד מזמור *LeDauìd Mizmòr Dauidi Psalmus*, & aliquando מזמור לדוד *Mizmòr LeDauid Psalmus Dauid*. Huius variationis, hanc explicationem afferunt.

לדוד מזמור מלמד ששרתה עליו שכינה ואחר כך אמר שירה ׃ מזמור לדוד מלמד שאמר שירה ואח״כ שרתה עליו שכינה ללמדך שאין השכינה שורה לא מתוך עצלות ולא מתוך עצבות ולא מתוך שחוק ולא מתוך קלות ראש ולא מתוך דברים בטלים אלא מתוך דבר שמחה של מצוה שנאמר (מלכים ב׳ ׃ ג׳ ׃ טו״ ׃) ועתה קחו לי מנגן והיה כנגן המנגן ותהי עליו יד יהוה וכו׳ ׃

לדוד מזמור *LeDauìd Mizmòr Ipsi Dauid Psalmus, docet, quòd priùs habitabat super eum* שכינה *Secchinà Diuinitas* (seù Spiritus Sanctus) *& deinde dicebat Canticum.* מזמור לדוד *Mizmòr LeDauìd Psalmus ipsi Dauid, è conuerso, priùs dicebat Canticum, & postea habitabat super eum Diuinitas; vt docearis, quòd Diuinitas non habitat. vbi pigritia & mæstitia, non vbi dolor, non vbi risus, non vbi leuitates, non vbi verba vana; sed vbi lætitia de præcepto. S. D.* (2. Reg. 3. 15.) Et nunc adducite mihi Psaltem, Et fuit, cùm pulsaret Psaltes, fuit super illum manus Domini.

Quod secundo loco dicitur est error: quia sic sine Spiritus Sancti assistentia aliqui Psalmi dictati fuissent, quod est Hæresis Manichæorum, & Nicolaitarum, quam suscitarunt Anabaptistæ nostri temporis.

Sed mirum non est, Hebræos in varios & grauissimos prolabi errores de assistentia Spiritus Sancti in Dauid Propheta, cùm aliqui ex ipsis omninò Spiritum Sanctum & Prophetiam ab eo tollant, vt refert R. Abraham Aben Ezræ in Præfatione super Psalmos; omnesque Psalmos à Viris profanis, non prophetica visione illuminatis fuisse editos autument. Eius verba sunt.

ויש אחרים אומרים כי אין בספר הזה נבואה לעתיד ובעבור זה כתבוהו הקדמונים עם איוב ומגילות

ומגילות והעד מזמור ושיר ותפלה ואמרו כי על נהרות בבל חברו אחד מן המשוררים בבבל וכבה אמרו כי אל מזמור לבני קרח הוא לאחד מן המשוררים מבני בני הימן שהיו בבבל ודבריהם יורו על הגלות ולא ימצא ככה בדברי דוד ׃ ואמרו כי גם אסף שם המשורר היה בבבל ואיננו אסף המנצח שהיה בימי דוד ׃ וככה איתן האזרחי חבר מזמור בהכרת מלכות בית דוד בימי צדקיהו והמזמורים שאין כתוב עליהם שם לא ידעו המחברים זה ספר תהלות שם המחבר וככה לבני קרח לאחד מזרעו ולא ידעו שמו ׃ ואשרי תמימי דרך דברי נער מנערי ישראל היה לו כבוד ממלכי בבל והעד במה יזכ' נער צעיר אנכי ונבזה גם כי ישבו שרים בי נדברו ׃

Sunt aliqui qui dicunt non eſſe Prophetiam de futuro in hoc libro (Pſalmorum) *& ideò antiqui retenſuerunt illum inter* (Hagiographa) *cum Iob, & reliquis paruis voluminibus, cuius rei teſtes ſunt nomina. Pſalmus, Canticum; & Oratio. Et dicunt, Pſalmum* 137. Super flumina Babylonis, illic ſedimus, & fleuimus, *compoſitum fuiſſe ab aliquo ex Cantoribus, qui erant in Babylone. Sic quoque dicunt, quòd Pſalmi inſcripti* Filijs Korè *ſint alicuius ex Cantoribus de filijs filiorum Hemàn, qui fuerant in Babylone, & illorum Verba doceant & oſtendant res pertinentes ad captiuitatem, quæ nullatenus Unquam in verbis Dauidis ita inueniuntur. Idem dicunt de Ethan Ha-Ezrachite, quòd compoſuerit Pſalmum pertinentem ad excidium Regni Domus Dauid in diebus Sedekiæ. Pſalmorum autem, quibus nullum nomen inſcriptum inuenitur, Auctores penitùs ignorantur; & quòd* זה ספר תהלות Ze Sepher Thehilloth Iſte eſt liber Laudum, *ſit nomen Auctoris. Sic etiam* (dicunt) *de filijs*

Korè, quòd aliquis ex ſemine eius fuerit, ſed illius nomen ignoratur. Pſalmum autem 119. Beati immaculati in via, *dicunt eſſe verba cuiuſdam adoleſcentis ex pueris Iſraëlitis, qui erat in pretio & exiſtimatione apud Reges Babylonis; quod colligere putant ex eo loco* (Ibidem ver. 9.) In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam. *Et ibidem* (ver. 141.) Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus. *Et* (ver. 23.) Etenim ſederunt Principes, & aduerſum me loquebantur.

Contrarium tamen idem Aben Ezræ tenet & docet, omnes Pſalmos dictante Spiritu Sancto fuiſſe compoſitos, atque totum Pſalterij librum eſſe propheticum: vnde ibidem his verbis ſententiam ſuam aperit.

ודעתי נוטה עם דברי הקדמונים ז״ל כי זה הספר כולו נאמר ברוח הקודש ולמה תמהו ממלת שיר והנה שירת האזינו תוכיח גם תפלה לחבקוק גם התנבא על לשון הצדיקים עד אנה יהוה שועתי ובספר ישעיה למה תתענו יהוה מדרכיך ׃

Opinio autem mea inclinat ad Verba priſcorum fauſta memoria; quòd huiuſmodi liber (Pſalmorum) *totus à Spiritu Sancto dictatus ſit; neque mireris* (ſi aliquando in eorũ titulis inuenies) *dictionem* שיר *Scir Cantici* (aut תפלה *Thephillà Orationis &c.*) *quia idem habes in Prophetis* (apud Moſen Deuter. 32. השירה הזאת *Canticum hoc*) Audite cæli quæ loquor &c. *etiam* (3. v. 1.) תפלה לחבקוק *Oratio Chabakùk, qui prophetauit ſecundùm Uſum iuſtorum.* (Idem probat cap. 1. 2.) Vſque-quo Domine clamabo? *Et Iſaias* (63. 17.) Quare errare facies nos Domine

ge Moysi, & Prophetis, & Psalmis de me. Tertiam partem *Psalmos* vocat, quia à *Psalmis* tunc temporis incipiebat, sicut etiam hodie apud Hebræos incipit, quamuis sciam, librum *Ruth* præponi Psalmis in Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 14. b. circa finem; & reliquos libros non omnes eodem ordine collocari, & disponi, vti communiter disponuntur, & ordinantur nunc in exactioribus & diligentioribus Codicum Sacrorum Hebræorum impressionibus, quibus seruatur ordo suprà recensitus, veluti in Biblijs Maioribus Venetis, & Basileensibus Buxtorfianis. In Talmude verò, loco citato hoc ordine disponuntur Hagiographa.

סידרן של כתובים רות וספר תהלים ואיוב ומשלי קהלת שיר השירים וקינות דניאל ומגילת אסתר עזרא ודברי הימים :

Ordo Chetuuim Hagiographorum: Ruth; Liber Psalmorum, Iob, Prouerbia, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Threni, Daniel, Volumen Esther, Ezras, & Paralipomena. Vndecim ergo sunt libri, qui propter illorum excellentiam *Hagiographa Scripta Sacra* dicuntur.

An verò aliqui Psalmi fuerint compositi ab alijs, quàm à Dauide iam de hoc actum est suprà.

De Psalmo 119. *Beati immaculati in via, &c.* quòd fuerit compositus à quodam adolescente in Babylonia, vt quidam somniant, res ipsa omninò singularis est, & contra communem omnium sententiã. Probationes nullæ sunt, & quomodo intelligendi sint ver-

ne de vijs tuis? &c.

Cur autem Psalmi inter Hagiographa numerentur; non est, quòd inter Hagiographa non sint libri Prophetales, cùm inter ea numeretur Danielis liber, de quo nulli dubium est, quin sit propheticus, cùm multa de Christo in ea contineantur; partim iam adimpleta, & partim in secundo Christi aduentu tempore Iudicij adimplenda. Sed potiùs ratio, cur Psalmi inter Hagiographa connumerentur, est, quia Ezra Protoscriba post captiuitatem Babylonicam Catalogum Sacrorum librorum cum suis assectis edidit, & in tres Classes distribuit, in *Legem*, *Prophetas*, & *Hagiographa*. Sub *Lege* intelliguntur quinque libri Mosis. Sub *Prophetis* præter Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & duodecim Prophetas Minores, intelliguntur etiam libri aliqui Historiales, nempè Iosue, Iudicum, I. & II. Samuelis, & I. & II. Regum; immò isti licet Historiales sint, nihilominus Priores Prophetæ nuncupantur ab Hebręis: & cæteri Prophetę, vti Isaias &c. Prophetę Posteriores ab eisdẽ dicuntur. Sub *Hagiographis* comprehenduntur, liber Psalmorum, Prouerbiorum, Iob; quinque parua Volumina, hoc est Canticum Canticorum, Ruth, Threni, Ecclesiastes, & Esther. Item Daniel, Ezras cum Nehemia, ac tandem liber I. & II. Paralipomenon. Huius totius Sacræ Scripturæ in tres partes distributionis fit mentiò in Euangelio Luc. 24. 44. ex ipsius Domini verbis: *Quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in Le-*

mitas tuas, & ex v. 27. אשיחה בנפלאותיך *Et meditabor in mirabilibus suis*. Sed hæ ad aliquam ex suprà notatis reduci posse videntur, ad דרך *Viam* אורח *Oràch*, & ad quamlibet ex his נפלאות *Niphlaòth*.

Quinta laus est שיר *Scir Canticum*. Inter Psalmos etiam Cantica connumerari possunt ex sententia R. Aben Ezræ in Præfatione super Psalmos, vt patet ex Cantico Dauidis 2. Sam. 22. quod inter Psalmos refertur Psal. 18. Vnde mirum non est, si quamplurimi Psalmi hoc titulo שיר *Scir Cantici* inscribantur, vel eos hoc nomine cantatos fuisse indicetur, vt Psal. 7. *Domine Deus meus in te speraui*.

Psalm. 18. *Diligam te Domine fortitudo mea*; dicuntur דברי השירה הזאת *Verba Cantici huius*.

Psalmus 30. dicitur שיר חנכה *Scir Channuccà Canticum dedicationis Domus Dauid*. *Exaltabo te Domine quoniam suscepisti me*.

Psalmus 45. שיר ידידות *Scir Iedidòth Canticum amorum. Eructauit cor meum verbum meum*.

Psalm. 46. על עלמות שיר *Al alamòth scir Super arcanis Canticum*. Vulgata: *Psalmus. Deus noster refugium & virtus*.

Psalmus 48. שיר מזמור *Scir Mizmòr Canticum Psalmi*. Vulgata: *Psalmus Cantici*. *Magnus Dominus, & laudabilis nimis*.

Psalmus 65. מזמור לדוד שיר *Mizmòr LeDauid Scir Psalmus ipsi Dauid Canticum*. *Te decet hymnus Deus in Sion*.

Psalmus 66. שיר מזמור *Scir Mizmòr Canticum Psalmi*. *Iubilate Deo omnis terra*. Psal-

versiculi allati, videndi sunt Rabbini, qui in Psalmos Commentaria ediderunt, R. Salomon, Aben Ezræ, Radàk, Aben Iàchija, & alij. Fortasse Dauid in primis annis, quando cæpit vti ratione, Diuino illustratus lumine hunc Psalmum, qui plenus est spiritus & deuotionis, composuit, quem fortasse quotidiè recitabat: nam Alphabeticus, id est per Alphabetum ita dispositus, vt singuli octo versiculi per vnam Alphabeti literam incipiant, incipiendo ab' א *Aleph*, & prosequendo per ordinem vsque ad 'ת *Thau*, vt fideliùs memoriæ hæreret. De hoc Psalmo hoc singulare notant Massorethæ, vt ex 176. versiculis, quibus totus Psalmus constituitur, nullus planè sit, in quo vna ex his decem vocibus non inueniatur, vel 1. דרך *Dèrech Via*; aut 2. תורה *Thorà Lex*; 3. vel עדות *Edùth Testimonium*; 4. vel פקודים *Pekudìm Mandata*; 5. aut אמירה *Amirà Eloquium*; 6. aut חוק *Chok Statutum*; 7. aut מצוה *Mitzuà Præceptum*; 8. aut משפט *Miscpàtt Iudicium*; 9. aut צדק *Tzèdek Iustitia*; & 10. דבר *Dauàr Verbum*. Vnicus tantùm versiculus excipitur, vbi nulla ex his vocibus inuenitur, is est versiculus 122.

ערוב עבדך לטוב אל יעשקוני זדים׃

Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi. His decem vocibus alias duas *R. Iàchija* adiungit, videlicet vndecimam אורח *Orach Semitam*, & duodecimam נפלאות *Niphlaòth Mirabilia*. Et exemplum affert ex ver. 15. ואביטה ארחתיך *Et aspiciam se-*

rum ſententia. -

ואמרו כי היו אומרים אותם הלויים בחמש עשרה מדרגות שהיו בהר הבית בין עזרת ישראל לעזרת נשים שהיו עולים בהם מעזרת נשים לעזרת ישראל ואומרים שיר אחד במעלה אחת ׃

Et dixerunt, quòd iſta (quindecim Cantica) *fuerunt à Leuitis cantata in quindecim gradibus, qui erant in monte Domus* (in Templo) *inter atriū Iſraëlis, & atrium mulierum. Per eos enim aſcendebant ab atrio mulierum ad atrium virorum; & vnum Canticum in vno gradu modulabantur.*

Idem habet R. Salomon, & R. Aben Iachija, qui omnes didicerunt ex *Miſnà* Cod. סוכה *Succà* cap. 5. num. 4. Hoc quidem verum eſſe poteſt, quòd à Leuitis illos concinentibus in aſcenſu graduum Templi, inde poſtea dicti fuerint *Graduales*. Verùm, cùm iam dixerimus omnes Pſalmos à Dauide fuiſſe compoſitos, inquirimus hic.

An Dauid, dum huiuſmodi Pſalmos componeret, mentem ad Templi gradus habuerit; & per Spiritum propheticum cognouerit hos Pſalmos decantandos eſſe per aſcenſum graduum Templi à Salomone filio ſuo ædificandi?

Reſp. Affirmatiuè, ſed præterea alium ſpiritualem, & ſublimiorem ſenſum, quem Spiritus Sancti afflatu cognouerat Dauid, latere in his inſcriptionibus *Canticum graduum*; cognouerat enim eodem Spiritu Magiſtro, quomodo, & vbi in futurum cantandi eſſent ijdem Pſalmi. Talmudiſtæ autem aliam omninò por-

Pſal. 67. מזמור שיר *Mizmòr Scir Pſalmus Cantici. Deus miſereatur noſtri, & benedicat nobis.*

Pſal. 68. מזמור שיר *Mizmòr Scir Pſalmus Cantici. Exurgat Deus, & diſſipentur inimici eius.*

Pſal. 75. מזמור לאסף שיר *Pſalmus ipſi Aſaph Canticum. Confitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.*

Pſal 76. eodem modo. *Notus in Iudæa Deus.*

Pſal. 83. שיר מזמור *Scir Mizmòr Canticum Pſalmi. Deus, quis ſimilis erit tibi?*

Pſal. 87. eodem modo. *Fundamenta eius in montibus ſanctis.*

Pſal. 88. eodem modo. *Domine Deus ſalutis meæ.*

Pſalm. 92. מזמור שיר *Mizmòr Scir Pſalmus Cantici. Bonum eſt confiteri Domino.*

Pſalmus 96. non habet titulum, ſed ipſe Pſalmus per vocem שירו *Sciru* incipit: *Cantate Domino Canticum nouum: cantate Domino omnis terra.*

Pſal. 98. eodem modo incipit, & proſequitur: *Quia mirabilia fecit.*

Pſal. 108. שיר מזמור *Scir Mizmòr Canticum Pſalmi. Paratum cor meum Deus.*

Pſalm. 120. שיר המעלות *Scir Hammaalòch Canticum graduum. Ad Dominum cùm tribularer clamaui.* Omnes quindecim Pſalmi ſubſequentes (incluſo hoc eodem Pſalmo 120.) eundem titulum habent.

Quare autem dicantur Pſalmi Graduum, ſeù Graduales; R. D. Kimchi ſuper Pſalmum 120. dicit ex alio-

tentosam fabulam confingunt, cur Dauid hos quindecim Psalmos composuerit, & Graduales appellauerit. Eam referunt in Talmude eodem Codice סוכה *Succà* cap. 5. pag. 53. sex lineis ante finem his verbis.

חמש עשרה מעלות ׃ אמר ליה רב חסדא להחוא מדרבנן דהוא קמסדר אגרתא קמיה אל״ שמיע לך הני חמש עשרה מעלות כנגד מי אמרם דוד א״ל הכי אמר רבי יוחנן בשעה שכרה דוד שיתין קפא תהומא ובעא למשטפי עלמא אמר דוד חמש עשרה מעלות והורידן אי הכי חמש עשרה מעלות יורדות מיבעי ליה אמר ליה הואיל וארכרתן מלתא הכי אתמר בשעה שכרה דוד שיתין קפא תהומא ובעא למשטפי עלמא אמר דוד מי איכא דידע אי שרי למכתב אחספא ונשדיה בתהומא ומנח ליכא דקאמר ליה מידי אמר דוד כל דידע למימר ואינו אומר יחנק בגרונו נשא אחיתופל קל וחומר בעצמו ומה לעשות שלום בין איש לאשתו אמרה תורה שמי שנכתב בקדושה ימחה על המים לעשות שלום לכל העולם כולו על אחת כמה וכמה אמר ליה שרי כתב שם אחספא ושדי לתהומ׳ ונחית תהומא שיתסר אלפי גרמידי כי חזי דנחית טובא אמר כמה דמידלי טפי מרטב לעלמא אמר חמש עשרה מעלות ואסקיה חמיסר אלפי גרמידי ואוקמיה באלפי גרמידי אמר עולא שמע מינה סומכא דארעא אלפי גרמידי והא חזינן דכרינן פורתא ונפקי מיא אמר רב משרשיא התוא מסולמא דפרת׃

Quindecim gradus. Dixit Ràu Chasdà cuidam discipulo ex Magistris nostris, qui ordinabat Scripturam coram eo, (hoc est explicabat Scripturam) *dixit ei: Notumne est tibi, cur quindecim* (Psalmos) *graduum ediderit Dauid, & cuius respectu dixerit? Respondit: Vtique. Dixit R. Iochanàn: Ea hora, qua fodiebat Dauid fundamenta*

(Templi) *exundauit abyssus, & voluit submergere mundum; pronunciauit quindecim graduum* (Psalmos) *& descendere fecit* (aquas abyssi). *Si sic est, ergo dicendum erat* (non מעלות Malòth, quasi ascensuum, sed) יורדות *Ioredòth descensuum. Dixit ei* (Ràu Chasdà) *Postquam huius facti meminit, ita dictum est* [R. Salomon.

אי איכא דידע כו׳ דוד לא היה מורה הלכה בפני רבו אחיתופל והוא היה שם ׃

Quamuis Dauid omnia sciuisset, non tamen voluit docere coram Magistro suo Achitòphel, qui præsens erat] *dicitur: In hora, qua fodiebat fundamēta, exundauit abyssus, quæ volebat submergere mundum. Dixit Dauid: Estne hic qui sciat, an liceat super testam scribere* (nomen ineffabile) *& proijciemus in abyssum, vt quiescat.* [R. Salomon.

אחספא מפני שחרש צולל ויורד ואינו צף כדי שירד וינוח על הנקב׃ ובאגדת דספר שמואל מפורש שמצאו דוד על פני נקב התהום וכתוב בו שהיה שם מששת ימי בראשית ׃

Testa. Eò quòd vas testaceum profunda petit, neque supernatat; descendet igitur, & quiescet super foramen (abyssi). *In Agadàh libri Samuelis aliter explicatur, nempè: Quòd inuenerit Dauid super foramen abyssi* (vas testaceum) *scriptum autem erat in eo* (nomen Diuinum) *ibique reconditum fuerat à sex diebus Berescith, ab exordio Mundi.*] *Non fuit aliquis, qui ei quicquā dixerit. Protinus dixit Dauid: Qui scit dicat, alioquin laqueum inijcietur gula ipsius, & strangulabitur. Intulit argumentum Achitòphel à minori*

nori

Euphratis ascendunt de sub terra : nam Euphrates multò altior inuenitur, sicut dicitur in Cod. ברכות *Berachòth. Omnia flumina sunt infra Euphratem ; & aquæ, quæ egrediuntur ex fluuio superiori si viam suauem habeant, supra montem ascendunt suæ origini similem, & non ampliùs. Hinc est, quòd effossores in montibus Babylonis prope Euphraten aquas inueniunt.*]

Idem legitur in עין ישראל *En Israël* Par. I. pag. 119. col. 2. num. 42. & succinctè ac mutilatè refertur à R. Salom. Radàk, & alijs, qui per extensum fortasse non retulerunt, quia has ineptias & indoctas fabulas referre non sunt ausi. Nos autem, vti in Talmude iacet, retulimus, vt omnes agnoscant, ex quo fonte Hebræi suas doctrinarum fæculentas hauriant aquas ; quam originẽ quindecim graduum Psalmis attribuant ; & qualem vitum Dauidem constituant, nempè Cabalistam, superstitiosum, & sacrilegum, cum maxima etiam iniuria Creatoris ; quasi Deus schedis alligetur, & illius voluntas figulino cum vase vsque ad abyssum deuoluatur. Figmenta omnia sunt Talmudistarũ.

Aliam expositionem huius vocis מעלות *Maalòth Graduum* ex אגדה *Agadàh* R. Salomon affert, vt diuisa voce, dicatur שיר למאה עולות *Canticum Hecatombe*, seù *Centum Sacrificiorum*. Sed hæc expositio est corruptio vocis, & propriæ significationis, ac proinde tota extranea, & falsa.

Tandem est Psalmus 149. qui incipit שירו ליהוה שיר חדש *Cantate Domino Canticum nouum : laus eius &c.* Sed

nori ad maius intra seipsum. Sic dicens : Si ob pacem conciliandam inter Virum & Vxorem Lex dicit : Licitũ esse Dei nomen quamuis sanctitate scriptum aquis delere, quanto magis ob pacem totius mundi ? Dixit ei (Achitòphel) *Proijce. Scripsit nomen super testam, & proiecit in abyssum. Et descendit abyssus per sexdecim millia* גרמידי *Garmidè cubitorum. Cùm vidisset* (Dauid) *quòd nimium descenderat, dixit : Quo ampliùs eleuatur, eò humidior fit terra.* [R. Salomon. -

כמה שהתהום גבוה וסמוך לארץ מתלחלת העולם והארץ מצמחת פירותיה ׃

Quo altior est abyssus, & vicinior terræ, eo magis humectatur mundus. & terra producit fructus suos.] *Dixit* (Dauid) *quindecim* (Psalmos) *graduum, & ascendere fecit* (abyssum) *quindecim millia cubitorum, & sistere eam fecit ad mille tantùm cubitos. Dixit Vlà : Ex hoc habetur crassities terræ, quæ mille cubitorum est.* [R. Sal. עובי הארץ עד התהום *Crassitudo terræ vsque ad abyssum.*] *Et hoc nos videmus, quia parum effodimus, & egrediuntur aquæ. Dixit Ràu Mesciarscià : Istud est è scalis Euphratis.* [R. Salom. -

סולמי דפרת מעלות העשויות כמסילות שבהן מי פרת עולין תחת הקרקע לפי שפרת גבוה מוצאו מאד כדאמרינן בבכורות כל הנהרות למטה מפרת ומים היוצאין מהר גבוה אם דרך מתוקן להם עולין על הר כיוצא בו ולא יותר לפיכך אף החופרים בהרים שבבבל הסמוכה לפרת מוצאין מים ׃

Scalæ Euphratis. Sùnt gradus efformati instar scalarum, ex eis aquæ

rectos decet תהלה *Thehillà collaudatio*.

Psal. 109. *Deus* תהלתי *Thehillathi laudem meam ne tacueris*.

Psal. 145. תהלה לדוד *Thehillà LeDauìd Laus ipsi Dauidi. Exaltabo te Deus meus Rex*. Psalmus est Acrostichus. Oẽs Psalmi possunt dici תהלות *Thehillòth Laudes*, quandoquidem totum Psalterium vocetur ס׳ תהלים *Sèpher Thehillìm Liber Laudum*.

Octaua Psalmorum species laudis est תפלה *Thephillà Oratio*.

Psalmus 17. inscribitur hac voce תפלה לדוד *Thephillà LeDauìd Oratio ipsi Dauid. Exaudi Domine iustitiam meam*.

Psal. 86. eodem titulo. *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me*.

Psal. 90. תפלה למשה *Thephillà LeMoscè Oratio Mosis. Domine refugium factus es nobis*.

Psalmus 142. Intellectus Dauid, cùm esset in spelunca תפלה *Thephillà Oratio. Voce mea ad Dominum clamaui: Voce mea ad Dominum deprecatus sum*.

Et Psalm. 143. in 1. versiculo habet: *Domine exaudi* תפלתי *Thephillathì orationem meam: auribus percipe*.

Nona laudis species est תודאה *Thodàh Confessio*. Erat Sacrificij genus, per quod pro accepto beneficio Deo gratias agebant. Vnde illud Leuit. 22. v. 29. *Et cùm sacrificaueritis Sacrificium* תודה *Thodà Confessionis*. Vulgata vertit: *Si immolaueritis hostiam pro gratiarũ actione*, quasi diceret, *Eucharisticũ Sacrificium*, quod etiam tempore Messiæ duraturum erat, vti docuerunt antiqui Rabbini in ואלה שמות

quia hic Psalmus habet proprium titulum, qui est הללויה *Halleluià*, sub eo referendus est.

Sexta laudis species est אשרי *Ascrè Beatitudines*, seù *Beatus*, per אשרי *Ascrè* incipit Primus Psalmus: *Beatus Vir, qui non abijt in consilio &c.*

Psal. 32. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*.

Psal. 112. *Beatus Vir, qui timet Dominum*.

Psal. 119. *Beati immaculati in via*. &

Psal. 128. *Beati omnes, qui timent Dominum*.

Dicit R. Dauid Kimchi Comment. in Psal. 2. ex Rabbinis; Psalmum secundum olim eundem fuisse cum primo, quia Psalmi materia, quę magis grata erat Dauidi, à voce אשרי *Ascrè* auspicabatur

פתח בה באשרי וסיים בה באשרי :

& in voce אשרי *Ascrè* absoluebatur

וזאת הפרשה פתח בה באשרי האיש וסיים בה אשרי כל חוסי בו :

& hæc distinctio incipit ab אשרי האיש *Ascre ha-isc Beatus Vir*, & clauditur, atque finitur in אשרי כל חוסי בו *Ascrè col-chosè vò Beati omnes qui confidunt in eo*.

Quicquid fuerit antiquitus; communiter tota ista materia in duos Psalmos diuiditur.

Septima laudis species est תהלה *Thehillà Laus*. Psalmi, qui in titulo, vel in primo versiculo vocem habent תהלה *Thehillà*, sunt.

Psal. 33. *Exultate iusti in Domino*:

שמות רבה *Veèlle scemòth Rabbà Parascià* 9. pag. 174. col. 4. edit. Amstelodamen. in fol. cum Comment. -

אמר רבי פנחס ור׳ לוי ורבי יוחנן בשם ר׳ פנחס דגליא לעתיד לבוא כל הקרבנות בטלין וקרבן תודה אין בטל׃ כל התפלות בטלות וההודאה אינה בטלה הה״ד (ירמיה ל״ג׃ י״א׃) קול ששון וקול שמחה קול חתן וקול כלה קול אומרים הודו את יהוה צבאות וגו׳׃ זו הודאה ומביאין תודה בית יהוה זה קרבן תודה וכן דוד אומר (תלים נ״ו׃ י״ג׃) עלי אלהים נדריך אשלם תודות לך׃ תודה אין כתיב כאן אלא תודות ההודאה וקרבן תודה׃

Dixit R. Pinchàs & R. Leuì, & R. Iochanàn nomine R. Pinchàs de Galià: In futurum (tempore Messiæ) *omnia Sacrificia cessabunt, Sacrificium verò Confessionis non cessabit. Omnes orationes cessabunt, & gratiarum actio non cessabit. Hoc est quod dictum est* (Ierem. 33. 11.) Vox gaudij, & vox Sponsi, & vox Sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius. *Hæc est gratiarum actio*. Adducentium Confessionem in Domum Domini. *Ista est Sacrificium* תודה *Thodà Laudis. Et ita Dauid dicit* (Psal. 56. 13.) Super me Deus sunt vota tua reddã תודות Thodòth Laudes tibi. תודה Thodà Laus *hic non est scriptum, sed* תודות Thodòth Laudes (vt intelligatur) *Gratiarum actio, & sacrificium laudis*.

In noua Christi Lege remansit hoc Sacrificium תודה *Thodà Laudis*, & *Gratiarum actionis*, seù Eucharisticum Sacrificium & Sacramentum: sed vnum ab altero non distinguitur, vt vult locus Rabbinicus de Sacrificio

תודה *Thodà*, & הודאה *Hodà Laudis*; & *gratiarum actionis*. Nempè Ecclesiæ Christianæ incruentum *Laudis*, & *Eucharisticum* Christi Corporis *Sacrificium*, quod Diuinæ Maiestati super Altari offertur, vnicum, & propitiatorium pro peccatis, pœnis, & satisfactionibus esse, eadem Ecclesia Catholica docet; & hæc quidem est illa Oblatio munda, quæ nulla offerentium malitia, aut iniquitate inquinari potest, & quæ Dei nomini in omni loco inter Gentes offertur, vt prædixit Malachias cap. 1. licèt perperam hunc locum exponant R. Salomon, & Radàk. R. Salomonis autem Expositio est huiusmodi -

גדול שמי בגוים: אמרו רבותינו דקרו ליה אלהא דאלהיא אפילו מי שיש לו ע״ז יודע שהוא אלוה שהוא על כולם ובכל מקום מתנדבי׳ לשמי אף האומות׃ ורבותינו פי׳ אלו תלמידי חכמים העוסקים בהלכות עבודה בכל מקום וכן כל תפלת ישראל שמתפללין בכל מקום הרי הן לי כמנחה טהורה וכן תרגם יהונתן ובכל עידן דאתון עברין רעותי אנא מקבל צלותכון ושמי רבא מתקד׳ על ידיכון וצלותכון בקרבן דכאי קדמי וכן פי׳ המקרא ולמה אתם מחללין שמי והלא גדול הוא בגוים ואני אהבתי וחבתי עליכם שבכל מקום שאתם מתפללין לפני ואף בגולה מוקטר ומוגש הוא לשמי׃ ומנחה טהורה׃ הוא לי כי על ידיכ׳ שמי נורא בגוים ואתם מחללים אותו ואת שמי׃

Magnum est nomen meum inter gentes. *Dixerunt Magistri nostri* (antiqui) *quòd vocabant eum Deum Deorum, & licet adorarent Deos alienos, sciebant tamen Deum esse super omnes Deos. Et in omni loco spontè offerunt nomini meo etiam gentes & populi. Et Rabbini nostri exposuerunt:*

Isti

quum mendacium, & error est Iudæorum, qui Christianorum mysteria non intelligunt; si enim ea intelligerent, & ritum offerendi Sacrificium legerent, vtique viderent, nos Deo vero Sacrificiū offerre, non Idolis: nam in Oblatione dicimus: *Suscipe Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo & vero &c.* &: *Offerimus tibi Domine Calicem salutaris, tuam deprecantes clementiam &c.* At nos Iudæorum calumnias nihili facimus, sed potiùs in caput ipsorum refundimus cum Propheta Ierem. 2. 12.

ועמי המיר כבודו בלוא יועיל ׃

Et populus meus mutauit gloriam suam in id quod non proderit (Vulgata) *in Idolum.* R. Salomon -

בע״ז שאין בה תועלת ׃

In Idololatriam, ex qua nulla est vtilitas. Ergo Iudæi Idola colunt non Christiani, cùm *illorum gloriam* nempè *Deum* in Idolum & Idololatriam mutent, ex testimonio Scripturæ, & Magistrorum suorum.

Decima & vltima est הללו־יה *Halleluià:* inter alias laudis species, etiam ex Talmudistarum sententia, hæc nobilissima est. Vsurpatur ab Ecclesia, toto anni tempore (exceptis diebus, qui inter Dominicam Septuagesimæ, & Sabbathum Sanctum intercedunt) à Sabbatho Sancto, & per totum tempus Paschale sine intermissione cantatur. Vocabulum est ex duabus vocibus conflatum, ex הללו *Hallelù Laudate*, & יה *Iah Deum. Laudate Deum.* Et

Isti sunt discipuli sapientes (Philosophi Rabbini) *qui operam dant lectionibus* עבודה Auodà seruitutis (hoc est sermocinantur, & disputant de ritibus sacrificiorum) *in omni loco. Et sic omnis Oratio Israëlitarum, quam effundunt in omni loco, est apud me tamquam oblatio munda. Et sic Paraphrasis Ionathæ: In omni tempore, quo facitis voluntatem meam, ego recipio orationes vestras; & nomen meum magnum sanctificatur per manus vestras, quasi oratio munda coram me. Et ita explicat textus Biblicus: & quare vos polluitis nomen meum; nonne magnum ipsum est inter gentes? Et ego amaui atque dilexi vos, quòd vbique terrarum oratis coram me. Et etiam in captiuitate offeratis incensum* (Orationum) *nomini meo; & oblatio munda est mihi, quoniam per manus vestras terribile est nomen meum inter gentes; attamen vos polluitis illas, & nomen meum simul.* Idipsum ferè dicit Radàk, nec fateri volunt ex hoc tam aperto testimonio, Gentes offerre Deo Oblationem mundam, Sacrificium incruentum. Quòd si Christiani (quos loco Gentium habent) offerrent Deo Sacrificia pariter & Idolis, quando foret Oblatio munda? Respondet Radàk -

אף על פי שהם מקטירים ומגישים לע״ז דעת לשמי ׃

Et quamuis offerant ipsi Oblationem Idolis, illorum tamen intentio est nomini meo. Ergo ex Rabbinorum sententia, semper Deo vero à Christianis offertur Oblatio munda. Quod dicunt, nos Idolis offerre Oblationem; ini-

Hallelu-Iah, Laudate Deum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius &c.

Ibid. ver. vlt. 21. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem. Hallelu-Iah.*

Psal. 146. ver. 1. *Hallelu-Iah. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea &c.*

Ibid. ver. vlt. 10. *Regnabit Dominus in secula &c. Hallelu-Iah.*

Psal. 147. ver. 1. *Hallelu-Iah: Quoniam bonus est Psalmus: Deo nostro iucunda &c.*

Ibid. ver. vlt. 20. *Non fecit taliter omni nationi &c. Hallelu-Iah.*

Psal. 148. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate Dominum de Cælis &c.*

Ibid. ver. vlt. 14. *Filijs Israël, populo appropinquanti sibi. Hallelu Iah.*

Psal. 149. ver. 1. *Hallelu-Iah. Cantate Domino Canticum nouum: laus eius in Ecclesia &c.*

Ibid. ver. vlt. 9. *Gloria hæc est omnibus Sanctis eius. Hallelu-Iah.*

Psal. 150. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate Dominum in Sanctis eius &c.*

Ibid. ver. vlt. 6. *Omnis Spiritus laudet Dominum. Hallelu-Iah.*

Prima pars huius vocis הללו־יה *Hallelu-Iah* est צוי *Imperatiuum* radicis הלל in *Piël*, ex qua hæc alia deducitur, nempe הָלֵל *Hallël Laus*, seù *Hymnus*. Hoc vocabulo intelligunt sex Psalmos, quos magna lætitia, voce ornata, sed quassa & stridula in Synagogis cantillant stando, in Neomenijs, Encœnijs, Scenopegijs, Paschate, & Pentecoste.

Psalmi autem הלל *Hallël* sunt 1. Psal.

Et quia in vnico nomine simul complectitur *Laudem*, & *Dei nomen*, inde arguunt Talmudistæ quòd sit excellentior cæteris laudibus. Codice פסחים *Pesachim* cap. 10. pagina 117: longè post principium.

גדול מכולן הללויה שכולל שם ושבח בבת אחת :

Maior cæteris (laudibus) *est Hallelu-Iah, quia comprehendit nomen* (Dei) *& laudem simul*. In Veteri Testamento sub hac forma in Psalmis solummodo inuenitur.

In Psalmo 104. ver. vlt. הללויה *Hallelu-Iah*.

Psal. 105. ver. vlt. 45.

Psal. 106. v. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Confitemini Domino &c. Quis loquetur potentias &c.* Ibid. ver. vlt. 48. *Hallelu-Iah*.

Psal. 111. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio iustorum &c.*

Psal. 112. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet &c.*

Psal. 113. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Laudate pueri Dominum: laudate nomen &c.*

Ibid. ver. vlt. *Hallelu-Iah*.

Psal. 115. ver. vlt. 18. *Hallelu-Iah*.

Psal. 116. ver. vlt. 19. *Hallelu-Iah*.

Psal. 117. ver. vlt. 2. *Hallelu-Iah*.

Psal. 135. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate nomen Domini: laudate serui Domini*.

Ibid. ver. 3.

הללו־יה כי טוב יהוה זמרו לשמו:

אמרו (תלים קטו, א׳ :) לא לנו יהוה לא לנו וגו׳ :

Tradiderunt Magistri: Hallèl Hymnum istum, quinam dixerunt? R. Eliezer dicit: Moses & Israëlitæ dixerunt in hora qua steterunt super mare, dixerunt (Psalmum 115. 1.) Non nobis Domine non nobis &c.

Vide reliqua de hoc מאמר suprà ad paginam 227. quod & relatum reperies in *En Israël* Par. I. pag. 97. colum. 1. num. 57. Quòd autem Moses, vel Iosue, aut Debora, & Barac huiusmodi Hymnum decantauerint, vt ibidem dicitur; quoad sensum contentum in illis sex Psalmis posset concedi; composuisse verò verba negandum est, quia, cùm omnes Psalmi à Dauide fuerint compositi, qui longo tempore post Mosen, Iosue, & Debora vixit, non potuerunt hi Psalmos cantare nondum compositos. Ezechias autem, Chananià, Misaël, & Azarias; sicut & Mardochæus, & Esther, cùm fuerint Dauide posteriores, huiusmodi Psalmos in *Hallèl* comprehensos, benè quidem eos potuerunt decantare in laudem Dei, quod & sæpiùs fecisse credendum est; sed non ob id dicendi sunt Auctores huius Hymni *Hallèl*, cùm illius Auctor, vt probatũ est, ipsemet Dauid fuerit.

Quin & credibile est, etiam à Christo Domino istud הלל *Hallèl* fuisse recitatum in vltima Cœna Paschali, postquã sui pretiosi Corporis & Sanguinis instituit Sacramentum. Legalem Cœnam hoc Hymno absoluit: id enim innuere videtur quod refert Euan-

1. Psal. 113. *Laudate pueri Dominum.*

2. Psal. 114. *In exitu Israël de Aegypto.*

3. Psal. 115. *Non nobis Domine, non nobis.*

4. Psal. 116. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus.*

5. Psal. 117. *Laudate Dominum omnes Gentes.* &

6. Psal 118. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israël, quoniam &c.*

Quia in eo fit mentio de exitu ex Ægypto frequenter vocatur הלל המצרי *Hallèl Ha-Mitzrì Hymnus Aegyptius*, vt in הנהות מיימוניות ad Tractatum חמץ ומצה *Mosis Aegyptij* cap 8. De eo fit mentio in Talmude Cod. *Pesachim* cap. 10. pag. 117. ante med. De illius origine magna disceptatio inter Talmudistas initur, & de eodem quærunt -

והלל זה מי אמרו נביאין שביניהן תיקנו להן לישראל שיהו אומר׳ אותו על כל פרק ופרק ועל כל צרה וצרה שלא תבא עליהן ולכשנגאלין אומרים אותו על גאולתן :

Hallèl Hymnum istum quinam dixerunt? Prophetæ, qui tunc erant, ordinauerunt ipsis Israëlitis, vt dicerent illum quolibet tempore, & in qualibet tribulatione, ne superueniret eis; & postquam etiam redempti fuerint, dicent illum pro eorum redemptione. Et longè post medium ibidem sequitur -

תנו רבנן הלל זה מי אמרו רבי אליעזר אומר משה וישראל אמרוהו בשעה שעמדו על הים הן

mo *Hallèl*; ſed quæ per continuatam temporum ſucceſſionem fiunt, & quotidie renouantur, magna quidem Dei opera ſunt dicenda: veluti eſt quotidiè præbere victum omnibus creaturis: *Qui dat eſcam omni carni*, ad cuius verba clauditur *Hallèl gadòl Hymnus magnus*. Et hæc videtur fuiſſe mens Ràu Achà, dum *Hallèl Hymnum* non duobus integris Pſalmis conſtantem, *magnum* appellat. Quòd, propter hanc rationem, *Hallèl magnum* vocetur, apertis verbis ſuffragatur ei R. Ioachannàn in eodem loco cit. Cod. *Peſachìm* cap. 10. pagina 118. vbi parum longè à principio ſic habet -

ולמה נקרא שמו הלל הגדול אמר רבי יוחנן מפני שהקב״ה יושב ברומו של עולם ומחלק מזונות לכל בריה :

Et quare vocatur nomen eius Hallèl haggadòl Hymnus magnus? Dixit R. Iochannàn: Propterea quòd Deus ſanctus benedictus ſedet in altitudine mundi, & diſtribuit alimenta omni creatura. Gloſſa: והיינו דבר גדול *Et hoc eſt res magna*. Adſtipulatur huic ſententiæ ritus deſcriptus in *Machazore* Bononienſi cum Comment. in סדר מצות ההגדה *Ordine ſeruando in myſtica Cœna Paſchali*. Completo enim *Hallel Hymno ſex Pſalmorum*, ſeù *Aegyptio*; hæc rubrica ibidem legitur -

ואם רוצה לשתות כוס חמישי אומר עליו הלל הגדול :

Et ſi voluerit bibere quintum poculum, dicet Hallèl haggadòl Hymnum magnum. Et ſtatim exemplar illius ex-

chanàn excluduntur primi duo Pſalmi, id eſt Pſal. 118. *Confitemini*, & Pſal. 119. *Beati immaculati*.

Iuxta tertiam opinionem, quæ eſt Ràu Achà, omnes ferè Pſalmi iſti excluduntur, cùm nec duo vltimi Pſalmi ex integro includantur: nam vult Ràu Achà vt *Hallèl gadòl* incipiat à verſ. 4. Pſalmi 135. *Quoniam Iacob elegit ſibi domum &c.* vſque ad *Super flumina Babylonis* Pſ. 137. excluſiuè.

Cur autem dicatur *Hallèl gadòl Hymnus magnus*? poſſet reſponderi; ita vocari à numeroſitate Pſalmorum quibus componitur: nam ſecundùm primam opinionem, conſtat Pſalmis 19. ſecundùm alteram, Pſalmis 17. Dicitur itaque *Hymnus magnus* ad diſtinctionem הלל המצרי *Hallèl Hammitzrì Hymni Aegyptij*, qui tantùm ſex Pſalmis componitur. Sed quid dicetur ad opinionem Ràu Achà; qui *Hallèl magnum* vult duobus tantùm Pſalmis & non completis componi? Non igitur à pluralitate Pſalmorum huiuſmodi *Hallèl* accipiet denominationem *magni*.

Reſp. Ràu Achà alia ratione appellare *Hallèl magnum*, non enim ad multiplicitatem, aut paucitatem Pſalmorum reſpexit, ſed ad rem, de qua in Pſalmis agitur, & ad obiectum Pſalmorum. In vltimo ex his Pſalmis mirabilia à Deo in fauorē populi Iſraëlitici patrata, tam in Ægypto, quàm in deſerto referuntur, quæ quidem magna fuere. Omnem autem magnitudinē tranſcendunt illa mirabilia, quæ non ſemel aut iterum à Deo præſtita ſunt, vti miracula narrata in vlt. Pſal-

gnitate sua; à diuite Bouem; à paupere Pecus; à pupillo Ouum; à Vidua Gallinam. Volunt itaque Rabbini in Psalmo 136. in quo sunt viginti sex versiculi, quorum primus & vltimus incipit ab hac voce הודו *Hodù Confitemini*, & omnes desinunt in כי לעולם חסדו *Chi leolàm chasdò Quoniam in seculum misericordia eius;* eos fuisse compositos in honorem Dei, & in gratiarum actionem, ex eo, quia viginti sex generationes, videlicet ab Adamo ad Mosen extiterant sine Lege scripta; & tamen sua misericordia & benignitate eas aluit. Eas generationes sine Lege hoc pacto numerant.

Generationem -

1. Adam.
2. Seth.
3. Enos.
4. Kenàn.
5. Mahalalèl.
6. Ièred.
7. Enoch.
8. Methuscèlach.
9. Lèmech.
10. Nòach.
11. Sem.
12. Arpachsciàd.
13. Scèlach.
14. Hèber.
15. Pèlegh.
16. Rehù.
17. Serùgh.
18. Nachòr.
19. Tèrach.
20. Abraham.
21. Isaac.
22. Iacob.
23. Leui.

exhibetur duobus tantùm Psalmis cōprehensum הודו ליהוה *Hodù Ladonài Confitemini Domino &c.* Psalm. 136. & *Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum &c.* Psal. 135. ordine Psalmorum inuerso, veluti reperitur in omnibus alijs *Machazorìm Precum* libris. Plura de vtroq; *Hallèl* videnda sunt infra in הגדה של פסח *Haghadà scel Pèsach Paschatis.* De *Hallèl* etiam sub nomine *Psalmodia* & *Laudis* vide quæ diximus in I. Par. pag. 403.

De הודו *Confitemini* Ps. 136. à quo *Hallèl gadòl* hodie exordiuntur, notant Talmudistæ in eodem Cod. *Pesachìm*, & loco nuper citato, scilicet cap. 10. pag. 118. viginti sex vicibus replicari כי לעולם חסדו *Quoniam in seculum misericordia eius*, quia totidem versiculi includunt in se הודו *Hodù*, cur autem id fiat, inquirunt -

אמר רבי יהושע בן לוי תני עשרים וששה הודו כנגד מי כנגד עשרים וששה דורות שברא הקב״ה בעולמו ולא נתן להם תורה וזן אותן בחסדו : אמר רב חסדא מאי דכתיב הודו ליהוה כי טוב הודו ליהוה שגובה חובתו של אדם בטובתו עשיר בשורו ואת עני בשיו יתום בביצתו , אלמנה בתרנגולתה :

Dixit R. Ieosciuah Ben Leui: Hæc viginti sex הודו Hodù Confitemini *respectu cuius?* (Et sibi ipsi respondet) *Respectu viginti sex ætatum, quas Deus sanctus benedictus creauit in mundo suo, & non dedit eis Legem, & eis alimenta præbuit* בחסדו *Bechasdò misericordia sua. Dixit Ràu Chasdà: Quid est quod scriptum est:* Confitemini Domino quoniam bonus? *Confitemini Domino, qui exigit debitum ab homine beni-*

ctionibus contentæ הָיָה רוֹעֶה אֶת אֶחָיו בַּצֹּאן omnes *longæ* sunt, quāuis nonnullæ breuibus punctis notentur. Breuis autem syllaba illa est, quæ simplex aut compositum *Scèua* habet; dummodò illud sit mobile: nam de muto nulla ratio in carmine habetur, sicut neque in lectione: vnde in his dictionibus וְהִנֵּה אֲנַחְנוּ מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים בְּתוֹךְ הַשָּׂדֶה Syllaba וְ est breuis, הִנֵּה sint longæ. אֲ breuis, נַחְ longa, נוּ longa מְאַלְּמִים מְ breuis, אַ longa, לְ breuis, מִים longa. אֲלֻמִּים אֲ breuis, לֻ longa מִים longa. בְּתוֹךְ בְּ breuis, תוֹךְ longa. הַשָּׂדֶה omnes sunt longæ. Censetur etiam breuis וּ in principio dictionis, si post ipsum sequatur vna ex literis ב מ פ, vt וּמְאֹד, וּבְדֶרֶךְ וּבְ breuis est. *Et valdè*, וּפַר *Et Iuuencus*, tunc enim stat loco *Sceuà*.

Pedes autem duo sunt, ex eisdem Auctoribus loco citato, quibus in carminibus componendis vtuntur.

Alter dicitur תְּנוּעָה *Thenuàh Mosio*, & est ille, qui consonante, & vno ex decem punctis vocalibus constat; hoc est, omnis dictio monosyllaba longa, dicitur *Thenuàh* vt לֵךְ, אַב, הֵם, לָךְ, & similia.

A-

24. Keàth.
25. Amràm.
26. Moses.

Sed animaduertendum est, non tantùm super has generationes reluxisse misericordiam, & Dei benignitatem, sed etiam super alias, quæ ab aquis diluuij absorptæ sunt, si à vijs suis pessimis ad Deum ex corde reuerti voluissent, eadem benignitas & misericordia condonauisset illis scelera & peccata licèt enormia; sed quia eorum hominum malitia adeò excreuerat, vt ad summum iniquitatum pertingeret; ideò pro misericordia experti sunt Iudicium, & pro benignitate iustitiam.

Quæres tertiò, Qua arte Poëtica, siuè metro compositi sint Psalmi?

Resp. Quamuis ex dictis certum sit, Psalmorum modulationem fuisse ad sonum Instrumentorum Musicorũ accommodatam, ac proinde aliquem pedum, vel saltem syllabarum numerum continere; attamẽ qua arte & ratione Psalmi sint mensurandi, penitùs ignoratur. Ex hac occasione vt intelligatur, quomodo sint scandendi Hebræorũ Versus, libet (rudi tamẽ & leuidensè) de Hebræorũ moderna Poësi ex aliorũ laboribus aliquid delibare.

Docent ex Hebræis moderni Poëtæ cum Auctore לוית חן *Leuiàth Chèn* pagina 105. & ערוגת הבושם *Arughàth Habbòsem* cap. 32. syllabas vel *longas*, vel *breues* esse. Longa syllaba ea censetur, quæ vno ex decem punctis vocalibus constat: siuè illud sit punctum longum, siuè breue, nihil officit. Vnde hæ syllabæ in his di-

pedibus adaptarunt Latini, ita nos Hebræorum Carminum pedibus applicare poterimus. Pedes itaq; dissyllabi quatuor numerantur à Latinis, *Pyrrhichius, Spondeus, Iambus*, & *Trochæus*. Ex his *Iambus*, & *Spondeus* tantùm connumerari possunt in Carminibus Hebraicis: nam *Pyrrhichius* qui constat duabus breuibus, vt *Deus* ᴗ ᴗ, apud Hebræos non habet locum: non enim duo (:) *Sceuaim* vnum post aliud siuè simplex, siuè compositum possunt ambo moueri, & in eadem dissyllaba dictione reperiri.

Iambus, constat duabus syllabis, prima brèui, secunda longa, vt לְךָ - ᴗ *Lechà Tibi*. *Trochæus* etiam constans ex longa & breui reijcitur, quia nullum dissyllabum in altera consonante habere potest *Sceuà* mobile, cùm ipsum *Sceuà* nunquam in fine dictionis moueatur: non enim possumus dicere לֵכְ *Lèche* dissyllabum; sed לֵךְ *Lèch* monosyllabum.

Spondeus, constat duabus syllabis longis, vt דָּבָר - - *Dauàr Verbum*, דֶּבֶר *Dèuer Pestis*.

Pedes trisyllabi octo numerantur à Latinis, *Dactylus*, *Anapæstus*, *Tribrachys*, *Molossus*, *Creticus*, siuè *Amphimacer*, *Bacchius*, *Antibacchius*, & *Amphibrachus*. *Dactylus* constans longa, & duabus breuibus, non potest reperiri apud Hebręos, quia duo *Sceuaim* post syllabam longam moueri non possunt. Idem dicendũ est de *Anapæsto*,

Alter verò vocatur יָתֵד *Iathèd Clauus*; hic duabus syllabis componitur, altera breui, & altera longa, siuè syllabæ, duabus, tribus, vel quatuor consonantibus constent; vt לְךָ; אֱמוֹר, לְכוּ. *Iathèd* igitur Latinorum ᴗ - *Iambo* correspondet.

Ex יתד *Iathèd* alij Hebræorum Carminum pedes originem ducunt: nam sicut apud Latinos *pes* in Carminibus dicitur *syllabarum, & temporum certa dimensio*: ita syllaba apud Hebræos ėst comprehensio plurium consonantium, vel vnius ad minimum cum suo puncto vocali, vt נוּ, תּוֹךְ, אַב, בְּ, לְ, & similia. *Tempus* autem est ipsa syllabæ pronunciatio. Pedem itaque breuem ante longum adinuentum fuisse existimandum est, sicut & priùs breuem syllabam quàm longam: nam priùs, necesse est, fuisse *vnum*, antequam fuerint *duo*; Syllaba quippè breuis, vnum habet tempus, longa verò duo. Hinc est quòd Hebræi יתד *Iathèd* tantùm pro vnico & vero Carminũ pede agnoscunt, cùm ex breui & longa syllaba componatur; reliqui verò pedes, qui ad numerum nouenarium excrescere possunt, à Grammaticis *compositi* appellantur, & secundùm hanc rationem poterunt hoc pacto distingui; ita vt alij sint pedes *dissyllabi*, alij *trissyllabi*; alij *quadrisyllabi*, omnes tamen vnica voce comprehensi.

Pedibus dissyllabis sicut eadem Græcorum nomina, suis Carminum

pedum species inter Hebræorum Carmina recipiuntur, *Molossus*, *Creticus*, & *Bacchius*.

Ex pedibus autem quadrisyllabis, siuè compositis, quos Latini recensent ad numerum vsque sexdecim, solùm quinque inter Hebraica Carmina ritè connumerari poterunt, quorũ Primus erit *Dispondeus*, ex duobus *Spondeis* compositus, constans quatuor syllabis longis, vt קָרְבָּנֵיכֶם ---- *Oblationes vestræ*.

II. *Dijambus*, ex duobus *Iambis*, prima & tertia breuibus, secunda & quarta longis, vt וְזִבְחוּ - ᴗ - ᴗ *Et sacrificent*.

III. *Epitritus primus*, qui componitur ex *Iambo* & *Spondeo*; prima videlicet breui, & vltimis tribus longis; vt שְׂפָתַיִם --- ᴗ *Sephathàim duo labia*: אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ --- ᴗ *Achascueròsc Assuerus*.

IV. *Epitritus secundus*, compositus ex *Trochæo* seù *Choreo*, & *Spondeo*, scilicet prima longa, secunda breui, & duabus vltimis longis, vt הַנְּשִׂאִים -- ᴗ - *Prælati*. תַּחֲנוּנִים -- ᴗ - *Deprecationes*.

V. *Epitritus tertius*, ex *Spondeo* & *Iambo* duabus primis lõgis, tertia breui, & vltima longa, vt מִשּׁוֹמְרִים - ᴗ -- *A Custodibus*.

Reliqui verò vndecim, cùm nullo modo reperiri possint in lingua Hebræa, omninò ab ea arceantur. Non enim reperitur dictio aliqua, quæ quatuor syllabas breues habeat vt requirit *Pro-*

sto, qui ex duabus breuibus & longa componitur; non enim duo *Sceuaim* (:) (:) simplicia, aut composita, vt (·.·:) (-:) ante syllabam longam reperiri, aut pronunciari possunt. Multò magis idem dicendum erit de *Tribracho* tribus breuibus constante, cùm impossibile sit tria *Sceuaìm* in lingua Hebraica posse reperiri, aut aliquo modo fingi.

Molossus autem, qui quarto loco inter pedes trisyllabos apud Latinos ponitur, inter Hebræos frequenter etiam vsurpatur, quia quamplurimæ in hac lingua reperiuntur dictiones trisyllabæ longæ, vt requirunt Molossi pedes, vt בְּצְדָקָה --- *In Iustitia*: מִלְּכֹּד --- *Præ capiente*.

Creticus, siuè *Amphimacer*, ex longa, breui, & longa, vt לָמְדוּ - ᴗ - *Didicerunt*. שׁוֹמְרִים - ᴗ - *Custodes*.

Amphibrachus, qui constat ex breui, longa, & breui, non potest reperiri in Hebraicis, cùm in hac lingua nullum *Sceuà* in fine dictionis possit pronunciari, vt docent Grammatici.

Bacchius, constat ex breui, & duabus longis, vt לְאָדָם -- ᴗ *Adamo*, חֲסִידִים -- ᴗ, *Pij*, *Sancti*.

Antibacchius verò, quem & *Palimbacchium* vocant, cùm è contra duas primas syllabas longas habeat, & tertiam breuem, hic ob eandem rationem excluditur, quia nulla breuis syllaba in fine dictionis pronunciatur. Ex trisyllabis igitur solùm tres

7. – – – ᴗ Epitritus primus.
8. – – ᴗ – Epitritus ſecundus.
9. – ᴗ – – Epitritus tertius.
10. – – – – Diſpondeus.

Reliqui, qui ritè Carminibus Hebraicis inſeruire non poſſunt, ſunt –

1. ᴗ ᴗ Pyrrhichius.
2. ᴗ – Trochæus, ſeù Choreus.
3. ᴗ ᴗ ᴗ Tribrachys.
4. – ᴗ ᴗ Anapæſtus.
5. ᴗ – ᴗ Amphibrachus.
6. ᴗ ᴗ – Dactylus.
7. ᴗ – – Antibacchius, ſeù Palimbacchius.
8. ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ Proceleuſmaticus.
9. – ᴗ ᴗ ᴗ Pæon quartus.
10. ᴗ – ᴗ ᴗ Pæon tertius.
11. – – ᴗ ᴗ Ionicus à minore.
12. ᴗ ᴗ – ᴗ Pæon ſecundus.
13. ᴗ – – ᴗ Antipaſtus.
14. ᴗ ᴗ ᴗ – Pæon primus.
15. – ᴗ ᴗ – Choriambus.
16. ᴗ – ᴗ – Ditrochæus, ſeù Dichoreus.
17. ᴗ ᴗ – – Ionicus à maiore.

Ex his prioribus inter ſe certa lege iunctis, verſus omnis generis fiunt. Sed antequam omniũ verſuum exempla præbeamus. Notandum eſt: Quòd Hebræi in componendis verſibus regulas quaſdam Latinorum videntur obſeruare: nam ſicut nos plerumque Pentametrũ Hexametro iungimus; ita & ipſi duos verſus ſimul coniungunt, & vnicuique proprium nomen attribuunt: Priorem verſum vocant דֶּלֶת *Dèleth Portam*, per quam ingredimur ad ſecundũ verſum, quem

Proceleuſmaticus: neque duas breues in principio vt vult *Ionicus* à *Minore*, vel tres breues in principio vt *Paon quartus*; neque duas breues in medio vt *Choriambus*; neque breuem ſyllabam in fine vt cæteri omnes requirunt, veluti *Ditrochæus*, *Antipaſtus*, *Ionicus à maiore*, *Paon primus*, *Paon ſecundus*, & *Paon tertius*.

Ex his collige, nullo modo duas ſimul ſyllabas breues, poſſe reperiri in principio, vel medio dictionis, vel etiam in fine, quæ moueantur apud Hebræos. Quia cùm ſyllaba breuis ſit *Sceuà* mobile, ſimplex, vel compoſitum: hinc impoſſibile eſt duo *Sceuaim* ſimul, vtrumque poſſe moueri tam in principio, quàm in medio dictionis. In fine verò nullo pacto mouetur, vt ſuprà dictum eſt. Inde igitur ſequitur, pedes illos, qui apud Græcos, vel Latinos, duas vel tres breues ſyllabas habent in principio dictionis, vel in medio duas breues, vel in fine tantùm vnam, omnes arceri à Carminibus Hebraicis. Collige etiam, decem tantùm ſpecies pedum apud Hebræos in vſu eſſe, eæ ſunt, quæ in ſequenti Tabella numerantur; in qua à dextera ad ſiniſtram legendum eſt, vt dictionibus Hebraicis ſyllabæ breues, vel longæ reſpondeant.

1. – ᴗ Iambus.
2. – – Spondeus.
3. – – ᴗ Bacchius.
4. – ᴗ – Creticus, ſeù Amphimacer.
5. – – – Moloſſus.
6. – ᴗ – ᴗ Dijambus.

(Templi) *exundauit abyſſus ; & volnit ſubmergere mundum ; pronunciauit quindecim graduum* (Pſalmos) *& deſcendere fecit* (aquas abyſſi). *Si ſic eſt, ergo dicendum erat* (non מעלות Maalòth, quaſi aſcenſuum, ſed) יורדות *Ioredòth deſcenſuum. Dixit ei* (Ràu Chaſdà) *Poſtquam huius facti meminit, ita dictum eſt* [R. Salomon. -

אי איכא דירע כי דוד לא היה מורה הלכה בפני רבו אחיתופל והוא היה שם ׃

Quamuis Dauid omnia ſciuiſſet, non tamen voluit docere coram Magiſtro ſuo Achitòphel, qui præſens erat] *dicitur: In hora, qua fodiebat fundaměta, exundauit abyſſus, quæ volebat ſubmergere mundum. Dixit Dauid: Eſtne hic qui ſciat, an liceat ſuper teſtam ſcribere* (nomen ineffabile) *& proijciemus in abyſſum, vt quieſcat.* [R. Salomon. -

אחספא מפני שהחרש צולל ויורד ואינו צף כדי שירד וינוח על הנקב׃ ובאגדה דספר שמואל מפורש שמצאו דוד על פני נקב התהום וכתוב בו שהיה שם מששת ימי בראשית ׃

Teſta. Eò quòd vas teſtaceum profunda petit, neque ſupernatat; deſcendet igitur, & quieſcet ſuper foramen (abyſſi). *In Agadah libri Samuelis aliter explicatur, nempè: Quòd inuenerit Dauid ſuper foramen abyſſi* (vas teſtaceum) *ſcriptum autem erat in eo* (nomen Diuinum) *ibique reconditum fuerat à ſex diebus Bereſcith, ab exordio Mundi.*] *Non fuit aliquis, qui ei quicquã dixerit. Protinus dixit Dauid: Qui ſcit dicat, alioquin laqueum inijcietur gulæ ipſius, & ſtrangulabitur. Intulit argumentum Achitòphel à minori*

tentoſam fabulam confingunt, cur Dauid hos quindecim Pſalmos compoſuerit, & Graduales appellauerit. Eam referunt in Talmude eodem Codice סוכה *Succà* cap. 5. pag. 53, ſex lineis ante finem his verbis -

חמש עשרה מעלות ׃ אמר ליה רב חסדא להחוא מרדבנן דהוא קמסדר אגדתא קמיה אל שמיע לך הני חמש עשרה מעלות כנגד מי אמרם דוד א״ל הכי אמר רבי יוחנן בשעה שכרה דוד שיתין קפא תהומא ובעא למשטפי עלמא אמר דוד חמש עשרה מעלות והורידן אי הכי חמש עשרה מעלות יורדות מיבעי ליה אמר ליה הואיל ואדכרתן מלתא הכי אתמר בשעה שכרה דוד שיתין קפא תהומא ובעא למשטפי עלמא אמר דוד מי איכא דידע אי שרי למכתב אחספא ונשדיה בתהומא ומנח ליכא דקאמר ליה מידי אמר דוד כל דידע למימר ואינו אומר יחנק בגרונו נשא אחיתופל קל וחומר בעצמו ומה לעשות שלום בין איש לאשתו אמרה תורה שמי שנכתב בקדושה ימחה על המים לעשות שלום לכל העולם כולו על אחת כמה וכמה אמר ליה שרי כתב שם אחספא ושדי לתהום ונחית תהומא שיתסר אלפי גרמידי כי חזי דנחית טובא אמר כמה דמידלי טפי מרטב לעלמא אמר חמש עשרה מעלות ואסקיה תמיסר אלפי גרמידי ואוקמיה באלפי גרמידי אמר עולא שמע מינה סומכא דארעא אלפי גרמידי והא חזינן דכרינן פורתא ונפקי מיא אמר רב משרשיא התהו מסולמא דפרת׃

Quindecim gradus. Dixit Ràu Chaſdà cuidam diſcipulo ex Magiſtris noſtris, qui ordinabat Scripturam coram eo, (hoc eſt explicabat Scripturam) *dixit ei: Notumne eſt tibi, cur quindecim* (Pſalmos) *graduum ediderit Dauid, & cuius reſpectu dixerit? Reſpondit: Vtique. Dixit R. Iochanàn: Ea hora, qua fodiebat Dauid fundamenta*

Euphratis ascendunt de sub terra: nam Euphrates multò altior inuenitur, sicut dicitur in Cod. ברכות *Berachòth. Omnia flumina sunt infra Euphratem; & aquæ, quæ egrediuntur ex fluuio superiori si viam suauem habeant, supra montem ascendunt suæ origini similem, & non ampliùs. Hinc est, quòd effossores in montibus Babylonis prope Euphraten aquas inueniunt.*]

Idem legitur in עין ישראל *En Israël* Par. I. pag. 119. col. 2. num. 42. & succinctè ac mutilatè refertur à R. Salom. Radàk, & alijs, qui per extensum fortasse non retulerunt, quia has ineptias & indoctas fabulas referre non sunt ausi. Nos autem, vti in Talmude iacet, retulimus, vt omnes agnoscant, ex quo fonte Hebræi suas doctrinarum fæculentas hauriant aquas; quam originẽ quindecim graduum Psalmis attribuant; & qualem virum Dauidem constituant, nempè Cabalistam, superstitiosum, & sacrilegum, cum maxima etiam iniuria Creatoris; quasi Deus schedis alligetur, & illius voluntas figulino cum vase vsque ad abyssum deuoluatur. Figmenta omnia sunt Talmudistarũ.

Aliam expositionem huius vocis מעלות *Maalòth Graduum* ex אגדה *Agadàh* R. Salomon affert, vt diuisa voce, dicatur שיר למאה עולות *Canticum Hecatombe*, seù *Centum Sacrificiorum*. Sed hæc expositio est corruptio vocis, & propriæ significationis, ac proinde tota extranea, & falsa.

Tandem est Psalmus 149. qui incipit שירו ליהוה שיר חדש *Cantate Domino Canticum nouum: laus eius &c.* Sed

 quia

nori ad maius intra seipsum. Sic dicens: Si ob pacem conciliandam inter Virum & Vxorem Lex dicit: Licitũ esse Dei nomen quamuis sanctitate scriptum aquis delere, quanto magis ob pacem totius mundi? Dixit ei (Achitòphel) *Proijce. Scripsit nomen super testam, & proiecit in abyssum. Et descendit abyssus per sexdecim millia* גרמידי *Garmidè cubitorum. Cùm vidisset* (Dauid) *quòd nimium descenderat, dixit: Quo ampliùs eleuatur, eò humidior fit terra.* [R. Salomon. -

כמה שתהום גבוה וסמוך לארץ מתלחלת העולם והארץ מצמחת פירותיה :

Quo altior est abyssus, & vicinior terræ, eo magis humectatur mundus, & terra producit fructus suos.] *Dixit* (Dauid) *quindecim* (Psalmos) *graduum, & ascendere fecit* (abyssum) *quindecim millia cubitorum, & sistere eam fecit ad mille tantùm cubitos. Dixit Vlà: Ex hoc habetur crassities terræ, quæ mille cubitorum est.* [R. Sal. עובי הארץ עד התהום *Crassitudo terræ vsque ad abyssum.*] *Et hoc nos videmus, quia parum effodimus, & egrediuntur aquæ. Dixit Ràu Mesciarscià: Istud est è scalis Euphratis.* [R. Salom. -

סולמי דפרת מעלות העשויות כמסילות שבהן מי פרת עולין תחת הקרקע לפי שפרת גבוה מוצאו מאד כדאמרינן בבכורות כל הנהרות למטה מפרת ומים היוצאין מהר גבוה אם דרך מתוקן להם עולין על הר כיוצא בו ולא יותר לפיכך אף החופרים בהרים שבבבל הסמוכה לפרת מוצאין מים :

Scalæ Euphratis. Sunt gradus efformati instar scalarum, ex eis aquæ

rectos decet תהלה *Thehillà collaudatio*.

Psal. 109. *Deus* תהלתי *Thehillathi laudem meam ne tacueris*.

Psal. 145. תהלה לדוד *Thehillà LeDauìd Laus ipsi Dauidi. Exaltabo te Deus meus Rex*. Psalmus est Acrostichus. Oẽs Psalmi possunt dici תהלות *Thehillòth Laudes*, quandoquidem totum Psalterium vocetur ס׳ תהלים *Sèpher Thehillìm Liber Laudum*.

Octaua Psalmorum species laudis est תפלה *Thephillà Oratio*.

Psalmus 17. inscribitur hac voce תפלה לדוד *Thephillà LeDauìd Oratio ipsi Dauid. Exaudi Domine iustitiam meam*.

Psal. 86. eodem titulo. *Inclina Domine aurem tuam, & exaudi me*.

Psal. 90. תפלה למשה *Thephillà LeMoscè Oratio Mosis. Domine refugium factus es nobis*.

Psalmus 142. Intellectus Dauid, cùm esset in spelunca תפלה *Thephillà Oratio. Voce mea ad Dominum clamaui: Voce mea ad Dominum deprecatus sum*.

Et Psalm. 143. in 1. versiculo habet: *Domine exaudi* תפלתי *Thephillathì orationem meam: auribus percipe*.

Nona laudis species est תודאה *Thodàh Confessio*. Erat Sacrificij genus, per quod pro accepto beneficio Deo gratias agebant. Vnde illud Leuit. 22. v. 29. *Et cùm sacrificaueritis Sacrificium* תודה *Thodà Confessionis*. Vulgata vertit: *Si immolaueritis hostiam pro gratiarũ actione*, quasi diceret, *Eucharisticũ Sacrificium*, quod etiam tempore Messiæ duraturum erat; vti docuerunt antiqui Rabbini in ואלה

שמות

quia hic Psalmus habet proprium titulum, qui est הללויה *Halleluià*, sub eo referendus est.

Sexta laudis species est אשרי *Ascrè Beatitudines*, seù *Beatus*, per אשרי *Ascrè* incipit Primus Psalmus: *Beatus Vir, qui non abijt in consilio &c.*

Psal. 32. *Beati, quorum remissæ sunt iniquitates*.

Psal. 112. *Beatus Vir, qui timet Dominum*.

Psal. 119. *Beati immaculati in via*. &c.

Psal. 128. *Beati omnes, qui timent Dominum*.

Dicit R. Dauid Kimchi Comment. in Psal. 2. ex Rabbinis; Psalmum secundum olim eundem fuisse cum primo, quia Psalmi materia, quę magis grata erat Dauidi, à voce אשרי *Ascrè* auspicabatur.

פתח בה באשרי וסיים בה באשרי :

& in voce אשרי *Ascrè* absoluebatur.

וזאת הפרשה פתח בה באשרי האיש וסיים בה אשרי כל חוסי בו :

& hæc distinctio incipit ab אשרי האיש *Ascre ha-isc Beatus Vir*, & clauditur, atque finitur in אשרי כל חוסי בו *Ascrè col-chosè Vò Beati omnes qui confidunt in eo*.

Quicquid fuerit antiquitus; communiter tota ista materia in duos Psalmos diuiditur.

Septima laudis species est תהלה *Thehillà Laus*. Psalmi, qui in titulo, vel in primo versiculo vocem habent תהלה *Thehillà*, sunt.

Psal. 33. *Exultate iusti in Domino*:

תודה *Thodà*, & הודאה *Hodà Laudis*; & *gratiarum actionis*. Nempè Ecclesiæ Christianæ incruentum *Laudis*, & *Eucharisticum* Christi Corporis *Sacrificium*, quod Diuinæ Maiestati super Altari offertur, vnicum, & propitiatorium pro peccatis, pœnis, & satisfactionibus esse, eadem Ecclesia Catholica docet; & hæc quidem est illa Oblatio munda, quæ nulla offerentium malitia, aut iniquitate inquinari potest, & quæ Dei nomini in omni loco inter Gentes offertur, vt prædixit Malachias cap. 1. licèt perperam hunc locum exponant R. Salomon, & Radàk. R. Salomonis autem Expositio est huiusmodi -

גדול שמי בגוים: אמרו רבותינו דקרו ליה אלהא דאלהיא אפילו מי שיש לו ע״ז יודע שהוא אלוה שהוא על כולם ובכל מקום מתנדבי׳ לשמי אף האומות: ורבותינו פי׳ אלו תלמידי חכמים העוסקים בהלכות עבודה בכל מקום וכן כל תפלת ישראל שמתפללין בכל מקום הרי הן לי כמנחה טהורה וכן תרגם יהונתן ובכל עידן דאתון עברין רעותי אנא מקבל צלותכון ושמי רבא מתקד׳ על ידיכון וצלותכון בקרבן זכאי קדמי וכן פי׳ המקרא ולמה אתם מחללין שמי והלא גדול הוא בגוים ואני אהבתי והבתי עליכם שבכל מקום שאתם מתפללין לפני ואף בגולה מקטר ומוגש הוא לשמי: ומנחה טהורה: והוא לי כי על ידיכ׳ שמי נורא בגוים ואתם מחללים אותו ואת שמי:

Magnum est nomen meum inter gentes. *Dixerunt Magistri nostri* (antiqui) *quòd Vocabant eum Deum Deorum, & licet adorarent Deos alienos, sciebant tamen Deum esse super omnes Deos. Et in omni loco spontè offerunt nomini meo etiam gentes & populi. Et Rabbini nostri exposuerunt: Isti*

שמות רבה *Veèlle Scemòth Rabbà Parascià* 9. pag. 174. col. 4. edit. Amstelodamen. in fol. cum Comment. -

אמר רבי פנחס ור׳ לוי ורבי יוחנן בשם ר׳ פנחס דגליא לעתיד לבוא כל הקרבנות בטלין וקרבן תודה אין בטל: כל התפלות בטלות וההודאה אינה בטלה הה״ר (ירמיה ל״ג: י״א:) קול ששון וקול שמחה קול חתן וקול כלה קול אומרים הודו את יהוה צבאות וגו׳: זו הודאה ומביאין תודה בית יהוה זה קרבן תודה וכן דוד אומר (תלים נ״ו: י״ג:) עלי אלהים נדריך אשלם תודות לך: תודה אין כתיב כאן אלא תודות ההודאה וקרבן תודה:

Dixit R. Pinchàs & R. Leuì, & R. Iochanàn nomine R. Pinchàs de Galià: In futurum (tempore Messiæ) *omnia Sacrificia cessabunt, Sacrificium verò Confessionis non cessabit. Omnes orationes cessabunt, & gratiarum actio non cessabit. Hoc est quod dictum est* (Ierem 33. 11.) Vox gaudij, & vox Sponsi, & vox Sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia eius. *Hæc est gratiarum actio*. Adducentium Confessionem in Domum Domini. *Ista est Sacrificium* תודה *Thodà Laudis. Et ita David dicit* (Psal. 56. 13.) Super me Deus sunt vota tua reddã תודות Thodòth Laudes tibi. תודה Thodà Laus *hic non est scriptum, sed* תודות Thodòth Laudes (vt intelligatur) *Gratiarum actio, & sacrificium laudis*.

In noua Christi Lege remansit hoc Sacrificium תודה *Thodà Laudis*, & *Gratiarum actionis*, seù Eucharisticum Sacrificium & Sacramentum: sed vnum ab altero non distinguitur, vt vult locus Rabbinicus de Sacrificio

quum mendacium, & error eſt Iudæorum, qui Chriſtianorum myſteria non intelligunt; ſi enim ea intelligerent, & ritum offerendi Sacrificium legerent, vtique viderent, nos Deo vero Sacrificiũ offerre, non Idolis: nam in Oblatione dicimus: *Suſcipe Sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam Hoſtiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi Deo meo viuo & vero &c.* &: *Offerimus tibi Domine Calicem ſalutaris, tuam deprecantes clementiam &c.* At nos Iudæorum calumnias nihili facimus, ſed potiùs in caput ipſorum refundimus cum Propheta Ierem. 2. 12.

ועמי המיר כבודו בלוא יועיל ׃

Et populus meus mutauit gloriam ſuam in id quod non proderit (Vulgata) *in Idolum*. R. Salomon -

בעו״ שאין בה תועלת ׃

In Idololatriam, ex qua nulla eſt vtilitas. Ergo Iudæi Idola colunt non Chriſtiani, cùm *illorum gloriam* nempè *Deum* in Idolum & Idololatriam mutent, ex teſtimonio Scripturæ, & Magiſtrorum ſuorum.

Decima & vltima eſt הללו־יה *Halleluià*: inter alias laudis ſpecies, etiam ex Talmudiſtarum ſententia, hæc nobiliſſima eſt. Vſurpatur ab Eccleſia, toto anni tempore (exceptis diebus, qui inter Dominicam Septuageſimæ, & Sabbathum Sanctum intercedunt) à Sabbatho Sancto, & per totum tempus Paſchale ſine intermiſſione cantatur. Vocabulum eſt ex duabus vocibus conflatum, ex הללו *Hallelù Laudate*, & יה *Iah Deum. Laudate Deum.* Et

Iſti ſunt diſcipuli ſapientes (Philoſophi Rabbini) *qui operam dant lectionibus* עבודה Auodà ſeruitutis (hoc eſt ſermocinantur, & diſputant de ritibus ſacrificiorum) *in omni loco. Et ſic omnis Oratio Iſraëlitarum, quam effundunt in omni loco, eſt apud me tamquam oblatio munda. Et ſic Paraphraſis Ionathæ: In omni tempore, quo facitis voluntatem meam, ego recipio orationes veſtras; & nomen meum magnum ſanctificatur per manus veſtras, quaſi oratio munda coram me. Et ita explicat textus Biblicus: & quare vos polluitis nomen meum; nonne magnum ipſum eſt inter gentes? Et ego amaui atque dilexi vos, quòd vbique terrarum oratis coram me. Et etiam in captiuitate offeratis incenſum* (Orationum) *nomini meo; & oblatio munda eſt mihi, quoniam per manus veſtras terribile eſt nomen meum inter gentes; attamen vos polluitis illas, & nomen meum ſimul.* Idipſum ferè dicit Radàk, nec fateri volunt ex hoc tam aperto teſtimonio, Gentes offerre Deo Oblationem mundam, Sacrificium incruentum. Quòd ſi Chriſtiani (quos loco Gentium habent) offerrent Deo Sacrificia pariter & Idolis, quando foret Oblatio munda? Reſpondet Radàk -

אף על פי שהם מקטירים ומגישים לעו״ דעת לשמי ׃

Et quamuis offerant ipſi Oblationem Idolis, illorum tamen intentio eſt nomini meo. Ergo ex Rabbinorum ſententia, ſemper Deo vero à Chriſtianis offertur Oblatio munda. Quod dicunt, nos Idolis offerre Oblationem; ini-

Hallelu-Iah, Laudate Deum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius &c.

Ibid. ver. vlt. 21. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem. Hallelu-Iah.*

Psal. 146. ver. 1. *Hallelu-Iah. Lauda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea &c.*

Ibid. ver. vlt. 10. *Regnabit Dominus in secula &c. Hallelu-Iah.*

Psal. 147. ver. 1. *Hallëlu-Iah: Quoniam bonus est Psalmus: Deo nostro iucunda &c.*

Ibid. ver. vlt. 20. *Non fecit taliter omni nationi &c. Hallelu-Iah.*

Psal. 148. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate Dominum de Cælis &c.*

Ibid. ver. vlt. 14. *Filijs Israël, populo appropinquanti sibi. Hallelu-Iah.*

Psal. 149. ver. 1. *Hallelu-Iah. Cantate Domino Canticum nouum: laus eius in Ecclesia &c.*

Ibid. ver. vlt. 9. *Gloria hæc est omnibus Sanctis eius. Hallelu-Iah.*

Psal. 150. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate Dominum in Sanctis eius &c.*

Ibid. ver. vlt. 6. *Omnis Spiritus laudet Dominum. Hallelu-Iah.*

Prima pars huius vocis הללו־יה *Hallelu-Iah* est צווי *Imperatiuum* radicis הלל in *Piël*, ex qua hæc alia deducitur, nempe הַלֵּל *Hallël Laus*, seù *Hymnus*. Hoc vocabulo intelligunt sex Psalmos, quos magna lætitia, voce ornata, sed quassa & stridula in Synagogis cantillant stando, in Neomenijs, Encœnijs, Scenopegijs, Paschate, & Pentecoste.

Psalmi autem הלל *Hallël* sunt

1. Psal.

Et quia in vnico nomine simul complectitur *Laudem*, & *Dei nomen*, inde arguunt Talmudistæ quòd sit excellentior cæteris laudibus. Codice פסחים *Pesachim* cap. 10. pagina 117: longè post principium.

גדול מכולן הללויה שכולל שם ושבח בבת אחת:

Maior cæteris (laudibus) *est Hallelu-Iah, quia comprehendit nomen* (Dei) *& laudem simul.* In Veteri Testamento sub hac forma in Psalmis solummodo inuenitur.

In Psalmo 104. ver. vlt. הללויה *Hallelu-Iah*.

Psal. 105. ver. vlt. 45.

Psal. 106. v. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Confitemini Domino &c. Quis loquetur potentias &c.* Ibid. ver. vlt. 48. *Hallelu-Iah*.

Psal. 111. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio iustorum &c.*

Psal. 112. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Beatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet &c.*

Psal. 113. ver. 1. הללויה *Hallelu-Iah. Laudate pueri Dominum: laudate nomen &c.*

Ibid. ver. vlt. *Hallelu-Iah*.

Psal. 115. ver. vlt. 18. *Hallelu-Iah*.

Psal. 116. ver. vlt. 19. *Hallelu-Iah*.

Psal. 117. ver. vlt. 2. *Hallelu-Iah*.

Psal. 135. ver. 1. *Hallelu-Iah. Laudate nomen Domini: laudate serui Domini.*

Ibid. ver. 3.

הללו־יה כי טוב יהוה זמרו לשמו:

אמרו (תלים קטו ; א' ;) לא לנו יהוה לא לנו וגו' :

Tradiderunt Magistri: Hallèl Hymnum istum, quinam dixerunt? R. Eliezer dicit: Moses & Israëlitæ dixerunt in hora qua steterunt super mare, dixerunt (Psalmum 115. 1.) Non nobis Domine non nobis &c.

Vide reliqua de hoc מאמר suprà ad paginam 227. quod & relatum reperies in *En Israël* Par. I. pag. 97. colum. 1. num. 57. Quòd autem Moses, vel Iosue, aut Debora, & Barac huiusmodi Hymnum decantauerint, vt ibidem dicitur; quoad sensum contentum in illis sex Psalmis posset concedi; composuisse verò verba negandum est, quia, cùm omnes Psalmi à Dauide fuerint compositi, qui longo tempore post Mosen, Iosue, & Debora vixit, non potuerunt hi Psalmos cantare nondum compositos. Ezechias autem, Chananiâ, Misaël, & Azarias; sicut & Mardochæus, & Esther, cùm fuerint Dauide posteriores, huiusmodi Psalmos in *Hallèl* comprehensos, benè quidem eos potuerunt decantare in laudem Dei, quod & sæpiùs fecisse credendum est; sed non ob id dicendi sunt Auctores huius Hymni *Hallèl*, cùm illius Auctor, vt probatũ est, ipsemet Dauid fuerit.

Quin & credibile est, etiam à Christo Domino istud הלל *Hallèl* fuisse recitatum in vltima Cœna Paschali, postquã sui pretiosi Corporis & Sanguinis instituit Sacramentum. Legalem Cœnam hoc Hymno absoluit: id enim innuere videtur quod refert Euan-

1. Psal. 113. *Laudate pueri Dominum*.

2. Psal. 114. *In exitu Israël de Aegypto*.

3. Psal. 115. *Non nobis Domine, non nobis*.

4. Psal. 116. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus*.

5. Psal. 117. *Laudate Dominum omnes Gentes*. &

6. Psal 118. *Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israël, quoniam &c.*

Quia in eo fit mentio de exitu ex Ægypto frequenter vocatur הלל חמצרי *Hallèl Ha-Mitzrì Hymnus Aegyptius*, vt in הגהות מיימוניות ad Tractatum חמץ ומצה *Mosis Aegyptij* cap 8. De eo fit mentio in Talmude Cod. *Pesachim* cap. 10. pag. 117. ante med. De illius origine magna disceptatio inter Talmudistas initur, & de eodem quærunt -

והלל זה מי אמרו נביאין שבינין תיקנו לחן. לישראל שיהו אומר אותו על כל פרק ופרק ועל: כל צרה וצרה שלא תבא עליהן ולכשנגאלין אומרים אותו על גאולתן :

Hallèl Hymnum istum quinam dixerunt? Prophetæ, qui tunc erant, ordinauerunt ipsis Israëlitis, vt dicerent illum quolibet tempore, & in qualibet tribulatione, ne superueniret eis; & postquam etiam redempti fuerint, dicent illum pro eorum redemptione. Et longè post medium ibidem sequitur -

תנו רבנן הלל זה מי אמרו רבי אליעזר אומר משה וישראל אמרוהו בשעה שעמדו על הים הן

יה Iàh Quoniam Iacob elegit sibi Deum (Psal. 135. 4.) *Vsque ad* Flumina Babel.

Iuxta primam opinionem complectitur nouemdecim Psalmos videl.

1. Psal. 118. *Confitemini Domino, quoniam bonus &c. dicat nunc Israël.*

2. Psal. 119. *Beati immaculati in via.*

3. Psal. 120. *Ad Dominum cùm tribularer.*

4. Psal. 121. *Leuaui oculos meos.*

5. Psal. 122. *Lætatus sum.*

6. Psal. 123. *Ad te leuaui oculos meos.*

7. Psal. 124. *Nisi quia Dominus.*

8. Psal. 125. *Qui confidunt in Domino.*

9. Psal. 126. *In conuertendo.*

10. Psal. 127. *Nisi Dominus ædificauerit domum.*

11. Psal. 128. *Beati omnes qui timent.*

12. Psal. 129. *Sæpè expugnauerunt me à iuuentute mea.*

13. Psal. 130. *De profundis.*

14. Psal. 131. *Domine non est exaltatum cor meum.*

15. Psal. 132. *Memento Domine David.*

16. Psal. 133. *Ecce quàm bonum.*

17. Psal. 134. *Ecce nunc benedicite Dominum.*

18. Psal. 135. *Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum.*

19. Psal. 136. *Confitemini Domino quoniam bonus &c. Confitemini Deo Deorum, quoniam in æternùm misericordia eius.*

Iuxta secundam opinionem R. Io-

Hh cha-

uangelista Matthæus cap. 26. 30. & Marcus 14. 26. *Et Hymno dicto, exierunt in Montem Oliueti.* De hac Cœna, & omnibus eius partibus (Deo propitio) agemus infrà in הגדה של פסח *Haghadà Paschatis.* Hic solùm notandum, huius Hymni recitandi consuetudinem vetustissimam esse, cùm etiam tempore Christi in vsu fuerit. Præter הלל *Hallèl*, seù *Hymnum Aegyptium*, est & aliud *Hallèl*, quod הלל הגדול *Hallèl hagghadòl Hymnus magnus* vocatur. Complectitur quàm plurimos Psalmos, sed quot illi sint, variant inter se Talmudistæ. In hoc tamen conueniunt, quòd eius finis terminetur ad Psalmum 137. *Super flumina Babylonis illic sedimus, &c.* principium verò varium, & inconstans faciunt: nam aliqui volunt, vt incipiat à Psalmo 118.; alij à Psalmo 120. alij à Psal. 135. De *Hallèl magno* fit mentio in Cod. *Pesachim* cap. 10. pag. 118. propè principium vbi quæritur.

מהיכן הלל הגדול ר׳ יהודה אומר מהודו עד נהרות בבל ורבי יוחנן אומר משיר המעלות עד נהרות בבל רב אחא בר יעקב אומר מכי יעקב בחר לו יה עד נהרות בבל.

Vnde incipiat Hallèl hagghadòl Hymnus magnus? R. Iudas dicit: Ab הודו *Hodù* Confitemini (Psal. 118. 1.) *Vsque ad* נהרות בבל Naharòth Bauèl Flumina Babel (Psal. 137. 1.) *Et R. Iochanàn dicit:* משיר המעלות Mescìr hammaalòth à Cantico Graduum (Psal. 120. 1.) *Vsque ad* Flumina Babel. *Ràu Achà Bar Iacob dicit: A* כי יעקב בחר לו יה Chi Iaakòu bachàr lo

mo *Hallèl*; ſed quæ per continuatam temporum ſucceſſionem fiunt, & quotidie renouantur, magna quidem Dei opera ſunt dicenda: veluti eſt quotidiè præbere victum omnibus creaturis: *Qui dat eſcam omni carni*, ad cuius verba clauditur *Hallèl gadòl Hymnus magnus*. Et hæc videtur fuiſſe mens Ràu Achà, dum *Hallèl Hymnum* non duobus integris Pſalmis conſtantem, *magnum* appellat. Quòd, propter hanc rationem, *Hallèl magnum* vocetur, apertis verbis ſuffragatur ei R. Ioachannàn in eodem loco cit. Cod. *Peſachìm* cap. 10. pagina 118. vbi parum longè à principio ſic habet -

ולמה נקרא שמו חלל הגדול אמר רבי יוחנן מפני שהקב״ה יושב ברומו של עולם ומחלק מזונות לכל בריה׃

Et quare vocatur nomen eius Hallèl haggadòl Hymnus magnus? Dixit R. Iochannàn: Propterea quòd Deus ſanctus benedictus ſedet in altitudine mundi, & diſtribuit alimenta omni creatura. Gloſſa: והיינו דבר גדול *Et hoc eſt res magna*. Adſtipulatur huic ſententiæ ritus deſcriptus in *Machazore* Bononienſi cum Comment. in סדר מצות ההגדה *Ordine ſeruando in myſtica Cœna Paſchali*. Completo enim *Hallel Hymno ſex Pſalmorum*, ſcù *Aegyptio*; hæc rubrica ibidem legitur -

ואם רוצה לשתות כוס חמישי אומר עליו הלל הגדול׃

Et ſi voluerit bibere quintum poculum, dicet Hallèl haggadòl Hymnum magnum. Et ſtatim exemplar illius

ex-

chanàn excluduntur primi duo Pſalmi, id eſt Pſal. 118. *Confitemini*, & Pſal. 119. *Beati immaculati*.

Iuxta tertiam opinionem, quæ eſt Ràu Achà, omnes ferè Pſalmi iſti excluduntur, cùm nec duo vltimi Pſalmi ex integro includantur: nam vult Ràu Achà vt *Hallèl gadòl* incipiat à verſ. 4. Pſalmi 135. *Quoniam Iacob elegit ſibi dominum &c.* vſque ad *Super flumina Babylonis* Pſ. 137. excluſiuè.

Cur autem dicatur *Hallèl gadòl Hymnus magnus*? poſſet reſponderi; ita vocari à numeroſitate Pſalmorum quibus componitur: nam ſecundùm primam opinionem, conſtat Pſalmis 19. ſecundùm alteram, Pſalmis 17. Dicitur itaque *Hymnus magnus* ad diſtinctionem חלל המצרי *Hallèl Hammitzrì Hymni Aegyptij*, qui tantùm ſex Pſalmis componitur. Sed quid dicetur ad opinionem Ràu Achà; qui *Hallèl magnum* vult duobus tantùm Pſalmis & non completis componi? Non igitur à pluralitate Pſalmorum huiuſmodi *Hallèl* accipiet denominationem *magni*.

Reſp. Ràu Achà alia ratione appellare *Hallèl magnum*, non enim ad multiplicitatem, aut paucitatem Pſalmorum reſpexit, ſed ad rem, de qua in Pſalmis agitur, & ad obiectum Pſalmorum. In vltimo ex his Pſalmis mirabilia à Deo in fauorē populi Iſraëlitici patrata, tam in Ægypto, quàm in deſerto referuntur, quæ quidem magna fuere. Omnem autem magnitudinē tranſcendunt illa mirabilia, quæ non ſemel aut iterum à Deo præſtita ſunt, vti miracula narrata in vlt. Pſal-

gnitate sua; à diuite Bouem; à paupere Pecus; à pupillo Ouum; à Vidua Gallinam. Volunt itaque Rabbini in Psalmo 136. in quo sunt viginti sex versiculi, quorum primus & vltimus incipit ab hac voce הודו *Hodù Confitemini*, & omnes desinunt in כי לעולם חסדו *Chi leolàm chasdò Quoniam in seculum misericordia eius*; eos fuisse compositos in honorem Dei, & in gratiarum actionem, ex eo, quia viginti sex generationes, videlicet ab Adamo ad Mosen extiterant sine Lege scripta; & tamen sua misericordia & benignitate eas aluit. Eas generationes sine Lege hoc pacto numerant.

Generationem

1. Adam.
2. Seth.
3. Enos.
4. Kenàn.
5. Mahalalèl.
6. Ièred.
7. Enoch.
8. Methuscèlach.
9. Lèmech.
10. Nòach.
11. Sem.
12. Arpachsciàd.
13. Scèlach.
14. Hèber.
15. Pèlegh.
16. Rehù.
17. Serùgh.
18. Nachòr.
19. Tèrach.
20. Abraham.
21. Isaac.
22. Iacob.
23. Leui.

exhibetur duobus tantùm Psalmis comprehensum הודו ליהוה *Hodù Ladonài Confitemini Domino &c.* Psalm. 136. & *Laudate nomen Domini, laudate serui Dominum &c.* Psal. 135. ordine Psalmorum inuerso, veluti reperitur in omnibus alijs *Machazorim Precum* libris. Plura de vtroq; *Hallèl* videnda sunt infra in הגדה של פסח *Haghadà scel Pèsach Paschatis*. De *Hallèl* etiam sub nomine *Psalmodia* & *Laudis* vide quæ diximus in I. Par. pag. 403.

De הודו *Confitemini* Ps. 136. à quo *Hallèl gadòl* hodie exordiuntur, notant Talmudistæ in eodem Cod. *Pesachim*, & loco nuper citato, scilicet cap. 10. pag. 118. viginti sex vicibus replicari כי לעולם חסדו *Quoniam in seculum misericordia eius*, quia totidem versiculi includunt in se הודו *Hodù*, cur autem id fiat, inquirunt

אמר רבי יהושע בן לוי חני עשרים וששה הודו כנגד מי כנגד עשרים וששה דורות שברא הקב״ה בעולמו ולא נתן להם תורה וזן אותן בחסדו ׃ אמר רב חסדא מאי דכתיב הודו ליהוה כ׳ טוב הודו ליהוה שגובה חובתו של אדם בטובתו עשיר בשורו ואת עני בשיו יתום בביצתו . אלמנה בתרנגולתה ׃

Dixit R. Ieosciùah Ben Leuì: Hac viginti sex הודו Hodù Confitemini *respectu cuius?* (Et sibi ipsi respondet) *Respectu viginti sex ætatum, quas Deus sanctus benedictus creauit in mundo suo, & non dedit eis Legem, & eis alimenta præbuit* בחסדו *Bechasdò misericordia sua. Dixit Ràu Chasdà: Quid est quod scriptum est:* Confitemini Domino quoniam bonus? *Confitemini Domino, qui exigit debitum ab homine beni-*

ctionibus contentæ הָיָה רֹעֶה אֶת אֶחָיו בַּצֹּאן omnes *longæ* sunt, quã-uis nonnullæ breuibus punctis notentur. Breuis autem syllaba illa est, quæ simplex aut compositum *Scèua* habet; dummodò illud sit mobile: nam de muto nulla ratio in carmine habetur, sicut neque in lectione: vnde in his dictionibus וְהִנֵּה אֲנַחְנוּ מְאַלְּמִים אֲלֻמִּים בְּתוֹךְ הַשָּׂדֶה Syllaba וְ est breuis, הִנֵּה sint longæ. אֲ breuis, נַחְ longa, נוּ longa מְאַלְּמִים מְ breuis, אַ longa, לְּ breuis, מִים longa. אֲלֻמִּים אֲ breuis, לֻ longa מִים longa. בְּתוֹךְ בְּ breuis, תוֹךְ longa. הַשָּׂדֶה omnes sunt longæ. Censetur etiam breuis וּ in principio dictionis, si post ipsum sequatur vna ex literis ב מ פ, vt וּמְאֹד וּבְדֶרֶךְ וּבְ breuis est. *Et valdè*, וּפַר *Et Iuuencus*, tunc enim stat loco *Sceuà*.

Pedes autem duo sunt, ex eisdem Auctoribus loco citato, quibus in carminibus componendis vtuntur.

Alter dicitur תְּנוּעָה *Thenuàh Motio*, & est ille, qui consonante, & vno ex decem punctis vocalibus constat; hoc est, omnis dictio monosyllaba longa, dicitur *Thenuàh* vt לֹן, אָב, הֵם, לָךְ, & similia.

A-

24. Keàth.

25. Amràm.

26. Moses.

Sed animaduertendum est; non tantùm super has generationes reluxisse misericordiam, & Dei benignitatem, sed etiam super alias, quæ ab aquis diluuij absorptæ sunt, si à vijs suis pessimis ad Deum ex corde reuerti voluissent, eadem benignitas & misericordia condonauisset illis scelera & peccata licèt enormia; sed quia eorum hominum malitia adeò excreuerat, vt ad summum iniquitatum pertingeret; ideò pro misericordia experti sunt Iudicium, & pro benignitate iustitiam.

Quæres tertiò, Qua arte Poëtica, siuè metro compositi sint Psalmi?

Resp. Quamuis ex dictis certum sit, Psalmorum modulationem fuisse ad sonum Instrumentorum Musicorũ accommodatam, ac proinde aliquem pedum, vel saltem syllabarum numerum continere; attamẽ qua arte & ratione Psalmi sint mensurandi, penitùs ignoratur. Ex hac occasione vt intelligatur, quomodo sint scandendi Hebræorũ Versus, libet (rudi tamẽ & leuidensè) de Hebrçorũ moderna Poësi ex aliorũ laboribus aliquid delibare.

Docent ex Hebræis moderni Poëtæ cum Auctore לוית חן *Leuiàth Chèn* pagina 105. & ערוגת הבושם *Arughàth Habbòsem* cap. 32. syllabas vel *longas*, vel *breues* esse. Longa syllaba ea censetur, quæ vno ex decem punctis vocalibus constat: siuè illud sit punctum longum, siuè breue, nihil officit. Vnde hæ syllabæ in his di-

pedibus adaptarunt Latini, ita nos Hebræorum Carminum pedibus applicare poterimus. Pedes itaq; dissyllabi quatuor numerantur à Latinis, *Pyrrhichius, Spondeus, Iambus, & Trocheus*. Ex his *Iambus*, & *Spondeus* tantùm connumerari possunt in Carminibus Hebraicis: nam *Pyrrhichius* qui constat duabus breuibus, vt *Deus* ◡ ◡, apud Hebræos non habet locum: non enim duo (:) *Sceuaim* vnum post aliud siuè simplex, siuè compositum possunt ambo moueri, & in eadem dissyllaba dictione reperiri.

Iambus, constat duabus syllabis, prima breui, secunda longa, vt לְךָ ◡ – *Lechà Tibi*. *Trocheus* etiam constans ex longa & breui reijcitur, quia nullum dissyllabum in altera consonante habere potest *Sceuà* mobile, cùm ipsum *Sceuà* nunquam in fine dictionis moueatur: non enim possumus dicere לֶךְ *Lèche* dissyllabum; sed לֶךְ *Lèch* monosyllabum.

Spondeus, constat duabus syllabis longis, vt דָּבָר – – *Dauàr Verbum*, דֶּבֶר *Dèuer Pestis*.

Pedes trisyllabi octo numerantur à Latinis, *Dactylus, Anapæstus, Tribrachys, Molossus, Creticus*, siuè *Amphimacer, Bacchius, Antibacchius*, & *Amphibrachus*. *Dactylus* constans longa, & duabus breuibus, non potest reperiri apud Hebræos, quia duo *Sceuaim* post syllabam longam moueri non possunt. Idem dicendú est de *Anapæsto*,

Alter verò vocatur יָתֵד *Iathèd Clauus*: hic duabus syllabis componitur, altera breui, & altera longa, siuè syllabæ, duabus, tribus, vel quatuor consonantibus constent; vt לְךָ, אֱמוֹר, לְכוּ. *Iathèd* igitur Latinorum ◡ – *Iambo* correspondet.

Ex יתד *Iathèd* alij Hebræorum Carminum pedes originem ducunt: nam sicut apud Latinos *pes* in Carminibus dicitur *syllabarum, & temporum certa dimensio*: ita syllaba apud Hebræos est comprehensio plurium consonantium, vel vnius ad minimum cum suo puncto vocali, vt נוּ, תּוֹךְ, לְ, בְּ, אָב, & similia. *Tempus* autem est ipsa syllabæ pronunciatio. Pedem itaque breuem ante longum adinuentum fuisse existimandum est, sicut & priùs breuem syllabam quàm longam: nam priùs, necesse est, fuisse *vnum*, antequam fuerint *duo*; Syllaba quippè breuis, vnum habet tempus, longa verò duo. Hinc est quòd Hebræi יתד *Iathèd* tantùm pro vnico & vero Carminũ pede agnoscunt, cùm ex breui & longa syllaba componatur; reliqui verò pedes, qui ad numerum nouenarium excrescere possunt, à Grammaticis *compositi* appellantur, & secundùm hanc rationem poterunt hoc pacto distingui; ita vt alij sint pedes *dissyllabi*, alij *trissyllabi*; alij *quadrisyllabi*, omnes tamen vnica voce comprehensi.

Pedibus dissyllabis sicut eadem Græcorum nomina, suis Carminum

pedum species inter Hebræorum Carmina recipiuntur, *Molossus*, *Creticus*, & *Bacchius*.

Ex pedibus autem quadrisyllabis, siuè compositis, quos Latini recensent ad numerum vsque sexdecim, solùm quinque inter Hebraica Carmina ritè connumerari poterunt, quorũ

Primus erit *Dispondeus*, ex duobus *Spondeis* compositus, constans quatuor syllabis longis, vt קָרְבְּנֵיכֶם - - - - *Oblationes Vestræ*.

II. *Dijambus*, ex duobus *Iambis*, prima & tertia breuibus, secunda & quarta longis, vt וְזָבְחוּ - ◡ - ◡ *Et sacrificent*.

III. *Epitritus primus*, qui componitur ex *Iambo* & *Spondeo*; prima videlicet breui, & vltimis tribus longis; vt שְׂפָתַיִם - - - ◡ *Sephathàim duo labia*: אֲחַשְׁוֵרוֹשׁ - - - ◡ *Achascueròsc Assuerus*.

IV. *Epitritus secundus*, compositus ex *Trochæo* seù *Choreo*, & *Spondeo*, scilicet prima longa, secunda breui, & duabus vltimis longis, vt הַנְּשִׂאִים - - ◡ - *Prælati*. תַּחֲנוּנִים - - ◡ - *Deprecationes*.

V. *Epitritus tertius*, ex *Spondeo* & *Iambo* duabus primis lõgis, tertia breui, & vltima longa, vt מִשּׁוֹמְרִים - ◡ - - *A Custodibus*.

Reliqui verò vndecim, cùm nullo modo reperiri possint in lingua Hebræa, omninò ab ea arceantur. Non enim reperitur dictio aliqua, quæ quatuor syllabas breues habeat vt requirit *Pro-*

sto, qui ex duabus breuibus & longa componitur; non enim duo *Sceuaìm* (:) (:) simplicia, aut composita, vt (·.·:) (-:) ante syllabam longam reperiri, aut pronunciari possunt. Multò magis idem dicendum erit de *Tribracho* tribus breuibus constante, cùm impossibile sit tria *Sceuaìm* in lingua Hebraica posse reperiri, aut aliquo modo fingi.

Molossus autem, qui quarto loco inter pedes trisyllabos apud Latinos ponitur, inter Hebræos frequenter etiam vsurpatur, quia quamplurimæ in hac lingua reperiuntur dictiones trisyllabæ longæ, vt requirunt Molossi pedes, vt בִּצְדָקָה - - - *In Iustitia*, מִלְּבַד - - - *Præ capiente*.

Creticus, siuè *Amphimacer*, ex longa, breui, & longa, vt לָמְדוּ - ◡ - *Didicerunt*. שׁוֹמְרִים - ◡ - *Custodes*.

Amphibrachus, qui constat ex breui, longa, & breui, non potest reperiri in Hebraicis, cùm in hac lingua nullum *Sceuà* in fine dictionis possit pronunciari, vt docent Grammatici.

Bacchius, constat ex breui, & duabus longis, vt לְאָדָם - - ◡ *Adamo*, חֲסִידִים - - ◡, *Pij*, *Sancti*.

Antibacchius verò, quem & *Palimbacchium* vocant, cùm è contra duas primas syllabas longas habeat, & tertiam breuem, hic ob eandem rationem excluditur, quia nulla breuis syllaba in fine dictionis pronunciatur. Ex trisyllabis igitur solùm tres

7. ‒ ‒ ‒ ᴗ Epitritus primus.
8. ‒ ‒ ᴗ ‒ Epitritus secundus.
9. ‒ ᴗ ‒ ‒ Epitritus tertius.
10. ‒ ‒ ‒ ‒ Dispondeus.

Reliqui, qui ritè Carminibus Hebraicis inseruire non possunt, sunt -

1. ᴗ ᴗ Pyrrhichius.
2. ‒ ᴗ Trochæus, seù Choreus.
3. ᴗ ᴗ ᴗ Tribrachys.
4. ᴗ ᴗ ‒ Anapæstus.
5. ᴗ ‒ ᴗ Amphibrachus.
6. ‒ ᴗ ᴗ Dactylus.
7. ᴗ ‒ ‒ Antibacchius, seù Palimbacchius.
8. ᴗ ᴗ ᴗ ᴗ Proceleusmaticus.
9. ‒ ᴗ ᴗ ᴗ Pæon quartus.
10. ᴗ ‒ ᴗ ᴗ Pæon tertius.
11. ‒ ‒ ᴗ ᴗ Ionicus à minore.
12. ᴗ ᴗ ‒ ᴗ Pæon secundus.
13. ᴗ ‒ ‒ ᴗ Antipastus.
14. ᴗ ᴗ ᴗ ‒ Pæon primus.
15. ‒ ᴗ ᴗ ‒ Choriambus.
16. ᴗ ‒ ᴗ ‒ Ditrochæus, seù Dichoreus.
17. ᴗ ᴗ ‒ ‒ Ionicus à maiore.

Ex his prioribus inter se certa lege iunctis, versus omnis generis fiunt. Sed antequam omniũ versuum exempla præbeamus. Notandum est: Quòd Hebræi in componendis versibus regulas quasdam Latinorum videntur obseruare: nam sicut nos plerumque Pentametrũ Hexametro iungimus; ita & ipsi duos versus simul coniungunt, & vnicuique proprium nomen attribuunt: Priorem versum vocant דֶּלֶת *Dèleth Portam*, per quam ingredimur ad secundũ versum, quem

Proceleusmaticus: neque duas breues in principio vt vult *Ionicus* à *Minore*, vel tres breues in principio vt *Pæon quartus*; neque duas breues in medio vt *Choriambus*; neque breuem syllabam in fine vt cæteri omnes requirunt, veluti *Ditrochæus*, *Antipastus*, *Ionicus à maiore*, *Pæon primus*, *Pæon secundus*, & *Pæon tertius*.

Ex his collige, nullo modo duas simul syllabas breues, posse reperiri in principio, vel medio dictionis, vel etiam in fine, quæ moueantur apud Hebræos. Quia cùm syllaba breuis sit *Sceuà* mobile, simplex, vel compositum: hinc impossibile est duo *Sceuaim* simul, vtrumque posse moueri tam in principio, quàm in medio dictionis. In fine verò nullo pacto mouetur, vt suprà dictum est. Inde igitur sequitur, pedes illos, qui apud Græcos, vel Latinos, duas vel tres breues syllabas habent in principio dictionis, vel in medio duas breues, vel in fine tantùm vnam, omnes arceri à Carminibus Hebraicis. Collige etiam, decem tantùm species pedum apud Hebræos in vsu esse, ea sunt, quæ in sequenti Tabella numerantur; in qua à dextera ad sinistram legendum est, vt dictionibus Hebraicis syllabæ breues, vel longæ respondeant.

1. ‒ ᴗ Iambus.
2. ‒ ‒ Spondeus.
3. ‒ ‒ ᴗ Bacchius.
4. ‒ ᴗ ‒ Creticus, seù Amphimacer.
5. ‒ ‒ ‒ Molossus.
6. ‒ ᴗ ‒ ᴗ Dijambus.

tur *Thenuàh*, vt וְלֹא &c.

3. דלת *Dèleth Porta*, eſt primus verſus, ſeù Hemiſtichium Diſtichi.

4. סוגר *Sògher Claudens*, ſeù *Clauſura*, eſt altera medietas Diſtichi.

5. בית *Bàith Domus*, eſt vtrumque ſimul, hoc eſt totum Diſtichon.

6. פסוק *Paſsùk Verſus*, ſeù *quid mutilum*, vocatur Carmen illud, cuius בתים *Battìm Domus* ſeù *Diſticha* ſunt pauciora, quàm decem: quod nomen Carminis non meretur, eò quia potiùs cenſeatur Epigraphe, & Epigramma, quàm perfectum Carmen.

7. שירה *Scirà Canticum* dicitur illud, cuius *Battìm Domus*, ſeù *Diſticha* ſunt vel decem, vel hunc numerum excedunt.

8. שיר פשוט *Scir paſciùtt Canticum planum ſimplex*, eſt Carmen, quod תנועות *Thenuòth Motionibus* tantùm conſtat, neque vllum *Sceuà mobile* in eo reperitur.

9. שיר מרכב *Scir murchàu Canticum compoſitum*, vel *mixtum*, eſt illud, quod ex יתדות *Iethedòth Clauis*, & תנועות *Thenuuòth Motionibus* componitur.

10. שיר קשור *Scir kaſciùr Canticum ligatum*, eſt illud, cuius Rhythmus, vel (vt Itali dicunt) *cadentia*, tantùm in fine *Battìm Domorum*, ſeù *Diſtichorum* reperitur.

11. שיר חרוזי *Scir Charuzì Canticum Rhythmi*, ſiuè Carmen Rhythmicum, eſt illud, cuius literæ in fine cuiuſque דלת *Dèleth Portæ*, & סוגר *Sò-*

quem appellant סוגר *Sògher Clauſuram*, quia eo clauditur ſenſus his duobus verſibus perfectè expreſſus. Vtrumque verò verſum ſimul iunctum veluti *Diſtichon*, nuncupant בית *Bàith Domum*, hoc eſt perfectum verſum: nam ſicut Domus habet oſtium, quo reſerato aditus ingrediẽtibus fit liber, & quo clauſo excluduntur ab ingreſſu in domũ, ita & in verſibus Hebraicis per דלת *Dèleth Portam* ingreditur in בית *Bàith Domum*, cuius ſenſus niſi in primo verſu veluti oſtio aperiretur, clauſum & obſcurum totum *Diſtichon* remaneret.

Volunt præterea non poſſe vocari שירה *Scirà Canticum*, niſi Carmen decem, imò & plura בתים *Battìm Domos* ſeù *Diſticha* habeat; quòd ſi pauciora decem *Battìm* fuerint, non *Canticum*, ſed פסוק *Paſsùk mutilum* Carmen appellant.

Auctor לוית חן *Leuiàth Chen* quindecim vocabula recenſet in *Capitulo ſecundo* משער י״א *Portæ Vndecimæ* pag. 105. quibus Poëtæ in arte verſificandi vtuntur: ea ſunt

תנועה: יתד : דלת : סוגר: בית : פסוק : שירה:
שיר פשוט : שיר מרכב : שיר קשור : שיר חרוזי :
שיר מחלק : שיר עוכר : שיר ראוי : שיר משכת :

1. תנועה *Thenuàh*: iam dictũ eſt, quòd תנועה *Thenuàh Motio*, eſt conſonans, cui adiungitur vnum ex decem punctis vocalibus אַבָ גְ &c. Et

2. יתד *Iathèd Clauus* fit litera conſonans cum *Sceuà* ſimplici & mobili, vel vno ex tribus punctis compoſitis ֲ, ֳ, ֱ, poſt quam ſequi-

Dèleth.

3 אוגר בקיץ בן משכיל

Sògher.

4 נרדם בקציר בן מביש

Explicatio.

1. *Recordaberis in videndo pluuiam currentem ;*

2. *Aut descendentes lapides grandinis.*

3. *Congregans in æstate, filius intelligens est :*

4. *Qui stertit in messe filius est confusionis.*

Aliud exemplum cum Rhythmo in vtroque Hemistichio Distichi, hoc est tam in fine *Dèleth*, quàm in fine *Sògher*. Ex eodem ibidem -

Dèleth.

Mensura eadē. 1 אומר תתן תורת אלי־

Sògher.

2 למצוא אל כל פיד יום

פידיום:

Dèleth.

3 אשרי אדם שומע לי

Sògher.

4 לשקוד על דלתותי יום

יום:

Explicatio.

1. *Qui dicit: Dabis Legem Dei mei*

2. *Ad inueniendam quamcumque afflictionem diei, redemptione.*

3. *Beatus homo qui audit me.*

4. *Vigilando iuxta fores meas quotidie,*

Sògher Clausuræ, sunt eiusdem soni & harmoniæ.

14. שיר מחלק *Scir mechullàk Canticum diuisum*, est illud, in cuius *Battìm*, siuè *Distichis* variæ diuisiones cernuntur, quæ omnes aliqua litera Rhythmica clauduntur: ita vt omnes illæ diuisiones eandem cadentiam habeant, vna, vel duabus, vel tribus literis. Quòd si Rhythmus vnica tantum litera constabit, dicetur -

13. שיר עובר *Scir Ouèr Canticum transiens*, hoc est, quòd potest admitti, sed minimè laudandum. Quòd si literæ similes in sono fuerint duæ, dicetur -

14. שיר ראוי *Scir raùi Carmen conspicuum, elegans*. Si verò tres literas eiusdem soni & Rhythmi habuerit, vocabitur -

15. שיר משובח *Scir mesciubbàch Carmen excellens*. Hactenus R. Immanuel Beneuentanus in suo לוית חן *Leuiàth Chèn*. Et Samuel Archiuolte in ערוגת הבשם *Arugàth habbòsem* c. 32. pag. 112.

Exempla omnium istorum Carminum ex eodem R. Samuele petita, sint -

1. שיר פשוט *Carminis simplicis exemplum, & mensura*; cuius syllabæ sunt octo, & omnes longæ; siuè sunt octo *Thenuòth* absque aliquo *Sceuà* mobili. Rhythmus tamen in *Sògher* reperitur.

Dèleth.

Mensura constans 4. Spōdeis. 1 תזכור בראות מטר סוחף־

Sògher.

2 אורדת אבני אלגביש

E' contrario; alia ſpecies Carminis ſimplicis reperitur, quæ conſtat tantùm ex יתד *Iathèd* ſine vlla prorſùs תנועה *Thenuàh*. De eo ibidem pag. 113. & eſt cum Rhythmo in fine *Sògher*, vt -

Menſura conſtans 4. Iambis.

— ∪ — ∪ — ∪ — ∪ Dèleth.

1 שְׁמַע בְּנִי אֱמֶת קְנֵה־

— ∪ — ∪ — ∪ — ∪ Sògher.

2 וּבָהּ בְּנֵה לְךָ דְּבִיר׃

— ∪ — ∪ — ∪ — ∪ Dèleth.

3 אֲזַי בְּכָל בְּנֵי חֲלוֹף־

— ∪ — ∪ — ∪ — ∪ Sògher.

4 רְדֵה וְגַם הֱוֵי גְּבִיר׃

Interpretatio.

1. *Audi fili mi, veritatem acquire*,
2. *Et in ea ædifica tibi Palatium*:
3. *Tunc in omnes filios mundanos*
4. *Dominare, & etiam eſto præpotens*.

שיר מרכב *Scir murchàu Carmen compoſitum* quàm plurimas alias ſpecies ſub ſe continet, quarum prima conſtat ex *Iathèd*, & quatuor *Thenuòth*. Exemplum ex eodem p. 113. b. ſit -

Menſura conſtans Iambo & duobus Spondeis.

— — — — — ∪ Dèleth.

1 חֲבוֹשׁ אֵל נִשְׁבָּרָה־

— — — — — ∪ Sògher.

2 כְּפָרָה סוֹרֵרָה׃

— — — — — ∪ Dèleth.

3 וְתָחִישׁ לָהּ מִשְׂגָּב־

— — — — — ∪ Sògher.

4 לְעִתּוֹת בַּצָּרָה׃

Interpretatio.

1. *Alliga Deus contritum*,
2. *Veluti vaccam refractariam*,

3. *Et*

Tertium exemplum ex eodem ibidem, vbi Rhythmus inuenitur in fine cuiuſlibet *Sògher*, & in fine primi & ſecundi *Dèleth* alternatiuè.

Menſura eadem

— — — — — — — — — — — Dèleth.

1 עֵת הִזְדַּמֵּן אֶל אִישׁ רִיבִי־

— — — — — — — — — — — Sògher.

2 דָּבָר נִתְעָב הֻכָּה לִבִּי׃

Dèleth.

3 אַךְ אִם יִרְאֶה אוֹתִי לֻקָּח־

Sògher.

4 אֶל פִּגְעִי יוֹם הוּא כָלְבִּי׃

Dèleth.

5 לוּ אֶרֶץ נֶגֶב יִתֵּן לִי־

Sògher.

6 אָז אוֹמַר כִּי הוּא כַלְבִּי׃

Dèleth.

7 עַל כֵּן רוּחִי יִשּׁוֹם יִשְׁאַף־

Sògher.

8 וּבְתוֹךְ קִרְבִּי הוּא קַלִּיבִּי׃

Explanatio.

1. *Tempus paratum eſt viro, qui litigat mecum*:
2. *Re abominabili percuſſum eſt cor meum*.
3. *Verumtamen ſi videris me captũ*
4. *In occurſum meum hodie calamitate mea*.
5. *Si fortè terram meridionalem dederit mihi*,
6. *Tunc dicam, quòd ipſe eſſet felicitas mea*.
7. *Idcircò ſpiritus meus obſtupeſcet, & deſiderabit*.
8. *Et in medio cogitationis meæ, velocitas mea erit in me*.

Mensura ex Iambo & Spondeo: Iambo & Spondeo: & Bacchio.

Deleth.
1 לְךָ נִיבִי עֲדֵי עַרְבִּי וְיוֹמִי -

Sogher.
2 אֱלֹהִים חַי לְעֵין אַחַי וְעַמִּי -

Deleth.
3 לְךָ חֶבְיִי וְחָם לִבִּי בְּקִרְבִּי -

Sogher.
4 כְּמוֹ לָבִיא בְּכָל שִׁכְבִּי
וְקוּמִי ׃

Interpretatio.

1. *Tibi sit eloquium meum, à vesperè & manè meo.*

2. *Deus viuus* (respicit) *oculos fratrum meorum, & populi mei.*

3. *Tibi latibulum meum; & calefit cor meum in interiori meo,*

4. *Veluti Leo in omni accubitu meo & surrectione mea.*

Quartæ speciei exemplum Carminis compositi ex *Iathèd* & *Thenuàh*: & ex *Iathèd* & duabus *Thenuòth*.

Mensura ex Bacchio, Iambo & Spondeo.

Deleth.
1 תְּהִלָּה יְדַבֵּר פִּי -

Sogher.
2 לְשׁוֹאֵל צְרוֹר כַּסְפִּי -

Deleth.
3 לְהָסִיר דְּבַר מִכְשׁוֹל -

Sogher.
4 וּמַסְגֵּר לְאַמְתַּחְתִּי - וכו׳ ׃

Interpretatio.

1. *Laudem loquetur os meum*

2. *Petenti fasciculum argenti mei.*

3. *Ad remouendam occasionem scandali,*

4. *Et claudendum sacculum meum.*

3. *Et festinabis ei munimen*

4. *In temporibus, in afflictione.*

Secundæ speciei Carminis compositi exemplum constans ex *Iathèd*, & quatuor *Thenuòth*, & ex *Iathèd* & duabus *Thenuòth*.

Mensura constans Iambo & duobus Spondeis, & Iambo & Spondeo.

Deleth.
1 בְּעֵת תִּמְצָא חָבֵר -

Sogher.
2 יְדִיד נְעִים -

Deleth.
3 שְׁמוֹר אוֹתוֹ אֶצְלָךְ -

Sogher
4 כְּאַחְלָמָה ׃

Deleth
5 וְאִם טַעַם לִפְנַם -

Sogher.
6 יְהִי טַעְמוֹ -

Deleth.
7 אֱמוֹר מָה לִי וָלָךְ -

Sogher.
8 כְּאַח לַמָּרָה ׃

Interpretatio.

1. *Tempore, quo tu inuenies socium*

2. *Amicum iucundum,*

3. *Serua ipsum apud te*

4. *Tanquam lapidem pretiosum.*

5. *Et si sapor fractus*

6. *Erit sapor eius,*

7. *Dic: Quid mihi & tibi est rei?*

8. *Sicut frater extraneus sit tibi.*

Exemplum tertiæ speciei Carminis compositi, quod ex *Iathèd* & duabus *Thenuòth*: ex *Iathèd* & duabus *Thenuòth*: & ex *Iathèd* & *Thenuàh* conflatur, vt -

Quintæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti alternatiuè ex *Iathèd* & *Thenuàh*.

Menſura ex duobus Bacchijs.

Dèleth.

1 מְהוּלָל בְּכִסְלָה -

Sògher.

2 תְּהִי לוֹ תְּהִלָּה -

Dèleth.

3 לְבַלַּע לְהַשְׁחִית

Sògher.

4 דְּבָרִים נְעִימִים -

Dèleth.

5 וּפָתַח וְסָגַר -

Sògher.

6 וְהָרַס וּמִגַּר -

Dèleth.

7 לְבָנוֹן וְשִׂרְיוֹן

Sògher.

8 כְּמוֹ בֶן רְאֵמִים:

Interpretatio.

1. *Ad inſaniam adactus ex fiducia*
2. *Erit ei laus*
3. *Ad abſorbendum, & corrumpendum*
4. *Verbis iucundis:*
5. *Et aperiet, & claudet,*
6. *Et deſtruet, & deijciet*
7. *Libanum & Scirion*
8. *Veluti filius Vnicornium.*

Sextæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex *Thenuà* & *Iathèd*; & duabus *Thenuòth*, & *Iathèd*, & *Thenuà*.

Menſura ex Cretico, Spondeo, & Cretico.

Dèleth.

1 אִם בְּכָל עֵבֶר תְּלוּנוֹת -

Sògher.

2 עַל מְלָכִים הֵן צְפוּנוֹת -

Dèleth.

3 זֶה עֲלֵי חֶבֶר נִגְדִים -

Sògher.

4 הַמְּעַנִּים הַמְּדִינוֹת:

Interpretatio.

1. *Si per omne latus murmurationes*
2. *Contra Reges recondita ſunt:*
3. *Hoc propter coniurationem*
4. *Principum eſt.*

Septimæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & duabus *Thenuòth* & *Iathèd*.

Menſura ex Spondeo, & Iambo & Spondeo.

Dèleth.

1 הוֹנֵךְ וְעִזְבוֹנֵךְ -

Sògher.

2 קָנֶה וְרוֹב קִדָּה -

Dèleth.

3 תֵּבֵל בְּאֶתְנַנֵּךְ

Sògher.

4 יִכְלוּ בְּלֹא חֶמְדָּה:

Interpretatio.

1. *Opes tuæ, & merces tuæ,*
2. *Calamus odoratus, & multitudo Caſiæ*
3. *Orbis terrarum mercimonijs tuis*
4. *Conſumetur abſque vtilitate.*

Octauæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & duabus *Thenuòth*, & duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & *Thenuà*.

Decimæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & duabus *Thenuòth* & *Iathèd* & duabus *Thenuòth*.

Menſura ex Spondeo, Iambo & Spōdeo, Iambo & Spōdeo.

Dèleth.

1 תָּכִין לְךָ שָׂדֶה־

וְכָל מִשְׁעָן־

Sògher.

2 לֶחֶם וְגַם מָרוֹר

וְאַחַר כֵּן־

Dèleth.

3 אִשָּׁה תְּאָרֵס לָךְ־

וְזֶרַע רַב־

Sògher.

4 תּוֹצִיא וְהִתְעַנֵּג

וְשֵׁב עַל כֵּן׃

Interpretatio.

1. *Para tibi agrum, & omne fulcimentum*

2. *Panis, & etiam habitationem: & poſtea*

3. *Mulierem deſponſabis tibi, & ſemen multum*

4. *Produces, & oblectaberis. Conſiſte igitur in hoc.*

Vndecimę ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*; & duabus *Thenuòth* & *Iathèd*.

Menſura ex Spondeo

Dèleth.

1 אַתֶּם בְּנֵי עֶלְיוֹן תְּנוּ

Siuè ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & quatuor *Thenuòth* & *Iathèd*, & *Thenuà*.

Menſura ex Spondeo, Iambo Diſpondeo, & Bacchio.

Dèleth.

1 אָדָם אֲשֶׁר יִלְבַּשׁ־

בִּגְדֵי מְלָכִים־

Sògher.

2 מַחְפִּיר וְגַם מַבְאִישׁ־

חֶלְאַת דְּבָרָיו׃

Interpretatio.

1. *Homo, qui induit Veſtimenta Regum,*

2. *Probris afficit, & pudefacit ſpumam verborum ſuorum.*

Nonæ ſpeciei exemplum Carminis compoſiti ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, ex *Thenuà* & *Iathèd* & *Thenuà*.

Menſura ex Spondeo & duobus Bacchijs.

Dèleth.

1 אֶקְרָא אֱלוֹהַ בְּקוֹלִי־

Sògher,

2 יוֹם יוֹם בְּמֶשֶׁךְ שְׁנָתִי

Dèleth.

3 יַרְחִיב בְּעֵדֶן גְּבוּלִי־

Sògher.

4 אֶשְׁכַּב וְעָרְבָה שְׁנָתִי׃

Interpretatio.

1. *Inuocabo Deum voce mea*

2. *Quotidie, in decurſu anni mei:*

3. *Dilatetur in Eden* (Paradiſo) *terminus meus,*

4. *Cubabo, & iucundus erit ſomnus meus.*

Interpretatio.

1. *Super Sanctuarium Dei commoueor;*

2. *Plangam in meditatione mea, perstrepam.*

3. *Vbi est, qui parcit peccato meo?*

4. *Sacerdos & Propheta num consumpti sunt?*

5. *Hei præ angustia delicti mei,*

6. *Manus mea & pedes mei debiles facti sunt.*

7. *Etiam omnes portæ meæ exustæ sunt.*

8. *Idcirco lacrymis meis exurgam diluculò.*

Decimæ tertiæ speciei exemplum. Carminis compositi ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*; & *Thenuà* & *Iathèd*; & duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & duabus *Thenuòth*.

Mensura ex Spondeo. Bacchio. & duobus Epitritis primis.

Dèleth.

1 שׁוֹכֵן מְרוֹמִים לְךָ־

תִּכְסוֹף וְחוֹשֶׁקֶת־

Sògher.

2 נַפְשִׁי וְרִצְפַּת דְּבִיר־

לִהְיוֹת מְנַשֶּׁקֶת־

Dèleth.

3 מִנְחָה וְאָשָׁם וְגַם־

חַטָּאת לְכַפֵּר בְּעַד־

Sògher.

4 עָוֹן וּמִשְׁנֶה הֲלֹא־

תִּתְאַו וְשׁוֹקֶקֶת

Dè.

Iambo & Spondeo Iambo

Sògher.

2 תּוֹדָה לְאֵל שׁוֹכֵן זְבוּל־

Dèleth.

3 שִׁירָה עֲלֵי מָטָר עֱנוּ־

Sògher.

4 יִזַּל כְּטַל יוֹבִיל יְבוּל׃

Interpretatio.

1. *Vos filij excelsi date*

2. *Confessionem Deo habitanti in Cælis.*

3. *Canticum propter pluuiam cantate;*

4. *Fluet sicut ros, afferet prouentum.*

Duodecimæ speciei exemplum. Carminis compositi ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*, & quatuor *Thenuòth*.

Mensura ex Spondeo, & Iambo & Dispondeo.

Dèleth:

1 עַל מִקְדְּשֵׁי אֵל אַרְעִימָה־

Sògher.

2 אָרִיד בְּשִׂיחִי אֶהִימָה־

Dèleth.

3 אַיֵּה מְכַפֵּר חַטָּאתִי־

Sògher.

4 כֹּהֵן וְנָבִיא אִם סָפוּ־

Dèleth.

5 אוֹיָה לְצָרַת אַשְׁמָתִי־

Sògher.

6 יָדַי וְרַגְלַי כִּי רָפוּ־

Dèleth.

7 גַּם כָּל שְׁעָרַי שׂוֹרָפוּ־

Sògher.

8 עַל כֵּן בְּדִמְעָה אַשְׁכִּימָה׃

עַל מקדשי אל וכו׳׃

Dèleth.

5 וְלְאֵין בְּנוֹרֶן יְבוּס -

כֹּהֵן מְכַהֵן פְּאֵר

Sògher.

6 לֵילוֹת וְיָמִים בְּמָר

תִּצְרַח וְנוֹאֶקֶת וכו׳ ׃

Interpretatio.

1. *O Habitator excelsorum, te desiderat & concupiscit*

2. *Anima mea, vt pauimentum Templi* (digna sit) *deosculari*

3. *Munus quoque, sacrificium pro delicto, pro peccato ad expiandum*

4. *Iniquitatem, & errorem. Iam desiderat & concupiscit.*

5. *Deficiente in Area Iebusæi* (in Templo) *Sacerdote officio fungente cum Mitra*

6. *Noctibus, & diebus in amaritudine exclamat, & vlulat.*

Decimæ quartæ speciei exemplum Carminis compositi ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*: duabus *Thenuòth* & *Iathèd*: & tribus *Thenuòth*.

Mensura ex Spondeo, Epitrito primo, Iambo & Molosso.

Dèleth.

1 שַׁחְרִי בְּטֶרֶם יִ -

הָיָה זוֹרֵחַ

Sògher.

2 תִּכּוֹן תְּפִלָּתִי

וְתִתֵּן רֵיחַ -

דו

Dèleth.

3 נִרְצָה וְאֵל יָשִׁית

כְּצִיץ פּוֹרֵחַ -

Sògher.

4 רַב טוֹב וְשָׁלוֹם עַד

בְּלִי יָרֵחַ ׃

Interpretatio.

1. *Aurora mea antequam exoriatur*

2. *Præparabitur oratio mea, & dabit odorem*

3. *Gratum, & Deus ponet veluti florem germinantem*

4. *Multitudinem boni, & pacem, donec auferatur Luna.*

Decimæ quintæ speciei exemplum Carminis compositi ex *Thenuà* & *Iathèd*; & iterum ex *Thenuà* & *Iathèd*.

Mensura ex Epitrito secundo & Iambo.

Dèleth.

1 צוּרְרֶיךָ יָרִיד

Sògher.

2 נָשְׂאוּ אֶת רְדִיד -

Dèleth.

3 אוֹהֲבֵי קָדְשֶׁךָ

Sògher.

4 אָז כְּצִפּוֹר דְּרוֹר -

Dèleth.

5 יְשַׁעֲךָ אֵל שְׁלַח

Sògher.

6 וַעֲוֹנוֹת סְלַח -

Dèleth.

7 תֵּן פְּרוּת עַמְּךָ

Sògher.

8 גַּם קְרָא לוֹ דְּרוֹר ׃

In-

Interpretatio.

1. *Hostes tui ô dilecte* (Deus)
2. *Tulerunt Carbasum:*
3. *Amici Sanctuarij tui*
4. *Tunc veluti auis Hirundinis,*
5. *Salutem tuam, Deus, mitte;*
6. *Et iniquitates dimitte:*
7. *Da redemptionem populo tuo;*
8. *Etiam proclama ei libertatem.*

Decimæ sextæ speciei exemplum Carminis cõpositi ex *Iathèd* & quinque *Thenuòth*.

Mensura ex Bacchio, & Dispondeo.

Dèleth:
1 מְצוּדַת אִשָּׁה רָעָה־
Sògher.
2 לְרַגְלֵי בַשָּׁוְא נִתְעָה־
Dèleth.
3 פְּרוּשָׂה וּלְאֵין דֵּעָה־
Sògher.
4 מְאָרֶת בִּפְעֻלּוֹתָיו־
Dèleth.
5 לְהַחְשִׁיךְ אוֹרוֹ עָלָיו
Sògher.
6 מְנוֹד רֹאשׁ עַל כָּל שׁוּלָיו־
Dèleth.
7 וְתָשֵׂם בַּסַּד רַגְלָיו־
Sògher.
8 וְתִשְׁמוֹר כָּל אָרְחוֹתָיו׃

Interpretatio.

1. *Sagena* (est) *mulier mala* -
2. *Pedibus ei, qui post vanitates vagatur*
3. *Expansa est; intelligentiam quoque non habenti,*
4. *Blasphemanti in operibus suis*

5. *Obtenebrare facit lumen suum supra se.*
6. *Agitatio capitis super omnes fimbrias suas.*
7. *Pones* (itaque) *in compede pedes eius,*
8. *Et caue tibi ab omnibus semitis suis.*

Decimæ septimæ speciei exemplũ Carminis compositi ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*; ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*; & ex duabus *Thenuòth* & *Iathèd*.

Mensura ex Spondeo, & Iambo ex Spõdeo & Iambo & ex Spondeo & Iambo

Dèleth.
1 אִישׁ צַר וְאוֹיֵב לָךְ־
בְּקוּמוֹ נֶגְדֵּךְ־
Sògher.
2 מָגֵן תְּהִי חַרְבָּךְ־
כְּבוֹשׁ אֶת קִצְפָּךְ־
Dèleth.
3 נָגִיד וְשָׂרָיו עִם
מְלִיצִים פּוֹגְעִים־
Sògher.
4 אָז לֹא יְגִילוּן עָלֵי־
צְרוּרוֹת כַּסְפָּךְ׃

Interpretatio.

1. *Vir angustiator & inimicus est tibi, cùm ille insurrexerit contra te.*
2. *Clypeus erit argentum tuum, subiugabis furorem tuum.*
3. *Dax, & Principes eius cum Aduo-*

uocatis si occurrerint;

4. *Tunc non exultabunt super ligamina argenti tui.*

Decimæ octauæ speciei exemplum Carminis compositi ex tribus *Iathedòth* & *Thenuà*, & *Iathèd* & *Thenuà*:

Mensura ex duobus Iambis, & duobus Bacchijs.

Dèleth:

1. שפת אמת -

תשלח פארות -

Sògher.

2. כעץ פרי

וצמחי רבבה -

Dèleth.

3. ולה פדות

ופנים מאירות -

Sògher.

4. ופי אויל

מחתה קרובה :

Interpretatio.

1. *Labium Veritatis emittet magnificentias*

2. *Veluti arbor fructifera, & germina multiplicantia;*

3. *Et ei erit redemptio, & vultus luminosi,*

4. *Os autem stulti contritio propinqua.*

Decimæ nonæ speciei exemplum Carminis compositi ex duobus *Iathedòth*, & quatuor *Thenuòth*:

Mensura ex duobus Iambis & Dispondeo.

Dèleth:

1 בעת זמן לך לחם צר -

Sògher:

2 ויינך חסר קורטוב -

Dèleth:

3 דלה דלי מים חיים -

Sògher.

4 בחר לך עצים לחטוב -

Dèleth.

5 ונפשך הרם אל על -

Sògher.

6 כאיש אשר גנו רטוב -

Dèleth.

7 לטוב לך תזכור תפקוד

Sògher.

8 שאת פני רשע לא טוב :

Interpretatio.

1. *Cùm dederit tibi tempus panem angustiæ,*

2. *Et à Vino tuo defecerit emanatio bona* (tempore afflictionis)

3. *Hauri situla aquas viuas* (legis studium intelligit)

4. *Elige tibi ligna ad cædendum,*

5. *Et animam tuam in altum eleua,*

6. *Veluti viro, cuius hortus humidus est,*

7. *Benè tibi erit. Recordaberis, visitabis.*

8. *Accipere facies impij non est Bonum.* Prou. 18. 5.

Vigesimæ speciei Carminis compositi exemplum ex quatuor *Iathidòth* & octo *Thenuòth*.

Amasia, qui vt habetur 2. Reg. 14. v. 1. fuit Rex Iudæ. Coniectant inde, hunc Principem humatum sub hoc lapide, exercitus huius Regis fuisse ductorem, debili prorsùs coniectura; non enim necesse est vt לשר גדול *Pro Principe magno* intelligi debeat alicuius exercitus Princeps, cùm nomen שר *Sar Principis* adulatoriè, præsertim in Epitaphijs, quæ mendaciorum, & adulationum sæpè feracissima sunt, personis etiam vulgaribus attribui possit. Et nomen *Amasia* potest esse commune multis, vt minimè necesse sit ad Regem Amasiæ coarctari. Ex lapide igitur illo sepulchrali, siuè vero, siuè suppositio, nullum antiquitatis argumentum pro Carminibus Iudaicis erui probabile potest. Mensura verò istorum Carminum est ex *Iathèd*, & duabus *Thenuòth*, & iterum ex *Iathèd* & duabus *Thenuòth*, siuè ex *Iambo* & *Spondeo*. Quæ Carminis species nulla in exemplis suprà relatis apparet, aliqualem autem affinitatem videtur habere cum tertia specie Carminis compositi.

Cæterùm de lapide inuento in ruderibus antiqui Sagunti, super quibus *Moruedre*, seù *Moruiedro* extructum est, fit mentio in *Globo Canonum* Linguæ Sanctæ Fratris Ludouici Lusitani cap. 5. *de Poësi Hebræorum* ex R. Mose fil. Sem Tou in quodam libello ibi citato sub nomine *Viæ delectationis*. Communis tamen sententia Hebręorũ est, quòd modernam versificandi artem mutuati sint Iudæi ab Arabibus, imò & ab ipsis Italis Rhyth-

Mensura ex quatuor Iambis, & quatuor Spondeis.

Deleth.

1 בְּרֵה בְּרִי בְּשַׂר מְרִיא־

אִם הַשָּׁעָה שׁוֹרֶקֶת לָךְ׃

Sogher.

2 וְשׁוּם וְלוּף וְעֵץ פְּרִי־

עֵת חֵץ גַלְגַל נִצָּב מוּלָךְ׃

Interpretatio.

1: *Comede fili mi carnem saginatam, dum hora propitia est:*

2. *Et allium, & cæpe, & arborum fructus, tempore quo sagitta rota stat contra te.*

Contendunt Iudæorum nonnulli de antiquitate, eamque ad tempora Amasiæ Regis Iudæ referunt, probantque vetustatem ex quodam lapide in Vrbe Moruedre, vulgò (Moruiedro) Regni Valentiæ inuento, cui inscripta erant quædam Carmina, ex quibus licet imperfectis, & prę vetustate corrosis, attamen satis intelligebatur fuisse Epitaphium Principis exercitus Amasiæ Regis Iudæ ibidem sepulti. Epitaphij fragmentum est -

שְׂאוּ קִינָה בְּקוֹל מָרָה

לְשַׂר גָּדוֹל לְקָחוֹ יָהּ

Eleuate lamentationem in voce amaritudinis

Pro Principe magno, quem accepit Deus.

Cætera non poterant legi, sed in fine tantùm apparebat nomen אמציהו

posita ; inter quæ recenseri possunt ea, quæ iam in allatis exemplis intermixta cernuntur, veluti est illud desumptum ex Prouerbiorum c. 8. 34. vt suprà in secundo exemplo Carminis simplicis, quod ex octo *Thenuòth*, seù ex quatuor Spondeis constat.

אַשְׁרֵי אָדָם שׁוֹמֵעַ לִי
לִשְׁקוֹד עַל דַּלְתוֹתַי יוֹם
יוֹם׃

Beatus homo qui audit me: vigilando iuxta fores meas quotidie. Prouerb. 8. 34. Ergo hoc Carminis genus est antiquissimum apud Hebræos, & illius scandendi ratio non est ignota.

Resp. Quòd licèt in loco citato reperiatur vnus aut alter versiculus, qui secundùm regulas à Poëtis modernis traditas scandi & regulari possit, hoc tamen per accidens est, veluti quòd in Euangelio Latino Pentameter reperiatur: *Qui sequitur me non ambulat in tenebris*; id inquam accidit. Eodemq; modo dicendum est de versiculo Prouerbiorum allato, & de alijs quibusdam, si quis eos nobis opponere voluerit, vt Prou. 10. v. 14. *Os autem stulti contritio propinqua*, qui, vt habetur in decimæ octauæ speciei Carminis compositi exemplo ver. 4. ex duobus *Iambis*, & duobus *Bacchijs* conflatur; sicut & aliud ex duobus *Iambis*, & *Dispondeo* ex Prouerb. 18. v. 5. desumpto, quod legitur in 8. & vlt. vers. decimæ nonæ speciei Carminis

Rhythmos, & Cantiunculas in tres, aut quatuor, vel plures versus distributas cum ijsdem Rhythmis, quos (*con l'istessa cadenza*) dicunt, componere didicerunt, vt aliquando obseruat R. Israël Ben Mosis נאגרה *Nâgera* in זמירות ישראל *Zemirròth Israël*, & cantat *Deuorà Ascarelli* Hebræa Romana in suis Capitulis ternis versibus compositis; vt

מַעֹן הַשּׁוֹאֲלִים תַּכְלִית חָפֵץ
כָּל מְבַקֵּשׁ חֶסֶד וְרַחֲמִים
וּמַעְיָן בִּרְכָתְךָ חַיִּים יָפֵץ׃

O Tempio di chi chiede Un fin perfetto,
Di chi ricerca sol gratia, & amore,
E dà Vita il tuo fonte benedetto.

Verùm in his, leges versificandi suprà traditæ, non scrupulosè obseruantur.

Dicimus ergo, Regulam scandendi versus Psalmorum nobis hodie omninò ignotam esse. quicquid arbitrati sint nonnulli, qui Sacræ Scripturæ Carmina ad certas leges redigere, & ad quasdam Classes se referre crediderunt. Quispiam quæso istorum indicet primi, vel alterius Psalmi versuum scandendi rationem, & erit mihi magnus Apollo.

Dices. Quamuis inter Psalmos, nullus fortassis reperiatur versiculus, qui secundùm aliquas ex assignatis regulis versuum conscribendorũ scandi possit, attamen ex alijs libris non desunt exempla præsertim ex libro Prouerbiorum petita, quæ secundùm aliquas ex traditis regulis videntur com-

1 בְּפִי כָל יְשָׁרִים תִּתְרוֹמָם
2 וּבְדִבְרֵי צַדִּיקִים תִּתְבָּרַךְ
3 וּבִלְשׁוֹן חֲסִידִים תִּתְקַדָּשׁ
4 וּבְקֶרֶב קְדוֹשִׁים תִּתְהַלָּל.

ישרים	1. *In ore omnium Rectorum exaltaberis,*
צדיקים	2. *Et in verbis Iustorum benediceris ,*
חסידים	3. *Et in lingua Piorum sanctificeris,*
קדושים	4. *Et in medio Sanctorum laudaberis.*

In versiculis Psalmorum nulla potest fieri combinatio literarum, quæ aliquem verum sensum exprimat secundùm intentionem Auctoris, nisi forsan aliquis Cabalistarum viam secutus ex primis, aut ex finalibus literis aliquarum dictionum, aliquam significatiuam vocem elicere tentauerit, vti frequenter ludit בעל טורים *Baal Turrim* in suis Commentationibus Cabalicis in Pentateuchum. Sed hoc non ex intentione Auctoris Sacri Codicis, sed ex casu vel industria artificis procedere , dicendum est. Vt quòd literæ versiculi 12. ex Psalmo 85. אמת מארץ תצמח *Veritas de terra germinabit*, si hoc modo disponantur per cellulas.

ת	מ	א
ץ	אר	מ
מח	צ	ת

Vt

minis : *Accipere facies impij non est bonum*. Constat itaque ex his, quæ hactenus dicta sunt, artem & rationem scandendi Psalmorum versus nobis omninò ignotam esse.

Quæres quartò, An sicut Hebræorum Poëtæ primis versuum literis nomen alicuius, vel aliam quamuis dictionem, aut orationem exprimunt aliquando; ita quoque idem fiat in Psalmis, vt ex ipsis aliquot sint Acrostichi, seù Alphabetici?

Resp. Solere modernos Hebræos frequenter nomen proprium, vel alterius, cognomen quoque, aut etiam orationem aliquam initialibus literis suorum versuum exprimere, vt videre est pag. 3. in ס' עץ שתול vbi 21. versuum primordialibus literis legitur.

גדליה בן החבר רבי שלמה נר״ו :

Ghedaliâ Ben Laureati Rabbi Salomonis custodiat eum misericors, & conseruet eum ; & est nomen Auctoris Commentariorum in עקרים *Ikarrim Iosephi Albi*. Et pag. 2. ס' תיקון עולם *R. Salomonis Ben Isaaci Marini* habetur nomen ipsius, & Patris *Isaaci*, ac cognominis *Marini*, legiturque שלמה בר יצחק מאריני Quin & in medio versuum aliquando idem seruant; vt primis literis secundarum dictionum nomen alicuius indicetur. Sic nomen Patriarchæ יצחק *Isaaci* exprimunt ex dictionibus illis ישרים צדיקים חסידים קדושי quas in quatuor illis versibus, in סדר הגדה של פסח & in secundis dictionibus inuenies. Hi sunt.

At ב *Beth* includitur in secundo versiculo in בך בטחתי *In te speraui*. Et ו *Vau* in ver. 5. ולמדני *Et doce me*. Vnde aliqui voluerunt ab his literis hos versus olim incepisse. Litera autem ק *Kòph* omninò deficit, sed eius loco replicatur litera פ *Pe* in 22. & vltimo versiculo פדה אלהים את ישראל *Redime Deus Israëlem &c.* Hinc בך stat loco ב *Beth*, & ולמדני loco ו *Vau*, vt obseruat R. Aben Ezræ in hunc locum, dum ait -

אלהי יתכן להיות ב״ית בך בטחתי תחת הב״ית כמו ו״יו ולמדני תחת ו״יו ;

Deus meus: Conueniens erat vt esset litera בית *Beth; sed* In te speraui *stat loco* ב *Beth, sicut &* ויו *Vau vocis* ולמדני Et doce me *stat loco* ו. Notat *Radàk* ex דרש *Daràsc* dictionem בך *Bechà In te* esse symbolū כ״ב אותיות 22. *literarum* Alphabeti. Licet enim deficiant literæ ב, ו, & ק illarum defectus suppletur à literis א *Aleph*; פ *Pe*, & ר *Resc*, quæ replicantur; nam per א, & ר, duo simul versiculi incipiunt, & per literam פ clauditur totus Psalmus.

Cur autem prænotati Psalmi Alphabetici sint potiùs, quàm alij, difficile est adæquatam rationem reddere. Idem *Radàk* in principio huius Psalmi ingenuè fatetur -

ולא נודע אצלינו מפני מה באילו יותר מבאחרי׳ אלא אם בן נזדמן לו בפיו ברוח הקדש ;

Ignotum esse apud nos (inquit) *cur hi potiùs, quàm alij* (Psalmi hoc modo sint dispositi) *nisi fortè quòd Spiritus*

Vt siuè in fronte, siuè ad dexteram descendendo legantur, semper eundem sensum habeant, casu quodam dicendum est accidere, non ex aliquo mysterio ab Auctore Psalmi intento prouenire; quamuis Cabalistæ aliter dicant. Verum tamen est, aliquot Psalmorum esse Alphabeticos; hoc est, versiculos aliquot Psalmorum incipere ordinatè per literas Alphabeti, quod credimus non carere mysterio, neque casu actum esse, sed consultò ex Auctoris intentione. Psalmi verò Alphabetici sunt septem sequentes -

1. Psal. 25. *Ad te Domine leuaui animam meam*.

2. Psal. 34. *Benedicam Dominum in omni tempore*.

3. Psal. 37. *Noli æmulari in malignantibus*.

4. Psal. 111. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo: in consilio iustorum & congregatione*.

5. Psal. 112. *Beatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius &c.*

6. Psal. 119. *Beati immaculati in via &c.* &

7. Psal. 145. *Exaltabo te Deus meus Rex &c.*

Non tamen omnes versiculi istorum Psalmorum eundem omninò semper seruant ordinem Alphabeticum: Psalmus 25. est planè Alphabeticus; quilibet enim versiculus per suam Alphabeti literam ordinatim incipit exceptis primis duobus versiculis, qui incipiunt ambo per א *Aleph*, & vers. 18. & 19. per ר *Resc*. Deest tamen litera ב *Beth*, & ו *Vau*.

duo vltimi versus tres literas comprehendant; nonus פ, צ, & ק -

פדות שלח לעמו *Redemptionem misit populo suo*.

צוה לעולם בריתו *Præcepit in seculum pactum suum*.

קדוש ונורא שמו *Sanctum & terribile nomen eius*.

Decimus & vltimus -

ראשית חכמה יראת יהוה *Initium Sapientiæ timor Domini*.

שכל טוב לכל עושיהם *Intellectus bonus omnibus facientibus ea*.

תהלתו עומדת לעד *Laus eius manet in seculum*. Reliquæ consociæ literæ ab hemistichio singulorum versuum per ordinem præferuntur, ita vt nulla desit, nulla supersit. Vnde primus Alphabeticus Psalmus iste habendus est, vt notat D. Hieron. in titulo huius Psalmi; quia in superioribus iam assignatis, non ita fixè Alphabeticus ordo seruatur: nam in 25. Psalmo modo per eandem literam duo versiculi incipiunt, modo aliqua deest, vt ב, ו, & ק, modo aliqua superest, vt litera פ, quod idem accidit in Psal. 34. In Psalmo verò 37. non ita æqualiter inceditur in omnibus versiculis: nam sæpè vna litera Alphabeti modò vnum, modò duos, modò plures sub se comprehendit versus: vt א *Aleph* versum primum, & secundum includit; & ב *Beth* tertium, ac quartum, ג *Ghimel* quintum & sextum. ה *He* octauum & nonum, ז *Zain* duodecimum & decimum tertium. ט *Teth* decimum sextum, & decimum septimum.

tus Sanctus ita edendos ori (Dauidis) infuderit*. Addit nihilominus -

ויראה שכל מזמור שנאמר באל״ף בי״ת לפי גדולו.

Videtur tamen omnis Psalmus Alphabeticus ita fuisse dispositus ob illius magnificentiam, seù præstantiam.

Psalmus 34. *Benedicam Dominum in omni tempore*, etiam Alphabeticus est, sed in eo deficit litera ו *Vau*. quę ineluditur in versiculo quinto; ab hac enim litera incipit hemistichium ופניהם *Et facies eorum*, vt aduertit Kimchius hic, eius tamen defectus suppletur replicatione literæ פ *Pe*, quæ iterum in 22. & vltimo versiculo reperitur פודה יהוה נפש עבדיו *Redimens Dominus animam seruorum suorum*. Hunc Psalmum Grammaticaliter explicat Bellarminus in suis Institutionibus Linguæ Hebraicæ pro Grammatica exercitatione.

Cur autem in hoc Psalmo literarum ordo seruetur in primis versuum literis, Dauid Kimchius hanc reddit rationem ex *Darasc* -

ובדרש מרוב השמחה ששמח דוד בהנצלו עשה שירה זו באל״ף בי״ת.

In Darasc (dicitur) *præ magnitudine lætitiæ, qua gauisus est Dauid, quando ereptus est* (de manibus Achis) *cecinit hoc Canticum Alphabeticum*.

Psal. 111. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo*, Arthmo-Acrostichus est; vt binæ Alphabeti literæ sese in quolibet consocient versiculo, vt א & ב in primo, ג & ד in secundo. & sic de reliquis; ita tamen vt

Octauus ם & ע. Nonus פ & צ & ק. Decimus ר & ש, & ת.

Psalmus verò 119. *Beati immaculati in via &c.* inter cæteros Alphabeticos Psalmos censetur præstantior: quia cæterorum versiculos, aut aliquos, per literas ordinatim videmus inchoare, aut duas vel plures literas in vno versiculo comprehendere: at in Psal. 119. omnes Alphabeti literas octies replicari cernimus; cùm octo primi huius Psalmi versus per א *Aleph* incipiant, sequentes octo per ב *Beth*, & sic deinceps vsque ad finem. Quòd cùm literæ Alphabeti Hebraici sint viginti duæ, sequitur huiusmodi Psalmum in se continere centum septuaginta sex versus: nam numerus viginti duo octies replicatus conficit centum septuaginta sex. Viginti duo octonarij Alphabetici, & centum septuaginta sex versus numerantur in hoc Psalmo omnium longissimo. Causam verò, cur Dauid tam longũ Psalmum edere voluerit, haud difficile erit assignare. Meminisse debemus eorum, quæ suprà ad pag. 196. diximus de solemni illa processione in solemnitate Tabernaculorũ instituta, à loco dicto בית השואבה *Beth Hascioauà* ad Templum vsque, in qua dum infinita ferè populi multitudo incederet per viam, Seniores & Leuitæ ואומרים דברי שירות ותושבחות *cantabant verba Canticorum & Laudum.* vt dicitur in *Miscnà* Cod. *Succà* cap. 5. num. 4. verosimile est, eos hunc Psalmum memoriter cecinisse, ne si legissent ex Codice impedimento esset

י *Iod* decimum octauum, & decimum nonum. מ *Mem* vigesimum tertium, & vigesimum quartum. נ *Nun* vigesimum quintum, & vigesimum sextum. ס *Sàmech* vigesimum septimum, vigesimum octauum, & vigesimum nonum. פ *Pe* trigesimum, & trigesimum primum. צ *Tsàde* trigesimum secundum, & trigesimum tertium. ר *Resc* trigesimum quintum, & trigesimum sextum. ד *Dàleth* vnicum versiculum notat, nempè septimum, sicut & ק *Kòph* trigesimum quartum. Aliquot ex versibus ipsius Psalmi incipiunt per eandem literam, veluti decimus, & vndecimus per literam ו *Vàu*. Decimus quartus, & decimus quintus per literam ח *Chèth*. Vigesimus, & vigesimus secundus per literam כ *Caph*. Litera verò ל *Làmed*, & ע *Aain* desunt. Et sub litera ש *Scin* includuntur trigesimus septimus, trigesimus octauus, trigesimus nonus, & quadragesimus versiculus, vbi Psalmus completur, qui quidem magnam patitur anomaliam; Psalmus autem hic noster ordine quidem Alphabetico æqualiter semper incedit.

Sequitur Psal. 112. *Beatus vir, qui timet Dominum &c.* qui & ipse per literas Alphabeti dispositus est; quilibet enim versiculus duas vel tres literas complectitur. Primus א & ב. Secundus ג & ד. Tertius ה & ו. Quartus ז & ח. Quintus ט & י. Sextus כ & ל. Septimus מ & נ.

adhuc egemus testibus? Nonne ipsemet Dauid quamplurimos Psalmos *Canticum* inscripserat? Psalmus 30. 46. 48. 66. & seqq. 92. 108. & omnes Psalmi graduales שיר המעלות *Canticum Graduum* inscribuntur? Itaque quando in *Miscnà* dicitur, Seniores & Leuitas שירות ותושבחות *Cantica & Laudes* cecinisse, de hoc prolixiori Psalmo, *Beati immaculati in via*, intelligendum est. De quo vide suprà pagina 232. col. 1.

Vltimus Psalmus ordine Alphabetico dispositus est, Psal. 145. *Exaltabo te Deus meus Rex &c.* cuius singuli versus ordinatim à literis Alphabeti incipiunt, excepta litera נ *Nun*, quæ deficit. Cur autem relinquatur hæc litera נ *Nun* sine suo versu, Talmudistæ in Cod. *Berachòth* cap. 1. pag. 4. b. non longè à fine hanc rationem reddunt.

אמר רבי יוחנן מפני מה לא נאמר נון באשרי מפני שיש בה מפלתן של שונאי ישראל דכתיב (עמוס ה׳ : ב׳ :) נפלה ולא תוסיף קום בתולת ישראל במערבא מתרצי לה הכי נפלה ולא תוסיף לנפול עוד קום בתולת ישראל אמר רב נחמן בר יצחק אפילו הכי חזר דוד וסמך ברוח הקדש שנאמר (תלים קמ״ה, י״ד :) סומך יהוה לכל הנופלים :

Dixit R. Iochanàn: Cur non posita est litera נ *Nun in Psalmo* Beati? *Respondent: Quia est in litera* (indicatur) *ruina hostium Israëlitarum S. S.* (Hamos 5. 2.) Cecidit, & non addet vt resurgat virgo Israël. *Sed in occidente* (hoc est apud Ierosolymitanos Doctores) *sic locus emendatur, & construitur*. Cecidit, & non adijciet

set Instrumentorum pulsationi. Vt autem per totam viam certum Canticum sufficiens haberetur decantandū, neuè in incertum distraherentur Cantores, & imbecilli memoriæ subsidium præstaret, Dauid prophetico spiritu motus, hunc longissimū Psalmum edidit, & ordine Alphabetico disposuit. Huius rei verisimilitudo est, quia post hunc Psalmum sequuntur Graduales, qui breuissimi sunt, eò quòd per singulos gradus Templi singuli decantari debebant, vt ex testimonio משנה *Miscna* suprà citatę videre est. Neque opponi debet, *Cantica* & *Laudes* decantari solitas fuisse in ea processione, vt dicitur in Textu citato, quia nos probamus etiam Psalmos vocari, & esse *Cantica* & *Laudes*. Primo loco testem aduoco Paraphrastem Chaldæum *Cant. Cantic.* 1.

שירתא אמר דוד מלכא דישראל על כל ניסיא דעבד ליה יהוה פתח פומיה ואמר שירתא דהכדין כתיב ושבח דוד בנבואה קדם יהוה :

Canticum dixit Dauid Rex Israël super omnia miracula, quæ fecit ei Dominus: aperuit os suum, & dixit Canticum S. S. (2. Sam. 22: 1.) Et Canticū dixit Dauid in Prophetia coram Domino &c. Hoc est, In Psalmis laudauit Dominum: nam huiusmodi Canticum inter Psalmos relatum est. Psal. 18. Secundo, R. Dauid Kimchium, qui Psalmum 34. vtpotè Alphabeticum *Canticum* vocat in Comment. עשה (דוד) שירה זו באלף בית *Fecit* (Dauid) *Canticū istud Alphabeticum*, nempè Psalmum 34. *Benedicam Dominum in omni tempore &c.* Sed quid

Quod Deum Regē toto corde & affectu exaltare debemus. Vnde & R. Aben Ezræ hanc vocem ארוממך *Exaltabo te*, explicans ait -

ארוממך: בדבור ובאמונת הלב והזכיר המלך כי הוא המלך באמת וזהו יסוד כל התהלה הזאת:

Exaltabo te: Verbo & fidelitate cordis. Et dicit REX, quia ipse est Rex verè. Et hoc est fundamentum totius laudis istius Psalmi. Dicit itaque in litera מ *Mem* -

מלכותך מלכות כל עולמים וממשלתך בכל דור ודור:

Regnum tuum, Regnum omnium seculorum: & Dominatio tua in omni generatione, & generatione.

ולא כמלכות וממשלת בני האדם שהם נפסרות:

Et non sicut sunt Regna, & dominationes hominum, quæ pereunt, inquit Aben Iachija, & quæ per literam נ *Nun* significantur. In litera verò ס *Sàmech* סומך יהוה לכל הנופלים *Sustentat Dominus omnes cadentes*, appositè R. Aben Ezræ de Dei omnipotentia ita loquitur -

סומך: וכל מלך זה ישפיל וזה ירים זה יסמוך וזה יפול כי לא יוכל לסמוך ולהרים הכל והשם לבדו הוא סומך הכל:

Sustentat: *Quilibet Rex* (terrenus) *hunc humiliat, & hunc exaltat; hunc sustentat, & hunc deprimit, quoniam non potest sustentare, & eleuare omnes; at Deus solus ipse omnia sustentat.* Imbecillitas itaque agendi omninò excluditur à Deo significata per literam נ *Nun*, quam LXX. Interpretes sub si-

ciet cadere ampliùs; Surge Virgo Israël. *Dixit Ràu Nachmàn Bar Isaaci. Etiam sic potest locus ille accomodari: nam Dauid redijt, & sustentat nos Spiritu Sancto. S.D.* (Psal. 145. 14.) Sustentat Dominus omnes, qui corruunt.

Idem מאמר *Maamàr* refertur in עין ישראל *En Israël* Parte I. pag. 4. colum. 1. lin. 4. At in vtroque loco corrigendus est R. Iochanàn, quando dicit literam נ *Nun* deficere in אשרי *Ascrè Beati* (pro quo intelligere videtur Psalmum אשרי תמימי דרך *Beati immaculati in via &c.* in quo non deficit litera נ *Nun*) namque pro אשרי *Ascrè Beati* legendū est ארוממך *Aromimchà Exaltabo te*, sic enim incipit Psalmus Alphabeticus 145. in quo deficit litera נ *Nun*. Sed ratio huius defectus allata ex Talmude est Cabalistica, ideòque friuola & vana: nam si litera נ *Nun* indicaret casum Hebræorum, semper eundem casum indicaret; non enim potiùs indicaret in hoc loco, quàm alibi; at in alijs Alphabeticis Psalmis huiusmodi Hebræorum casum hæc litera נ *Nun* non significat, vt manifestè patet ei, qui literas Hebraicas non ignorat. Ergo si casum in vniuersum significat litera נ *Nun*, vt volunt Talmudistæ, æquum est, vt nullus ei assignandus sit locus in hoc Alphabetico Psalmo, vbi de firmitate, & perpetuitate Regni Dei agitur, & hæc est ratio cur ab hoc Psalmo 145. excluditur litera נ *Nun*. Meritò quidem תהלה *Laus* à Spiritu Sancto Prophetæ Dauidi dictata, inscribitur hic Psalmus,

tiam in הלל גדול *Hallèl Gadòl Hymno magno scribitur*: (Psal. 136. v. 25.) Qui dat escam omni carni, &c. *Sed propter has duas rationes assignatas Psalmus hoc priuilegium singulare habet.* Vide in *En Israël* Par. I. pag. 3. col. 4. num. 4. De *Hallèl Ha-Gadòl* suprà egimus pagina 227. col. 1.

Ratio verò, cur tanti faciant huius Alphabetici Psalmi efficaciam, est; quia putant in eo totam Legem contineri, in cuius Legis dignitate & excellentia totum mundum consistere credunt. Probare hoc contendunt ex Ierem. 34. 25.

אם לא בריתי יומם ולילה חקות שמים וארץ לא שמתי ׃

Si non pactum meum (hoc est Lex mea) *diebus noctibusque* (fuisset) *statuta Cæli & terræ non posuissem*. Lex autem exit ex viginti duabus literis Alphabeti, quia ex literarum diuersa combinatione tota Lex scripta est. Hoc quidem verum est, sed probatio quam afferunt, omninò Cabalistica & absona est ex Cant. Cantic. 1. v. 3. נגילה ונשמחה בך *Exultabimus & lætabimur in te*: illud בָּךְ *Bàch In te*, in numeris importat 22. per quod intelligunt Legem Mosaicam. Sic in מדרש *Medràsc* שיר השירים *Scir Hascirrim* pag. 7. col. 2. §. נגילה ונשמחה in fine -

אמר ר׳ יצחק בך בכ״ב אותיות שכתבת לנו בתורה ב״ית שנים כ״ף עשרים הרי בך ׃

Dixit R. Isaac: בך *Bàch viginti duabus literis, quibus scripta est Lex* בית *Bèth numerat duo*, כף *Caph viginti; en 22.* Ista

significato נאמן *Fidelis* versum Græcè addiderunt, qui Hebraicè ita legi potest -

נאמן יהוה בכל דבריו וקדוש בכל מעלותיו ׃

Fidelis Dominus in omnibus verbis suis; & sanctus in omnibus operibus suis. Ex Isaia 49. 7.

למען יהוה אשר נאמן קדש ישראל ויבחרך ׃

Propter Dominum, quia fidelis; sanctum Israël, & elegit te. In eadem *Ghemarà* cap. nuper citato *Berachòth* pag. 46. circa finem, magnam prærogatiuam huic Psalmo 145. attribuunt; dicunt enim, si quis tribus vicibus in die eum dixerit, credere poterit se esse filium venturi seculi, & saluandum. Verba גמרא *Ghemaræ* sunt -

אמר רבי אלעזר אמר רבי אבינא כל האומר תהלה לדוד בכל יום שלש פעמים מובטח לו שהוא בן העולם הבא מאי טעמא אילימא משום דאתיא באלף בית ונימא אשרי תמימי דרך דאתיא בתמניא אלפין אלא משום דאית ביה פותח את ידך ונימא הלל הגדול דכתיב ביה נותן לחם לכל בשר אלא משום דאית ביה תרתי ׃

Dixit R. Eleazar, dixit R. Auind: Quicunque recitat ter quotidiè תהלה לדוד *Theillà LeDauid Laus Dauid* (id est Psalmum 145.) *spe certa, fidere debet se fore filium futuri seculi. Sed qua ratione? Si, quia est scriptus Psalmus cum Alphabeto; dicemus, quòd etiam* (Psalmus 119.) Beati immaculati in via, *Venit cum octo* א *Aleph, & reliquis literis Alphabeti. Sed ratio est, quia in hoc Psalmo legitur* (ver. 16.) Aperis tu manum tuam &c. *Sed opponam: E-*

(inquiunt) litera ב *Beth* eſt malignantis naturæ. Vtendum igitur, dicunt, litera ל *Làmed*, in dimiſſione ſocij à ſe, quemadmodum fecit Iethro, quando à ſe dimiſit Moſen: tunc enim dixit ei (Exod. 4. 18.) לך לשלום *Lèch Leſcialòm Vade ad pacem*. Moſes reuertitur, Abſalom ſuſpenditur. Inuenitur hoc circa finem capitis ſeptimi & vlt. Codicis ברכות *Berachòth* pag. 64. vbì ſic legitur -

אמר רבִי אבין הלוי הנפטר מהברו אל יאמר לו לך בשלום אלא לך לשלוֹם שהרי יתרו שאמר לו למשה (שמות ד׳ ; יח׳׳) לך לשלום עלה והצליח דוד שאמר לו לאבשלום (שמואל ב׳ ; טו׳׳ ; ט׳) לך בשלום הלך ונתלה ׃

Dixit R. Auin Leuita: Quando quis à ſe dimittit ſocium, non dicat ei לך בשלום *Lech beſcialòm Vade in pace, ſed* לך לשלום *Lèch leſcialòm Vade ad pacem. Iam enim quia Iethro Moſi dixerat* (Exod. 4. 18.) לך לשלום *Lèch leſcialòm hic aſcendit, & proſperatus eſt. Quia verò Dauid dixerat Abſaloni* (2. Sam. 19. 9.) לך בשלום *Lèch beſcialòm Vade in pace, hic abijt, & ſuſpenditur.* Solum permittit idem R. Auin, vt quando quis à funere diſcedit, dicat לך בשלום *Lèch beſcialòm Vade in pace*, quia mortuus ad amicum ampliùs non eſt reuerſurus. Ibidem -

ואמר רבי אבין הלוי הנפטר מן המת אל יאמר לו לך לשלום אלא לך בשלום שנאמר (בראשית טו׳׳ ; טו׳׳) ואתה תבא אל אבותיך בשלום ׃

Et dixit R. Auin Ha-Leui: Qui diſcedit à mortuo, non dicat ei לך לשלום *Lèch leſcialòm Vade ad pacem, ſed* לך בשלום *Lèch beſcialòm Vade in pace. S. D.*

Iſta ſunt myſteria Cabaliſtarum. Quod autem ad Pſalmi 145. prærogatiuam ſpectat; dico, omnes Pſalmos eiuſdem eſſe virtutis & valoris cùm eundem auctorem Spiritum Sanctum habeant. Valor autem, aut virtus Pſalmorum non eſt metiendus à quantitate ſyllabarum, forma Alphabetica, vel alia quacumque, ſed à præſtantia Verbi Dei in illis expreſſi, qui operatur in ſingulis prout vult; nec carent ſuperſtitione ij, qui ad alium profanum vſum Pſalmis vtuntur, nam tunc in illis non exhibent Diuinum cultum, neque in eundem finẽ, quem Deus ipſe præſcripſit, Pſalmos vſurpant. Dixit enim aliquando: *Pſallite ſapienter*; hoc eſt, non præter communem Eccleſiæ morem Pſalmos canatis, aut recitetis, aut aliquibus circumſtantijs numero, vel tempore ab Eccleſia non approbato, cultu ſuperfluo, aut inani veram religionem oneretis, ſed in ſimplicitate cordis Pſallite Deo ore & corde, & ſic ſtetis ad pſallendum, vt mens veſtra concordet voci veſtræ.

Sed antequam Dauidi Prophetæ vale dicamus, non eſt ſub ſilentio prætereunda alia calumnia quàm eidẽ imponunt Talmudiſtæ; dicunt enim eũ formulã oſtendiſſe imprecandi alteri malum finem vitæ, quando à ſe dimittitur, ſi ei dicatur לך בשלום *Lech beſcialòm Vade in pace*; vnde quando 2. Sam. 15. 9. à ſe dimiſit Abſalom, eadem loquendi formula eſt vſus: inde colligi credunt & volunt, Dauidem fuiſſe in cauſa, vt Abſalom morte violenta periret, quia

Metri commutationem, vel canendi vicissitudinem; vel cuiusuis Musicæ varietatis silentium. Aliam igitur significationem huius vocis inquirere oportet. Rabbi Aben Ezræ in Comment. Psal. 3. v. 3. ad vocem סלה *Sèla* sic de ea loquitur.

יפרשו סלה כמו לנצח ואיננו נכון ומתרגם ספר תהלות לאחרים אמר כי מלת סלה אין לה טעם רק היא לתקן טעם הנגון והעד כי לא תמצא זאת המלה בכל מקרא כי אם בתפלת חבקוק שלשה שהיא כדרך תהלות על שגיונות כמו שגיון לדוד למנצח בנגינות והנה יהיה פירוש סלה לנצח וכתוב על מי מריבה סלה ופעם אחת היתה גם כתוב וקדוש מהר פארן סלה: וי״א כי סלה שב אל וקדוש ועוד כתוב ערות יסוד עד צואר סלה והנכון כי טעם סלה כמו כן הוא או ככה ואמת הדבר ונכון הוא:

Exposuerunt (aliqui) סלה *Sèla sicut* לנצח *Lanètzach In seculum. Et hoc non est rectum. Et qui interpretatur librum Psalmorum extraneis* (intelligit aliquem ex nostris Expositoribus) *dicit: Quòd dictio* סלה *Sèla nihil significet, sed tantùm dirigat rationẽ, seu concentum musicum. Huius rei testimoniũ est, quòd illam non reperies in tota Scriptura, nisi tantùm in Oratione Chabakkuk, ter, quæ est ad instar Psalmorum* על שגיונות *super Scighionòth Vt* שגיון לדוד *Scighaijòn ipsi Dauid* (Psal. 7. 1.) למנצח בנגינות *Lamnatzèach binghinòth* (Psal. 4. 1.) *Et ecce expositio* סֶלָה *Sèla*, hoc est לָנֶצַח *Lanètzach* In æternum. *Et scriptum est:* על מי מריבה סלה *Al-me meriuà Sèla* Super aquas litigij Sèla in æternum (Psal. 81. 8.) *Et*

D. (Gen. 15. 15.) Et tu ingredieris ad patres tuos in pace.

En quàm maligno animo Rabbinus animaduertit in mansuetudinem & benignitatem Dauidis.

Quæres quartò, Quid significet illa vocula סֶלָה *Sèla*, quæ inter versiculos aliquorum Psalmorum scripta reperitur?

Resp. ex testimonio Origenis apud D. Hieronymum Epistolâ 138. ad Marcellam, quæ incipit: *Quæ acceperis;* Septuaginta, Theodotionem, & Symmachum hanc vocem סלה *Sèla* transtulisse Διάψαλμα. *Diapsalma* autem quid significet, variæ sunt Latinorũ Interpretum sententiæ. Alij volunt significare *Rhythmi commutationem*; alij *vicissitudinem canendi*; alij *commutationem metri*; alij *pausationem spiritus*; alij *alterius sensus exordium*; alij *Rhythmi distinctionem*; alij verò *cuiusdam Musicæ varietatis silentium*. Hæc forsan si cum vocis Græcæ etymo conferantur, quadrare vtcumque videbuntur; sed nunquam his interpretationibus rectè explicatur significatum vocis סלה *Sèla*: nam cùm hæc in quibusdam breuioribus Psalmis non semel reperiatur, vt in Psalmo 3. ter; in Psalmo 32. ter; in Psalmo 77. ter; in Psalmo 87. qui est breuissimus, bis; & in Psalmis longioribus veluti in Psalmo 37. & in 78. penitùs non inueniatur, liquet profectò, non posse hac voce סלה *Sèla* significari, vel Rhythmi, aut

sit nota eleuandæ vocis, & deducatur à Verbo סלל *Salàl eleuare, iuxta illud* (Isai 62. 10.) סולו סולו המסילה Eleuate, eleuate stratam viam, *hoc est, eo in loco, Vbi ista dictio reperitur & legitur, fieri debet vocis eleuatio in Psalmo. Probationis autem exemplum non inuenies, nisi tantùm in hoc libro* (Psalmorum) *& in oratione Habacuc, quæ Canticum est: nam etiam ibidem scriptum est* למנצח בנגינות *Lamnatzèach binghinòth* Victori in Neghinòth.

Sed dicat Kimchius, ob quem finem fuerat eleuanda vox in fine secundi versiculi tertij Psalmi, & iterum post quintum versum, ita vt infra quatuor versus bis esset eleuanda, quia ibidem bis dictio *Sèla* reperitur? Quin & in fine Psalmi istius, eadem vox *Sèla* notatur; an, vt quando quiescendum erat, tunc altiùs vox extollenda esset? Non intelligo. Meliùs quidem censent alij, & quidem communiter, vt notat idem Kimchius ibidem. quòd vox סלה *Sèla* significet לעולם *Leolàm In seculum, in æternum.* En eius verba -

ומלת סלה ר״ב המפרשים אמרו שהוא כמו לעולם ׃ וכן תרגמה יהונתן בתפלת חבקוק לעלמין ׃

Dictionem סלה *Sèla plurimi Interpretum dixerunt: Esse veluti* לעולם *Leolàm In seculum, siuè in æternum, & sic interpretatur Ionathan Paraphrastes Chaldæus illud* סלה *Sèla in oratione Habacuc* לעלמין *Lealamìn* In secula.

Hanc interpretationem sequitur lectio Syriaca, dum eandem vocem סלה per ܠܥܠܡ *Laolàm In seculum* vertit. Vide

Et alibi scriptum est (Chabakkùk 3. v. 3.) Et sanctus de monte Paràn Sèla in æternum. *Sunt, qui dicunt, quòd* סלה *Sèla referri debeat ad* וקדוש & Sanctus. *Et Vlterius scriptum est* (Ibidem 3. 13.) Denudando fundamentum vsque ad collum סלה Sèla. *Et rectum est, Vt* סלה *Sèla exponi debeat Veluti* כן הוא *Chen Hù* Ita est; *Vel* ככה *Chàcha* Sic est; *&* ואמת הדבר *Vehemèth haddauàr* Est veritas rei.

Ita Aben Ezræ de hac voce סלה *Sèla.* Cuius opinio est, vt *Sèla* significet, *Ita est*; vel *Sic est*, aut *Veritas rei est*. Secundùm hanc sententiam, huius vocis *Sèla* significatum parum distat à significato vocis אמן *Amèn*. Quòd autem Aben Ezræ dicat סלה *Sèla* secundùm opinionem aliquorum ex nostris nihil significare, sed tantùm musicum concentum dirigere; non nostrorum aliquot fuit opinio, sed etiam Hebræorum nonnullorum. Videndus est Dauid Kimchius in Ps. 3. ver. 3. qui & ipse negat *Sèla* aliquid significare, sed tantùm eam esse notam eleuandæ, seù attollendæ vocis. Illius verba sunt -

והחכם ר׳ אברהם בע׳ נ״ל פירש שהוא (סלה) כמו אמת ׃ ואני אומר כי איננה מלת ענין ופי׳ לשון הגבהה מן סולו המסילה כלומר באותו המקום שהיא נכרת ונקראת זאת המלה היתה הרמת קול המזמור והראיה לא תמצא אותה אלא בזה הספר ובתפלת חבקוק שהיתה שיר כמו שכתוב גם כן שם למנצח בנגינות ׃

Et sapiens R. Abraham Ben Ezra b. m. exponit, quòd sit (Sèla) *veluti* אמת Emèth, *hoc est* Verè. *At ego dico, quòd ista dictio non sit significatiua, sed*

Channucà Enceniorum. Et secundùm hunc sensum hodiè communiter Rabbini Itali explicant סלה *Sèla Sempre*. Et appositè quidem: nam ex 71. locis, quibus in Psalmorum libro hæc vox reperitur, nullus est, cui pro סלה *Sèla* non benè aptetur interpretatio *Semper*: quod per singulos decurrendo Psalmos manifestum est.

Loca ex Psalmorum libro, in quibus reperitur vox סלה Sèla, *quæ appositè per* Semper *exponitur*.

1. In Psalmo 3. ver. 3. *Non est salus ipsi in Deo eius* סלה *Sèla semper*.
2. Ibid. ver. 5. *Et exaudiuit me de monte sancto suo* סלה *Sèla semper*.
3. Ver. 9. & vlt. *Et super populum tuum benedictio tua* סלה *Sèla semper*.
4. Psal. 4. ver. 3. *Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?* סלה *Sèla semper*.
5. Ver. 5. *In cubilibus vestris compungimini* סלה *Sèla semper*.
6. Psal. 7. v. 6. *Et gloriam meam in puluerem deducat* סלה *Sèla semper*.
7. Psal. 9. v. 17. *In operibus manuũ suarum comprehensus est peccator* סלה *Sèla semper*.
8. Vers. 21. & vlt. *Vt sciant gentes quoniam homines sunt* סלה *Sèla semper*.
9. Psal. 20. ver. 4. *Et holocaustum tuum pingue fiat*: סלה *Sèla semper*.
10. Psal. 21. ver. 3. *Et voluntate labiorum eius non fraudasti eum* סלה *Sèla semper*.

Vide Psal. 3. ver. 9. & Psal. 4. numi. plurali ܠܥܠܡܝܢ *Laolmin In secula*, licèt plurima sint loca, in quibus omissa est interpretatio vocis *Sèla*. In Biblijs verò Regijs Parisiensibus, & in eadem versione Syriaca frequenter vox Græca Διάψαλμα retenta est, sed literis Syriacis decurtata hoc pacto notata cernitur in Psal. 52. ver. 2. bis ܕܐܦ, *Diaps. Diapsalma*, & sæpiùs per totum Psalmũ; cuius vocis cur sit tam crebra replicatio, & à quonam exemplari sit desumpta, planè ignoro.

Ab hac interpretatione non longè distat alia, quæ est Aquilæ, Verborum Hebræorum (iuxta Hieronymi testimonium epist. 138. ad Marcellam) diligentissimi explicatoris, qui סלה *Sèla Semper* transtulit. Hanc sequitur Hieronymus, & post eũ quàm plurimi alij Interpretes Latini & Hebræi; quinimmò & vniuersa Synagoga Iudaica hanc vocis *Sèla* interpretationem sequitur, & pro *semper*, vel *in perpetuum* accipit, dum suas preces quandoque hac voce סלה claudit, vt idem R. Dauid Kimchius refert Comment. in Psal. 3. vbi sic habet.

וכן היא סגורה זאת המלה (סלח) בתפלתינו בות תעניין :

Et in hoc sensu (scilicet semper, vel in perpetuum) *hæc dictio* (Sèla) *claudit preces nostras*, & orationes publicas. Vide in Machazore Bononien. Par. I. in סדר ענין פורים: *Ordine festiuitatis Purrìm* in fine precationis, quæ incipit על הנסים ועל הגבורות; & alijs libris Precum, tùm in loco citato, tùm in סדר ענין חנוכה *Ordine festiuitatis*

Iudex est סלה *Sèla semper*.

27. Psal. 32. v. 5. *Iniquitatem magis quàm loqui aequitatem* סלה *Sèla semper*.

28. Ver. 7. *Et radicem tuam de terra viuentium* סלה *Sèla semper*.

29. Psal. 54. v. 5. *Non proposuerunt Deum ante conspectum suum* סלה *Sèla semper*.

30. Psal. 55. v. 8. *Et mansi in solitudine* סלה *Sèla semper*.

31. Ver. 20. *Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante secula* סלה *Sèla semper*.

32. Psal. 57. ver. 4. *Dedit in opprobrium conculcantes me* סלה *Sèla semper*.

33. Ver. 7. *Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam* סלה *Sèla semper*.

34. Psal. 59. v. 6. *Non miserearis omnibus, qui operantur iniquitatem* סלה *Sèla semper*.

35. Ver. 14. *Et scient quia Deus dominabitur Iacob: & finium terrae* סלה *Sèla semper*.

36. Psal. 60. v. 6. *Vt fugiant à facie arcus* סלה *Sèla semper*.

37. Psal. 61. v. 5. *Protegar in velamento alarum tuarum* סלה *Sèla semper*.

38. Psal. 62. v. 5. *Et corde suo maledicebant* סלה *Sèla semper*.

39. Ver. 9. *Deus adiutor noster* סלה *Sèla semper*.

40. Psal. 66. v. 4. *Psalmum dicat nomini tuo* סלה *Sèla semper*.

41. Ver. 7. *Qui exasperant non exaltentur in semetipsis* סלה *Sèla semper*.

42. Ver. 15. *Offeram tibi boues cum bir-*

11. Psal. 24. ver. 6. *Quaerentium faciem tuam Iacob* סלה *Sèla semper*.

12. Ver. 10. & vlt. *Dominus virtutum ipse est Rex gloriae* סלה *Sèla semper*.

13. Psal. 32. ver. 4. *Conuersus sum in aerumna mea, dum configitur spina* סלה *Sèla semper*. Vel secundùm literam Hebraicam: *Versus est viror meus in siccitates aestatis*, סלה *Sèla semper*.

14. Ver. 5. *Et tu remisisti impietatem peccati mei* סלה *Sèla semper*.

15. Ver. 7. *Erue me à circumdantibus me* סלה *Sèla semper*.

16. Psal. 39. v. 6. *Verumtamen vniuersa vanitas, omnis homo viuens* סלה *Sèla semper*.

17. Ver. 12. *Vanè conturbatur omnis homo* סלה *Sèla semper*.

18. Psal. 44. v. 9. *In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo in seculum confitebimur*, סלה *Sèla semper*.

19. Psal. 46. v. 4. *Conturbati sunt montes in fortitudine eius* סלה *Sèla semper*.

20. Ver. 8. *Susceptor noster Deus Iacob* סלה *Sèla semper*.

21. Ver. 12. & vlt. *Susceptor noster Deus Iacob* סלה *Sèla semper*.

22. Psal. 47. ver. 1. *Speciem Iacob quam dilexit* סלה *Sèla semper*.

23. Psal. 48. ver. 9. *Deus fundauit eam in aeternum* סלה *Sèla semper*.

24. Psal. 49. v. 14. *Et postea in ore suo complacebunt* סלה *Sèla semper*.

25. Ver. 16. *Cùm acceperit me* סלה *Sèla semper*.

26. Psal. 50. v. 6. *Quoniam Deus*

60. Psal. 87. v. 3. *Gloriosa dicta sunt de te Ciuitas Dei* סלה *Sèla semper*.

61. Ver. 6. *Et Principum horum, qui fuerunt in ea* סלה *Sèla semper*.

62. Psal. 88. v. 8. *Et omnes fluctus tuos induxisti super me* סלה *Sèla semper*.

63. Ver. 11. *Aut Medici suscitabunt & confitebuntur tibi* סלה *Sèla semper*.

64. Psal. 89. v. 5. *Et ædificabo in generationem, & generationem sedem tuam* סלה *Sèla semper*.

65. V. 38. *Et sicut Luna perfecta in æternum: & testis in Cælo fidelis* סלה *Sèla semper*.

66. Ver. 46. *Perfudisti eum confusione* סלה *Sèla semper*.

67. Ver. 49. *Eruet animam suam de manu Inferi* סלה *Sèla semper*.

68. Psal. 140. v. 4. *Venenum Aspidum sub labijs eorum* חלה *Sèla semper*.

69. Ver. 6. *Iuxta iter scandalum posuerunt mihi* סלה *Sèla semper*.

70. Ver. 9. *Ne derelinquas me, ne fortè exaltentur* סלה *Sèla semper*.

71. Psal. 143. v. 6. *Anima mea sicut terra sine aqua tibi* סלה *Sèla semper*.

Non minùs aptè alia tria loca in Oratione Habacuc, vbi סלה *Sèla* reperitur per *semper* interpretari poterimus. Ea sunt.

Habacuc cap. 3. v. 3. *Deus ab Austro veniet, & Sanctus de monte Pharan* סלה *Sèla semper*.

Ver. 9. *Iuramenta tribubus, quæ locutus es* סלה *Sèla semper*.

Ver. 13. *Denudasti fundamentum eius*

hircis. סלה *Sèla semper*.

43. Psal. 67. ver. 2. *Illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri* סלה *Sèla semper*.

44. Ver. 5. *Et gentes in terra dirigis* סלה *Sèla semper*.

45. Psal. 68. v. 8. *Cùm pertransires in deserto* סלה *Sèla semper*.

46. Ver. 20. *Deus salutarium nostrorum* סלה *Sèla semper*.

47. Ver. 33. *Psallite Domino* סלה *Sèla semper*.

48. Psal. 75. v. 4. *Ego confirmaui columnas eius* סלה *Sèla semper*.

49. Psal. 76. v. 4. *Ibi confregit potentias; arcum, gladium, & bellum* סלה *Sèla semper*.

50. Ver. 10. *Vt saluos faceret omnes mansuetos terræ* סלה *Sèla semper*.

51. Psal. 77. v. 4. *Et defecit spiritus meus* סלה *Sèla semper*.

52. Ver. 10. *Aut continebit in ira sua misericordias suas* סלה *Sèla semper*.

53. Ver. 16. *Redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob, & Ioseph* סלה *Sèla semper*.

54. Psal. 81. ver. 8. *Probaui te apud aquam contradictionis* סלה *Sèla semper*.

55. Psal. 82. v. 2. *Et facies peccatorum sumitis* סלה *Sèla semper*.

56. Psal. 83. v. 9. *Facti sunt in adiutorium filijs Loth* סלה *Sèla semper*.

57. Psal. 84. v. 5. *In secula seculorum laudabunt te* סלה *Sèla semper*.

58. Ver. 9. *Auribus percipe Deus Iacob* סלה *Sèla semper*.

59. Psal. 85. v. 3. *Operuisti omnia peccata eorum* סלה *Sèla semper*.

ישראל *En Israël* Par. II. pag. 81. col. 4. num. 48.

Alius est insuper locus Talmudicus, quo euidenter ostenditur vocem סלה *Sèla* habere significationom *aeternitatis* & *perpetuitatis*. In Cod. ערובין *Iruuin* cap. 5. pag. 54. post mediũ, tria assignantur vocabula, quae *sempiternitatem*, siuè *perpetuitatem* significant, ea sunt נצח סלה ועד *Nètzach, Sèla, & Ed*, de quibus ita in *Ghemarà* -

תנא דבי רבי אליעזר בן יעקב כל מקום שנאמר נצח סלה ועד אין לו הפסקה עולמים נצח דכתיב (ישעיה נ״ז : י״ו :) כי לא לעולם אריב ולא לנצח אקצוף : סלה דכתיב (תלים מ״ח : ט׳ :) כאשר שמענו כן ראינו בעיר יהוה צבאות בעיר אלהינו אלהים יכוננה עד עולם סלה : ועד דכתיב (שמות ט״ו : י״ח :) יהוה ימלוך לעולם ועד :

Est traditio Scholae R. Eliezer Ben Iacobi: Omnis locus, in quo dictum est נצח סלה ועד *Nètzach, Sèla, & Ed, non est ei interruptio aeternitatis. De* נצח *Nètzach scriptum est* (Isai. 57. v. 16.) Quia non in aeternum litigabo; neque לנצח *Lanètzach* in perpetuum irascar. *De* סלה *Sèla scriptum est* (Ps. 48. 9.) Sicut audiuimus, sic vidimus in Ciuitate Domini exercituum, in Ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam vsque in aeternum, סלה *Sèla* in aeternum. *De* עד *Ed scriptum est* (Exod. 15. 18.) Dominus regnabit in aeternum ועד *Va-Ed* & in perpetuum. Vide in *En Israël* Par. I. pag. 85. col. 1. n. 20. paulò post medium.

Ex hisce Talmudis locis manifestè apparet, vocem סלה *Sèla* significare *perpetuitatem*; seù *aeternitatem*. Habet

eius vsque ad collum סלה *Sèla semper*.

Praeter haec, nullus alius in tota Sacra Scriptura extat locus in quo vox סלה *Sèla* scripta inueniatur. In his autem locis manifestum est סלה *Sèla* per *Semper*, aut *in aeternum* benè verti cum Hieronymo, Eugubino, Pagnino, & vniuersa Rabbinorum caterua; quin & Vulgata eandem interpretationem admittit, cùm & ipsa vocem סלה *Sèla* per *aeternum* reddat in Psalmo 62. ver. 9. *Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda vestra* אלהים מחסה לנו סלה *Deus adiutor noster* סלה *Sèla in aeternum*: Non est igitur ambigendum *Sèla* pro *semper*, & *in aeternum* esse vertendum; cùm animaduertamus (vt inquit Hieronymus) hoc verbum superiora pariter inferioraque connectere, aut certè docere sempiterna esse, quae dicta sunt. Nec deest auctoritas Talmudis, in hunc sensum *aeternitatis* accipi vocem סלה *Sèla*, cùm legamus in Codice בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 5. pag. 73. paulò post medium, quòd -

אמר רבה אשתעו לי נחותי ימא האי גלא דמטבע לספינה מיתחזי כי צוציתא דנורא חיוורתי ברישה ומחינן ליה באלוותא רחקיק עליה אהיה אשר אהיה יה יהוה צבאות אמן אמן סלה ונייח :

Dixerat Rabbà: Narrauerunt mihi quidam, qui descenderant Mare (in Nauibus) *fluctus hic, quo absorbetur Nauis, apparebat cum fauilla ignea ardente, alba in summitate ipsius. Percutiebamus eam fustibus, quibus incisa erant* (haec verba) Ero qui ero, Deus, Dominus exercituum, Amen, Amen Sèla, *& quiescebat*. Vide etiam עין

bet

הצבי ישראל על במותיך חלל איך נפלו גבורים וגו' :

O terra desiderabilis Israëlis, super excelsa tua Vulnerati: quomodo ceciderunt potentes &c. Vulgata: *Considera Israël pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati*. R. Dauid Kimchius explicat.

כלומר אתה שאתה ארץ חפץ איך היה זה שעל במותיך נפלו חללים כאלה איך נפלו גבורים ׃

Quasi diceret: *O tu* (terra Israëlis) *quæ es terra desiderabilis: quomodo potuit hoc fieri, quòd super excelsa tua ceciderint Vulnerati veluti isti? Quomodo ceciderunt inclyti?* Reliqua huius Threnodiæ verba videnda sunt ibidem.

Delineauit etiam תבנית בית המקדש *Taunith Beth Ha-mikdàsc Paradigma,* seù *Exemplar Templi*, & Salomoni filio suo reliquit, de quo in 1. Paralip. 28.11. & seqq. Exactissimè enim descripsit (Deo reuelante) porticus Templi, Domus, Cellaria; Cœnacula, Cubicula, Adyta, & Domum propitiationis. Atria, Exedra per circuitum in thesauros Dei, & in thesauros sanctitatum, Diuisionem Sacerdotalium, & Leuiticarum, in omni opere ministerij, & in omnibus vasis ministerij Domus Domini; Aurum in pondere per singula vasa ministerij, Argenti quoque pondus pro vasorum & operum diuersitate; & pondus in candelabris aureis, & lucernis eorum, & in candelabris argenteis, & lucernis eorum; & Auri pondus pro mensis propositionis, & Argentum pro mensis argenteis; & pro

bet etiam connexionem & conuenientiam cum voce אמן *Amen*, quæ in fine Precum plerumque additur, & tunc significat *Verè fiat*, *firmum & ratum sit*; & additio סלה *Sèla*, *ratum & firmum sit*, *semper*, *in æternum*. Hinc Hebræi in Epitaphijs, vt pro animabus suorum defunctorum benè precentur, solent has notas addere, אא' סס' hoc est אמן אמן סלה סלה *Amen Amen Sèla Sèla*, *Fiat fiat*, *semper semper in æternum*.

Cæterùm de hac voce סלה *Sèla* ex professo agit D. Hieronymus epist. ad Marcellam, Comment. in Psal. 4. & in Habacuc cap. 3. Pagninus in Psal. & in Thes. Linguæ Sanctæ Rad. סל Et alij Lexicographi cum Marino, Eugubin. in Psal. 3. Cornel. à Lapide in Habacuc cap. 3. ver. 3. & alij.

Ex Hebræis R. Abraham Aben Ezræ in Psal. 3. & ibidem R. Salom. R. D. Kimchi, & R. Ioseph Aben Iachija, & Lexicographi omnes.

Sub voce Διάψαλμα agunt Athanasius in Synopsi, Chrysostomus Præfat. in Psal. Eusebius in Psal. 4. Hieron. locis citatis. Augustinus in Ps. 4. Agellius Præfatione in Psalmos. Cornelius à Lapide in Habacuc suprà cit. & quamplurimi alij. Et hæc de Psalmorū Dauidis libro sint satis.

Quædam alia scripsit Dauid, vel alijs scribenda tradidit ipso dictante.

Scripsit enim ipse קינה *Kinà lugubre Carmen* super Saulem, & Ionathan filium eius: qui aduersus Philisthæos acerrimè pugnantes corruerunt. Illius exemplar legitur in 2. Sam. 1. v. 18. cuius initium est -

Et etiam tu nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Tzeruijàh. *Quid sibi vult illud*, Quæ fecerit mihi? *Tu hoc deduces ex Epistola Dauidis missa ad Ioab:* Ponite Vrijàh ex aduerso prælij. *Fecit hoc, & interfectus est. Congregati sunt Viri potentes exercitus contra Ioab. S. D.* (2. Sam. 24. v. 3.) Vrijàh Hethæus. Omnes triginta septem. *Ostendit eis Epistolam; & ideò scribitur:* Quæ fecerit mihi. *Et præcepit Salomoni filio suo, vt occideret illum; cùm enim fuisset Ioab filius sororis Dauid, voluit, vt esset ei propinquus in seculo futuro*. Sic ex vno peccato adulterij tot homicidia patrata fuere, non Vriæ tantùm & Ioabi, sed & multorum virorum, qui corruerunt de populo seruorum Dauid. Displicuit autem verbum hoc, quod fecerat Dauid coram Domino.

Et hæc quoad Psalmos Dauidicos. Alios verò Psalmos ab antiquis temporibus nullo idoneo Auctore, & cum impudentia magna aliquando introductos, quos Tertullianus lib. *de Carne Christi* c. 17. & 20. condemnat, vt potè Valentinianorum inuentū, omninò reijcimus, & damnamus. Psalterium verò, quod sub nomine Salomonis constans 18. Psalmis repertum in Bibliotheca Augustana Græcè solùm manuscriptum, & ab Io. Ludouico de la Cerda Latinè redditum, & vtraque lingua inter *Aduersaria Sacra* immixtum, euulgatum Lugduni anno 1626. sub verbo *Salomon Ben Dauid* examinandum remittimus.

Hic tantùm sufficiat dicere, quòd

 sit

pro fuscinulis, & crateribus, & acerris Aurum mundum. Et pro Altari suffimento Aurum purificatum in pondere, & pro figura quadrigæ Cherubim extendentium alas, & velantium Arcam fœderis Domini. *Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me*.

Scripsit etiam *Epistolam* ad Ioab de nece Vriæ, illamque benè obsignatam per manum eiusdem mittit. Tenor Epistolæ ex 2. Sam. 11. 15. est huiusmodi -

הבו את אוריה אל מול פני המלחמה החזקה ושבתם מאחריו ונכה ומת ׃

Ponite Vrijah è regione prælij fortis, & reuertimini ab eo, & percutiatur, & moriatur. Refert R. Dauid Kimchius in Comment. 1. Reg. 2, 5. ex דרש *Daràsc*, quòd Ioab ostenderit hanc Epistolam, & ideò dixit Dauid Salomoni: *Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Tzeruijàh*. Commendauitque illi vt faceret secundùm sapientiam suam, neq; descendere permitteret canitiē eius pacificè ad inferos. Paulò prolixius idem legitur in ילקוט *Ialkùt* Par. II. num. 170. pag. 49. col. 3. editionis Liburnen. cum Comment. his verbis ex תנחומא *Tanchumà* -

וגם אתה ידעת את אשר עשה לי יואב בן צרויה ׃ מהו אשר עשה לי אתה מוצא כשכתב דוד ליואב הבו את אוריה אל מול פני המלחמה עשה כן ונהרג נתקבצו אנשי החיל על יואב שנאמ׳ (שמואל ב׳ ׃ כ״ד ׃ ג׳ ׃) אוריה החתי כל שלשים ושבעה הראה להם את הכתוב ולכך כתיב אשר עשה לי וצוה לשלמה בנו להרוג אותו שהיה יואב בן אחותו של ד״ד ורצה לקרבו לעולם הבא ׃

abyſſis, attamen dicere, Diuinam voluntatem ſchedis Cabalicis alligari, & vſque ad abyſſum deuolui, ſumma blaſphemia eſt in Diuinam omnipotentiam & maieſtatem. Plurima alia in Dauidem & Deum euomunt Talmudiſtæ, quæ in hoc de Dauide tractatu videri poterunt. Interim Dauide iſto Rabbinico relicto, ad aliorum Rabbinorum ſcripta recenſenda calamus noſter recurrat. Sit itaque

תל ר׳ דוד כהן דלארא רב באמשטרדאם שנת ה׳ אלפים שצ״א ונפטר העיר חבר ספר וקרא אותו עיר דוד והוא פירוש על מלות רבנים ומלות נכריות ונדפס באמשטרדם שנת השצ״ח ליצירה:

וגם כן פרש השירה על ד׳ אותיות אהו״י לבן עזרא אשר נכלל בקהלת מקרא הגדולה חלק ראשון ותפרש אותה בלשון לטין ונדפסה בעיר לייד״ה שנת הת״ים:

חבר עוד ספר כתר כהונה והוא ערוך רחב מאד והוסיף על ספר ערוך הישן של ר׳ נתן כמו אלפים מלות ונדפס בשנת התב״ח .

430 R. DAVID COHE'N SACERDOS DE LARA RAV AMSTELODAMENSIS, qui ibidem Rabbinatum exercebat an. mundi 5391. Chr. 1630. Librum compoſuit vocatum.

עיר דוד *Ir Dauid Vrbem Dauidis*. In eo agit de conuenientia vocabulorum Rabbinorum cum Græcis, & alijs quibuſdam linguis Europæis. Excuſus Amſtelodami an. 1638. in 4.

חידה על ד' אותיות אהו״י *Chiddà al arbaahà othiòth* אהו״י *Enigma ſuper quatuor Elementa* אהו״י quod compoſuerat R. Abraham Aben Ezræ, & inuenitur in I. Tomo מקרא גדולה *Mikrà Ghe-*

ſit ſuppoſititiũ, & apocryphum quicquid aliter de la Cerda conetur perſuadere.

Cæterùm, de Dauide hæc à Rabbinis in ſumma dicuntur: quòd fuerit conceptus ex adulterio putatitio: natus circumciſus: ex friuolis cauſis ſubleuatus ad Regnum: Oleo ſancto inunctus creuerit ad ſtaturam vſque Saulis: maleficos oculos habuerit: leproſus extiterit: non peccauerit cum Bethſabee: Homicidium non commiſerit. In Dauidis malitiam refundunt ſciſſionem Iſraëlitici Regni in duas partes: populi peccatum Idololatriæ, & eiuſdem captiuitatem. Dicunt, quòd ingenij mali fuerit: item callidus, verſipellis: & per aſtutias à Deo veniam peccatorum ſurripuerit, extrinſecus autem ſemper oſtentauerit ſanctitatem ſubtili quadam hypocriſis ſpecie; & quò magis doctior & ſanctior cæteris apparere ſatagebat, eò indoctior, etiam ipſis pueris deprehendebatur; & cùm ſapiens eſſe videri vellet, reſponſa ineptiſſima proferebat. Addunt: Aliquando dubitaſſe de æterna ſalute: Mendacem feciſſe Samuelem Prophetam. Legis quoq; tranſgreſſorem conſtituunt: atrum Cabaliſtã declarant, cùm Deum ipſum, vi quorundam characterum eiuſdem Dauidis opera in teſtaceo vaſe deſcriptorũ arte Cabaliſtica vſque ad abyſſum deuolutum fuiſſe dicant. Cùm porrò Diuina voluntas vbique ſit, & ſuus dominatus limitem non agnoſcat, cùm ipſe omnia quæcunque voluit fecerit in Cælo, in terra, in mari, & in omnibus

Dauid Librum Laudis Dauidis. Tractat *De Articulis fidei Iudaeorum*. Editus Constantinopoli, ibi magni fit à Iudæis. Ex Buxtorf. in Appendice ad Bibliothecam Rabbinicam pagina 470.

קלד ר׳ דוד בר משה יהודה חבר
פירוש על הסליחות ועל תפלות ר״ה ויום הכפרים
ויום הסוכות והושענות כמנהג אשכנזים : ונמצא בכתב
כתיבת אלפים ר״ה וכמנהג וגם פירוש בוואטיקנו כ״ו :

434 R. DAVID BAR MOSIS IVDÆ. Scripsit luculentam Explanationem in -

סליחות *Selichòth Precationes pro remissione peccatorum*. Item in Preces ראש השנה *Rosc hasciana Initij anni*. In -

יום הכפרים *Iom Ha-chippurrim Diem expiationum, Tabernaculorum, & Hosanna* secundùm consuetudinem Germanorum. Extant hæc omnia manu scripta in Bibliotheca Vaticana Papyr. in 4.

Viuebat hic Auctor anno mundi 5201. Christi 1441.

קלה ר׳ דוד משטיללה עיין ר׳ דוד
דאיסטיליה עיין סו״ס ,

435 R. DAVID DE STELLA. Vide *R. Dauid de Istilia* suprà n. 415. De eo fit mentio in שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabbalà* pagina 59. vbi de קרית ספר *Kiriath Sèpher* huius Auctoris libro hanc notitiam affert -

שהוא הכרעת הדעות בדינין ר׳ יקותיאל המכונה
אסטרוק:

quòd

Ghedolà Magnorum Bibliorum circa principium, Latinè exposuit, & publici iuris fecit, typis Lugduni Batauorum 1658. Scripsit etiam -

כתר כהונה *Chèter Chehunnà Coronam Sacerdotij*. Est Lexicon Rabbinicum valdè amplum, quo duo millia ferè vocabula adduntur super ea, quæ in ערוך *Arùch* R. Nathàn inueniuntur, excusum est anno 1668. in folio.

קלא ר׳ דוד כהן ספרדי העתיק ספר
היראה לר׳ יונה גירונדי מלשון עברי אל לשון ספרדי :

431 R. DAVID COHE'N SEPHARDI HISPANVS, ex lingua Hebræa in Hispanam vertit -

ספר היראה *Sèpher Ha-Iràh Librum Timoris Domini*, R. Ionæ Gerundensis, cum inscriptione Hispana, *Tratado del Temor Diuino*. Huius meminit Menasse Ben Israël in principio sui Operis *De resurrectione mortuorum*, & ex eo Nicolaus Antonius in Appendice ad Bibliothecam Hispanam Tom. II. pag. 320.

קלב ר׳ דוד בן מסר לאון עיין ר׳ דוד
בן יהודה בערך תכ״ג ,

432 R. DAVID BEN MISSER LEON. Vide *R. Dauid Ben Iuda*, num. 423.

קלג ר׳ דוד ממנטובא חבר ספר תהלה
לדוד והוא על עקרי אמונת היהודים :

433 RABBI seù MISSER DAVID DE MANTVA. Scripsit -

ספר תהלה לדוד *Sèpher Thehillà Le-*

quòd in eo ponderet rationes & argumenta libri R. Iekutielis cognomento *Estrok*, eaque resoluat: vnde apparet esse Opus legale ad forum contentiosum pertinens.

Cæterùm, emersit hic Auctor circa annum exilij Iudæorum ex Gallia, quod accidit, vt ibidem habetur, anno mundi 66. sexti millenarij, Christi 1306. & dat huius anni signum illud Num. 12. 9. ויחר אף יהוה בם וילך *Et iratus est furor Domini in eos* וילך *& abijt*, quod numerat 66.

קל״ו ר׳ דוד ענבי נמנה שמו בתחילת הספר יפה תאר לר׳ שמואל יפה בהסכמת הרבנים :

436 R. DAVID ANABI' sexto loco subscribit decreto; ne quis infrà viginti annos sub pœna excommunicationis audeat sine Auctoris licentia imprimere, aut imprimi facere tam apud Hebræos, quàm apud Christianos librum inscriptum יפה תאר *Iephè Tòar Samuelis Iaphè*. Editum fuit Constantinopoli à Rabbinis illius Vrbis an. mundi 5416. Chr. 1656. & confirmatum Venetijs à Rabbinis Venetis eodem anno, & ibidem excusus anno 5417. Chr. 1657.

קל״ז ר׳ דוד פציגיטון חבר חבור א׳ על הרפואה ונמצא כ״י בוואטיקאנו : ונזכר זה המחבר בספר שלשלת הקבלה דף ס״ד :

437 R. DAVID PIZICHETONE, ita forsan nuncupatus, quia in Oppido *Piceleone* vulgò *Pizzichettone* ponè *Adduam* fluu. agri Cremonensis cum Arce munitissima ædificato, natus sit,

vel ex eo originem duxit. Solent enim Hebræi ex locis, vnde maiores sui egressi sunt, vel vbi diù habitauerunt, cognominari. Fuit hic Auctor Medicus non vulgaris, scripsitque *Tractatum de Medicina*, qui calamo scriptus in Biblioth. Vatic. inuenitur. Huius meminit שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 64. non longè à principio.

קל״ח ר׳ דוד בן פקודה ספרדי חבר פזמון אחד כמנהג בסדר התפלות מימים נוראים בכנסת ספרדים ומתחיל למענך אלהי וכו׳ :

438 R. DAVID BEN PEKVDA' HISPANVS. Composuit פזמון *Pizmòn Cantionem Rhythmicam*, quam recitare solent in quibusdam diebus solemnioribus. Incipit למענך אלהי *Propter te Deus mi &c.* secundùm vsum Synagogæ Hispanicæ. Reperitur in מחזורים *Machazorìm* libris huius Nationis. Hoc nomen פקודה *Pekudà* transiuit in cognomen familiæ, ex qua ortus est R. Bechaij Haddaiàn Ben R. Iosephi Pekudà Hispanus, qui vixit circa annum Domini 1140. & edidit librum חובת הלבותב *Chouàth Halleuaòth*, de quo mox. De R. Bechaij Haddaiàn vide suprà Par. I. n. 322.

קל״ט ר׳ דוד פרדו בן יוסף פרדו ספרדי העתיק ספר חובת הלבבות שחבר ר׳ בחיי הדיין ספרדי בן רבי יוסף פקודה וסוף המעתק אומר כי חברו ר׳ משה בר מיימון ואין זה אמת כי בעל ספר חובת הלבבות הוא ר׳ בחיי הנ״ל שהיה בדור הרמב״ם וחברו בלשון ערבי והעתיקו אל לשון עברי ר׳ יהודה ן׳ תבון אב של ר׳ שמואל ן׳ תבון שהעתיק מורה הנבוכים : ועל זה הענין

עיין

hoc eſt Chriſti Domini anno 1610. In 4. loco impreſſionis non notato.

ר׳ דוד פרווינצאלי צרפתי תמ׳

חבר פרוש לתורה שקראו עיר דוד וזוכר אותו ר׳ עזריה מן האדומים באמרי בינה פרק מו׳ דף קנא׳ בתחלת הדף :

440 R. DAVID PROVENZALE PROVINCIALIS GALLVS, de quo fit mentio in libro אמרי בינה *Imrè Binà* R. Azariæ de Rubeis cap. 46. pag. 151. in principio paginæ, edidit, vt ibidem dicitur, *Expoſitionem in Legem*, eamque inſcripſit

עיר דוד *Ir Dauid Vrbem Dauid*. De ea aliam notitiam non habeo. Buxtorfius in Append. ad Bibliothecam Rabbinicam pag. 441. alium librum huic Auctori attribuit ex *R. Azaria* in *Meòr enàijm* cum Tit.

דור הפלגה *Dor happelaghà Aetas diuiſionis*, ſed nihil de eius argumento. Idem ibidem pagina 452. ſub nomine

מגדל דוד *Migdàl Dauid Turris Dauidis*, Tit. ex *Cant. Cantic.* 4. 4. & dicit eſſe *Grammaticam* quam huic R. Dauidi Prouinciali attribuit.

רבי דוד ציון בן אברהם ממודינה תמא׳

חבר ס׳ דבר טוב לכפרים :

441 R. DAVID TZIIO'N BEN ABRAHAM DE MODENA. *Mutina* vulgò *Modena* Vrbs eſt in Via Æmilia inter Regium Lepidi & Bononiam, Sedes Ducum Ateſtinæ Familiæ. Ex ea egreſſi ſunt Hebræi Scriptores quamplurimi, inter quos eminet R. Iudas ſeù Leo de Modena, de

עיין בערך ל׳ בחיי הדיין בחלק א׳ קריה ספר סימן שכב״ :

439 R. DAVID PARDO BEN IOSEPH PARDO HISPANVS, vertit in linguam Hiſpanam ex Hebrea librum חובת הלבבות *Chouàth Halleuauòth Obligationis cordium*, eumque imprimi curauit ſub nomine R. Moſis Ægyptij, vt patet ex impreſſione an. mundi 5370. quamuis impreſſionis locus non notetur, cuius exemplar extat Romæ in Bibliotheca Angelica in Ædibus Auguſtinianorum cum hac inſcriptione: *Obligaçion de los coraçones, compueſto por el excellentiſſimo Señor, el grande Rabenu Moſeh de Aegipto, traduzido, agora de nueuo de Hebraico en Lengua Eſpanola por David Pardo. hijo del Haham Ioſeph Pardo. Emprimero de Niſan de 5370. annos de la criaçion del mundo*. Quòd autem huiuſmodi liber non ſit Moſis Ægyptij, ſed

ר׳ בחיי הדיין בן ר׳ יוסף פיק רח :

R. Bechaij Haddaijàn Ben R. Ioſephi Pekudà iam ſatis clarè probauimus in I. Parte huius Bibliothecæ pagina 644. num. 322. vt opus non ſit iterum agere actum. Hic tantùm notandum eſt, non primò fuiſſe à Dàuid Pardo in linguam Hiſpanam hunc librum traductum, cùm multò priùs Theſſalonicæ eodem idiomate Hiſpano prodierit, quamuis characteribus Hebraicis expreſſo, vt notauimus ſuprà in I. Parte nuper citata. Dauid autem Pardus iterum characteribus Latinis & lingua Hiſpanica illum euulgauit anno mundi 5370.

pſit librum -

מציל נפשות *Matzil Nephaſciòth Liberans animas*. Ex Catalogo mihi Venetijs tranſmiſſo, auditur eſſe *Explanatio Precum*.

תמ״ס ר׳ דוד בן שלמה המכונה מיסר וידאל הרופא עיין ר׳ דוד ויטאל סימן תכ׳:

445 R. DAVID BEN SALOMONIS, cognomento MESSER VIDA'L: Vide *R. Dauid Vitàl* numero 420.

תמ״ל ר׳ דוד בן שלמה בן הרב ר׳ דוד ן׳ יחייא וחבר ספר לשון למודים : ושקל הקודש : וספר תהלה לדוד ולא הספיק להשלימו ובני יעקב בנו המכונה איש תם השלימו : ונזכר בספר שלשלת הקבלה דף סה׳ :

446 R. DAVID BEN SALOMONIS BEN RA'V R. DAVID ABEN IA'CHIIA VLYSSIPONENSIS. Viuebat circa ann. mun. 5200. Chriſti 1440. nam moritur Vlyſſipone an mun. 5225. Chriſti 1465. Scripſit, vt teſtatur Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 65. non longè à principio -

לשון למודים *Leſciòn limudìm Linguam eruditorum*. Tit. ex Iſai. 50. 4. Liber eſt Grammaticus, inuenitur excuſus Conſtantinop. an. mun. 5366. Chriſti 1506. in 4. Et Piſauri ſub Dominio Ioannis Sfortiæ, in 4. Item -

שקל הקודש *Scèkel Hakkòdeſc Siclum ſanctitatis*. Nihil de eius argumento ibidem habetur. Eſt & alius liber cum eodem Tit. Vide infrà in *R. Ioſeph*

de quo ſuo loco. Interim hic Auctor compilauit -

דבר טוב *Deuàr Tòu Verbum bonum*, ex 1. Reg. 14. 13. eſt *Dictionariolum Vocabulorum communium* cum Italica interpretatione pro commoditate & vſu puerorum. Excuſum Venetijs apud Ioannem de Gara an. mun. 366. minoris ſupput. Chriſti 1606. & deinceps frequenter, ſine nomine Auctoris, loci, & anni impreſſionis in 12. vel alia forma.

קמ״ל ר׳ דוד מקורפו חבר ס׳ שאלות ותשובות ונזכר חבור זה והמחבר בספר שלשלת הקבלה דף סג׳ ע״ב בסוף העמוד :

442 R. DAVID DE CORFV', ſeù CORCYRA Inſula Scripſit -

ש״ת *Sceelòth & Teſciuòth Quæſita & Reſponſa*, ſiuè *Deciſiones Legales*. Huius meminit Auctor *Scialſcèleth hakkabbalà* pag. 63. b. in fine.

תמ״ו ר׳ דוד קרפא חבר ס׳ תהלה לדוד והוא ספר דרשות :

443 R. DAVID CORFV', forſan eſt idem ac ſuperior. Ex relatione Plantauitij ſcripſit librum cum Titulo -

תהלה לדוד *Thehillà Le-Dauìd Laus Dauid* (ex Pſal. 145. 1.) Sunt Conciones excuſę Conſtantinopoli, & vix inueniuntur inter Europæos, inquit Plantauitius.

תמ״ל ר׳ דוד שבבי חבר ס׳ מציל נפשות והוא פירוש על תפלות :

444 R. DAVID SCEVAVI'. Scri-

seph Ben R. Isaaci Kimchi. Scripsit ex eodem -

ספר תהלה לדוד *Sèpher Thehillà Le-Dauìd Librum Laudis Dauidis*) ex Psmo 145. 1.) sed morte præuentus absoluere illum non potuit; R. Iacob eius filius cognomento רבינו תם *Rabbènu Tham* illum absoluit. De qua autem materia in eo pertractetur, nihil ibidem.

עמ׳ ר׳ דוד בן שמעון חבר ספר מגן דוד והוא ספר על הקבלה ;

447 R. DAVID BEN SIMEONIS. Scripsit librum cum titulo -

מגן דוד *Maghèn Dauid Clypeus Dauid*. A Menasse Ben Israël, citatur in *Conciliatore*, & ab Hottingero annumeratur inter Tractatus Cabalisticos & Theologicos Class. VIII. Bibliothecæ Orientalis Hebræorum.

עמ׳ דוד שר הקראים חבר כמה חבורים בלשון ערבי ולא יודע שמותם ;

448 DAVID PRINCEPS KARRAITARVM, id est Hæreticorum Hebræorum Antesignanus, scripsit quædam Opera lingua Arabica. Huius meminit Seldenus *De Vxore Hebræa*. De Karræis vide I. Par. pag. 379.

עמ׳ דומיניקו ירושלמי רב וראש ישיבה בצפת בגליל העליון היה רופא גדול ועסק את הרפואה למלך סולטן אמורט בקושטנטינא כמה שנים ואחר כך נכנס הנוצרי. כל הדרך של דת ישוע משיחנו והלך לעיר רומא ועמד שם בקולגיון של הנאופיטי והעתיק ספרי קודש של דת משיחנו מלשון לטין אל לשון עברי ושם חבר האונגליונים ; מעשי השלוחים ; וחבר ספר אגרות פאולוס

שלוחי אדונינו ישוע המשיח ; אגרות של כתב לו פיטרוס ; יוחנן ויעקוב ;

וגם כן העתיק מלשון לטין אל לשון עברי כל ספרי קודש שלא נמצאו בעברית היינו כל הספרים ארבעה ספרי קודש והם הנוכם ;

א׳ ; ספר אנבואאה של ברוך עם אגרת ירמיהו אשר שלח אל היהודים הגולים בבבל היושבו לירושלם אחר שבעים דורות ;

סל ; ספר החכמה הנקרא ספייאנציאה ;

סג׳ ; ספר קהלת הגדול הנקרא איקליסיאסטיקו.

סל ; תפלת מנשה מלך יהודה ;

סל׳ ; תפלת שלשה ילדים שדרך מישך ועבד־נגו ;

סל ; מעשיות שושנה ודניאל ;

סל ; ספר יהודית ;

סל ; ספר טוביה וספר אריסטיאה ;

וחבר ספר מעין גנים על עיקרי אמונת המשיחיים ;

449 DOMINICVS IEROSOLYMITANVS, ab Vrbe Ierosolyma, in qua ex parentibus Iudæis circa annum 1550. nascitur, ita cognominatur. In Vrbe Sapheth superioris Galileæ, vbi Iudæorum Academia maximè viget, Talmudicis disciplinis, & Medicæ arti operam dat. Laurea Doctoratus ibidem adepta, & titulo רב *Ràu* insignitus Iura Talmudica in ea Vniuersitate explanat ex Cathedra, & in foro Ius & Iustitiã suis contribulibus aliquando administrat. In Medica autem facultate ita excelluit, vt illius fama longè latèque per vniuersas Orientales oras diffusa ad Turcarum Imperatorem tandem deuenerit, à quo Constantinopolim accitus, apud ipsum Medicam artem exercuit. Circa principium præsentis sæculi cùm esset annorum circiter 50. ætatis, Iudaicæ perfidiæ valedicens, Christia-

pag. 1. *Epistolam Ieremiæ* ad abducendos captiuos in Babyloniam &c. ex cap. 6. Prophetiæ Baruch, pag. 9. *Librum Sapientiæ* pag. 13. *Ecclesiastici* pag. 41. Absoluitur 26. Aprilis 1617. vt notatur pag. 112. *Orationem Manasse* cùm captus teneretur in Babylone pagina 113. *Orationem trium puerorum* pagina 114. *Historiam Susannæ* pagina 118. *Danielis de Bele & Dracone* pagina 121. *Iudith* pag. 124. & *Tobiæ* pag. 148. quibus addit librum *Aristææ* p. 166. Omnes istæ traductiones completæ ab eo fuerunt Romæ in eodem Collegio Neophytorum die 25. Iunij anni Domini 1617. vt videre est p. 215.

In Præfatione Hebraica, quæ habetur in I. Tomo, dicit se edidisse librum, cui titulum indidit

מעין גנים *Maaiàn Ghanìm Fons Hortorum* (ex Cant. Cantic. 4. 15.) & in eo agere *De Fundamentis*, *seù de Articulis Fidei Christianæ*, *& de æterna salute adipiscenda à Christi fidelibus.* Maximam diligentiam adhibui in perquirendo illum inter Codices eiusdem Bibliothecæ, sed adinuenire adhuc non potui. Extant quidem in eadem Bibliotheca Neophytorum quędam alia mmscc. charactere quidem Hebraico exarata, sed lingua Italica composita Opuscula: nam Italos characteres malè formabat, vt ex scriptione sui nominis in fine librorum expurgatorum videre est. Sed ista vel sunt *Prælectiones* nonnullæ, vel *Præfationes*, vel etiam *Orationes*, quas in Academijs, vel alibi frequenter habuit.

nam Religionem suscepit. Romam postea veniens, & in Collegio Neophytorum susceptus, ibidem linguam Hebræam docuit, munus quoque expurgandorum Hebraicorum Codicum iussu Superiorum suscepit, quod ad mortem vsque exercuit. Obijt enim ibidem septuagenario maior.

Testamentum Nouum ex Latino in Hebraicum vertit ex integro: eius Autographum propria manu exaratum, & tribus Tomis in folio distinctum, asseruatur Romæ in Bibliotheca eiusdem Collegij Neophytorum.

I. Tomus complectitur *Quatuor Euangelia*. Traductio absoluitur, vt ibidem notatur, an. mundi שע״ו 376. minoris supputationis, Chr. 1615. Mense Decembri, cùm illam incepisset anno 1613. de Mense Aprili, vt legitur in vltima pag. 229.

II. Tomus *Acta Apostolorum*, *Epistolas omnes B. Pauli Apostoli*, *Epistolam Iacobi Apostoli* pag. 202. *Petri Apostoli* pag. 209. *Ioannis Apostoli* pagina 220. *Catholicam Iudæ* pagina 229. quæ absolutæ fuerunt an. 1616. die 5. Septembris, ex notatione ipsius in fine eiusdem Codicis, pag. 265.

In fine Hebraicè proponit quædam argumenta, quæ ab Hebræis fiunt contra Sermonem Protomartyris Stephani, qui habetur in c. 7. *Act. Apost.* quibus doctè respondet, & difficultates diluit, p. 231. b. *Apocalypsis* verò *B. Ioannis Apostoli* habetur pag. 237.

III. Tomus eadem lingua Hebraica continet scripta *Veteris Testamenti*, quę in Hebręorum Canone non extant: nempè *Prophetiam Baruch*

אגרת אל תהי באבותיך *Ighèreth al Tehì cheauothècha Epistolam* incipientem: *Non eris sicut* (sunt) *Patres tui*, eamque misit ad לבראט *Labràtt* Neophytum, quem verbis pro viribus ad animæ perniciem confictis conatur ad Iudaismum reuocare, cùm & ipse Christianam Religionem, quam susceperat, reliquisset. An autem *Labràtt*, qui Auenione apud Summum Pontificem degebat, Religioni Christianæ vale dixisset, non est certum; certum quidem est apud omnes Auctores Hebræos Donasc Neophytum post Apostasiam pueros Iudæos docuisse Hebræã Grammaticam, quam probè sciebat, scriptis -

תשובות מהדקדוק *Tesciuuòth meadikdùk Responsionibus Grammaticalibus* ad Quæstiones sibi propositas à R. Menachem Ben סרוק *Sarrùk*; quæ mmscc. extant in Bibliotheca Vaticana in fol. Pergameno sub nomine אינפירופיה דוראן *Enperophia Duràn*. In eadem Bibliotheca Vaticana habetur eadem Epistola, לא תהי באבותיך *Lo tehì cheauothècha* directa ad בונירו *Bonettum Neophytum*. De qua vide in I. Par. huius Biblioth. pag. 98. col. 2. & pag. 404.

רבי דוסא בן הרכינס שהאריך ימים תנא
רבים כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף כ״ה ואמר שהיה בכל זמן
בית שני עד זמן רבן גמליאל ור׳ עקיבא אחר החרבן ובפירקא
קמא דיבמות העיד על מדוכה זו ישב חגי הנביא נוס דעת
הר״מבם שהכל בפרק חורק גם אמר רבי יהודה בר שלמה
דורות ראשונים בית שמאי ודורות האחרונים ל׳ דוסא שאמר
השבוים אוכלת בתרומה וכן הוא בפרק שלישי דעדיות בו וס
אמר ר׳ דוסא בן הרכינס ולא היה קודם בית שמאי כי בר הוא
אחרון ועוד שאמר ביבמות שהיה לו אח בכור שמו מתלמידי בית

Huius non semel meminit Plantauitius in sua Biblioth. Rabbin. quem cognouit & allocutus est.

Nicolaus Mursius in Opusculo, quod anno 1671. lingua Italica Bononiæ edidit, cum hac inscriptione: *Relatione della Città di Constantinopoli e suo sito, con riti, e grandezze dell'Ottomano Impero &c.* p. 34 cuiusdam Medici Turcarum Imperatoris, olim Hebræi, postea Christiani sub nomine Dominici Ierosolymitani meminit, vt primùm in mentem venerat, eum putaueram de hoc nostro Dominico Ierosolymitano loqui; at postquam animaduerti in *Epistola Dedicatoria*, hunc Auctorem referre ea, quæ ipsemet viderat & obseruauerat in suo itinere Constantinopolitano: ipse verò hodie adhuc viuat, & non multis ab hinc annis in Italiã ex hoc suo Orientali itinere reuersus sit, vt credimus, procul dubio non de hoc nostro Dominico Ierosolymitano loquitur, sed de alio quopiam eiusdem nominis, qui hodiè adhuc superstes sit in ea Vrbe, & pauperrimam vitam ducat inter Christianos pro Christi amore, cùm antea sub nomine *Pelaso* inter Medicos Sultani tertium locum occupasset in Iudaismo, vt ex eodem ibidem habetur.

דונש ניופיטו כתב אגרת אל לבראט תנא
והיא שמתחלת אל תהי באבותיך ׃
וחבר תשובות מהדקדוק והשיבו אל שאלות אשר עשה
אליו ר׳ מנחם בן סרוק ונקרא כ״י כוונטיקאלה בדף שלם על
קלף ׃

450 DONA'SC NEOPHYTVS.
Scripsit -

accipere in vxorem? Quæstio secundùm doctrinam R. Dosæ decisa est, de qua hæc leguntur in Codice יבמות *Ievamòth* cap. 1. pagina 16. in ipso principio paginæ -

בימי רבי דוסא בן הרכינס הותרו צרת הבת לאחין שמע מינה עשו שמע מינה גופא בימי רבי דוסא בן הרכינס הותרו צרות הבת לאחין והיה הדבר קשה לחכמים מפני שחכם גדול היה ועיניו קמו מלבא לבית המדרש אמרו מי ילך ויודיעו אמר להן רבי יהושע אני אלך ואחריו מי רבי אלעזר בן עזריה ואחריו מי רבי עקיבא הלכו ועמדו על פתח ביתו נכנסה שפחתו אמרה לו רבי חכמי ישראל באין אצלך אמר לה יכנסו ונכנסו תפסו לרבי יהושע והושיבתו על מטה של זהב אמר ליה רבי אמור לתלמידך אחר וישב אמר לו מי הוא רבי אלעזר, בן עזריה אמר ויש לו בן לעזריה חבירנו קרא עליו המקרא הזה (תילם : ל״ז : כ״ה) נער הייתי גם זקנתי ולא ראיתי צדיק נעזב וזרעו מבקש לחם : תפסו והושבו על מטה של זהב אמר ליה ר׳ אמור לתלמידך אחר וישב אמר ליה ומי הוא עקיבא בן יוסף אמר ליה אתה הוא עקיבא בן יוסף ששמך הולך מסוף העולם ועד סופו שב בני. שב כמותך ירבו בישראל התחילו מסבבי׳ אותו בהלכות עד שהגיעו לצרת הבת אמרו ליה צרת הבת מהו אמר להן מחלוקת ב״ש ובית הלל הלכה כדברי מי אמר להן הלכה כב״ה אמרו ליה והלא משמך אמרו הלכה כב״ש אמ׳ להם דוסא שמעתם או בן הרכינס שמעתם אמרו ליה חיי רבי סתם שמענו אמר להם אח קטן יש לי בכור שטן הוא ויונתן שמו והוא מתלמידי שמאי והזהרו שלא יקפח אתכם בהלכות לפי שיש עמו ג׳ מאות תשובות בצרת הבת שהיא מותרת אבל מעיד אני עלי שמים וארץ שעל מדוכה זו ישב חגי הנביא ואמר ג׳ דברים צרת הבת אסורה עמון ומואב מעשרין מעשר עני בשביעית ומקבלי׳ גרים מן הקרדויים ומן התרמודים תנא כשנכנסו נכנסו בפתח אחד וכשיצאו יצאו בשלשה פתחים פגע בר׳ עקיבא אקשי ליה ואוקמיה אמר ליה אתה

הוא

שמאי וזקן הכתוב בראש הזכיר לו לא גם כן מאה שנה : ואולי עם שהעיד כי על מדוכה זו ישב חגי הנביא היה קבלה ב רז לו שצריך ימים מבני הכנסת כמו שקבלו׳ שנה ובן רבי דוסא שצריך ימים גם כן היה זקן מאד : וזה אשר היה נכנס בכור סבן רבה לומר הרבה תלמידי בית שמאי ורבי דוסא היה בעבודת הקדש בעבין ר׳ יהושע עם רבן גמליאל : ואם רבי דוסא בן הרכינס וקבר בגבת בגליל העליון בקבורת קדש ספמנה :

451 R. DOSA' BEN HARCHINA'S Tanaitis antiquior: nam Auctor *Iuchassin* pag. 55. toto temporis spatio, quo secunda Ædes Ierosolymitana erecta permansit, eum vixisse, & post exustum Templum vsque ad Rabban Gamaliel, & R. Akibæ tempora vitã protraxisse refert: quod omninò incredibile est, ea ætate 432. annis Virum vixisse. Templum enim secundum, ex communi Rabbinorum sententia quadringentis viginti annis perdurauit. Et post illius excidiũ anno duodecimo decurrente, iuxta calculum Dauidis Ganz, cæpit regere Synagogam R. Akibà. Patet igitur ab exordio Templi secundi vsque ad R. Akibà 432. annorum spatium intercessisse: nullum autem omninò hominum per ea tempora tam longo temporis spatio vixisse vnquam legimus. Inter fabulas itaq; Rabbinicas huius Rabbini tam diuturnam vitã referendam esse putamus. Doctissimus habitus est ab antiquis Rabbinis, & secundùm quod ipse decernebat, ratum & firmum ab omnibus habebatur. Quæstio olim excitata est inter Rabbinos non parui momenti; Vtrùm videlicet liceret fratri superuiuenti demortui fratris æmulam viduã filiam alicuius

הוא עקיבא ששמך הולך מסוף העולם ועד סופו
אשריך שזכית לשם ועדיין לא הגעת לרועי בקר
אמר ליה רבי עקיבא ואפילו לרועי צאן :

In diebus R. Dosà Ben Harchinàs permiſſa fuit צרת הבת *Tzaràth Habbàth æmula filia fratribus* (id eſt licitum eſſe poſt mortem fratris alteri fratri in vxorem accipere relictam viduam filiam alicuius hominis) *Inde cognoſces* (quòd ita) *fecerunt : & inde cognoſces totam diſputationem. In diebus R. Dosà Ben Harchinàs permiſſæ ſunt æmulæ filiæ fratribus, & fuit res dura Sapientibus, quamuis Sapiens magnus fuiſſet. Oculorum nutu ſtatuerunt, ne conuenirent in Academiam. Dixerunt: Quis ibit & notificabit ei?* (ſcilicet R. Doſæ) *Dixit eis R. Ieoſciùah: Ego ibo. Sed poſt eum quis?* (ibit) *R. Eleazar Ben Azariæ. Et poſt eum quis? R. Akibbà. Ierunt, & conſtiterunt ad fores domus eius* (R. Doſæ) *Ingreſſa eſt ancilla eius, dixitque ei: Rabbì, Doctores Iſraëlis veniunt ad te. Dixit ei* (R. Dosà) *Ingrediantur, & ingreſſi ſunt. Apprehendit R. Ieoſciùah, & locauit eum in lectulo aureo. Dixit ei Rabbì: Dic diſcipulo tuo alteri, vt ſedeat. Dixit ei* (R. Dosà) *Quis eſt? Reſpondit: Eſt R. Eleazar Ben Azariæ. Dixit* (R. Dosà) *Eſtne ipſi Azariæ ſocio noſtro filius? De eo dicit Scriptura* (Pſal. 37, 25.) Iunior fui etenim ſenui, & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quęrens panem. *Apprehendit eum, & ſedere fecit eum in lectulo aureo. Dixit ei* (Ben Azariæ) *Dic diſcipulo tuo alteri, vt ſedeat. Dixit ei* (R. Dosà) *Et quis eſt? R. Akibbà Ben Ioſeph. Di-*

xit (R. Dosà) *Tu es Akibbà Ben Ioſeph, cuius fama per totum mundum curſitat? Sede fili mi, ſede. Inſtar tui ſint multi in Iſraël. Incæperunt circumagere eum argumentis, donec ventum eſt ad quæſtionem* צרות הבת *Tzaròth habbàth æmularum filiæ. Dixerunt ei:* צרת הבת *Tzaràth habbàth quid eſt? Reſpondit* (R. Dosà) *Controuerſia eſt inter Scholam* שמאי *Sciammài, & Scholam* הלל *Hillèl. Sed quæſtio ſecundùm quam ſententiam deciditur? Dixit eis: Quæſtio ſecùndùm Scholam Hillèl deciditur. Reſponderunt ei: Et nonne de nomine tuo dixerunt* הלכה *Halachà lectionem* (quęſtionem propoſitam) *ſecundùm Scholam Sciammài? Dixit eis: Doſamne audiſtis, an Ben Harchinàs? Dixerunt ei: Viuat Magiſter noſter, quia ſimpliciter, ſeù abſolutè audiuimus* (ſine vlla prorsùs diſcretione). *Dixit eis* (R. Dosà) *Frater paruulus mihi eſt primogenitus* שטן *Satan eſt*, [R. Salom. חריף *acutus*] *& vocatur Ionathàn, & eſt ex diſcipulis Sciammài. Cauete, ne vos percutiat argumentis; habet enim in hac materia* צרת הבת *Tzaràth habbàth æmulæ filiæ, quòd ſit licita & permitti poſſit, 300. reſponſa. Verùm ego in teſtem inuoco Cælum & terram, quòd in hoc mortario ſedit Aggæus Propheta, & dixit tria verba. Primum* צרת הבת *Tzaràth habbàt æmula filia prohibita eſt.* II. *Ammon & Moab decimant decimam pauperis in ſeptimo anno.* [R. Salom.

עמון ומואב ישראלים הדרים בארץ עמון ומואב
שכיבש משה מסיחון ונתקדשו בקדושת ארץ ישראל
ועכשיו

eum, & excitauit eum. Respondit ei: Tu es Akibbà, cuius nomen ab extremo ad extremum mundi volat? Beatus es. qui (magnum) *consecutus es nomen, & ad pascendum boues tibi cura adhuc demandata non est. Dixit ei R. Akibbà: Nec etiam* (tibi) *ad pascendum Oues.* In hoc מאמר *Maamàr* obseruandum est, quid sit צרת הבת *Tzaràth habbàth Aemula filia, aemula mulier.* In lib. Leuit. 18. 18. prohibetur viro duas sorores accipi in vxores, dicitur enim.

ואשה אל אחותה לא תקח לצרור לגלות ערותה ׃

Et Vxorem cum sorore sua non accipies; ad aemulationem prouocandam, ad reuelandam turpitudinem eius. Attamen hic locus non adeò est clarus, vt nullam aliam interpretationem recipere possit. Volunt Rabbini, Legem fuisse creatam ante mundi constitutionem Cod. *Sciabbàth* cap. 9. pag. 88. b. circa fin. vnde illud Prou. 8. 22. *Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quidquam faceret à principio,* de Lege dictum esse autumant cum R. Salomone hic: & antequam promulgata fuerat in Sina, ad vnguem obseruatam fuisse ab antiquis Patriarchis. Hinc oritur dubitatio apud Hebraeos, quomodo hoc praeceptum de duabus sororibus in vxores non accipiendis fuerit obseruatum à Patriarcha Iacob, qui duabus sororibus matrimonio iunctus est, Liae scil. & Racheli? Respondent, non fuisse prohibitum duas vxores habere, nisi לצרור *Litzròr ad aemulationē prouocandam,*

ועכשיו בבית שני בטלה קדושתה וזורעין בשביעית ותקנו לתן מעשר ראשון ומעשר עני בשביעית כדמפרש לקמן מפני פרנסת עניים שבארץ ישראל שאין להם מה לאכול בשביעית לפי שנטל לקט שכחה ופיאה והולכים שם ומטלים לקט שכחה ופיאה ומעשר עני ׃

Ammon & Moab, Israëlitae sunt, qui habitant in terra Ammonitarum, & Moabitarum, quos deuicit Moses de Sichòn, & sanctificati sunt in sanctificatione terrae Israëlis. Sed nunc, in secunda Domo (tempore secundi Templi) *cessauit sanctificatio, & seminant in septimo* (anno) *sed ordinauerunt eis decimam primam, & decimam pauperis in septimo, sicut exponitur infra, propter subsidium pauperū terrae Israëlis, quia pauperes in terra Israëlis non haberent, vnde viuerent in septimo anno, quia collectum fuit spicilegium, & non reliquerunt angulum* (segetum) *Eant igitur in terram* (Ammonitarum & Moabitarum) *& accipiant spicilegia, angulum, & decimam pauperis.*] III. *Et recipiunt Neophytos ex Kardianis, & Tarmudianis* (sunt homines extranei, viles, & plebei.) [R. Salomon.

ולא אמרינן ממזרים הן מבנות ישראל שבאו עליהן גוים דאיכא רבנן דפסלי ׃

Et non dicimus de Mamzerim Spurijs; (nam) *isti sunt de filiabus Israël, ad quas ingrediuntur Gentiles. Sunt Doctores, qui dicunt illicitū esse illos recipere.*] *Est traditio ex Misnà: Quando ingressi sunt, introierunt per vnam portam, & quando egrediuntur, egrediuntur per tres portas. Occurrit in R. Akibbà, qui argumentatus est contra*

dam,

ac sanctæ fuerint, non tamen hac zelotypia & æmulatione omninò caruerunt. De Rachele enim legitur Gen. 30. 1. ותקנא רחל באחותה *Et æmulata est*, seù *inuidit Rachel sorori suæ.* R. Aben Ezræ indicat quorundam opinionem, quòd רחל ולאה לא היו אחיות *Rachel & Lia non fuerint sorores*, sed Scriptura eos redarguit, dum dicit Genes. 29. v. 15. –

וללבן שתי בנות שם הגדולה לאה ושם הקטנה רחל׃

Et ipsi Labàn erant duæ filiæ, nomen maioris Lia, & nomen minoris Rachel.

At si regeres: Erant duæ filiæ duarum vxorum Labani, altera filia vnius vxoris, altera alterius.

Resp. Hoc gratis dici, cùm in Scriptura nihil de duabus illis vxoribus Labani habeatur, & licet Lia & Rachel non eiusdem vxoris Labani filiæ fuissent, non ob id est dicendum, eas non fuisse veras sorores; Lex autem Leuit. 18. 18. absolutè præcipit, ne matrimonio iungatur vxoris soror, qualiscunque illa fuerit, siuè soror ex parte patris, siuè ex parte matris, vel eiusdem patris & matris simul. Licitum itaque fuit Iacobo duas sorores accipere, quia Lex, qua huiusmodi coniugium prohibetur, adhuc lata non erat. Dicere autem Legem fuisse ante mundi constitutionem, & à Patriarchis fuisse ad vnguem obseruatam; chymericum commentum est Rabbinorum. Locus autem Prouerbiorum 8. 22. *Dominus possedit me in initio &c.* intelligendus est de Diui-

dam, seù ad lacessendum, hac scilicet intentione vt alteram in alteram prouocaret. Si verò lacessendi penitùs amputetur occasio, videntur existimare à Lege concedi huiusmodi duarum sororum vni homini coniugium. Indicat hoc הרמב״ן *Harambàn* in Leuit. cap. 18. 18. dum dicit –

לצרור וגו׳ ׃ בכאן יפרש הכתוב טעם האיסור יאמר שאינו ראוי שתקח אשה אל אחותה לצרור אותן זו לזו כי הן ראויות שתהיינה אוהבות זו את זו לא שתהיינה צרות ׃

Ad æmulationem prouocandam: ex hoc explicat Scriptura rationem prohibitionis: dicit enim, quòd non conueniat accipere vxorem sororem (vxoris suæ) לצרור *Litzròr ad æmulationem prouocandam, siuè ad lacessendum alteram contra alteram: nam conuenit, vt altera alteram amet, & non æmula sint.* Hinc patet quod æmulatio sit causa huius prohibitionis; cessante autem tali causa, cessare videtur huiuscemodi prohibitio. In Iacobi autem Patriarchæ matrimonio cum Lia, & Rachele inito, talis deformitas intentionis non reperitur, ergo licitum fuit istud coniugium cum duabus sororibus. Hæc autem Rabbinorum legis interpretatio nulla est, quia Lex non respicit bonam aut prauam intentionem contrahentium, sed malum effectum, qui ex hoc matrimonio consequitur, nempè æmulationē inter sorores, quæ vix, aut nunquam à tali matrimonio tolli potest. Exemplum afferatur in casu proposito de duabus sororibus Lia & Rachele, quæ quamuis mulieres piæ,

Tzaràth Bath æmula filia. Cùm verò illicitum ſit patri (demortuo fratre) filiæ nubere; quærebatur: An ſi hic alterum fratrem habuerit, licitum ei ſit Lege יבום *Iabbùm Leuiratus* eam alteri ſuo fratri tradere. Videbatur hoc concedi à R. Doſà, ideòque cæteri Sapientes Academiæ grauiter tulerunt, neque in Academiam R. Doſæ ampliùs ire decreuerunt. Miſerunt, vt ſuperiùs retulimus, tres inſignes Rabbinos R. Ioſue, R. Eleazar, & R. Akibbà ad R. Doſam, vt mentem omniũ Sapientũ ei exponerent, eſſe ſtudium Legis Moſaicæ potiùs relinquendum, quàm nouis opinionibus deturpandum. Audiuit eos R. Doſà, & ſententiam ſuam ex traditione doctrinæ Aggæi Prophetæ, quod צרת הבת *Tzarràh Habbàth æmula filia*, cuicunque ex fratribus Patris *Leuiratus* Lege eſſet prohibita. Præſenti autem tempore, licèt Hebræi Legem יבום *Iabbùm* adhuc pertinacitèr retineant & obſeruent, Polygamiam quoque vtcumque permittant; ex conſtitutione tamen aliquorum Rabbinorum, qui verbaliter hanc conſuetudinẽ plurium vxorum exemplo Chriſtianorum damnarant, quam plurimi Hebræorum abſtinent ab hac vxorum multiplicitate, exiſtimantes in ea, præter rixas, inuidias, & æmulationes, quæ inter has vxores domi nutriuntur, quandam ſpeciem meretricij potiùs, quàm verum & caſtum matrimonium reperiri. Quia & in Talmude multiplicitas hæc vxorum non laudatur: nam in Cod. פרקי אבות *Pirkè Auòth* cap. 2. §. 7. *Hillèl* ait

uina Sapientia, quæ cùm ſit ipſemet Deus, indiſtincta eſt à Diuina eſſentia. Ab æterno autem dicitur ordinata, & concepta, quia vbi eſt ordo, ibi eſt aliqua diſtinctio, vt indicetur diſtinctio Filij à Patre, qui quidem Filius Sapientia eſt, & Verbum Patris; ſicut enim in nobis Verbum eſt conceptus mentis: ſic in Diuinis Verbum eſt conceptus Patris ſiuè Sapientia æternaliter genita à Patre. Lex autem non poteſt dici æterna, niſi tantùm in mente Diuina. Non igitur hic locus Prouerbiorum de Lege Moſaica, ſed de diſtinctione perſonarum in Deo, propriè & verè intelligitur. Dicendum itaque eſt, quòd ante Legis promulgationem licitum erat duabus ſororibus nubere, poſt Legem promulgatam illicitum ex Leuit. 18. 18. Polygamia autem permiſſa fuit; nam ſine prole decedente fratre, frater demortui fratris tenebatur lege יבום *Iabbùm Leuirationis* Deuter. 25. ver. 5. de qua multa ſubtiliter diſputant, & decernunt Rabbini in Cod. יבמות *Ieuamòth De fratrijs*, & *Rambàm Halachòth* יבום וחלצה *Iabbùm Vechalitzà*. *Baal Turrìm* tit. eodem in אבן העזר *Auèn haèzer*, & in בית יוסף *Bèth Ioſeph Kàro* in שלחן ערוך *Sciulchàn arùch* num. 156. & ſeqq. Si enim alteri fratri plures ſint vxores, omnes vocant צרות *Tzarròth æmulas*, quia de amore viri inter ſe pugnant, & inuidia quadam prouocatæ, alteram altera laceſſere non deſiſtit. Quòd ſi inter eas filia fratris fuerit (nam licitum eſſe dicunt Rabbini fratris filiam accipere in vxorẽ) iſtã vocant צרת בת

aliquando est habitus, ad cuius mentem quæstiones terminabantur. Vnde pro certo habendum est, eum plura discipulis suis ex cathedra dictasse, quæ postea temporum iniuria aut deperdita, aut in Pandectis Iudaicis à Rabbènu Hakkadòsc relata fuerunt. Certè in *Miscnà* crebrò de illius effatis fit mentio. Et in פרקי אבות *Pirkè Auòth* cap. 3. §. 10. præclarum Apophtegma de eohoc modo legitur -

רבי דוסא בן הרכינס אומר שנה של שחרית ויין של צהרים ושיחת הילדים ושיבת כנסיות של עמי הארץ מוציאין את האדם מן העולם ׃

R. Dosà Ben Harchinàs dicit: Somnus matutinus, vinum meridianum, colloquium puerorum, & sessio congregationum rusticorum, exire faciunt hominem de mundo.

Cæterùm de R. Dosà dubitari potest, an fuerit discipulus *Sciammài*, quia in Cod. *Ieuamòth* citato, testatur sedisse Aggæum Prophetā super quodam mortario, & ibi tria dicta, seù sententias protulisse, quas suprà retulimus: ex quo deduci posse videtur, R. Dosam eundem Prophetam vidisse, & illius discipulum fuisse. Quòd si ita est, multò antiquiorem ipso Sciammài eum fuisse dicendum erit. Ex Cod. autem גיטין *Ghittìn* cap. 8. הזורק גט pagina 81. circa medium, cùm habeatur, quòd -

אמר ר׳ יוחנן משום רבי יהודה בר אילעי בא וראה שלא כדורות הראשונים דורות האחרונים דורות הראשונים בית שמאי דורות האחרונים רבי דוסא דתניא שבויה אוכלת בתרומה דברי רבי דוסא וכי מה עשה לה ערבי זה וכי מפני שמיעך לה בין

דדיה Oo

דן

מרבה נשים מרבה כשפים *Multiplicans vxores, multiplicat veneficia;* adeò Hebræorum mulieres pronæ ad maleficia existimantur ab eis, vt probatiores ex ipsis, Magistræ habeantur veneficiorum, testis est Talmud Ierosolymitanus Cod. קדושין *Kiddusciin*, cap. 4. עשרה יוחסין pag. 66. colum. 2. circa med. ex sententia R. Simeonis Ben Iochài הכשירה שבנשים בעלת כשפים׃ *Probatior inter mulieres Magistra est veneficiorum.* Numerum etiam binarium vxorum ita abhorrent, vt hortentur ne in eo consistant, sed numerum adaugeant vnitate, si vnica vxore contenti non sint. Sic enim legitur in Cod. פסחים *Pesachim* cap. 10. pag. 113. lin. 4. post principium -

לא תנסיב תרתי אי נסבת תרתי נסיב תלת ׃

Ne ducas vxores duas, aut si duxeris duas, ducito etiam tertiam. Quasi diceret, vnica vxore contentus sis, nam si duas duxeris, inter contentiones & iurgia vitam duces, & aliquando futurum erit, vt contra vitam tuam aliquid molituræ sint: quòd si duas ducere volueris, ducas & tertiam, quia tertia non ita de facili in conspirationem adiungetur, sed potiùs illarum mala consilia tibi patefaciet, & reuelabit. Cabalistæ quoque, qui transmigrationem animarum admittunt, eum, qui duas sorores accipere præsumpserit, volunt in transmigratione conuerti in meretricem gentilem.

Itaque R. Dosà, qui paulò post aduentum Domini floruit, doctissimus censetur, & Princeps eorum, qui doctrinam R. Sciammài sectabantur,

דריש פכלה מן הכחנים ;

Dixerit R. Iochanàn nòmine R. Iudæ Bar Elài: Veni & vide, quòd non sicut erant generationes priorum, sunt generationes posteriorum. Generationes priorum Schola est Sciammài; generationes posteriorum est R. Dosà, cuius traditio est; Captiuam comedere posse de Therumà (oblatione propria Sacerdotum, & suæ familiæ) *Verba sunt R. Dosæ. Et quidnam ei fecerat iste Arabs? Propterea quòd compresserat ei mammas, inepta est ad Sacerdotalia?* ad comedendum oblationes Sacerdotales? Ex hoc loco videtur R. Dosam fuisse post Sciammài, sed doctrinæ illius, sectatorem non fuisse, quia captiuam Sacerdotis vxorem vel aliam sibi coniunctam, ineptam non reddit ad comedendum *Therumà*, vt facit Schola Sciammài. Quamuis enim aliquando in Schola Sciammài Iura didicisset, postea tamen decisiones illius parui fecisse, ex exemplo allato manifestum est. Et quòd discipulus Sciammài aliquando fuerit, probabile est, ex eo, quòd etiam frater suus R. Ionathan (ipso testimonium perhibente) discipulus Sciammài extiterit, vt suprà dictum est. Duo enim fratres germani, vt plurimùm, eandem Scholam sequi solent. Ad auctoritatem ex Cod. *Ieuamòth* adductam, quòd R. Dosà ex eo quòd dixerit, sedisse Aggæum Prophetam super mortarium, & tria dicta pronuntiasse &c. responderi potest: non deduci ex verbis istis Rabbi Dosam vidisse Aggæum Prophetam; sed in mortario illo, vel tali loco assignato quondam sedisse Aggæum, & Legem docuisse, tantùm colligitur; & ex doctrina illa Aggæi per traditionem vsque ad R. Dosam propagata, didicisse eundem R. Dosam traditiones Mosaicas de Matrimonio צרת הבת *Tzaràt habbàth cum æmula filia* non ineundo. Fuit itaq; R. Dosa discipulus Aggæi Prophetæ respectu doctrinæ, non respectu personæ ipsius Aggæi.

Concluditur itaque, R. Dosam posteriorem Sciammài extitisse, & Ierosolymis diem suum clausisse circa annum mundi 3840. Christi Domini anno circiter 80. sepultumque propè Sapheth Galilææ superioris Vrbem, vbi adhuc hodie illius sepulchrum visitur in spelunca sub colle non longè ab eadem Vrbe, quo deuotionis gratia, medio inter Pascha & Pentecosten tempore, Iudæi habitatores Terræ sanctæ peregrinantur. Vide אגרת מספרת יחסותא רצדיקי׳ וכו׳ in I. Parte huius Bibliothecæ num. 436. pag. 58. col. 2. Interfuit disputationi de Phasi Lunæ initæ inter Rabban Gamalielem, Ben Riscbàgh, & R. Iosuè Ben Chananiàh, vt dicit Auctor יוחסין *Iuchassìn* p. 55.

De iurgio inter Rabban Gamaliel & R. Iosuè vide librum Cabalæ R. Abrahami Ben Daùd in רבן גמליאל בן רשב״ג pag. 28. col. 1. editionis Venetæ anno ש״ל 305. min. supp. in 4.

קנב׳ **דוסתאי** איש כפר יתמה ויש גורסים איש כפר דמאי והוא מתלמידי שמאי והוא בזמנו כדאיתא בפרק שני דערלה ;

452 R. DOSTA'I איש ISCH VIR CHEPHA'R יתמה ITHMA';

רבי בזמן ההוא ר׳ דוסתאי הוא ההוא ובפרק חמשי דעירובין יש לו הלכה ׃ ובפרקא קמא דקדושין אומר שאומרים ר׳ דוסתאי ברבי ינאי ורבי אושעיא מיפרת וכו׳ ׃ ובסוף פרקא קמא דגיטין הלכו לסוריא הוא ורבי ורבי אמי בן כפר אבא רבי אמי בר יוסף ובתלמודו בפרסם ויסב יעקב בי סכנין הלא לבותיהם למוצרת לרבי דוסתאי בר ינאי לעולם תורה ׃ ולא תחשוב כי הוא רבי דוסתאי זה תלמיד רבי מאיר כי גם מזכר ע״ר שנים ביביקס ׃ ובברייתא דרבי דוסתאי ברבי יהודה משום רבי שמעון וכן אבא יוסי בן דוסתאי בפרק ארבע מיתות בסנהדרין בפרק אין דורשין אמר ר׳ משום אבא יוסי בן דוסתאי ואולי הוא בנו ׃ עד כאן לשון בעל ספר יוחסין דף כ״ה ׃

453 DOSTA'I BERABBI IANNA'I discipulus R. Meir; qui secundùm Rabbinorũ Chronologiam viuebat circa annum mundi 3881. Chr. 121. tertia ætate post excidium Templi, vt in libro Cabalæ *Harraüàd* ex Cod גטין *Ghittin* cap. 1. 14. b. lin. 1. Et ex verbis R. אחי *Achài* Ben R. יאשיה *Iosiæ* apparet, quod R. Dostài fuerit socius R. Iosè Bar Chephàr: nam -

אמר להו לרבי דוסתאי ברבי ינאי ולר׳ יוסי בר כיפר ׃

Dixerat (R. Achài) *ipsis R. Dostài BeRabbi Iannài, & R. Iosè Bar Chephàr*. Ille autem R. Iosè fuit contemporaneus R. Chananiæ nepotis R. Iosuè, quemadmodum legitur in fine Cod. ברכות *Berachòth* cap. 7. pa. 63. longè post med.

כשירד חנינא בן אחי ר׳ יהושע לגולה היה מעבר שנים וקבע חדשים בחוצה לארץ שגרו אחריו שני ת״ח רבי יוסי בן כיפר ובן בנו של זכריה בן קבוטל וכו׳ ׃

Cùm descendisset Chaninà filius fratris

MA', seù vt alij legunt DIME', fuit discipulus Sciammài, vt legitur in Cod. ערלה *Orlà* cap. 2. §. 5. in *Misnà*, de quo testificatur Magistrum suum Sciammài non contraire sententiæ *Hillelis* in negotio immunditiei circa fermentum delapsum in תרומה *Therumà oblationem*, nisi tantum fuerit, vt oui quantitatem superet. Aliud de hoc Rabbino præclarum literarium monumentum non habemus.

De quodam R. Dostài legitur in *Berescith Rabbà Parascià* 61. pag. 67. col. 4. longè post medium, hæc sententia, sed an illam dixerit hic noster Dostài, incertum est. Dicitur enim -

ר׳ דושתאי בשם ר׳ שמואל בר נחמי׳ אם היו לך בנים בנערותך קח לך אשה בזקנותך והעמיד בנים ׃ וממי אתה למד מאברהם שהיה לו בנים בנערותו ולקח אשה בזקנותו והעמיד בנים הה״ד (בראשית כ״ה ׃ א׳ ׃) ויוסף אברהם ונומ׳ ׃

R. Dostài nomine R. Samuelis Bar Nachmàn (dicit:) *Si fuerint tibi filij in iuuentute tua, accipe vxorem* (iterum) *in senectute tua, & gigne filios. Disces enim hoc ab Abrahamo, qui licèt liberos haberet cùm adhuc iuuenis esset, nihilominus in senectute sua vxorem duxit, & genuit filios. Hoc est illud quod dictum est* (Gen. 25. 1.) Et addidit Abraham, & accepit vxorem, & nomen eius קטורה Keturàh.

ענג׳ **דוסתאי ברבי ינאי** הוא תלמיד ר׳ מאיר שכן אומר באבות משום ר׳ מאיר ובסוף פרקא קמא דגיטין הוא ועם ... ר׳ יוסי בן כיפר ור׳ יוסי זה היה בזמן ר׳ חנניה בן אחי ר׳ יהושע כדאיתא בסוף ברכות וכן הוא בפרק חמשי דעירובין ובסוף פרק המפלת דרש מפני מה הלוים עומד על הפסח וכו׳ ואם כן אינו זה ר׳ ינאי רבו של רבי יוחנן אמר

Iuſtitiam adminiſtrabat poſt deſtructum Templum; & in *Ghemarà* de eo hæ ſententiæ leguntur in Cod. נדה *Niddà* cap. 3. & in fine capituli pagina 31. b.

אמר רבי דוסתאי ברבי ינאי מפני מה איש מחזר על אשה ואין אשה מחזרת על איש משל לאדם שאבד לו אבידה מי מחזר על מי בעל אבידה מחזר על אבידתו ׃ ומפני מה איש פניו למטה ואשה פניה למעלה כלפי האיש זה ממקום שנברא וזו ממקום שנבראת ׃ ומפני מה האיש מקבל פיוס ואין אשה מקבלת פיוס זה ממקום שנברא וזו ממקום שנבראת ׃ מפני מה אשה קולה ערב ואין איש קולו ערב זה ממקום שנברא וזו ממקום שנבראת שנאמ׳ (שיר ב׳ ׃ יד״ ׃) כי קולך ערב ומראך נאוה ׃

Dixit R. Doſtài BeRabbì Iannài: Cur Vir redit ad vxorem, & vxor non redit ad Virum? Exemplum dedit de homine (qui amiſit rem charam; quis redit? (ad quem pertinet?) *ad eum, qui amiſit. Cur vir facie deorſum verſus, & mulier ſurſum verſus?* Explicat R. Salomon פניו למטה בשעת התשמיש *Vnuſquiſque de loco Vnde formati ſunt. Et cur Vir recipit conſolationem* (id eſt facilis eſt placari, & lenitur in tribulationibus) *non autem mulier? Vterque de loco vnde creatus eſt. Cur autem mulieris vox dulcis & ſuauis eſt, & Viri Vox talis non eſt? Prouenit hoc ex locis, Vnde ambo formati ſunt.* [*Os ſi quatiatur edit ſonum, ſed nunquam terra ſi percutiatur, ſonum edit.* R. Salom.] *Ob id de muliere dicitur* (Cantic. Cantic. 2. 14.) Vox tua dulcis, & facies tua decora.

Tandem de R. Doſtài habentur hæc, quæ ſequuntur, verba in *Pirkè*

Auòth

tris R. Ioſue in captiuitatem emboliſmo corrigebat annos, & menſes firmabat extra terram (Iſraëlis) *ierunt ad ipſum duo ſapientes R. Ioſè Ben Chéphàr, & filius filij Zachariæ Ben Keuutàl &c.* Et in Cod. ערובין *Iruuìn* cap. 5. habetur הלכה *Halachà* ex illius nomine; vnde connumerandus eſt inter *Tanaitas*. Non itaque potuit eſſe Rabbi Iannài pater eius, ille ſcilicet Iannài, qui Magiſter fuit R. Ioachanàn poſt Rabbi ſeù poſt *Rabbènu Hakkadòſc*; nam ilte inter *Amorraitas* eſt recenſendus. Amorraitæ autem poſteriores ſunt Tanaitis, vt omnes ſciunt. Multò minus potuit eſſe hic noſter *R. Doſtài Ben R. Iannài* ille, de quo fit mentio in Comment. ילמדנו *Ielamedènu* Rabbi Tanchumà, *Paraſcià* וישב יעקב pag. 17. col. 1. circa finem editionis Veronen. in fol. quòd fuerit miſſus in Samariam ad inſtruendum Cuthæos in Moſaica Lege tempore Sennacherib, cùm inter hunc & illum, interuallum pluſquam 660. annorum interponatur. Sennacherib viuebat tempore Iſaiæ anno 3213. & R. Doſtài tempore R. Meir, cuius diſcipulus fuerat, circa an. 3881. inter vtrumque computantur anni 668. Vnde vel fabuloſa habenda eſt relatio R. Tanchumæ; vel dicendum, hunc *R. Doſtài* alium eſſe ab illo, cùm tot annorum ſpatium inter vtrumque interceſſerit. Vtrumque autem fuiſſe doctiſſimum Virum, ex eo colligitur, quòd primus ex illis ad Gentiles in Lege Moſaica inſtruendos à Rectoribus Synagogæ miſſus fuerit: ſecundus autem, quia Ius &

Auòth cap. 3. num. 8.

ר׳ דוסתאי בר ינאי משום רבי מאיר אומר תלמיד חכם שיושב ושונה ושוכח דבר אחד ממשנתו מעלה עליו הכתוב כאלו מתחיב בנפשו שנאמר (דברים ד׳ ، ט׳ ፡) רק השמר לך ושמור נפשך מאד פן תשכח את הדברים אשר ראו עיניך יכול אפלו תקפה עליו משנתו תלמוד לומר ופן יסורו מלבבך כל ימי חיך הא אינו מתחיב בנפשו עד שישב ויסירם מלבו :

R. Doſtài Bar Iannài nomine R. Meir dicit: Diſcipulus ſapiens, qui ſedet & ſtudet, & alicuius rei obliuiſcitur de ſtudio ſuo, reputat illum Scriptura, ac ſi reus fuiſſet animæ ſuæ. S. D. (Deuter. 4. 9.) Sed caue tibi, & cuſtodi animam tuam valdè. Ne fortè obliuiſcaris verborum, quæ viderunt oculi tui. *Hoc eueniſſe ex maxima ſtudij vehementia. Scriptura ſubiungit:* Et ne fortè recedant à corde tuo omnibus diebus vitæ tuæ. *Ergo reus non exiſtimatur, donec ipſe ſciens & volens ea recedere faciat à corde ſuo.* Præter citata loca: de R. Doſtài Bar Iannài fit mentio etiam in Codicibus Talmudicis קדושין *Kidduſcìn* cap. 2. סנהדרין *Sanhedrìn* cap. 7. & in חגיגה *Chaghighà* cap. 2.

תכל׳ דורות עולם או ספר דורות עולם והוא כמו ספר עולם רבא הנזכר בספר יוחסין דף כ״ט ודף ס״א עמוד ב׳ ברבי יוסי הכהן חסיד : ולא נזכר המחברו :

454 DORO'TH OLAM, ſeù SE'PHER DORO'TH OLA'M LIBER GENERATIONVM SECVLI. Titulus eſt Libri ignoti Auctoris; eius meminit Auctor *Iuchaſìn* pag 29. & 61. b. Videtur eſſe liber Chronologicus ad inſtar ס׳ עולם *Sèpher Olàm*.

תכל׳ דיהון בר שלמון הוא האיש ירושלמי שאירע מעשה אשר כתוב בספר דברי הימים של משה : גם הוא כתוב גם בדף פ״ד ע״ב :

455 DIHO'N BAR SCIALMO'N eſt nomen illius Viri, cuius Narratio ſub nomine מעשה של ירושלמי *Maaſsè ſcel Ieruſcialemì Hiſtoria illius Ieroſolymitani* inter reliquos libellos impreſſa eſt in ספר דברי חימים של משה *Sèpher Diurè ha-iamìm ſcel Moſcè Libro Chronicorum Moſis*, Venetijs an. ש״ד 304. minor. ſupputat. Chriſti 1544. Vide in I. Par. huius Biblioth. num. 96. pag. 41.

תכל׳ דיתיקא חדתא הנודין כתבא דארבעא אונגליסטא קדישא מתי מרקוס לוקוס יוחנן : ודעובדיהון דשליחא טובנא הנו דמתקרא כתבא דפרכסוס דשליחא דכתב לוקוס אונגליסטא וארבע עשר אגרן דפולוס שליחא ותלת אגרן דתלת שליחא דאשתחלף מרן לעיניהון הנודין דיעקוב ודפטרוס ודיוחנן :

456 DIATEKA' CHADATHA' TESTAMENTVM NOVVM, hoc eſt, Scriptum quatuor Euangeliſtarum Sanctorum, Matthæi, Marci, Lucæ, Ioannis. Et Hiſtoria Apoſtolorum Beatorum, quæ vocatur Scriptum *Actorum Apoſtolorum*, quam collegit Lucas Euangeliſta: præterea quatuordecim Epiſtolę Pauli Apoſtoli: & tres Epiſtolæ trium Apoſtolorum, ante quorum oculos Dominus noſter ſe transfigurauit, id eſt, Iacobi, Petri, & Ioannis. Eſt autem inter-

nes. Et iterum: *Suscitabit enim Dominus ex Iuda Regem, Deum, & Hominem. Ita saluabit omnes gentes, & genus Israël*. Item de Christi Sacerdotio, in Testamento Leui. Quòd & Regnum subiectum sit Sacerdotio, in Iuda; vbi etiam de Christi mansuetudine & iustitia, & quòd effundet Spiritum gratiæ super homines. Habet etiam multa documenta ad mores componendos aptissima: vt, quòd mulierum aspectus sit fugiendus, vt Castitas conseruetur, in Ruben. Contra Inuidiam, in Simeone. Contra Superbiam, in Leui. Contra Auaritiam, in Iuda. Contra Gulæ vitium, in Isachar. De commiseratione & misericordia, in Zabulon. Contra Iram & mendacium, in Dan. De bonitate, in Nephtali. Contra Odium, in Gad. De malitia, & virtute, in Asser. De Castitate; & fraterna dilectione, in Ioseph. Et de mente munda, in Beniamin. Vnde apparet, quòd nullus est Liber, quamuis inutilis videatur, quin ex eo aliquod emolumentum percipi possit.

תנ"ח **דניאל כהן** עשה פירוש על ספר שארית יוסף ר' יוסף בן ישוע על המזלות והכוכבים ומשפט הכוכבים נדפס בשלוניקי : ויש ספר אחר מבוא ספר שארית יוסף לר' יוסף ן' חיננא :

458 R. DANIEL COHE'N. Composuit Expositionem super Librum שארית יוסף *Sceerith Iosèph Reliquiæ Ioseph*, quo agitur de *Calendario, Astronomia, Astrologia, Iudicijs Astrorum, & Natiuitatibus*. Eius meminit Buxtorf. in Appendice ad Bibliothe-

terpretatio Syriaca, Hebræis typis descripta, plerisque etiam locis emendata, vel potiùs deprauata, & Latinè reddita ab Immanuele Tremelio Auctore damnatæ memoriæ, cuius etiam Grammatica Chaldaica & Syra calci Operi adiecta est. Excudebat Henricus Stephanus anno 1569. in folio.

תנ"ז **דיתיקי שני עשר שבטים** ה"ל י"ב בני ישראל שהם ראובן שמעון לוי ויהודה : יששכר זבולן יוסף ובנימין : דן ונפתלי גד ואשר : והוא ספר שכו בעם דברים קלין וכוזבין ואין בו שלא מעט תועלת :

457 DIIATIKE' SCENE' ASSA'R SCEVATTI'M TESTAMENTA DVODECIM TRIBVVM, id est XII. Patriarcharum, filiorum Israël, nempè Ruben, Simonis, Leui, & Iudæ, Isacharis, Zabulonis, Dan & Nephtali, Gad & Asser, Iosephi, & Beniamin, inueniuntur in V. Tomo Bibliothecæ Patrum pag. 611. editionis tertiæ *de la Bigne*, Interprete Roberto Lincoliensi; vbi notatur, hunc esse Librum Apocryphum, & pseudographum, fabulosum, & indignum planè, qui legatur: multa continere partim erronea partim vana, & mendosa, nullo Auctore, aut fundamento subnixa, quæ facilè Lector & discernet & repudiabit. Attamen multa alia in eo continentur, quę Christianæ Religioni admodum fauent, vt in Testamento Simeonis, quòd *Deus magnus Israël apparebit in terra, vt homo, & saluabit in ipso Adam &c.* Et: *Quoniam Deus corpus assumens, & comedens cum hominibus saluabit homi-*

lem nouem milliaribus plùs minùs diſtante. Hic cùm adhuc puer eſſet, annum agens decimum aut vndecimum, ductus eſt captiuus in Babylonem anno tertio Regni יהויקים *Iehoiakim* Regis Iuda (Dan. c. 1. v. 1.) Vt autem clariùs nonnulla, quæ de Daniele dici poſſunt, intelligantur, de eo hæc, quæ ſequuntur, quærenda ſunt.

I. Vnde habetur, quòd Daniel fuerit Propheta, ſiquidẽ inter Prophetas Hebræi quandoq; illum non numerant?

Reſpondeo, id haberi ex eius libro: nam licèt ex parte hiſtoricus ſit, quia complectitur Hiſtoriã Chaldæorum, Medorum, & Perſarum ab anno tertio Ioakim vſque ad tertium Cyri; Propheticus tamen eſt, quia de ſucceſſione quatuor Monarchiarum mundi, videlicet Babyloniorum, Perſarum, Græcorum; & Romanorum vaticinatur. Itemque de Chriſti Regno, eiuſque aduentu per ſeptuaginta hebdomadarum deſignationem, prophetice agit. De excidio quoque Vrbis Ieroſolymorum, Iudæorum deſolatione, mortuorum reſurrectione, & Iudicio vniuerſali multa præclarè prædicit, quæ omnia ad Prophetiæ donum ſpectant ſine dubio. His accedat teſtimonium Chriſti Domini, qui apud Matth. 24. 15. nomine Prophetæ Danielem condecorat: *Cùm ergo videritis &c. quæ dicta eſt à Daniele Propheta*. Vnde perperam Talmudiſtæ hanc Prophetiæ prærogatiuam à Daniele eripere tentant in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 94. lin. 2. vbi de Daniele dicunt ואיהו לאו נביא *quòd non ſit*

thecam Rabbinicam pag. 467. Excuſus eſt Theſſalonicæ, vt ibi dicitur.

Compoſuit etiam *Tabulam expanſam* vnico folio, qua oſtenditur *Ordo Cycli Lunaris perpetuus, & ingreſſus Solis in quatuor puncta Cardinalia ſecundùm mentem & hypotheſim Ràu Samuelis*. Illam vidi excuſam Venetijs apud Petrum & Laurentium Bragadinum anno mundi 5380. Chriſti 1620.

תנט' דניאל איש חמודות ונביא

יהוה נולד בעיר בית ברה אשר בגורל אפרים שנת ג' אלפים שח"י ליצירה והיה מבני ישראל מזרע המלוכה ומבית דוד והוא היה אחד מארבעה ילדים אשר הגלו מארץ יהודה ומירושלם בבלה בימי נבוכד נאצר מלך בבל בשנת שלוש למלכות יהויקים מלך יהודה שהוא שנת ג' אלפים שי"ט ליצירה ויהי בהם מבני יהודה ארבעה ילדים אשר אין בהם כל מאום וטובי מראה לא היו שחורין ולא לבנים והם משכילים בכל חכמה ויודעי דעת ומביני מדע ואשר כח בהם שהם יכולים לסבול צורכי נקביהן והשמוש והשיבה וללמדם המכתב והלשון כשדים: גם היו דניאל חנניה מישאל ועזריה ודניאל ראש מכולם: וגם דניאל וחביריו על לבבם שלא לטנף עצמם במאכל ובמשתה שלהם: ונתן להם האלהים מדע והשכל בכל ספר וחכמה ודניאל היה מבין לפרש כל חזון וחלומות כי הוא לבדו היה נביא ולא השלשה מחביריו: וכתב דניאל ספרו ועמד בהיכל המלך בבל עד שנת אחת לכורש המלך ובשלשה שנה למלכותו נפטר דניאל אל האלהים בבבל וקברוהו שם: ויהיו כל ימי דניאל חמש ושמנים שנה וימת בשנת ג' אלפים שנ"ג לבריאת עולם:

459 DANIEL VIR DESIDERIORVM, ET PROPHETA DOMINI DE TRIBV IVDA, patria בית ברה *Beth-Barà*, ex Dorotheo & Epiphanio, quam expugnauit Gedeon Iudic. 7. 24. in ſorte Ephraim non longè ab Emaus, & ab Ieruſa-

ducere Chaldæi, & ad cultum Idolorum perducere. Fas enim non erat respondere lingua Hebraica, quæ non intelligebatur à Chaldæis, vnde eos Propheta Ieremias Chaldaicè instruit; quæ instructio vnico versu contenta, non tollit, vt tota Prophetia non sit scripta Hebraicè, parum enim pro nihilo reputatur. Principalis quidem Ieremiæ intentio fuit scribere Prophetiam suam Hebraicè, quod non ita videtur in Prophetia Danielis, cuius maior pars Chaldaicè scripta est, ac proinde tamquam profana lingua editã, noluit Auctor Canonis illam inter Prophetias lingua sancta Hebraica conscriptas recensere. Sed hæc ratio non videtur sufficiens ad excludendũ hanc Prophetiam ab alijs; quia quotiescumque Spiritus Sanctus aliquo Idiomate per Sanctos suos Prophetas loquitur, eo ipso Idioma ipsum sanctificatur. Hinc non minùs sancta existimanda est lingua Chaldaica, quàm Hebraica, cùm eodem Spiritu Sancto dictante, Verbum Dei per ipsam enuntiatum est. Inde etiam sequitur linguam Græcam, & Latinam eadem sanctitatis prærogatiua gaudere, quia in his linguis Spiritus quoque Sanctus locutus est. Lingua quidem Græca assistente eodem Spiritu, Septuaginta duo Seniores ex Hebræo in Græcum adornarunt suam Translationem. Lucas, & Ioannes suum Euangelium Græcè scripserunt. Paulus, & cæteri Apostoli Epistolarum Scriptores, eadem Græca lingua maiori ex parte scripsisse tradiderunt Maiores nostri, sicut etiam D. Ioannes

sit Propheta. Neque præiudicium vllum ei affert, quòd non connumeretur inter Prophetas, sed inter Hagiographos. Non enim Libri Hagiographi à Prophetis secernuntur ex eo, quòd non sint Prophetales, sed ex alijs prorsùs diuersis causis. id factum est ab Auctore Canonis Sacrorũ Librorum Veteris Testamenti, & inter alias nonnulli hanc vnam recensent; vt Libri, qui alia lingua ab Hebraica scripti ex parte erant, ab alijs, qui purè Hebraici essent, sepositi existerent. Hinc quia Liber Danielis magna ex parte scriptus est Chaldaicè, ideò inter Prophetas Hebraicè prophetantes non annumeratur.

Sed dices, Nonnè etiam in Prophetia Ieremiæ aliquid lingua Chaldaica scriptum reperitur? Vide versum vndecimum capitis 10. & inuenies illum Chaldaicè. Ergo non debet excludi Liber Danielis, & seponi extra numerum Prophetarum, ex eo quia ex parte scriptus est Chaldaicè.

Resp. Hebræi, quòd in Prophetia Ieremię vnicus tantùm versus Chaldaicè scriptus est, & est versus 11. capitis 10. quo legitur.

יא חרנה תאמרון להום אלהיא די שמיא וארקא לא עבדו יאבדו מארעא ומן תחות שמיא אלה׃

Sic dicetis eis: Dij, qui Cælos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub Cælo sunt. Voluit enim Propheta Ieremias docere populum inter Chaldæos in captiuitate constitutum, quid respondere deberet, & quo Idiomate loqui debuissent Iudæi, si aliquando eos voluissent se-

cim Prophetæ minores, & etiam ipſe Ezechiel, quia ex ſententia Talmudiſtarum nullus ex his ſuam Prophetiam ſcripſit. Vide Cod. בבא בתרה *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 15. lin. 3. & ibi inuenies, quòd -

אנשי כנסת הגדולה כתבו יחזקאל ושנים עשר דניאל ומגילת אסתר ;

Viri Synagogæ magnæ ſcripſerint Ezechielem, duodecim Prophetas minores; Danielem, & Volumen Eſther. Vide etiam in *En Iſraël* Par. II. pag. 76. col. 2. num. 24. tam in textu, quàm in Gloſſa.

Alij denique Danielem à numero Prophetarum arcendum ideò eſſe cenſent, quia putant, eum omnes Prophetarum prerogatiuas non habuiſſe. Volunt enim cum R. Moſe Ægyptio in מורה *Morè* Par. II. cap. 45. varios atque multiplices eſſe gradus Prophetiæ, quos omnes Danielem non habuiſſe docent, ac proinde circa finem gradus ſecundi ait Ægyptius -

ולזה הסכימה האומה לסדר ספר דניאל מכלל הכתובים לא מן הנביאים :

Hinc Vnanimi conſenſu noſtra natio retulit librum Danielis inter Hagiographa, non verò inter Prophetas. Inter alias prærogatiuas Prophetiæ debitas has quoque recenſent, quòd Prophetæ cùm prophetant per ſomnium habita Prophetia, non illam ampliùs vocant ſomniũ, vt fecit Iacob poſtquã expergefactus eſt à ſomnio Prophetiæ, non dixit quòd fuerit ſomnium, ſed abſolutè, ait (Geneſ. c. 28. v. 16.) -

אכן יש יהוה במקום הזה ;

nes Apocalypſim ſuam. Lingua verò Latina Euangelium Marci primò ſcriptum fuiſſe, ille, qui eiuſdem Marci Euangelium Hieronymi nomine interpretatur, memoriæ prodidit in ſuis Commentarijs. Vnde & hiſce tribus linguis Hebraica videlicet, Græca, & Latina Crucis titulum inſcribi voluit, vt & illarum ſanctitas mundo innoteſceret, & mundus vniuerſus ſuum Saluatorem & Regem agnoſceret. Sub lingua Hebræa, Chaldæa quoque, Syra, Arabica, & alijs, ſi quæ ſint Orientales loquelæ, tamquam Hebraicæ linguæ dialectus comprehenduntur. Ratio itaq; à lingua Chaldaica veluti extranea petita, non concludit, Prophetiam Danielis à cęterarũ Prophetiarum Choro debere excludi.

Alij dicunt, Danielem ideò è Prophetis cæteris eliminari, quia Politicus fuerat, & in Aula Regis vixerat. Sed hæc ratio nullius momenti eſt, quia nihil prohibet, vt Regis terreni & Cæleſtis gratiam ſimul quis aucupari poſſit; & eodem tempore per Aulam terrenam deambulet, & à Spiritu Sancto edoctus, vaticinetur, vt probabile eſt feciſſe Iſaiam ex Regio ſanguine prognatum; & Regem Dauidem, qui Diademate redimitus, Propheticè multa prædixit, vt meritò Regius Propheta per antonomaſiam vocari dignus fuerit.

Alij extra Chorum Prophetarum Danielem extrudunt, eò quòd ipſe non ſcripſerit ſuam Prophetiam. Si hæc ratio aliquid valeret, extrudendi eſſent quamplurimi alij Prophetæ ex Choro Prophetarum, nempè duode-

ram, ſed potiùs illam corroborant & perficiunt. Quod enim ſecundo loco dicunt, maximè falluntur, credentes quod aliud ſit Deus, & aliud Spiritus Dei. Sed de hac re fuſiùs, quando de Prophetia Hebræorum agemus Deo propitio.

Quæritur ſecundò: Quemadmodum fuerat Daniel de Tribu Iuda; an etiam fuerit ex Regio ſemine?

Reſp. Affirmatiuè, quamuis enim Daniel Regis filius non eſſet, erat tamen ex Regijs Optimatibus, ex Regio Dauidis ſemine; ſatis ſuperque hoc innuitur à Scriptura dum dicitur Dan. 1. 3. *Et ait Rex τῷ Aſcpenàz Præpoſito Eunochorum, vt introduceret de filijs Iſraël, & de ſemine Regio & tyrannorum.* Hæc cumulatè accipienda ſunt, vt oſtendit particula copulatiua (&). R. Saadià Gaòn hunc verſum hoc modo explicat.

להביא מבני ישראל ולא מבני לוי : ומזרע המלוכה מבית דוד ולא ממלכי ישראל :

Vt introduceret de filijs Iſraël, & non de filijs Leui: & de ſemine Regio de domo Dauid, & non de Regibus Iſraël. Patet igitur ex Scriptura, & interpretatione Rabbinorum, Danielem fuiſſe de filijs Iſraël, & non de filijs Leui; de progenie Dauidis, & non de progenie Regum Iſraël. Hinc abſque vllo prorsùs fundamento dicit Dionyſius Carthuſianus; Danielem fuiſſe ex paterno genere de Tribu Leui, & ex materno de Tribu Iuda.

Sed dices, Si Daniel & reliqui pueri ex Regio ſemine prognati eſſe debuerant, cur igitur addit Scriptura, & ty-

Certè Dominus eſt in loco iſto. quod non ita contigit in Daniele: nam ipſe & ſomnium vidit, & ſomnium eſſe comperijt (Dan. 2. 19,)

אדין לדניאל בחזוה די ליליא רזא גלי :

Tunc Danieli in viſione noctis ſecretum reuelatum eſt. Et cap. 7. ver. 1.

דניאל חלם חזה וחזוי ראשה על משכבה באדין חלמא כתב וגו׳ :

Daniel ſomnium vidit, & viſiones capitis eius ſuper cubili eius, tunc ſomnium ſcripſit &c.

II. Quia ij, qui propriè Prophetæ non dicuntur, inſtruuntur à Dei Spiritu; Prophetæ verò propriè dicti, ab ipſomet Deo diriguntur & inſtruuntur.

III. Quia Prophetæ impropriè dicti abſque vlla ſenſuum alteratione viſionem viderunt & retulerunt. Prophetæ verò qui verè Prophetæ dicuntur, tempore, quo prophetarunt, ſenſibus ferè deſtituti fuerunt, & in phantaſia adeò turbati, vt nil de ijs, quæ prædixerant, cognouerint, vel intellexerint. Hæc vltima prærogatiua contradicit primæ; quia ſi phantaſia turbatur, & ſenſus alterantur Prophetæ, dum viſionem videt, quomodo Patriarcha Iacob poſtquam ſomnium vidit, cognouit expergefactus fuiſſe Prophetiam? Senſus quidem externi per ſomnum fuerunt ſopiti in Iacob, & in Daniele, ſed internæ animi facultates vigilantes fuerunt, & per donum Prophetiæ à Domino illuſtratæ: nam Dei gratuita dona, vti eſt Prophetia, non debilitant natu-

cient Eunuchos in domo Regis. At moderni Hebræi hanc opinionem respuunt. Quippè qui sequantur sententiam *Aben Ezra* in Comment. ad hunc locum ita de hac re differentis.

זה אשפנז היה סרים והוא היה פקיד על כל הסריסים המשרתים ונשיו וכתוב בדברי יחזקאל (בישעיה לט״ ז׳ : מלכים ב׳ : כ׳ : יח״ :) והיו סריסים בהיכל מלך בבל ; רב גדול כמו קרית מלך רב על כן אמר יפה כי הם דניאל וחביריו וראיתו שאמר מזרע המלוכה ולא דבר נכונה כי הכתוב הוא ויהי בהם מבני יהודה ואחרים מזרע המלוכה שהיו סריסים ולא תמצא בדניאל שהיה סריס רק כתוב עליו ועל חביריו ילדים אין בהם כל מום קשה מן הסרים וכו׳.

Iste Ascpenàz erat Eunuchus, & erat Præfectus omnium Eunuchorum ministrantium, & mulierum (Regis) *Et scriptum est in Verbis Ezechielis* (corrige, Isaiæ 39. 7. & 2. Reg. 20. 18.) Et erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis. רב *Ràu* id est *Magnus iuxta illud* (Psal. 48. 3.) Latera Aquilonis Ciuitas Regis Magni. *Idcircò optimè dixit, quòd isti sint Daniel & socij eius, & probatio eius est, quia dixit* de semine Regio, *& non videtur hoc conueniens dictum, quoniam scriptum est:* (Daniel. 1. 6.) *& fuit inter eos de filijs Iudæ Daniel, & alij de semine Regio, qui erant castrati, & non inuenies in Daniele, quòd ipse fuerit castratus; sed de eo & socijs suis tantùm scriptum est* (Ibid. v. 4.) Pueros, quibus non sit in eis omnis macula: *quæ Verba excludunt omnem castrationem &c.* Hæc castrationis macula adeò magna existimatur apud Hebræos, vt Eunuchi etiam ab Ecclesia arceantur

 tur

& tyrannorum?

Resp. Nomine tyrannorum non intelliguntur in hoc loco hi, qui non secundùm leges, & Iuris dispositionem dominantur; sed intelliguntur hi, qui fortitudine & potentia pollent. In textu pro *tyrannorum* est vox פרתמים *Parthemìm*, quam communiter Lexicographi reddunt *Euphratæos*, hoc est Duces habitantes iuxta flumen Euphratis. Potuit autem Daniel esse filius alicuius magni Principis, cuius Principatus iuxta Euphratis fluenta forsan extendebatur. *Rabbi Saadià* גאון *Gaòn* refert hanc vocem ad animi qualitatem, & eam in duas dictiones secando hoc modo exponit. פרתמים *Parthemìm* vt Principes isti פרי תמים *Perè Tamìm*.

פירי תמים כתפוח הזה שאין בו מום ויפה פרי תואר :

Fructus perfectos producerent (liberos probos procrearent) *veluti poma, in quibus nulla est macula; pulchros, atque forma decoros fructus*, hoc est *filios*, intelligit.

Quæritur III. An Daniel fuerit Eunuchus? Videtur ita fuisse, quia *Ascpenàz*, cui committitur cura Danielis, vocatur Magister Pręposítus & Rector Eunuchorum. Ergo discipuli & ij, qui sub cura illius erant, esse debebant Eunuchi, inter quos connumeratur Daniel. Hinc refert D. Hieronymus in hoc loco, Hebræos arbitrari Danielem, & eius socios fuisse Eunuchos, & in illis impletam fuisse Prophetiam Isaiæ ad Ezechiam (cap. 39. 7.) *Et de semine tuo tollent, & fa-*

nuchi? Rau dixit: Eunuchi propriè & verè; & R. Chaninà dixit: Quòd castrata fuerat Idololatria in diebus illorum (quia notum factum est nihil esse Idolum). *Benè quidem secundùm hunc qui dicit, quòd castrata fuit Idololatria in diebus illorum; quia scriptum est* (Dan. 3. 25.) Et corruptio non est in eis. *Sed secundùm illum, qui dicit Eunuchi propriè, quid sibi vult:* Et corruptio non est in eis? *Corruptio ignis intelligitur; & scriptum est* (Ibid. v. 27.) Et odor ignis non transierat in eos. *Non corruptio, & non odor.* [R. Salom. *Odor ignis*, id est עשן האש *fumus ignis*]. *Benè stat secundùm illum, qui dicit: Quòd castrata fuerat Idololatria in diebus illorum, quia hoc est quod scriptum est* (Isai. 56. 4.) Sic dixit Dominus Eunuchis, qui seruabunt Sabbatha mea &c. *Sed secundùm illum, qui dicit Eunuchi propriè, narrat versiculus Scripturæ in ignominiam Iustorum. Hoc & illud fuit in eis. Benè stat secundùm illum, qui dicit Eunuchi propriè, nam hoc est illud, quod scriptum est* (Isai. 56. 5.) In domo mea, & in muris meis locum, & nomen bonum præ filijs & filiabus. *Sed secundùm illum, qui dicit: quòd castrata fuerat Idololatria in diebus illorum, quid est illud:* Bonum præ filijs & filiabus? *Dixit Ràu Nachmàn Bar Isaac: Præ filijs, qui fuerunt eis olim, & mortui sunt &c.*

Patet ex hoc loco quid senserint Talmudistæ circa Danielem, & socios, an fuerint Eunuchi. Ex Scriptura autem nihil de hac re expressum habemus, nisi tantùm quòd hi pueri tur Deuter. 23.1, ideoq; dicitur, quòd nullam prorsùs maculam hi pueri habebant. Vnde Talmudistæ in Cod. סנהדרין *Sanhedrìn* cap. 11. חלק *Chèlek* pag. 93. b. circa med. ad hæc verba ילדים אשר אין בהם כל מום *Pueros, in quibus* hoc est *nulla in eis esset macula. Quærunt* -

מאי כל מום אמר רבי חמא בר חנניא אפילו כריברא רבוסילתא לא היה בהם ׃

Quid est nulla in eis (esset) macula? Dixit R. Chamà Bar Chananià: Ne quidem macula quanta est incisio scalpelli Chirurgici.

Ijdem verò Tàlmudistæ circa Danielem & socios eius, an fuerint Eunuchi, in ambiguo versantur. In eodem Cod. *Sanhedrìn* cap. & pag. citat. longè ante finem explicando locum illum Isaiæ 39. 7. *Et de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis*, hoc modo dicunt -

מאי סריסים רב אמר סריסים ממש ורבי חנינא אמר שנכתרסה ע״ו בימיהם בשלמא למ״ר שנסתרסה ע״ו בימיהם היינו רכתיב (רניאל ג׳ ׃ כ״ה) וחבל לא איתי בהון אלא למ״ד סריסים ממש מאי וחבל לא איתי בהון חבלא דנורא והכתיב (דניאל ג׳ ׃ כ״ז ׃) וריח נור לא עדת בהון לא חבלא ולא ריחא בשלמ׳ למאן ראמר שנסתרסה ע״ו בימיהם הייני רכתיב (ישעיה נ״ו ׃ ד׳ ׃) כה אמר יה׳ה לסריסים אשר ישמרו את שבתותי וגו׳ ׃ אלא למאן ראמר סריסים ממש מישתעי קרא בגנותה רצדיקי הא והא הוה בהו׳ בשלמא למאן ראמר סריסים ממש היינו רכתיב (ישעיה נ״ו ׃ ה׳) בביתי ובחומותי יד׳ ושם טוב מבנים ומבנות אלא למ״ר שנסתרסה ע״ו בימיהם מאי טוב מבנים ומבנות אמר רב נחמן בר יצחק מבנים שהיו׳ להם כבר ומתו וכו׳ ׃

Quid sibi vult סריסים *Sarisim Eu-*

pue-

gnoſcamus tempore Ædis ſecundæ aliquot ex omnibus Tribubus extitiſſe in Terra Iſraëlis, etiam ex opinione Talmudiſtarum: quæ opinio admodum fauet Chriſtianæ Religioni, quæ docet Prophetiam Amòs de Chriſto intelligi debere, in qua habetur etiam Iſraëlem participem fuiſſe venditionis Chriſti ſub nomine pauperis. Hinc mirum non eſt, ſi in libro Ariſteæ de LXXII. Interpretibus, ex ſingulis Tribubus legantur nomina iſtorum LXXII. Seniorum.

Locus autem Iſaiæ 39. 7. *Et de filijs tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt Eunuchi in Palatio Regis Babylonis*, non probat, Danielem, vel etiam tres alios pueros fuiſſe caſtratos, quia iſti, licet de Regio ſemine, & Regijs Optimatibus fuerint, non tamen fuerunt filij, aut nepotes Regis Ezechiæ, cui facta fuit huiuſmodi comminatio. Non infertur igitur ex hoc loco, quòd Daniel, & iſti tres pueri fuerint Eunuchi. Dicatur igitur, Danielem non fuiſſe caſtratum.

Quæritur IV. Quot annorum erat Daniel quando ductus eſt in Babylonem?

Reſpondeo; Cornelium à Lapide cenſere, Danielem tùm fuiſſe 20. circiter annorum. Verùm hæc excedens eſt ætas pueri, licèt enim נער *Nàar puer* aliquando in Sacris literis pro Iuuene ſolido accipiatur, vti 1. Samuel. 21. 5. ילד *Ièled* tamen, vti poſitum eſt in hoc loco cap. 1. 4. nunquam niſi de paruulo filio, ſiuè infante, vel recens nato accipitur; vnde meliùs cen-

pueri traditi fuerint curæ Magiſtri Eunuchorum, vt quemadmodum Gynæceis præerat, ita & puerorum iſtorum inſtitutioni præeſſe debuiſſet. Expreſsè tamen loquitur Scriptura, quòd omnes iſti pueri erant de filijs Iudæ, hoc eſt de Tribu Iuda: *Et fuit inter eos* (inquit Scriptura Dan. 1. 6.) *de filijs Iuda Daniel, Chananiàh, Miſciael, & Azariàh*. Talmudiſtæ autem dicunt, ſolùm Danielem fuiſſe de Tribu Iuda, reliquos verò de alijs Tribubus. Ita in Cod. cit. *Sanhedrin* cap. & pag. eadem ſcil. 93. b. longè poſt medium.

ויהי בהם מבני יהודה דניאל חנניה מישאל ועזריה אמר רבי אלעזר כולן מבני יהודה הם ורבי שמואל בר נחמני אמר דניאל מבני יהודה חנניה מישאל ועזריה משאר שבטים :

Et fuit inter eos de filijs Iudæ Daniel, Chananiàh, Miſciael, & Azariàh. *Dixit R. Eleazàr: Omnes fuerunt de filijs Iudæ. Et R. Samuel Bar Nachmanì dixit: Daniel* (fuit) *de filijs Iudæ; Chananiàh, Miſciaèl, & Azariàh de alijs Tribubus*. Ex hoc dicto R. Samuelis apparet, aliquos etiam ex alijs Tribubus à Tribu Iuda fuiſſe captiuos tempore captiuitatis Babyloniæ. Ergo ex 10. Tribubus nonnulli relicti ſunt in terra Iſraëlis, quando captiuæ abductæ ſunt vltra flumina Æthiopiæ tempore Sennacherib. Ergo non omnes Iſraëlitæ omninò omnium Tribuum captiui facti ſunt, & hi, qui relicti ſunt in Terra Philiſthæorum, potuerunt adduci captiui in Babyloniam, & inde poſtea reuerti in Terram ſuam. Hæc annotantur, vt co-

Respondent Hebræi: Nihil prorsùs scripsisse.

Et quis scripserit librum suum?

Respondent -

אנשי כנסת הגדולה כתבו דניאל: בבא בתרא פרק א׳: דף ט״ו:

Viri Synagogæ magnæ scripserunt Danielem. Cod. *Bauà Bathrà* cap. 1. pag. 15. lin. 5.

Et quare illum non scripserit Daniel?

Respondet R. Salomon -

ואיני יודע למה לא כתבו (דניאל) בעצמו אם לא מפני שלא ניתנה נבואה ליכתב בחוצה לארץ וכתבוהו אלו לאחר שבאו לארץ ודניאל היה בגולה:

Nescio cur non scripserit (Daniel) *per seipsum* (librum suum) *nisi fortè, quia permissum non est, Prophetiam extra terram* (Israëlis) *posse scribi. Relinquitur igitur scribenda ab alijs, qui ingressi sunt terram* (promissionis, vti fuerunt Viri Synagogæ magnæ) *nam Daniel fuit in captiuitate.* Hæc ratio nullius est momenti, quia terra promissa coarctare non potest virtutem calami Prophetæ à Deo illustrati extra terram Israëlis, vti fuerunt Ezechiel, & Daniel; & Deus, qui illis contulit donum Prophetiæ, in terra alienigenarum, non denegauit virtutem scribendi illam, imò præcipit Prophetæ vt scribat ea quæ ipse ostenderat, vt Ezechieli 24. 2.

כתוב לך את שם היום את עצם היום הזה וגו׳:

Scribe tibi nomen diei, hunc ipsum diem &c. Vide quoque cap. 37. 16. Et

censet Pererius, Danielem decennem fuisse cùm ductus fuit in Babylonem. Adhærent Rabbini huic opinioni, quia volunt Danielem, & socios tantum habuisse ætatis, vt possent stare coram Rege, hoc est modestè, sine risu, aut alia leuitate, quæ modestiæ specimina in pueris 10. vel 11. annorum potissimùm Nobilioribus, vt plurimùm reperiri solent. Sic Talmudistæ in suo Talmude Cod. *Sanhedrin* c. 11. *Chèlek* pag. 93. b. post medium. Quærunt -

מאי ואשר כח בהם לעמוד בהיכל המלך:

Quid sibi vult illud (Dan. 1. 4.) Et quibus vigor esset in eis ad standum in Palatio Regis? Respondent -

אמר רבי חמא בר׳ חנינה מלמד שהיו אונסין את עצמן מן השחוק ומן השיחה ומן השינה ומעמידין עם עצמן בשעה שנצרכין לנקביהם מפני אימה מלכות:

Dixit R. Chamà Berabbi Chaninà: Ad docendũ, quòd sibi ipsis vim faciebãt à risu, à confabulatione, à somno; & quòd stabant super se in hora, qua cogerentur ad egestionem propter terrorẽ Regni. Vt illorũ ætas non esset adeò puerilis, quia vel non cognoscerent quid requireret vrbanitas, vel timor Ministrorum Regis, vel ipsius Regis honor, & reuerentia; vel propter ætatis imbecillitatem non possent necessaria naturæ comprimere, aut sustinere. Credibile itaque est Danielem, & socios decem vel vndecim circiter annorum fuisse, quando ducti sunt in Babylonem.

Quæritur V. Quid scripserit Daniel?

Et tu Daniel claude verba, & signa librum &c. Claude verba, hoc est desiste à scriptione reuelationum, & visionum, *& signa librum*, id est inscribe librum nomini tuo, & subscribe illum propria manu, ne quis audeat dubitare de veritate rerum in eo contentarum, & à te eundem librum non fuisse scriptum. Licet enim huiusmodi verba etiam sublimiorem sensum habeant secundùm literam, non malè & hic noster literalis sensus, ijsdem adaptatur. Cæterùm, quod aliquando Daniel in tertia persona de se loquatur, non ob id deduci potest, hanc Prophetiam scriptam à se non fuisse: nam familiare est Prophetis de se in tertia persona loqui, sic: *Visio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam &c.* sic: *Verba Ieremiæ filij Helciæ &c. Verbum Domini, quod factum est ad Osee filium Beeri &c.* Et sic in omnibus alijs Prophetis subsequentibus.

Aliud argumentum, quòd huiusmodi liber sit à Daniele scriptus, desumitur ab idiomate in quo scriptus est: nam, vt Iudæorum inscitiæ consuleret, & vniuersæ plebi res gestæ & dicta à Nabuchdonosor, & Baltassar Regibus manifesta fierent, lingua Chaldaica seù Aramica, tunc temporis omnibus nota vt potè vulgari, ea scripsit. Itaque à cap. 1 vsque ad capit. 2. ver. 4. inclusiuè Hebraicè scribuntur, quæ de Danielis, & socijs suis captiuitate tamquam in Procemio præmittuntur. A cap. autem 2. v. 5. vsque ad finem capitis 7. Chaldaicè scipta esse reperiuntur. A cap. verò 8, vs-

Et Moses nonne Propheta fuit, imò Princeps omnium Prophetarum, & nihilomius suum Pentateuchum extra terram promissam, vti omnes Rabbini sine vlla controuersia fatentur, scripserit? Et meritò quidem, quia *Domini est terra & plenitudo eius &c.* Et, *Plena est omnis terra gloria eius.* Non terra Israëlis tantùm, sed vniuersa terra. Iudæi verò, quia nimis indulgent terræ promissæ, priuilegia quædam eidem conferunt, quæ omninò absona, & fictitia sunt; vt quòd omnes Reges voluerint habere vnicum Palatium in terra Israëlis, & qui non habuisset non contentus fuisset Regno suo: quòd septem maria, & quatuor flumina illam circumdent, ירדן *Iordanis*, ירמוך *Iarmòn*, קרמיוך *Karmiòch*, פיגה *Poghà*; quòd ipsa sit altior toto mundo: quòd aër huius terræ Sapientes efficiat; quòd si in hoc mundo inuenire volueris Diuinitatem, quærere eam oportet in terra Israël: & infinita propemodum alia futilia de ea fingunt Hebræi, vt nimis longum esset ea hic recensere, sed opportuniori loco forsan de huiuscemodi commentis longiorem habebimus sermonem. Reuertamur nunc ad Danielis librum, qui procul dubio scriptus est ab eodem Daniele, vt non obscurè colligi potest ex ipsius locutione, quam videre poteris in capitibus 8. 9. 10. & 12. Ex eodem verò cap. 12. v. 4. expresè habetur, hunc librum fuisse à Daniele clausum, & signatum, hoc est completum, & perfectum manu sua, quia dicitur - -

ואתה דניאל סתום הדברים וחתם הספר וגו׳,

Sed dices: Cùm Theodotion Hęreticus Marcionita, vel etiam Hebionita fuerit, & postea inter Iudęos recutitus factus sit, conueniens non videtur, vt Ecclesia perfidi hominis editionem Græcam, & ex Græca Latinam translationem recipiat, ac pro Verbo Dei Apostatæ verba retineat. Ergo & Oratio Azariæ, & trium puerorum Canticum; Susannæ quoque Historia, & Belis, & Draconis videntur arcenda à Danielis libro, & à tota Sacra Scriptura.

Resp. negando, verba, quæ in Oratione Azariæ, vel trium puerorum Cantico, vel in Historia Susannæ, Belis, & Draconis reperiuntur, esse verba Theodotionis; sunt enim verba à Spiritu Sancto dictata ipsi Danieli, quæ post longissimum tempus à Theodotione in Græcum sermonem translata, omnes Christi Ecclesiæ, vt Hieronymus testatur Præfatione in Danielem, tam Græcorum, quàm Latinorum, Syrorum, & Ægyptiorum, ea, licèt sub asteriscis & obelis notata, legere consueuerunt. Cuius antiquissimum vsum Ecclesia Catholica semper retinuit, & retinet. Voluerunt autem omnes Ecclesiæ tam Occidentales, quàm Orientales huius infensissimi hostis & Apostatæ Theodotionis translationem totius libri Danielis in Ecclesijs legere, & retinere ob multiplices rationes, inter quas hæc censetur potissima; quòd ad coarguendos Iudæos plurimùm valere conspicerent, si ea editio afferretur, quæ ab Ecclesię hoste, & Iudæorum studiosissimo fuisset vsque ad finem capitis 12. vbi absoluitur liber, scriptus est Hebraicè.

Materia itaque huius libri partim est historica, partim prophetica. Historica vel ad acta Danielis; & illius sociorum pertinet; vel ad res gestas Chaldæorum spectat. Vtraque habetur in primis septem capitulis. Prophetica de quatuor Mundi Monarchijs, & Regno Christi incipit à capitulo 7. vsque ad finem libri.

Quæritur VI. An præter hunc librum, aliquid aliud Propheta hic Daniel scripserit?

Resp. Affirmatiuè. Licet enim Hebræi tantùm hæc duodecim capitula, quæ inter Hagiographa apud eos inueniuntur, Danielis esse velint; sunt nihilominus alia Opuscula, quæ apud Latinos & Græcos in eodem libro Danielis inserta cernuntur, & Danielis esse dubitari non licet. Ista sunt, *Oratio Azariæ, & Canticum trium puerorum*, scilicet Ananiæ, Misaelis, & Azariæ, quòd vno ore, dum essent in fornace, cecinerunt. Hæc in nostro Daniele reperies post versiculum 23. capitis 3. vsque ad ver 90. Versiculo enim 92. reassumitur versus 24. Chaldaicus.

אדין נבוכדנצר מלכא תוה וקם וגו׳ :

Tunc Nabuchodonosor Rex obstupuit, & surrexit &c.

Etiam Historia Susannæ, Belis, & Draconis, quæ post cap. 12. vsque ad finem libri Danielis in Vulgata reperiuntur, censentur esse eiusdem Danielis, & ibidem notatur de Theodotionis editione fuisse translata.

perfectioni Sacrorum Codicum Hebraicorum, aut Catalogi Hebraici, vel etiam malitiæ Iudæorum, quasi ipsi detruncassent, & corrupissent Sacros Codices; sed alias omninò diuersas causas assignamus, quibus nostri Catalogi Sacrorum Librorum incrementa susceperint, & eas firmissimis rationibus stabilimus. Ediderat Ezra Protoscriba cum asseclis suis Catalogum Librorum Sacrorum, & Synagogæ Vniuersæ tamquam Sacrum cimelium custodiendum tradiderat. In eo Libri, qui inter Iudæos captiuos in Babylonia inuenti fuerant, & pro authenticis habebantur, recensiti fuerunt. Sed temporis decursu, & ante vastationem secundæ Ædis, cùm promiscuè Græca lingua, & Chaldaica, seù Aramæa in vsu fuerit, ijsdem etiam linguis à pijs quibusdam Viris scripta fuerunt, afflante Spiritu Sancto, quædam Opuscula, seù Libri, qui deinde euulgati, cæperunt in veneratione esse inter Iudæos, quos postea Ecclesia Christi pro Sac. libris recepit, & inter alios Canonicos connumerauit. Isti sunt *Tobias, Iudith, Liber Sapientiæ, Ecclesiasticus, Baruch, Machabæorum I. & II., & quædam Capitula adiecta ad Historiam Esther, & ad Danielem.* Hæ quæ dicuntur Theodotionis adiectiones ad Danielē ex Chaldaica lingua in Græcam translatæ, circa priora tempora Commodi Imperatoris innotuere; ea siquidē tempestate Theodotion Proselytus probè sciens linguā Græcam, Hebraicam, & Chaldæam, siuè Aramæam, vel etiam Syriacam floruit. Epi- set elaborata. Nullum enim inconueniens est, quòd Spiritus Sanctus loquatur per os Sanctorum Prophetarum, vel per impij hominis Balaam, vel per os Asinæ ipsius. Theodotion homo nequam & scelestus non fuit Auctor libri Danielis, aut Historiarum in Danielem insertarum, sed tantùm Interpres, vndè potiori ratione potuit Ecclesia, ea quæ ab ipso translata sunt, inter Canonicas Scripturas recensere, & vt tales venerari.

Argumenta verò, quæ fiunt contra huiusmodi Historias, cum suis Responsionibus, vide apud D. Hieronymum Præfatione 120. in Danielem Tom. III. & Bellarminum de *Verbo Dei* libro 1 cap. 9.

De Historia autem Susannæ fit mentio apud R. Ghedaliâ Aben Iàchija in *Scialscèleth hakkabbalà* pag. 69. vbi auctoritate D. Augustini lib. 13. *de Ciuitate Dei* cap. 13. intendit purgare suos Iudæos à culpa, quam eis nonnulli ex nostris attribuunt, videlicet eos aliquando Sacros Codices falsificasse; eo quòd nonnulla in nostris Codd. reperiantur, quæ in Hebraicis non extant. Sed nos ab hac culpa eos liberamus, & cum doctioribus & sapiētioribus Catholicis Scriptoribus dicimus, illibatam semper fuisse Scripturam Hebraicam apud Iudæos, & ab omni macula mundam, si fidei dogmata, vel mores spectentur in ea. Quòd si in Catalogo Hebræorum, aliqui libri, vel aliquæ illorum partes non reperiantur, quæ in Catalogo Græcorum, vel Latinorum reperiuntur; id non attribuimus im-

Prophetiam de Christo ab eo designatam respiciatur; Omnes quidem Prophetæ de Christo prophetarunt, teste Talmude in Cod. *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek* pag. 99. circa med.

אמר ר׳ יוחנן כל הנביאים כולן לא נתנבאו אלא לימות המשיח :

Dixit R. Iochanàn: Omnes Prophetæ non prophetauerunt nisi de diebus Messiæ: at Propheta Daniel præ alijs in hoc excelluit, quòd non tantùm de Christo prophetauit, sed & aduentum ipsius præscripsit, numerum annorum assignauit, tempus præcisum determinauit in sua prophetia de hebdomadibus, de quibus licèt multi ex nostris scripserint abundè, nos tamen succinctè & clarè, quantum fieri poterit, in sequenti Dissertatione de eisdem hebdomadibus disseremus.

Dissertatio de Hebdomadibus Danielis, & quòd secundùm illarum computum probetur, iam olim aduenisse Hebræorum Messiam.

IN capitulo 9. Danielis narratur, quomodo anno primo Darij filij Assueri Regis Medorum, qui imperauerat super Regnum Chaldæorum, dum esset populus in captiuitate, desiderauerat Daniel videre liberationem illius: nam cùm septuaginta anni prædicti à Ieremia 25. 11. iam elapsi fuissent, nec Iudæi liberarentur, credidit hanc Iudæorum liberationem futuram per manum Messiæ,

Epiphanio teste in lib. *de mensuris & ponderibus*, circa annum Domini 185.

Porrò de Daniele hæc præcipuè notanda sunt. Fuisse nobilissimum Prophetam, licèt aliqui Talmudistæ eum à Choro Prophetarum exturbare voluerint, vt suprà dictum est. Attamen non desunt àlij, qui Danielem nostrum supra alios Prophetas præsertim supra Aggæum, Zachariam, & Malachiam extollant, isti sunt illi Talmudistæ, quorum sententia relata est in Cod. *Sanhedrin* cap. 11. *Chèlek* p. 93. b. in fine his verbis

ואף על דניאל שגדול ממנו סיפר ומנלן דגדול ממנו דכתיב (דניאל י׳ ; ז׳ ;) וראיתי אני דניאל לבדי את המראה והאנשים אשר היו עמי לא ראו את המראה אבל חרדה גדולה נפלה עליהם ויברחו בהחבא והאנשים אשר היו עמו לא ראו את המראה ומאי נינהו אנשים אמר רבי ירמיה ואיתימא רבי חייא בר אבא זה חגי זכריה ומלאכי :

Etiam de Daniele (dicunt) *quòd fuerit maior* (Ezra): *& vnde hoc probatur? Quia scriptum est* (Dan. 10. 7.) Et vidi ego Daniel visionem, & Viri, qui erant mecum, non viderunt visionem, sed terror magnus cecidit super eos, & fugerunt in absconditum; *Et viri, qui fuerunt cum eo, non viderunt visionem. Qui fuerunt illi viri? Dixit R. du Ieremias, vel vt alij volunt R. Chijà Bar Abbà: Iste est Aggeus, Zacharias, & Malachias.* Quòd Daniel fuerit, vel non fuerit Propheta maior Ezra, Nehemia, Aggęo, Zacharia, vel Malachia; nobis negotium non facessit; dicimus tamen, posse super alios Prophetas meritò Danielem à quopiam extolli, si ad

super populum tuum, & super Ciuitatem sanctitatis tuæ, ad consumendum praeuaricationem, & ad finiendum peccata, & ad expiandum iniquitatem, & ad adducendum iustitiam seculorum; & ad sigillandum Visionem, & Prophetam, & ad Vngendum sanctitatem sanctitatum. ver. 25. *Et scies, & intelliges ab exitu sermonis, ad reuerti faciendum, & ad ædificandum Ierusalem vsque ad Masciah Christum Ducem, hebdomadæ septem: & hebdomadæ sexaginta & duæ, redibit, & ædificabitur platea & fossa, & in angustia temporum.* ver. 26. *Et post hebdomadas sexaginta & duas excidetur Masciah Christus, & non* (erit) *ei: Et Ciuitatem, & sanctitatem corrumpet populus Ducis Venturi, & finis eius, in inundatione, & vsque ad finem belli, decisum desolationum* (erit). ver. 27. *Et roborabit pactum multis hebdomada Vna: & dimidio hebdomadæ cessare faciet sacrificium, & munus, & super oram abominationū desolationis, & vsque ad consummationem; &* (quod) *excisum* (est) *effundet se super desolatā.* Huius Prophetiæ singulæ voces sunt explicandæ.

I. שָׁבֻעִים שִׁבְעִים *Sciauuim sciuim Hebdomadæ septuaginta.* Conueniunt omnes Expositores Hebræi cum R. סעדיה גאון *Saadia Gaòn* hic, quòd istę hebdomadæ sint hebdomadę annorum solarium, & septem anni solares efficiant hebdomadam vnam, nam inquit -

י׳ פעמים ו׳ עולין לע׳ הרי שבועים ע׳ הן תצ׳ שנה ׃

siæ, sed propter populi iterata peccata timuit ne prorogaretur; ideò prolixa oratione peccata sua, & suorum confitetur, Deumque orat, vt promissa compleat, & populū suum à captiuitate Babylonica hoc ipso anno 70. liberare dignetur. Audit Deus de excelso Cælorum habitaculo, & seruo suo Danieli desideriorum Viro Gabrielem Archangelum mittit, vt ei non tantùm postulata concedat, sed & illi reuelet Diuinæ voluntatis decretum de Messia mittendo post 70. hebdomadas, per quem redimendus erat non populus Iudaicus tantùm, sed & vniuersus mundus à seruitute peccati, & vt per ipsum consummaretur præuaricatio, & finem acciperet peccatum, & deleretur iniquitas, & adduceretur Iustitia sempiterna, & ita impleretur visio & prophetia, & vngeretur Sanctus Sanctorum, & occideretur Messias Christus. Quæ verba in cap. 9. ver. 24. 25. & 26. Prophetię Danielis hoc modo leguntur -

שבועים שבעים נחתך על עמך ועל עיר קדשך לכלא הפשע ולהתם הטאות ולכפר עון ולהביא צדק עולמים ולחתום חזון ונביא ולמשוח קדש קדשים ׃ כ״ה ׃ ותדע ותשכל מן מצא דבר להשיב ולבנות ירושלם עד משיח נגיד שבועים שבעה ושבועים ששים ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים ׃ כ״ו ׃ ואחרי השבועים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו והעיר והקדש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שוממות ׃ כ״ז ׃ והגביר ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע ישבית זבח ומנחה ועל כנף שקוצים משומם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם ׃

Hebdomadæ septuaginta decisum est

annos quadraginta nouem, adeòque quinquagesimus erat annus remissionis, qui & speciali nomine Iubileus vocabatur: sic etiam si septem Iubileorum anni sumantur, hoc est 49. & per denarium numerum multiplicentur, efficient 490. post quem sequitur annus Iubilei aduentus Messiæ reuelati à Deo Danieli per Sanctũ Archangelum suum Gabrielem.

III. עַל־עַמְּךָ וְעַל־עִיר קָדְשֶׁךָ *Al-amechà, veal-ir kodscècha Super populum tuum, & super Ciuitatem sanctitatis tuæ:* nam Christus non erat mittendus primò & principaliter nisi solis Iudæis; vnde ipsemet Dominus dicit apud Matth. 15. 24. *Non sum missus nisi ad oues, quæ perierunt domus Israël.* Christus enim Apostolus Iudęorum fuit, dicente Apostolo ad Rom. 15. 8. *Dico enim Christum Iesum Ministrum fuisse Circumcisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones Patrum.* Quia Sanctis Patribus antiquæ Synagogæ facta fuit promissiò de Christo. Gentes tamẽ non excluduntur à Christi gratia & doctrina, cùm ad eas erudiendas Apostolos miserit: *Ite in Vniuersum mundum prædicate Euangelium omni creaturæ.* Ideò & Gentes factę sunt Christi fideles, *& recumbent cum Abraham, & Isaac, & Iacob in Regno Cælorum.* Matt. 8. 11.

IV. לְכַלֵּא הַפֶּשַׁע *Lechallè happèsciah Ad consumendum præuaricationem.* Explicat finem, ad quem Christus venturus erat, vt scilicet per eius

Decem vicibus septem (anni) *si replicentur efficiunt* 70. *Igitur* 70. *hebdomadæ erunt annorum* 490. Idem sentiunt omnes nostri, qui de his Danielis hebdomadibus scripserunt, ita vt superfluum sit eos in hoc loco recensere.

II. נֶחְתַּךְ *Nechtàch Decisum est* impersonaliter pro Decisæ sunt. Vulgata, *Abbreuiatæ sunt;* non quòd ad preces Danielis decurtatæ huiusmodi hebdomadæ, & breuiores factę; sed quòd paucæ decisæ sint hebdomadæ istæ vsque ad Christum. Similis locutionis formula est illa apud Matth. 24. 22. de temporis duratione quoad persecutionem Antichristi, cuius dies breuiabuntur propter electos, id est pauci fient. Hoc breue tempus aduẽtus Messię egregiè explicatur per vocem Hebraicam נחתך *Nechtàch*; breue autem existimatur, quia ad denarium Iubileum annorum statuitur: & sicut in anno Iubilei annorum, nempè quinquagesimo anno reuertebatur homo ad possessionem suã antiquam, & vocabatur annus remissionis; sic in Iubileo hoc ex denario annorum constituto, per aduentum Messiæ promissi abolita quacunque siuè originali, siuè actuali culpa, vnicuique facta est potestas ad antiquas possessiones, id est ad statũ gratię redeundi, si Christum agnoscere, & ei adhærere voluerit. Sicut enim annus Iubileus legalis emergebat ex multiplicatione septem hebdomadarum annorum, vt dicitur Leuit. cap. 25. 8. nam septies septem anni faciunt

aduentum Messiæ finita peccata, si hodie infinita propemodum peccata committantur? Resp. quòd de hac re iam suprà egimus, quando de peccato originali locuti sumus p. 56. & seqq. Hic sufficiat iterum annotare, Peccata ideò dici finem accepisse, quia Christus pro omnibus nostris culpis perfectè satisfecit, & quantum in eo fuit, peccata aboleuit, & finem imposuit. Tradendo etiam remedia post lapsum, Sacramentorum institutione, dedit vt si velimus, facilè omnia peccata possimus deuitare. Vnde finem peccatis omnibus imposuisse dicitur, sine tamen vlla læsione libertatis humanæ. Hinc sequitur -

VI. וּלְכַפֵּר עָוֺן *Vlchappèr auòn Et ad expiandum iniquitatem.* Hæc est explicatio superioris particulæ. Quasi diceret: Licèt post aduentum Messiæ multæ iniquitates & scelera committantur; inter quæ grauissimum erit ipsius Messiæ Deicidium; nihilominus per passionem & mortem Christi tanta gratia collata erit humano generi, vt si homines voluerint per pœnitentiam ad Deum conuerti, omnium istarum iniquitatum quantumuis enormium ampliùs non habeatur memoria.

VII. וּלְהָבִיא צֶדֶק עֹלָמִים *Vlhauì Tzèdek Olamìm Et ad adducendum Iustitiam seculorum.* Hæc Iustitia Christus est. Dicitur *seculorum*, quia ęterna est. Vnde Vulg. legit: *Vt adducatur Iustitia sempiterna*, per quam innuitur Diuinitas Christi, quæ

non

eius mortem abolerentur peccata populorum, & præcipuè זו הַפֶּשַׁע *Happèsciah Illa* (primi Parentis) *præuaricatio*, per quam totum genus humanum corruerat. Et vt ostendatur debere hoc intelligi de culpa primi hominis, notanter Scriptura huic voci præposuit literam ה *He*, quam הידיעה *Haiediah* vocant, id est *notificationis*, cuius virtus est indicare rem illam significatam per vocem quam afficit. esse notabilis momenti, & in eam reflectendum, vt potè specialis notæ dignam. Indicat igitur illam signatam & notam præuaricationem, hoc est Adami peccatum, Iudæis omnibus notissimum.

V. וּלְחָתֵם חַטָּאוֹת *Vlchathèm chattaòth Et ad sigillandum peccata.* Nota, quòd vox ולחתם *ad sigillandum* corrigitur à Massorethis, & eius correctio apponitur in margine cum nota ק', hoc est; Lege prout in margine notatum est, non prout in textu scriptum est. In margine autem notatur ולהתם *Vlhathèm Ad finiendum* scil. peccata. Vulg. *Et finem accipiat peccatum*: quod refertur ad eandem præuaricationem Adami, vt ה demonstratiuum in eadem voce ולהתם videtur innuere. Ita hæc particula erit superioris explicatio. In Hebr. pro *peccatum* est חַטָּאוֹת *Chattaòth Peccata* plur. num. quæ principaliter referri videntur ad peccata actualia omnium hominum.

Sed quomodo potest dici esse post

Velimsciòach kòdese kodascìm Et ad Vngendum. Sanctitatem sanctitatum. *Sanctus Sanctorum* est Messias, quia & voluntate, & opere conformis semper fuit Diuinæ voluntati: *Non quæro voluntatem meam, sed voluntatem eius qui misit me.* Ioan. 5. 30. *Opera, quæ dedit mihi Pater vt perficiam ea: ipsa opera, quæ ego facio, testimonium perhibent de me.* Ibid. ver. 36. Quo enim quis magis conformatur Diuinæ voluntati, eò sanctior censetur; at Christus vnitus magis fuit quàm quiquis alius Sanctus cum Diuina voluntate; ergo Christus omnium Sanctorum Sanctissimus est. Vnde meritò Angelus Gabriel vocat Regem Messiam *Sanctum Sanctorum.*

Sed dices, Quomodo Christus dicatur Vnctus, cùm non fuerit Sacerdos, neç Rex? nam isti ex Legis pręscripto Leuit. 8. 12., 1. Samuel. 16. v. 13. & 2. Samuel. 5. 3. vngebantur.

Resp. Christum Iudæorum Messiam fuisse verum Sacerdotem & Regem, eique magis competere Vnctionem; quàm Summis Sacerdotibus Templi Ierosolymitani, & Regibus Israëlitici populi. Pro qua re notandum ex sacris literis, vocem כהן *Cohèn*, quę communiter pro *Sacerdote* accipitur, propriè significare Ministrū Dñi, vt Genes. 14. v. 18. *Et Melchisedech Rex Salem proferens panem & vinum,* והוא כהן לאל עליון *erat enim Sacerdos Deo altissimo,* id est Minister Dei altissimi. Et Psal. 110. v. 4.

אתה כהן לעולם על דברתי מלכי־צדק׃

Tu

non distinguitur à Deo, Verbum enim per assumptam carnem ex *Iustitia sempiterna* sine vlla ipsius prorsùs mutatione factum est *Iustitia nostra*, sicut olim dixerat Ieremias 23. v. 6.

וזה שמו אשר יקראו יהוה צדקנו׃

Et hoc est nomen eius quod vocabit eum; Dominus, Iustitia nostra. Idem prędicauit Apost. 1. Cor. 1. 30. *Qui factus est nobis Iustitia*; qua deleta est iniquitas nostra. Dicitur autem *nostra*, & *æterna*, quia per eam in hoc seculo iustificamur per gratiam; & in altero glorificabimur per æternam gloriam.

VIII. וְלַחְתֹּם חָזוֹן וְנָבִיא

Vellachiòm chazòn Venanì Et ad sigillandum visionem & Prophetam. Sigillare seù signare significat rem iam esse finitam, & completam. Per aduentum Christi in mundum finitę & completę sunt omnes Prophetię. Vulgata expressiùs & clariùs; *Et impleatur Visio & Prophetia.* Per *Visio* intelligitur etiā Prophetia; olim enim Prophetę vocabantur חזים *Videntes*, & *Prophetia* חזון *Chazòn*, vti חזון ישעיהו בן אמוץ וגו' *Visio seù Prophetia Isaiæ filij Amos &c.* Hæc igitur Danielis visio, & reliquæ Prophetarum Prophetiæ implétæ sunt in aduentu Christi Domini, ita vt post Christum nullæ aliæ Prophetiæ necessariæ sint de Christo; quia ipse fuit signaculum omnium Prophetarum, vt dicit Tertullianus lib. contra Iudæos.

IX. וְלִמְשֹׁחַ קֹדֶשׁ קָדָשִׁים

ciandum mansuetis misit me &c. Quæ verba de Christo intelligenda esse ipsemet Christus explicauit apud Lucam 4. 21. vnde reijcienda est explicatio R. Dauidis Kimchij, qua dicit

אלה הם דברי הנביא על עצמו ׃

Ista esse verba Prophetæ (loquentis) *in propria persona;*

De hac spirituali Christi vnctione Apostolus Petrus, & Ioannes coram Principe Sacerdotum Anna, Caipha, & alijs quotquot erant de genere Sacerdotali, Principibus populi, Senioribus, Scribis, & Sadducæis præclarum testimonium reddiderunt Act. 4. 27. *Conuenerunt enim verè in Ciuitate ista aduersus Sanctum puerum tuum IESVM quem vnxisti.* Et idem Petrus Act. 10. 38. *Vnxit eum Deus Spiritu Sancto, & virtute.* Hæc autem Christi vnctio fuit facta in ipso instanti ipsius conceptionis, quia tunc

יצא חוטר מגזע ישי ונצר משרשיו יפרח׃ ונחה עליו רוח יהוה רוח חכמה ובינה רוח עצה וגבורה רוח דעת ויראת יהוה ׃

Egressa est Virga de trunco Isai, & flos de radice eius ascendit, & requieuit super eum Spiritus Domini, Spiritus Sapientiæ, & Intelligentiæ, Spiritus Consilij, & Fortitudinis, Spiritus Scientiæ & Timoris Domini. Ex Isai. 11.

Et quemadmodum Christus vnctione Spiritus Sancti Summus Sacerdos & Pontifex à Deo constitutus fuit, qui, vt ait Apost. ad Hebr. 5. *semetipsum clarificauit Vt Pontifex fieret &c. appellatus à Deo Pontifex iuxta ordinem Melchisedech;* ita & summam po-

Tu es Sacerdos in æternum secundùm morem Melchisedech. Quod R. Dauid Kimchi explicat in lib. Radic.

כלומר עבד השם וראש ישראל על דבר שאתה מלך צדק כמו שהכהן הוא ראש לעם ׃

Ac si diceret: Tu es seruus, seù Minister Dei, & Dux Israëlis, eò quòd tu es Rex Iustitiæ, quemadmodum Sacerdos est Dux populi. Ad Christum sunt ista referenda non ad Dauid; Christus enim cùm esset supremus Minister, & seruus Dei, erat etiam Summus Sacerdos, non Vnctus per manus hominum vnctione Olei materialis, sed vt dicitur in Psal. 45. per manus Dei & vnctione Olei exultationis.

משחך אלהים אלהיך שמן ששון מחבריך ׃

Vnxit te Deus Deus tuus Oleo exultationis præ participibus tuis. Hinc Summi Sacerdotes, & Reges, & qui Deo sacrati erant, vel ad aliquod munus Diuini cultus à Deo destinati, nomine מָשִׁיחַ *Masciach Vncti*, seù *Christi* dicti sunt in Veteri Testamento. Fuerunt itaque & Summi Sacerdotes, & Reges typus Christi veri Regis & Summi Sacerdotis, qui per Antonomasiá à Rabbinis dicitur מֶלֶךְ הַמָּשִׁיחַ *Mèlech Hammasciach Rex vnctus* videlicet à Deo, dicente Isaia cap. 61. 1.

רוח אדני יהוה עלי יען משח יהוה אותי לְבשר ענוים שלחני וגו׳ ׃

Spiritus Domini Dei super me, eò quòd vnxerit Dominus me, ad annun-

Chrysostomus, Theophylactus, Cyrillus, & alij apud Bellarminum lib. V. *De Rom. Pontif.* cap. 4. Nec loca, quæ adduci possunt ex Scriptura, contrarium probant, quia ea omnia necessariò intelligi debent de Regno Christi spirituali, non temporali, vti est illud Psal. 2. ***Ego autem constitutus sum Rex ab eo***, vnde subditur ***Prædicans præceptum eius***, prædicatio enim non ad Dominium temporale, sed ad spirituale necessariò referri debet. Et illud Dan. 2. c. 4. *In diebus autem Regnorum illorum suscitabit Deus Cæli Regnum, quod in æternum non dissipabitur &c.* Sed de Regno, & Sacerdotio Christi fusiùs agemus in speciali Dissertatione *De Messia Rabbinorum, Hebræorum, & Christianorum.*

Hæc sunt, quæ continentur in versu 24. capitis 9. Prophetiæ Danielis, nempè quòd septuaginta hebdomadę annorum, hoc est anni 490. decisi, & abbreuiati sint vsque ad aduentum & mortem Messiæ. In sequenti 25. versu sequùntur verba Archangeli Gabrielis, quæ sunt.

וְתֵדַע וְתַשְׂכֵּיל מִן מֹצָא
דָּבָר לְהָשִׁיב וְלִבְנוֹת יְרוּשָׁלַםִ
עַד־מָשִׁיחַ נָגִיד שָׁבֻעִים שִׁבְעָה
וְשָׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם תָּשׁוּב
וְנִבְנְתָה רְחוֹב וְחָרוּץ וּבְצוֹק
הָעִתִּים׃

Vethedàh vethaschèl min motzà davàr leaschu veliunòth Ieruscialàim ad Ma-

potestatem spiritualem supra omnes homines à Deo recepit, ita vt posset eos obligare ad Fidem, & Sacramenta sua suscipienda, & per eandem disponere etiam de rebus temporalibus pro vt expedire iudicabat ad finem suum spiritualem, de ea enim potestate, quà homo erat, dicit ipse Christus apud Matth. 28. ***Data est mihi omnis potestas in Cælo & in terra.*** Et Ioan. 13. ***Sciens, quia omnia dedit ei Pater in manus;*** nam homo Christus omnipotentiam accepit ex tempore; in ipsa scilicet conceptione dono gratiæ increatæ videlicet hypostaticæ vnionis; si enim vt Dei Filius accipiatur Christus, certum est eum fuisse Regem & Dominum omnium ab æterno, eo modo, quo est Pater eius; sed hic loquimur de Christo vt homo est, qui licèt potuisset accipere Regiã auctoritatem in hoc mundo si voluisset, & si expedire sibi visum fuisset; tamen noluit accipere, aut vllius Regni temporalis habere potestatem, vel Dominij executionem, & secundùm hunc sensum intelligendus est ipse Dominus, quando dixit apud Ioan. 18. 36. ***Regnum meum non est de hoc mundo.*** Et ibidem: ***Regnum meum non est hinc.*** Non negauit Dominus se esse Regem, sed his verbis voluit liberare Pilatum à suspicione, quã credere poterat, se Regnum temporale Iudæorum affectasse. Sensus itaque horum verborum est: Ego quidem sum Rex, sed non eo modo quo est Cæsar, aut Herodes: nam Regnum meum non est de hoc mundo. Ita exponunt hunc locum SS. Patres,

tur facultas iterum reędificandi Ierusalem, 1. Ezræ 1. Alij ab anno sexto Regis Darij, quo non completa est ædificatio Templi, 1. Ezræ 7. v. 15. Absoluunt Iudæi numerum 490. annorum, seù 70. hebdomadarum ad euersionem secundi Templi factam per Titũ: Christiani verò terminant hunc computum ad Natiuitatem Domini, vel prædicationem, vel ad ipsius mortem. Vt autem lucem aliqualem in tot opinionum varietate percipere possimus, libet hic Chronologiam Regum describere secundùm mentem Rabbinorum, quam communiter approbant, reijcientes quamcunque aliam petitam ab Historijs externarum Nationum, & eam incipiunt à Nabuchdonosore vsque ad Agrippam, quem ex familia Herodum volunt fuisse vltimũ Hebræorũ Regem occisum à Romanis paulò ante vltimam subuersionem Templi, & Vrbis Ierosolymorum. Sit igitur *Maseiach naghid sciauuim sciuàh, vesciauuim sciscim vscnàim tasciùu veniunethà rechòu, vecharùtz, vutzòk haittim, Et scies, & intelliges ab exitu sermonis ad reuerti faciendum, & ædificandum Ierusalem vsque ad Christum Ducem, hebdomadæ septem, & hebdomadæ sexaginta, & duæ, redibit, & ædificabitur platea, & murus, & in angustia temporum.* Tota difficulras videtur pendere in eo, vndenã sit incipiendus computus annorum istarum hebdomadarum: nam aliqui volunt incipiendum esse ab anno 4. Ioakim filij Iosiæ Regis Iudæ, quo anno factum est verbum ad Ieremiam de captiuitate Iudæorum in Babylone duratura septuaginta annis, Ierem. 25. v. 1. & 12. Alij volunt incipiendum esse à primo anno Cyri Regis, *Ab exitu sermonis ad reuerti faciendum, & ædificandum Ierusalem*, hoc est ab eo tempore, quo egressus est sermo, id est decretum Regis Cyri, quo da-

Chronologia Regum, qui præfuerunt Iudæis post euersum Primum Templum Ierosolymitanum vsque ad desolationem Templi Secundi, secundùm Rabbinos.

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
3319	441	נבוכד נאצר *Nebucad-netzàr Nabuchdonosor* regnat super Israël, anno septimo Regni sui Ier. 51. v. 28. quo intrat Ierusalem, & capit eam anno tertio, & quarto יהויקים *Iehoiakim* Regis Iudæ. Dan. 1. 1. & Ier. 25. 1. Hinc aliqui incipiunt numerare Hebdomadas Danielis, & attribuunt 39. ann. Nabuchdonosoris, quia in totum regnauit 45, ann. completis.

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
3321	439	*Ieremias* vaticinatus est de excidio Vrbis & Templi cap. 25. v. 3. Et *Baruch Propheta* legit librum Threnorum Ieremiæ coram Rege Iehoiakim; qui & illum combussit.
3327	433	יהויכין *Iehoiachin* filius יהויקים *Iehoiakim* regnauit pro Patre suo. Contra hunc ascendit *Nebucadnetzàr*, cepit Ierusalem, & captiuum abduxit in Babèl. 2. Reg. 24. 10. & seqq. Hic alio nomine vocabatur יכניהו *Iechonihàu* Ierem. 24. 1.
3327	433	מתניה *Mathanijàh* Patruum Iehoiachin Rex Babylonis constituit Regem in Ierusalem, quem vocauit צדקיהו *Tzidkijàhu Sedeciam*. 2. Reg. 24. 17.

Excidium Primi Templi.

3338	422	Excidium Primi Templi Ierosolymitani anno vndecimo Regni Sedeciæ, & decimo nono Regis Nabuchdonosoris. Hinc aliqui desumunt initium *ab exitu sermonis*, & incipiunt numerare hebdomadas Danielis, tribuendo de annis Nabuchdonosoris 27. nam Nabuchdonosor regnauit 45. Alij incipiunt easdem hebdomadas numerare ab anno quarto Sedeciæ, qui est duodecimus Nabuchdonosoris, vt infra ostendetur, quo egressum est verbum de ore Ieremiæ de reuersione populi, & reædificatione Templi, & numerant annos 33. vel etiam 34. residui vitæ Nabuchdonosoris. Præficitur populo in terra relicto גדליהו בן אחיקם *Ghedaliàhu Ben Achikàm in Masphà*.
3339	421	*Godoliàs* filius *Achikàm* interficitur ab Ismahele, & socijs eius in Masphà.
3364	396	אויל מרודך *Euilmerodàch* filius *Nebucadnetzaris* anno 37. à captiuitate Iehoiachin eduxit eundem de carcere, & apud se sedere fecit. 2. Reg. 25. 27. Volunt Rabbini Euilmerodach regnasse 23. annis. Auctor *Iuchasiin* pag. 157. lin. 11. ante finem ei tantùm attribuit 22. annos.
3386	374	בלשאצר *Belsciatzàr Baltassar* filius *Neuucadnetzàr* Dan. 5. v. 11. regnauit in Babel tribus annis, quia dicunt anno tertio Regni eius parasse conuiuium, in quo interfectus est Chaldæorum vltimus Rex. Ibid. ver. 30.

דריוש

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
3389	371	דריוש *Dariauèsc Darius* Medus filius אחשורוש *Achascueròsc Assueri*. Dan. 9. 1. regnauit 3. annis, vt in *Sèder Olàm* cap. 27. Dauid Ganz tribuit illi vnicum tantùm annum.
3390	370	כורש *CòrescCyrus* Rex Persarum regnauit tribus annis. Hic promulgauit decretum, vt omnes suæ Monarchiæ subditi, qui voluissent ascenderent ad ædificandum Templum, & Vrbem Ierosolymorũ; ascendit Zerubabel, sed intercæpta fuit ædificatio vsque ad annum secundum Regni Darij Regis Persarum. 1. Ezræ 4. 24. Epocha septimanarum Danielis secundùm aliquos.
3392	368	אחשורוש *Achascueròsc Assuerus* Reginæ Esther maritus regnauit post Cyrum. Auctor *Sèder Olàm* cap. 29. dicit hunc regnasse 14. annis.
3406	354	דריוש בן אחשורוש *Dariauesc Ben Achascueròsc Darius secundus filius Assueri, & Reginæ Esther.* Secundum sententiam Auctoris *Sèder Olàm* c. 30. hic fuit ארתחשסתא *Artachsciàsta Artaxerxes*. Volunt enim Rabbini, omnes Reges Persarum cognominatos esse *Artaxerxes* vti Romanorum *Cæsares*, & Ægyptiorum *Pharaones*. At ex cap. 6. Ezræ 14. apparet Darium esse alium ab Artaxerxe. Regnauit 36. annis vsque ad Alexandrum Magnum.
3408	352	Anno secundo Darij Regis reassumptum est opus ædificationis Templi Domini. Aggæi cap. 1. 1. cuius Prophetia tota est de præstantia huius Templi, sub quo nasciturus erat Christus, quem post modicum temporis promittit illis verbis: *Et veniet desideratus cunctis Gentibus*. Ibid. 2. 8.
		Reges sub Templo Secundo.
3412	348	Absoluta est ædificatio Templi Secundi anno 6. Darij Regis, die 3. Mensis Adar Februarij. 1. Ezræ 6. 15.
3426	334	Anno 20. Artaxerxis extructus fuit murus Ierusalem annis 18. post reassumptum opus ædificationis Templi. Nehem. 2. 1. & seqq.
3442	318	Incipit Regnum Græcorum sub Alexandro Macedone.

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
		Interfecto Dario ſecundo, quem eundem cum Artaxerxe faciunt, & Monarchia à Perſis ad Græcos tranſlata eſt.
3448	312	Initium *Aeræ* שטרות *Sciettarròth Contractuum*.
3610	150	אנטיוכום הרשע *Antiochus impius*, dictus Epiphanes ſeù Illuſtris Rex Græcorum. Anno 6. Regni ſui vaſtauit Domũ Sanctuarij, conſtituit Idolum in Templo, librum Legis combuſſit, ſuſtulit Sabbathum, Circumciſionem, & alios ritus Iudaicos. Regnauit annis 10. aut 11. vſque ad annum mundi 3620. aut 3621. quo anno rebellauit contra eum Mathathias filius Iohannis. Stetitque Regnum Græcorum ſuper Iudæos annis 179. Alij dicunt 180.

Reges ſub Templo Secundo de Familia חשמונאי *Chaſcmonài Haſſamonæorum.*

3621	139	מתתיה *Mathathias* filius *Iochannan* incæpit pugnare contra Græcos.
3622	138	יהודה בנו *Iudas filius eius* regnat annis ſex. Hic fuit vocatus מכבי *Maccabai Maccabæus*, cuius etymon vide in Par. I. pag. 395. col. 1. licèt in lib. מאור עינים *Meor enàim* c. 21. p. 89. notetur quòd מלת מכביאו הוא יונית ופתרונה באיטלקי פלארינו: *Dictio Machabæus ſit Græca, quæ Italicè interpretatur Paladino*, ſed perperam.
3628	132	יהונתן בן מתתיה *Iehonathan* filius *Mathathiæ* Sacerdos magnus frater Iudæ Machabæi, regnauit ſex annis.
3634	126	שמעון בן מתתיה *Simeon* filius *Mathathiæ* Sacerdos magnus Rex quartus è familia *Haſſamonæorum* poſt fratrem ſuum regnauit 8. annis.
3642	118	יוחנן בן שמעון *Iochanàn Ben filius Simeonis* Rex quintus è familia *Haſſamonæorum*. Apud Talmudicos vocatur הורקנוס *Hyrcanus*, & ינאי *Iannài* Sacerdos Summus, multa prælia geſſit, contra Regem Ægypti, contra Antiochum Pium. Hic deſtruxit Templum Sadducæorum & Cuthæorum, quod extruxerant in monte Garizim permiſſu Alexandri Macedonis an. 3448. poſtquam 200. annis circiter conſtiterat. Occidit

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
		dit omnes ferè Synedrij Senatores, quia vnus ex his nomine אליעזר *Eliezer* בן פויירא *Ben Poiira*, cuius mentio fit Cod. *Kiddufcin* cap. 3. dixerat: Debuiſſe illi ſufficere Coronam Regni; de cætero relinquendã Coronam Sacerdotij; nam mater eius cùm fuiſſet captiua in monte Modith, ſuſpicabatur eum eſſe illegitimum, & ineptum ad Sacerdotium. Quod Rex grauiter ferens, Eliezarem iuſſit igne comburi, occidi Sapientes, & clade magna Phariſæis omnibus illata, reliquit Religionem Phariſæorum, & factus eſt Sadducæus, poſtquam functus fuiſſet Sacerdotio magno 40. annis. Auctore *Iuchaſsin* pag. 15. ann. 80. Regnauit 26. annis, & valdè ſenex mortuus eſt.
3648	112	Romani incipiunt imperare Iudæorum genti, ante Templi vaſtationem anno 180. hoc eſt præſenti anno, vt habetur Cod. ע"ז *Auodà Zarà* cap. 1. pag. 8. b.
		מאת ושמנים שנה קודם שנחרב הבית פשטה מלכות הרשעה על ישראל:
		Centum & octoginta annis antequam Domus (Secunda) *dirueretur, extendit ſe Regnum impium* (Romanorum) *ſuper Iſraëlem.*
3668	92	ארסטבלוס בנו *Ariſtobulus filius Regis Iannài*, ſeù *Hyrcani* ſextus Rex è familia *Haſſamonæorum*. Poſtquam duobus annis regnaſſet, ſpreuit Sacerdotium magnum, nec eo fungi voluit. Ob ſuſpicionem, ne mater ſua Regnum affectaret pro Alexandro fratre ſuo, matrem & fratrem Alexandrum compedibus vinxit, & in carcerem incluſit. Ex dolore, quòd Antigonus frater ipſius alter ex inſidijs Reginæ vxoris eius occiſus fuerit, percutit ſeipſum in pectore, & ex nimio ſanguine per os effluente moritur anno ſecundo Regni ſui.
3670	90	אלכסנדר בן מלך יוחנן *Alexander filius Regis Iochanàn* cognomento *Hyrcani*, & ינאי *Iannài*, & frater Ariſtobuli, ſeptimus Rex è familia *Haſſamonæorum*. Regnauit pro patre ſuo ab ædificatione Templi an. 260. qui & ipſe vocari voluit *Hyrcanus*, & *Iannài*. Hic in principio Regni fuit Phariſæus, ſed poſtea mutata Religione fit Sadducæus. Cauſam retulimus

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Christi.	
		mus in I. Par. huius Bibliothecæ pag. 382. col. 1. Interfecit omnes Synedrij Sapientes, excepto שמעון בן שטח *Simeone Ben Sciattàch*; qui frater vxoris eius erat; atque יהושע ב;פרחיה *Ieosciùah Ben Perachià* eius Collega aufugit Alexandriam Ægypti. Quod autem dicunt in Cod. סוטה *Sottà* cap. 9. pag. 47. circa med. quòd Iesus Nazarenus comitatus fuerit Magistrum suum Ieosciùah Ben Perachià in Ægyptũ &c. mendacium est Rabbinorum, quod ab hac ipsa temporum ratione satis superque detegitur. De his vberiùs infra in *R. Iosuè Ben Perachià*. Rex verò Alexander iussit militibus, vt de populo, & religione Pharisaica trucidarent quotquot in eorum manus incidissent. Vnde in ipso Atrio Templi 6000. Virorum interfecerunt, & in hoc temporis tractu 50000. Viri de populo interempti sunt, & 800. ex Magnatibus Pharisæorum in ligno suspensi fuerunt. Regnauit annis 18.
3688	72	אלכסנדרה אשת מלך ינאי *Alexandra vxor Regis Iannài Alexandri*, octaua è familia *Hassamonæorum*. Habuit duos filios, Hyrcanum tertium, & Aristobulum, ille Pharisæorum sectam sequebatur, hic Sadducæorum. Regina autem hos ex Vrbe Ierosolyma expulit, eis reliquis Prouinciarum Vrbibus ad habitandum assignatis. Cùm esset annorum 37. obijt anno sui Regni 9.
3697	63	ארסתבלוס השני בן ינאי *Aristobulus secundus, filius Regis Alexandri Iannài, & Regina Alexandra.* Rex nonus è domo *Hassamonæorum*, ante mortem matris ascendit Ierosolymam contra fratrem suum Hyrcanum, postquam ibi imperauerat tribus mensibus. At inter eos pace inita, Sacerdotij magni munus & honos cessit Hyrcano, & Regni gubernaculum Aristobulo. Sed postea simultatibus exortis, vnusquisque eorum munera mittit ad Pompeium Romanorum Ducem, qui tunc temporis in Syria pugnabat contra Damascum. Hic cum toto exercitu Ierosolymam veniens, deuicta Aristobuli factione, eum compedibus vinctum Romam adduxit, Hyrcano Rege super vniuersum Israëlem constituto.
3700	60	Hinc Ierusalem, & Regnum Iudæorum Romanis factum est

Anni Mundi ſecundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Chriſti.	
		eſt ſeruile tributum. Ariſtobulus autem Roma aufugiens, & poſt aliquod tempus cùm exiuiſſet obuiam Pompeio, ne ampliùs ſcandalo eſſet Iudæis, veneno à Ieroſolymitanis propinato, interijt, ſubrogato in Regem Hyrcano.
3700	60	הורקנוס בן שלישי מלך אלכסנדר ינאי *Hyrcanus tertius filius Regis Alexandri cognomento Iannài, & filius Alexandræ, & frater Ariſtobuli*, Rex decimus è familia *Haſſamonæorum* conſtitutus à Pompeio Romanorum Duce, regnauit ſuper vniuerſam Iudæorum gentem. Secundus à Rege fuit quidam Antipater Vir ſtrenuus in bello, ad cuius nutum mouebatur Hyrcanus, & vniuerſus populus ſumma benignitate & pace fruebatur. Iſte vxorem accepit è ſemine Regio Idumæorum, nomine קפרון *Kiphròn*, ex ea inter alios filium ſuſcepit, quem vocauit הורודוס *Horodòs Herodem*, ex quo Reges Herodes initiũ ſumpſerunt, & vſque ad vltimum Iudæorum exterminium regnarunt in Iudæa, ad nutum Romanorum imperantes; vnde Herodes, licèt ex parte matris Idumæi fuiſſent, ex parte tamen patris ex fortiſſimis Iudæorum Principibus originem duxerunt, vt notat Ioſeph Antiquit. lib. 14. cap. 2. Per idem tempus Alexander filius Ariſtobuli Romanis rebellauit. Craſſus verò Romanus Tribunus exercitum, quem deſtinarat contra Parthos, in perniciem Iudæorum Ieroſolymam conuertit, Alexandrum Regno exturbat, aſcendit in montem Domini, atque omne aurum, quod erat in Templo, prędatus eſt. Auri pondus iuxta Ioſephum mille talenta drachmarum fuit, vel vt alijs placet, 800. talenta auri. Abſtulit quoque vaſa aurea, quorum pondus 1000. talenta auri excedebat. Vide in מאור עינים *Meòr enàim* cap. 51.
3712	48	*Iulius Cæſar* regnat Romæ Initur denuò fœdus cum Iudæis. Omnes ditiones, quas Pompeius abſtulit, Hyrcano Regi Iudæorum reſtituit Cæſar, qui quotannis voluit tributum dari Deo Ieroſolymis. Ex Ioſeph Antiq. cap. 44.
3721	39	אנטיגנוס בן ארסתבלוס *Antigonus filius Ariſtobuli ſecundi*, fuit Rex vndecimus è domo *Haſſamonæorum*, is mouit פגורום *Pigorum* Regem Perſarum contra Hyrcanum in Ieruſalem,

quam

Anni Mundi ſecundùm Hebræos.	Anni ante Natiuitatem Chriſti.	
		quam cepit, in qua conſtituit Regem Antigonum, qui perforauit aurem Hyrcani, vt פסול *Paſsùl* inidoneus redderetur ad Sacerdotio fungendum. Rex autem Perſarum rediens in patriam ſecum adduxit Hyrcanum compedibus vinctum.
3724	36	*Antigonus* autem interficitur ab Herode filio Antipatri, qui loco Hyrcani conſtitutus fuerat Rex Iudæorum à Cęſare Auguſto, cùm tribus tantùm annis regnaſſet. Et ſic tranſlatum eſt Regnum è domo *Haſſamonæorum*, ſeù *Machabæorum* ad domum Herodis, poſtquam in familia *Haſſamonæorum* ſtetiſſet annis 103.
		Reges de Domo Herodis.
3724	36	הורודוס בן אנטפטר *Herodes filius Antipatri*, dictus *Herodes Aſcalonita*, conſtituitur Rex in Iudæa à Cæſare Auguſto. Hunc diligebat Hyrcanus Rex, & auctoritate ſua effecit, ne interficeretur à magno Senatu Sanhedrinorum propter necem חזקיהו *Chizkijàu* Viri ſtrenui Ieroſolymitani, cui poſtea vicem rependit ipſum occidendo. Illi vxor fuit מרימי *Miriamè* filia Alexandri filij Ariſtobuli, & Hyrcani Regis neptis. Interim Rex Perſarum eduxit è carcere Hyrcanum Regem, eumque ſuper vniuerſum populum Iudæorum, qui erat in Regno ſuo, præfecit. Audiens hæc Herodes, malitioſè ſcribit ad Hyrcanum ſuadens illi, vt Ieroſolymam rediret, qui captus deſiderio videndi patriam, & Sanctuarium cum bona venia Regis Perſarum reuertitur Ieruſalem, ſed non diù poſt interficitur ab Herode; interfecit etiam Mirijamè neptem Hyrcani, & ſuam vxorem, duos quoque filios, quos ex illa ſuſceperat, è ligno ſuſpendit, vt nullus ſuperſtes ex familia & conſanguinitate *Haſſamonæorum*, ſeù *Machabæorum* relinqueretur. Sic omninò domus חשמונאי *Chaſmonài Haſſamonæorum* deleta eſt.
3742	18	Herodes exorſus eſt ædificare Templum; proprijs manibus fundamenta iecit, & tamquam mercenarius inſeruijt. Illius exemplo omnes Principes Iudæ, Proceres, Seniores, Sapi-

pi-

Anni Mundi secundùm Hebræos.	Anni Christi.	
		pientes, & honoratiores in populo idem fecere. Absolutum fuit opus sub finem anni 8. Obijt Herodes Ascalonita anno 37. Regni sui; quinque autem diebus ante obitum, iussit interfici filium suum Antipatrum; & alium filium Archelaum ipso adhuc viuente anno 3761. Regem constituit.
3760		¶ IESVS CHRISTVS æternus Deus, æternique Patris Filius, mundum volens aduentu suo pijssimo consecrare, de Spiritu Sancto conceptus, nouemque post conceptionem decursis mensibus, Hebdomada septuagesima iuxta Danielis Prophetiam, & anno Imperij Octauiani Augusti 42. In Bethleem Iudæ nascitur ex Maria Virgine factus homo.
3761	1	ארקילוס בן הורודוס *Archelaus filius Herodis*, regnauit post obitum patris sui, fuit Vir crudelis & impius. Iussu Cæsaris Augusti captus & Romam adductus, vinctus compedibus, mortuus est anno 3770. Christi 19.
3770	19	הורודוס אנטיפוס *Herodes Antipas filius Herodis Ascalonitæ, & frater Archelai*. vocatus etiam Tetrarcha, tertius Rex è familia Herodis, constitutus fuit Rex à Cæsare Augusto. Fuit etiam iste Vir nequam, duxit vxorem fratris sui Philippi eo viuente; & cùm Ioannes Baptista (quem Hebræi Sacerdotem magnum faciunt) eum reprehenderet, iussit eum in carcere decollari. Matth. 14. 11. Eijcitur è Regno à Tiberio Cæsare. Quòd autem dicitur in צמח דוד *Tzemàch Davìd* Dauidis Ganz ad hunc annum, eum aufugisse in Hispaniam, totum Regnum Hispaniæ subiugasse ac deuastasse, eò quòd Rex Hispaniæ rapuerat vxorem fratris sui, solemnis est fabula Rabbinica. Auctor דברי מלכי בית שני *Chronicorum Regum Domus secundæ*, pag. 115. editionis Basileensis, nihil de hac fabula, dum res per Herodem Antipam gestas refert; sed immediatè postquam Ioannem decollauerat, dicit.
		עליו עלה טיבריוש מלך רומי ויצא אליו אנטיפוס ויאסרהו בנחשתים ויוליכהו אל ספרד וימות שם ׃
		Super eum ascendit Tiberius Rex Romanorum, & egressus

 est

Anni Mundi ſecundùm Hebræos.	Anni Christi.	
		eſt ad eum Antipas, & vinxit eum in compedibus ferreis, & miſit eum in Hiſpaniam, vbi mortuus eſt:
3781	21	אגריפס בן ארסטבלוס אשר הרגו הורודוס אביו *Agrippas filius Ariſtobuli ſuſpenſi* filij Herodis Primi, regnauit pro Herode Antipa annis 23. Hic fuit quartus & vltimus Rex è familia Herodianorum, qui tandem Romæ interfectus eſt tribus annis cùm dimidio ante vaſtationem Templi anno 3825.
3793	33	CHRISTVS Dominus Cruci ſuſpenditur.
3828	68	*Excidium Templi ſecundi* cùm ſtetiſſet annis 420.

nonnulli conſtituant. Vide, quæ de Agrippa Rege diximus in I. Parte pagina 60.

Hæc annotata eſſe volo, vt ſi ſecundùm hanc Rabbinorum Chronologiam anni Hebdomadarum Danielis adamuſſim non conueniant cùm annis Natiuitatis vel Mortis Chriſti; non ob id vllus cuiquam ſcrupulus ingeri debeat, cùm Rabbini ſuam in hoc negotio Chronologiam ediderint mutilam, vt ex ea numerum annorum 490. qui eſt 70. Hebdomadarum Danielis ad exciſionem vſque Templi pertingere facerent, vt infrà videbimus. Nobis autem ſufficere debet; per eandem Chronologiam, licèt imperfectam, poſſe tempus aduentus Meſſiæ à Daniele aſſignatum, metiri, tali modo, vt non longè à vero calculo diſtare videatur: nam ſi Hebdomadas 70. Danielis, ſiuè annos 490. ab anno 3319. quo Nabuchodonoſor anno 3. Regni Ioiakim, cepit Ieruſalem, vſque ad Chriſti mortem, quo finem accepit peccatum, & de-

Hæc Chronologia, quæ communiter ab omnibus Auctoribus Hebręis recipitur, compilata eſt ex libro צמח דוד *Tzemàch Dauid* R. Dauidis Ganz. Quamplurima in ea ſunt, quæ non concordant cum alijs Chronologijs externarũ Nationum; & quod maius eſt, in aliquibus etiam hæc diſcordat ab ipſo Ioſephone Ben Gurion Hebræo, quem magni faciunt Iudæi: vt in computo annorum Cyri, cui in Chronologia non dantur niſi tantùm tres anni Monarchiæ, cùm aliàs 30. annis regnaſſet, ex eod. lib. 1. cap. 3.

Item, Herodes ſecundus, qui Ioannem Baptiſtam occidit, & Chriſtum in paſſione ſpreuit, & illuſit indutum veſte alba, vndecim tantùm annis ex hac Chronologia regnaſſe deprehenditur, cùm tamen conſtet Chriſtum Cruci affixum fuiſſe anno mundi 3793. qui eſt annus 23. Regni huius Herodis Antipæ; ſeù Tetrarchæ Galilææ. Sicut nec certum eſt, an vnus tantùm Agrippa Rex fuerit, cùm & alium Regem Agrippam

sua, quod incongruum non est, imò in hoc ostenditur Dei magna misericordia, quãdo eius promissa ante constitutum tempus adimplentur, vt notauimus de liberatione populi ab Ægyptiaca seruitute, & de aduentu Messiæ Domini suprà in I. Par. pag. 171. & seqq.

Nostrorum autem nonnulli, qui hanc Rabbinorum Chronologiam corrigunt, numerum Hebdomadarũ Danielis præcisè ad mortem Christi supputant. Corrigunt isti numerum annorum Regni Cyri, & probant eum regnasse 30. annis, ex verbis תלמירה *Talmira* Reginæ, quæ Cyrum occidit, & caput ipsius præcidit, & in puteum sanguine plenum à Cyro interfectorum proiecit, dixitque -

שתה כורש המלך ורוה נפשך מן הדם אשר אהבת זה שלשים שנה שפכת דם לאין מספר וכו׳ ;

Bibe Cyre Rex, satia, & inebria animam tuam sanguine, quem amasti. Triginta annis, quibus regnasti, fudisti sanguinem, cui non est numerus, &c. Ita in Iosiphone Ben Gurionis c. 3. lib. 1. pag. 14. col. 4. Hunc quidem locũ explicat Auctor צמח דוד *Tzèmach Dauid* Par. II. ad annum 390. hoc modo -

ותדע לך עוד שנמצא בספרי זכרונות שכורש מלך בפרס שלשים שנה וכן כתוב ביוסיפון ספר א׳ פ׳ ג׳ ; אך לא הגיע למלכות הכללי עד אחר כ״ב שנים למלכותו והוא נחשב לו בפסוק וגם בזכרונות לשנה ראשונה ;

Præterea tibi sciendum est, quòd reperitur in libris Chronicorum, Cyrum re-

& deleta fuit iniquitas, quæ ad annum mundi 3793. incidit, numerare voluerimus, quemadmodum nonnulli Iudæorum numerant, inueniemus annos intercessisse 474. Vt autem compleatur numerus Hebdomadarum Danielis 490. deficiunt anni 16. hoc est Hebdomadæ duæ, & insuper anni duo. Quam varietatem ex defectu annorum huius Chronologiæ procul dubio procedere dicendum est, cuius defectus apparebit etiam maior, si numerum istarum Hebdomadarum incipere voluerimus ab an. 22. Regni Nabuchodonosoris, quo incipit suum calculum Codex membranaceus antiquissimus msc. qui penes Adm. R. P. M. Gregorium de Scharintijs ad Hebræos Romæ Concionatorem Ordinis Prædicat. sine nomine Auctoris reperitur, & incipit -

זה השער ליהוה צדיקים יבואו בו ;

Hæc est porta Domini, iusti intrabunt per eam: in Titulo שבועים שבעים *Hebdomadarum septuaginta*. Si enim incipiamus numerum Hebdomadarum includendo annos 23. Nabuchodonosoris, hoc est ab anno mundi 3338. vsq; ad mortem Christi 3793. emerget numerus 455. quibus ex numero annor. 490. hebdomadarũ Danielis desunt anni 35. Anticipata itaque fuit redemptio 35. annis secundùm hunc calculum, vel 16. annis secundùm priorem.

Porrò si huic Rabbinicæ Chronologiæ standum sit, dicendum erit, Christum 16. annos, vel ampliùs anticipasse mundi redemptionem morte

Cyri seù Artaxerxis & Darij; qui secundùm eos vnus est, interseratur Regnum אחשורוש *Achasceueròsc Assueri* ab anno 3392. vsque ad 3406. quatuordecim annorum, vt in Chronologia notatur? Interim dum Iudæis hunc Gordianum nodum soluendum relinquimus, pergamus ad computum à Christianis institutum.

Auctor *Pugionis fidei* hac ratione calculum hunc instituit. Incipit enim numerare has hebdomadas annorum ab anno 4. Sedeciæ, qui est 12. Nabuchodonosor: nam Sedecias regnauit ann. vndecim 2. Reg. 25. 2. & Ierem. 52. 5.

ותבא העיר במצור עד עשתי עשרה שנה למלך צדקיהו ׃

Et venit Ciuitas in obsidionem vsque ad annum vndecimum Regis Tzidkijàhu. Et ver. 12.

ובחדש החמישי בעשור לחדש היא שנת תשע עשרה שנה למלך נבוכד־נאצר מלך בבל בא נבוזר־אדן רב טבחים וגו׳ ׃

Et in Mense quinto, in decima Mensis, ipse est annus nonus decimus Nebucad-netzàr Regis Babèl venit Neuuzar-adàn Magister laniorum &c. Ex his ostenditur euidenter, quòd decimus nonus annus Nabuchodonosoris fuit vndecimus annus Regis Sedeciæ. Consequens igitur est, quòd annus 4. Sedeciæ sit annus 12. Nabuchodonosoris, quo egressum est verbũ ab ore Ieremiæ de reuersione populi, & ręædificatione Ierusalem. Cùm itaque Nabuchodonosor regnarit 45. an-

regnasse in Perside triginta annis. Sic enim scriptum est in Iosiphon lib. 1. cap. 3. Verumtamen non peruenit ad Monarchiam, nisi post 27. annos Regni sui. Et hoc recensetur in Scriptura, & in Chronologijs ad annum eius primum. Sed hæc expositio pugnat contra proprium Auctorem צמח דוד *Tzèmach Dauìd*: nam Artaxersem eundem facit cum Dario; at Darius, & Artaxerxes idem sunt cum Cyro, ex doctrina Talmudistarum in Codice ראש השנה *Rosc Hasciana* cap. 1. pag. 3. b. prope finem.

תנא הוא כורש הוא דריוש הוא ארתחשסתא כורש שמלך כשר היה ארתחשסתא על שם מלכותו ומה שמו דריוש וכו׳ ׃

Est traditio: Idem est Cyrus, Darius, & Artaxerxes. Cyrus, quia fuit Rex כשר *Cascèr bonus* (inuersis literis) *Artaxerxes, de nomine Regni sui. Et quodnam fuit nomen eius? Darius &c.* Si igitur hi tres Reges, vnus solummodo sunt, liquet profectò Cyrum hunc regnasse annis 52. nam initium Regni Cyri in Chronologia ponitur anno 3390. & Darius secundus, qui idem est cum Cyro, interficitur anno 3442. si subducantur anni 3390. ab annis 3442. relinquentur an. 52. Regni Cyri, seù Darij, & Artaxerxis. Coguntur igitur Iudæi fateri non tribus annis regnasse Cyrum, sed annos 52. Adeò proprijs ambagibus & tricis inuoluuntur Iudęi, dum temporum rationes inire volunt, vt sæpissimè ad incommoda inextricabilia inducantur. Reddant nunc, si possunt, rationem, quomodo in medio Regni

Nabuchodonoforis anni	34
Euilmerodachi anni	23
Baltaffaris anni	3
Darij anni	2
Cyri anni	30
Affueri anni	14
Darij fecundi anni	6
Templi fecundi durationis anni	420
	anni 532

Ab annis 532
Subtrahe an. 42 à morte Chrifti ad
—Templum euerfum,
habebimus 490. annos 70. hebdomadarum Danielis.

Hic calculus videretur quibufcumque alijs præferendus, cùm innitatur partim auctoritati S. Scripturæ; partim Rabbinorum. At cùm Rabbini conftanter & vnanimiter afferant, Templum fecundum euerfum fuiffe anno mundi 3828. fi Cyri Regnum dicatur ftetiffe 30. annis, confequens eft, vt euerfio Templi trahenda fit, & referenda ad annum 3858. additis enim 30 huic numero 3828. fit 3858. Præterea non eft certum, annorum interuallū à morte Chrifti ad Templi euerfionem fuiffe 42. annorum: nam Chriftus mortuus eft anno 3793. Templum euerfum 3828. ergo inter vtrumque fpatium erit 35. annorum.

Petrus Alphonfus ex Iudæo Chriftianus non longè ab ifto calculo aliam computandi rationem inftituit, vti in Codice mfc. legitur ex relatione *de Voifin* in fuis obferuationibus ad *Pugionem*, & ad pag. 231. §. 22. Ver-

annis, ablatis ex his 12. annis, habebimus 33. annos, quibus adiuncto anno ipfo 45. ad cuius finem facienda eft computatio, fiet fumma 34. annorum computandorū in Nabuchodonofore ab egreffu verbi de ore Ieremiæ, vt fuprà dictum eft. His addendi funt anni 23. Regni Euilmerodach, & habebimus annos 57. Ijs quoque addantur 3. anni Baltaffaris filij Euilmerodach, & habebimus annos 60. Rurfus iftis iungantur anni 2. Darij, & 30. anni, quibus Cyrus nepos eius regnaffe perhibetur, & fic fiet fumma annorum 92. Iftis addantur 14 anni Affueri filij Cyri, & 6 anni Darij, fub quo Templum ædificatum eft, & confummatum, & inueniemus ann. 112. *ab egreffu Verbi* fæpiùs dicti vfque ad confummationem fecundi Templi. Iterum addantur 420. anni, quibus hoc fecundum Templum duraffe Iudæi indubitanter afferunt, & habebitur *ab egreffu verbi* ex ore Ieremiæ de reditu populi, & reædificatione Ierufalem vfque ad deftructionem eiufdem Ciuitatis & Templi factam per Titum, & patrem eius Vefpafianum numerus annorum 532.

A quibus 532. fi 490. annos refultantes à 70. hebdomadibus Danielis fubtraxeris, fupererunt an. 42. qui effluxerunt à paffione Domini vfque ad Ierufalem & Templi deftructionem. Hunc calculum ob oculos fic propono.

ſidionis. Septem enim obſeſſa eſt annis Ciuitas ab exercitu Romanorum, & inter illos ſeptem annos adeò coacti ſunt intus, & afflicti quòd non haberent vnde ſacrificium facerent, & hoc eſt quod ait: *In dimidio hebdomadis*; id eſt, & infra hebdomadam *deficiet hoſtia, & ſacrificium: & in Templo erit abominatio deſolationis*. Quòd enim additur: *Vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio*, inſinuat, quòd deſolatio illa, & captiuitas nullo vnquam eſſet fine caritura. Septem ergo hebdomadæ vſque ad Cyrum, & 62. à Cyro vſq; ad Titum, & hebdomada vna obſidionis, profectò 70. ſunt hebdomadæ.] Hactenus Petrus Alphonſus. qui per partes explicat Prophetiam iſtarum hebdomadarum, & annos aſſignat ſingulis partibus, tali modo.

Ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtum Ducem hebdomadæ 7. hoc eſt vſque ad Cyrum anni	49
A Cyro vſq; ad Titum hebdomadæ 62. id eſt anni	434
	483
Et poſt hebdomadas 62. & hebdomadas 7. iam numeratas occidetur Meſſias Chriſtus, hoc eſt poſt annos 483. & populus Romanus cum Tito diſſipabit &c.	
Confirmabit pactum hebdomada vna, ſunt anni	7
Summa erit numerus 70. hebdomadarum Danielis anni	490

Iſta ſupputatio in tres partes diuiſa ſecundùm diuiſionem hebdomadarum 70. ab Angelo Gabriele factam, & ap-

Verba Petri Alphonſi ſunt: Notari voluit Daniel, quòd ſepties 70. 490. anni conſtituti ab eiuſdem anno Prophetiæ, vſque ad deſtructionem Ieruſalem, & Templi, quæ à Tito Romanorum Principe facta fuit; cuius deſtructionis tempore iam Chriſtus venerat, qui & iuſtitia ſeculorum, & Sanctus Sanctorum erat, per quem etiam peccatum omne, & iniquitas eſt deleta, & omnis Prophetia impleta. Cætera autem, quę ſequuntur, omnia ad horum 490. annorum ſpectant diuiſionem, & determinationem. Per hoc quod ait: *Ab exitu ſermonis vſque ad Chriſtum Ducem hebdomadæ ſeptem*, innuitur, quòd ab huiuſmodi die Prophetiæ, vſque ad Cyrum Regem Perſarum, qui ab ipſo Deo per Eſaiam appellatus eſt Chriſtus, fuerunt 7. annor. hebdomadæ, id eſt 49. anni: cuius Cyri præcepto cæpit Ieruſalem reædificari. In cuius reædificatione, & poſtquam conſummatum eſt opus vſq; ad aduentum Titi ſuper Ieruſalem 434. anni fuerunt, & hoc eſt quod dicit: *Hebdomadæ 62.* id eſt 434. anni erunt: *Et rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum, & poſt hebdomadas 62. occidetur Chriſtus*. Quod eſt, poſt hebdomadas ſeptem, & poſtquam occidetur Chriſtus, Ciuitatem & Sanctuarium diſſipabit populus, ſcilicet Romanus, cum Duce venturo, id eſt Tito: *Et finis eius vaſtitas: & poſt finem belli ſtatuta deſolatio*. Quod autem ſequitur: *Confirmabit pactum multis hebdomada vna*, illa profectò hebdomada vna ſeptem ſunt anni ob-

cipiunt Iudæi, non quòd iste sit omnibus numeris absolutus & perfectus, sed vt aduersarijs auferatur omnis occasio contradicendi, & repudiandi omnem calculum quacunq; alia ratione initũ diuersum à suis principijs & hypothesibus. Incipiant itaque ipsi *ab exitu sermonis* vt volunt, semper non longè à morte Christi terminabitur calculus, & licèt hanc veritatem compendiosè iam demonstrauerimus, hic eandem per annos singulorum Regum, iterum ostendemus. Fiat igitur initium computandi ab anno 7. Regni Nabuchodonosoris, quo primò intrauit Ierusalem, habebimus

Nabuchodonosoris annos	39
Euilmerodachi annos	23
Baltassaris annos	3
Darij annos	3
Cyri annos	3
Assueri annos	14
Darij filij Assueri & Reginæ Esthet annos	6
Templi Secundi durationis annos	420
Summa annorum	511
Aufer hebdomadas 70. Danielis, seù annos	490
Remanent anni	21

inter mortem Christi, & desolationem Templi Secundi. Igitur secundùm hunc calculum Christus promissus Danieli, iam ante destructum Templum venerat.

Iterum instituatur initium calculi ab anno 4. Sedeciæ, qui est 12. Nabuchodonosoris, quo *egressum est Verbum* de ore Ieremiæ de reuersione popu-

& applicata ad tres temporis status, hoc est 7. hebdomadarum, seù 49. annorum ad primum statum, seù partem temporis, videlicet ab exitu sermonis vsque ad Cyrum, & 62. hebdomadarum, seù annorum 434. à Cyro ad Titum, & 7. annorum vnius & vltimæ hebdomadæ ad obsidionem Vrbis Ierosolymitanæ, benè quidem simul iunctæ, constituunt numerum 70. hebdomadarum, seù numerum annorum 490. Sed istæ partes, seù diuisiones non correspondent numero annorum, qui resultat ex annis, quibus Reges inter huiusmodi temporis spatium regnauerunt: nam ex Chronologia Rabbinorum supra allata constat ab exitu sermonis, seù ab anno Regni Nabuchodonosoris 7. vel etiam si mauis 12. ad Cyri annum primum fluxisse annos 71. vel 62. secundùm diuersum principium acceptionis *ab exitu sermonis*, Petri Alphonsi calculus exhibet annos 49.

Item à Cyro ad Titum Petrus Alphonsus assignat hebdomadas 62. seù annos 434. & ampliùs hebdomadam vnam, id est annos 7. qui simul iuncti faciunt annos 441. & in hoc non admodum discrepat à calculo Chronologiæ, qui à Cyro ad Titum annos assignat 438.

Ego quidem in hoc de 70. hebdomadarum Danielis computo, libenter sequar Iudæorum & Rabbinorum supputandi rationem, secundùm annorum computum, quem in suprà allata Chronologia R. Dauidis Ganz tradidimus, & ambabus manibus re-

pli & Vrbis Ierosolymorum, capitis cincinno ligatum teneri, pro ברהטים *canalibus* cincinnos crispos instar vndarum exponunt -

כי רימת השיער שהוא יורד זה תחת זה כרמות המים ברהטים :

Quoniam capilli (inquit Aben Ezræ ibidem expositione secunda) *hi sub alijs descendunt instar aquarum in canalibus*. Nobis tamen hoc tantùm sufficiat, quòd ipsimet Rabbini constricti sint in suis libris scribere & confiteri, Messiam natum fuisse ante desolationem Ierusalem, & Templi.

Ex hoc tam præclaro Danielis testimonio de 70. hebdomadibus conuicti manent Iudæi. Sed vt illorum obstinatio quoquo modo defendi possit, coguntur ad hoc inconueniens recurrere, vt dicant: Prophetam Danielem in hac Prophetia de 70. hebdomadibus non loqui de Messia, sed de Templo iterum reædificando per Cyrum, populo reuocando per Zorobabelem, vel Nehemiam ad proprios lares in Ierusalem, & de Agrippa vltimo Iudæorum Rege occidendo per Romanos paulò ante euersionem secundi Templi per Titum. Et hæc est communis Iudæorum sententia, & huius Prophetiæ expositio, vt videre est in Cod. msc. Scharintiano nuper citato. In eo quippè primò quibusdam argumentis infringi creditur expositio Christianorum, & subinde Iudæorum sententia explicatione textus confirmanda existimatur. Nos verò primò proponemus argumenta Codicis msc. & ea refellemus; postea im-

puli, & reædificatione Templi, & Ierusalem, & habebimus -

Nabuchodonosoris annos	34
Euilmerodachi annos	23
Baltassaris annos	3
Darij annos	3
Cyri annos	3
Assueri annos	14
Darij secundi annos	6
Templi Secundi annos	420
Summa ann.	506

Ab annis 506. si auferantur 490. anni hebdomadarum Danielis, residuum erit 16.

	ann. 506
Anni hebdomad. Danielis	490
Residuum ann.	16

Igitur secundùm hunc computum, Christus iam ante desolationem Templi annis 16. passus est.

Quocumque autem modo incipiatur computus istorum annorum, semper inuenietur, Messiam venisse ante desolationem Templi: quod etiam coguntur fateri velint nolint ipsi Rabbini, referente R. Abraham Aben Ezræ in tertia explicatione Cant. Cantic. ad cap. 7. ver. 5. מלך אסור ברהטים *Rex ligatus in canalibus*, vbi sic habet -

הוא המשיח שהוא אסור כאשר העתיקו קדמונינו כי ביום שחרבה ירושלם נולד :

Ipse est Messias ligatus, quemadmodum exposuerunt prisci nostri (Rabbini) *quod in die, quo destructa est Ierusalem natus erat*.

Ridiculum tamen commentum est, quando dicunt, hunc Regem Messiam natú ante euersionem Tem-

impugnabimus expoſitionem Iudæorum.

Argumenta Codicis manu ſcripti contra Chriſtianos de 70. Hebdomadibus Danielis.

ידוע אל נכון כי דניאל התפלל על גלות ישראל ועל חרבן הבית בראיתו שכלו ע׳ שנה שנגזר על ישראל ועל חרבן הבית כאשר מוכיח הכתוב והשיב לו מלאך גבריאל בתחילת תחנוניך יצא דבר וגו׳ שבועים שבעים וכו׳ עד סוף הסדר ואין בזה זיכר למשיח בן דוד המבושר מפי הנביאים כלל ולא לחטאת אדם הראשון ׃ ואילו היה כדבריהם לא היה לו לומר שבועים שבעים אלא ארבעת אלפים ועוד כי כן מימי אדם עד הירודוס ׃ ומה צריך לומר על עמך ועל עיר קדשך להזכיר רק ישראל וירושלם על עניין שהוא כללי לכל הברואים ׃ ואחרי שאמר על עמך ועל עיר קדשך היה לו לומר להרבות הפשע ולספות החטאת ולפקיד עון כי לפי דבריהם וכוונתם הוא היה סיבה חרבן הבית וגלות ישראל ׃

ומה שאומר להביא צדק עולמים שאומרין שהוא על המשיה ידוע אל נכון כי לא בא בסוף שבועים שבעים אבל נולד כשמונים שנה לפני ששלמו שבועים שבעים ׃ וגם היה ראוי לנביא להזכיר חשבון מחטאת אדם הראשון ולא מגלות בבל ומה צורך לחשבון גלות בבל לבשורה ההיא הכללית ׃ ועוד האומרן ולהביא צדק עולמי׳ משמע על המובא מאחרים נכה אחר ׃ ולדבריהם שהיה משיח והאלוה היה ראוי לומר ולבוא צדק עולמים כי מי הביאו ומה שאומר על ולחתום הזון ונביא כי מעת ביאו נחתמה ונסתמה הנבואה ׃ ידוע אל נכון בשלש מאות וחמשים שנה לפני ביאו נחתם חזון ונביא כי משעלו מבבל בימי כורש ודריוש שהיו אז חגי זכרית ומלאכי לא היה להם עוד נביא וחוזה אם כן לא היה הוא הסיבה ׃ וממה שאומ׳ ולמשוח קודש קדשים איך יאמר על האלוה שימשחהו אחר ומדוע יצטרך למשיחה גם אותו לא היה משוח כלל ואפי׳ לדברי אגושטינו שאמר בבוא קודש קדשי׳ יוסר משחתכם מה שאינו נמצא אפילו בספריהם יש להוכית בו לא הוסר משחת קודש וזבח ומנחה יותר משמוני׳ שנה הולדו מאטביאנו קיסר עד טיטום ׃ ומה שכתוב להשיב ולבנות ירושלם שבועים שבעה הם מ״ט שנה מאיין יתחיל ואנה גומר החשבון הזה תחת משיח אחר ׃ ועוד אומר ואחרי השבועי׳ ששים ושנים יכרת משיח ואין לו ׃ גדול וכילבול כי תחילה אומר שיבוא המשיח בשבועים שבעה שהם מ״ט שנה ׃ אחריכן אומר שיהרג בסוף שבועים ששים ושנים שהם סמוך לת״ת שנה רחוק ביאתו ממיתתו והוא לא היה כי אם ל׳ שנה ואפילו כשיעמיקו להבדיל הנבואות דבר מחברו איך ימצא להם חשבון ואחרי השבועים ששים ושנים יכרת משיח ואין לו שהם תל״ד שנה שכלו בסוף החורבן בימי טיטום והוא מת יותר מנ׳ שנה לפני החרבן מימי טיביריאו עד טיטוס והכתוב מוכיח כי כריתת משיח וחרבן העיר והבית היו בפרק אחד וזה לא היה כן ולכן לפי מה שנראה אותה הנבואה לא נאמר כלל עניין המשיח אפילו אם היה כדבריהם ׃

I. *Notum ſit* (homini) *recto ; Quòd Daniel orauerat pro captiuitate Iſraëlis, & pro euerſione Domus* (Templi) *quia Viderat completos eſſe annos* 70. *decretos contra Iſraëlem, & contra euerſionem Aedis, quemadmodum oſtendit Scriptura* (Ierem. 25. 11.) *Et reſpondit ei Angelus Gabriel* (Dan. 9. v. 23.) In principio deprecationum tuarum egreſſum eſt verbum &c. (& ver. 24.) Hebdomadæ ſeptuaginta &c. *Vſque ad finem huius capitis. Et in hoc nulla mentio fit de Meſſia Ben Dauidis euangelizato per ora Prophetarum.*

II. *Neque etiam de peccato primi hominis : & ſi fuiſſet iuxta ipſorum* (Chriſtianorum) *verba, dicere non debuiſſet :* Hebdomadæ ſeptuaginta,

numerum (ternarium) *in secunda persona* (hoc est in se) *vniret*. Sic circumscribunt Dominum Iesum Christum. *Et secundùm eos, qui dicunt, eundem esse Messiam, & Deum, conuenientiùs erat dicendum: Vt veniat Iustitia seculorum. Quoniam quis eum adduxit?*

VIII. *Et quod dicitur*: Et ad sigillandum (vel finiendum) Visionem & Prophetam. *Num à tempore sui aduentus sigillata fuit & clausa Prophetia? Sciat* (Vir) *rectus, quòd 350. annis priùs quàm veniret ille* (IESVS) *sigillata fuit Visio & Prophetia: quoniam ab eo tempore, quo ascenderunt* (Israëlitæ) *de Babylonia in diebus Cyri, & Darij, & fuerunt Aggæus, Zacharias, & Malachias, non ampliùs fuit eis Propheta, & Videns. Si sic est, non fuit ille causa*; hoc est, non propter illius causam defecerunt Prophetæ.

IX. *Et propter quod dicitur*: Et ad vngendum Sanctitatem sanctitatum. *Quomodo hoc dicetur de Deo, cùm ipse alios vngere faciat? Numquid indigebit ipse vnctione? Non igitur vnquam inungetur ipse. Et quamquam ex verbis Augustini habeatur*: Cùm venerit Sanctus Sanctorum, vnctio vestra deficiet, *nunquam tamen id accidit; quamuis in eorum* (Christianorum) *libris inueniantur aliqui, qui argutè probant, non defecisse vnctionem sanctam, & Sacrificium, & Minchà munus, nisi ab octogesimo anno suæ natiuitatis, scilicet ab Octauiano Cæsare vsque ad Titum*.

X. *Et circa illud, quod scriptum est*; *sed 4000. & ampliùs, quia tot sunt dies, qui transierunt ab Adamo vsque ad Herodem*.

III. *Et quid necesse fuit dicere*, Super populum tuum, & super Vrbem sanctitatis tuæ? *Vt meminisset solius Israelis & Ierusalem. In generali siquidem* (loquendi modo) *comprehenduntur omnes creaturæ*.

IV. *Et postquam dixerat*: Super populum tuum, & super Ciuitatem sanctitatis tuæ (ad consumendum præuaricationem) *potiùs dicendum erat: ad multiplicandum præuaricationem* (ad finiendum peccata) *potiùs ad augendum peccata* (& ad expiandum iniquitatem) *Veriùs ad visitandum iniquitatem, quia secundùm eorum* (Christianorum) *verba & intentionem, ipse fuit in causa euersionis Domus* (Templi) *& captiuitatis Israëlis*.

V. *Et cur dixerat*: Ad adducendum Iustitiam seculorum? *Ipsi dicunt, id dictum esse pro Messia. Sciat* (Vir) *rectus, quòd* (IESVS) *non venit in fine hebdomadarum septuaginta, sed natus est circiter octoginta annis, antequam completa essent hebdomadæ septuaginta*.

VI. *Conueniens etiam fuerat, vt Propheta mentionem faceret numeri* (annorum) *peccati hominis primi, & non captiuitatis Babel. Et quid necesse erat computare captiuitatem Babel in hoc vniuersali Euangelio* (Prophetali?)

VII. *Ampliùs dicunt* (Christiani) Ad adducendum Iustitiam seculorum, *intelligunt de eo qui venit, vt*

per 50. & amplius annos singulis Sabbathis Romæ in Oratorio SS. Trinitatis habuit ad Hebræos, membratim fuerint huiusmodi argumenta pluriès confutata; vt Hebræi nihil opponere ei ampliùs potuerint; attamen, vt omnes Iudæi per vniuersum Mundum dispersi animo percipiant, quàm futilia sint argumenta huius Codicis msc. ea singillatim refellam:

Refelluntur Argumenta Codicis msc. contra 70. Hebdomadas Danielis.

Quòd principio dicitur in Codice msc. animaduertisse Danielem

שכלו ע׳ שנה שנגזר על ישראל וכו׳:

iam completos esse annos 70. decretos contra Israëlem &c. nec eatenus vidisse liberationem populi Israëlitici, ac propterea ad Deum conuersum orasse pro populo, & pro reædificatione Vrbis, & Templi, vltrò concedimus.

At quòd subiungit in hac prophetia de 70 hebdomadibus nullam fieri mentionem Messiæ Ben Dauidis, neque de peccato primi hominis, omninò negamus. Dicat hic Rabbinus Codicis msc. Auctor, quid significent illa verba versiculi 25. משיח נגיד *Masciach naghìd Christum Ducem*, & alia ver. 26. יכרת משיח *Iccarrèth Masciach Excidetur Christus*, an Messiam per ora Prophetarũ promissum à Deo, an aliquem alium excidendum? Si Messiam à Deo promissum, vtique erit משיח בן דויד *Masciach Ben Dauìd Christus*

est: Ad reuerti faciendum, & ad ædificandum Ierusalem vsque ad Messiam Ducem hebdomadæ septem; *isti sunt 49. anni. Vnde incipiendus, & finiendus erit hic numerus, erit alter Messias.*

XI. *Vlterius dicit:* Et post hebdomadas sexaginta, & duas excidetur Messias, & non ei. *Implica* (numeros) *& calcula. Dicit enim primò, quòd veniet Messias in hebdomadibus septem, hoc est in 49. annis. Posteà dicit, quòd occidetur in fine hebdomadarum sexaginta duarum, quæ iunguntur ipsissimet annis 400. longè quidem ab aduentu & morte eius; ipse enim non vixit nisi 30. annos. Et quamuis ipsi* (Christiani) *conentur diuidere Prophetias; & vnam rem ab altera: quomodo inuenietur ab eis numerus:* (Daniel. 9. 26.) Et post hebdomadas sexaginta & duas excidetur Christus, & non ei? *cùm sint 434. anni qui completi fuerunt in fine destructionis* (Templi) *in diebus Titi, & ipse mortuus sit ante euersionem* (Templi) *annis vltra 50. vti* (fuerunt) *à Tiberio ad Titum? Scriptura verò monet, excisionem Messiæ, & euersionem Vrbis, & Templi futuram eodem momento. At hoc non fuit sic, & idcircò secundùm quod apparet, hæc prophetia non est de Christo, neque de eo aliquid continet, quantumuis secundùm* (Christianorum) *verba exponatur.* Hactenus Codex msc. Scharintianus, contra prophetiam Danielis de tempore aduentus Domini per 70. hebdomadas designato. Et quamuis ab eodem P. Scharintio in suis Concionibus, quas

tur, Cyrum vocari Meſſiam, ſeù Chriſtum ab Iſaia 45. 1. dico ideò Cyrum vocari *Chriſtum*, quia erat figura Chriſti Redemptoris, & Chriſtum repræſentabat, vt dicunt antiqui Sapientes Hebræi in Cod. מגילה *Meghillà* cap. 1. pag. 12. lin. 9.

דרש רב נחמן בר רב חסרא מאי דכתיב (ישעיה מ״ה, א׳) כה אמר יהוה למשיחו לכורש אשר החזקתי בימינו וכי כורש משיח היה אלא אמר לו הקב״ה למשיח קובל אני לך על כורש אני אמרתי הוא יבנה ביתי ויקבץ גליותי וכו׳.

Inquirit Ràu Nachmàn Bar Ràu Chasdà: Cur ſcriptum eſt (Iſai. 45. v. 1.) Sic dixit Dominus Meſſiæ ſuo (Chriſto ſuo) Cyro, cuius apprehendi dexteram eius. *Et quid? Cyruſne eſt Meſſias* (Chriſtus)*? Sed dixit Deus ſanctus benedictus Meſſiæ: Recipio te in Cyro. Ego dixi: Ipſe ædificabit Domum meam* (Templum) *& congregabit captiuitatem meam, &c.* Ex quo euidenter patet ſecundùm expoſitionem antiquorum Hebræorum, per Cyrum in hoc loco Iſaiæ intelligi Meſſiam Ben Dauid in Scripturis promiſſum, per quem ſaluandus erat vniuerſus mundus, ſicut per Cyrum, qui Chriſtum repræſentabat, ſaluandus erat populus ex particulari Babylonica captiuitate poſt ſeptuageſimum annum captiuitatis, cuius computus non ſpectat ad numerum 70. hebdomadarum Danielis, cùm illi ſeptuaginta anni captiuitatis Babylonicæ fuerint figura liberationis vniuerſalis futuræ, expletis ſeptuaginta hebdomadibus à Daniele præmonſtra-

ſtus filius David: nam alium, quem vocant משיח בן יוסף *Maſciach Ben Ioſeph Chriſtum filium Ioſeph*, ſeù משיח בן אפרים *Maſciach Ben Ephràim Chriſtum filium Ephraim*, vti merè fictitium & Talmudicum reijcimus, ſicut oſtendemus in ſpeciali Tractatu de Meſſia ſuo loco. Si verò ſignificant ea verba aliquem alium Meſſiam, dicant quem? Dicent Iudæi ſignificare *Cyrum*, & *Agrippam*: nam Cyrus vocatur Meſſias Iſai. 45. ver. 1.

כה אמר יהוה למשיחו לכורש.

Sic dixit Dominus Chriſto ſuo Cyro, qui primò facultatem dedit populo redeundi & reædificandi Vrbem, & Templum Ieroſolymitanum, & Agrippas fuit vltimus Rex de ſtirpe Herodianorum, qui, vt produnt Iudæorum hiſtoriæ, paulò ante Templi euerſionem occiſus fuit à Romanis. Sic prophetia iſta Danielis de occiſione Meſſiæ benè congruit Agrippæ, qui Rex fuit (nam Rex משיח *Maſciach* ſiuè *Chriſtus* vocatur) & occiſus eſt ואין לו *Veèn lò Et non ei*, id eſt non eſt ei ampliùs Regnum, domui ſcilicet Herodianorum, quia domus Herodis in Agrippa defecit. Vel etiã *Et non ei*, id eſt non Agrippa, neç aliquis Rex deinceps de gente Iudæorum erit, quouſque veniat Chriſtus promiſſus in Lege & Prophetis.

Reſp. negando pro Chriſto intelligi modò Cyrum, modò Agrippam: nam ex contextu patet de eodẽ Chriſto in vtroque loco prophetiam loqui. Mutatio ergo perſonæ falſitatem expoſitionis arguit. Ad id quod dici-

Hascirrim Expositione super Canticum Cantic. cap. 8. 8. pag. 38. col. 2. editionis Amstelodamen. in fol. circa finem. Illius verba sunt -

אחות לנו קטנה אלו עולי גולה . קטנה שתיו דלים כאפלוסין ושרים אין לא אלו חמשה דברים שהיה בית אחרון חסר מן הראשון ואלו הן אש של מעלה ושמן המשחה ארון רוח הקדש ואורים ותומים תה״ר (חגי א׳ ח׳) וארצה בו ואכבדה ואכבד כתיב חסר ה׳ .

Soror (est) nobis paruula, & vbera non sunt ei (Cant. Cantic. 8. 8.) Paruula, *quia fuerunt pauperes in nummis*. Et vbera non sunt ei: *hæ sunt quinque res, quæ fuerunt in Domo prima* (primo Templo) *& defuerunt in Domo Vltima* (in secundo Templo), *eæ sunt: Ignis ex alto* (Diuinus), *Oleum Vnctionis, Arca, Spiritus Sanctus* (*id est Prophetia*) *& Vrrim & Thumim, S. D.* (Agg. 1 8.) Ascendite in montem, & afferte ligna, & ædificate Domũ (Templum) & complacebo in ea, & glorificabor (non est scriptum וְאֶכָּבְדָה *glorificabor* cum litera ה *He*, sed) וְאֶכָּבֵד *Veeccaueda sine litera* ה *He*. vt sit indicium, quòd quinque res, vti numerat ה deficere debebant in vltimo Templo, inter quas recensetur Oleũ vnctionis, quo Summi Sacerdotes, & Reges inungebantur, cuius ratione, nomine *Christi* in Scripturis appellantur. Ergo nec Summi Sacerdotes, nec Reges tempore Secundi Templi, *Christi* vocari possunt. Ergo quando in hac prophetia septuaginta hebdomadarum de Christo fit mentio, non po-

stratis. Vide R. Salomon, qui & hanc expositionem affert, & locum Talmudicum citat. Si Cyrus quamuis à Propheta vocetur Christus, non tamen accipiendus est pro Christo, nisi tantùm figuratè, & quatenus aliqua ex parte Christum Filium Dauidis licèt imperfectè figurabat, & hoc ex sententia antiquorum Rabbinorum: quanto minùs accipiendus erit Agrippa pro Christo, qui nullam prorsùs notam Christi habet? *Christi* fuerunt vocati *Reges & Sacerdotes*; sic 2. Samuel. 1, 14. *Quare non timuisti mittere manum tuam, vt occideres Christum Domini?* intelligitur de Saule, qui cùm in Regem vnctus esset, vocatur Christus. Sic Psal. 105. 15. *Nolite tangere Christos meos*, Sacerdotes intelligit, potissimùm summos, qui inuncti erant Sacro Oleo. At Agrippa quamuis fuerit Rex, non erat vnctus, quia Oleum Sacræ vnctionis tempore Secundæ Ædis non extabat: nam quando recondita fuit Arca, reconditus etiam fuit Olei vnctionis lecythus &c. vt testatur Codex כריתות *Cherithòth* cap. 1. pag. 5. b. longè ante finem his verbis -

ומי הוא שמן המשחה והתני׳ משנגנז ארון נגנז צנצנת המן וצלוחית שמן המשחה ומקלו של אהרן שקדי׳ ופרחי׳ וכו׳ .

Et quomodo potuit esse Oleum vnctionis, si, veluti legimus, ex quo recondita est Arca, recondita etiam est ampulla Manna, & lecythus Olei Vnctionis, virga quoque Aaron, amygdalæ flores, &c. Et euidentiùs idem habetur in מדרש שיר השירים *Medrásc Scir*

mus in Regibus, quos Prophetæ semper inunxerunt: quoniam Samuel Propheta vnxit Saulem, & itidem postea Dauidem. Nathan Propheta vnxit Salomonem; & etiam Iehù filius Nimscì vnctus fuit per manus Prophetæ (2. Reg. 9. 1. & seqq) *Et Magistri nostri b. m. dicunt eum fuisse Ionam filium Amathì: & causa huius rei est manifesta ex his quæ retuli. Postquam enim Vnctio signum factum est electionis Diuinæ, conueniens fuit, eam fieri per manus Prophetæ* (Ierem. 23. 18.) Quis enim stetit in secreto Domini, *vt sciat Virum quem elegerit in Regem super Israël*, & videat, & audiat verbum eius? *& voluntatem eius*, *dicendo*: (1. Sam. 9. 17.) Iste dominabitur super populo meo; *quis inquam scire potest nisi Propheta? Et etiam Sacerdos Magnus condecens fuit vt eligeretur per manus Prophetæ, quemadmodum Dominus Prophetarum* (Moses) *elegerat Eleazarum in Summum Sacerdotem post mortem Aharonis patris sui. Et si interdum Summi Sacerdotes fuerint constituti Regia auctoritate tempore secundi Templi, id factum non fuit secundùm Ius, sed indebitè*. Patet igitur manifestè, non Cyrum, non Agrippam vocari posse Messiam, seù Christum. Sed quando in hac Prophetia Danielis de 70. hebdomadibus *Christi* fit mentio, intelligitur de Christo filio Dauid, cui soli competit nomen משיח נגיד *Masciach nàghid Christi principalis*, non verò de Cyro, Agrippa, aut quolibet altero, qui *Christus principalis* vocari non poterat, cùm omnes notas Christo filio Dauid com-potest intelligi nec Cyrus, nec Agrippa, nec alius quispiam, vti Zerobabel, vel Nehemias, vel quicumque, fingi potest à læsa Iudæorum phantasia.

Adde, quod Rex debebat Oleo vngi à Propheta, sicut & Summus Sacerdos, vt benè probat R. Isaac Abrauanèl *Parasciá* תשא *Thissà* Exod. capit. 30. 22. Sed in Templo secundo nullus extitit Propheta, vt infrà videbimus. Ergo nec Agrippa, vel alius quispiam inungi potuit Oleo sancto, & sic Christus vocari. Verba Abrauanelis loco cit. העקר הי' articulo 10. pag. 207. col. 2. sunt -.

במושח שלא יחיה אלא נביא התבאר זה בתורה שמשה רבן של נביאים משח בעצמו את הכהנים וכלי המקדש וכן מצאנו במלכים שהיו נביאים מושחים אותם כי שמואל הרואה משח את שאול והוא עצמו משח את דוד ׃ ונתן הנביא משח את שלמה ואף יהוא בן נמשי על יד נביא נמשח ואחז״ל שהיה יונה בן אמתי והסיבה בזה מבוארת ממה שזכרתי שאחרי היות המשיחה אות על הבחירה האלהית היה ראוי שתהיה על יד נביא (ירמיהו כג״ ׃ יח״) כי מי עמד בסוד יהוה לדעת האיש אשר יבחר בו למלך על ישראל ויראה וישמע את דברו ורצונו לאמר זה יעצור בעמי כי אם הנביא ׃ וגם הכהן גדול היה ראוי שיהיה נבחר ע״י נביא כמו שבחר אדון הנביאים באלעזר הכהן לכ״ג אחרי מות אהרן אביו עם היות שפעמים הכהנים גדולים היו ממונים במאמר המלכים בזמן בית שני אשר לא כדת ׃

Quod spectat ad vnctionem, hæc non fiebat nisi à Propheta, vti explicatur in Lege; siquidem Moses Princeps Prophetarum per se ipsum vnxit Sacerdotes, & vasa sanctitatis. Hoc idem inueni-

uem millia sexcentos & septuaginta sex annos . Hæc ipsius stoliditas in computu annorum nulla tergiuersatione, aut aliquo fucato colore defendi, excusari, aut celari potest: nam ipse his verbis compellat legentem.

ואילו היה כדבריהם לא היה לו לומר שבועים שבעים אלא ארבעת אלפים ועוד כי כן מימי אדם עד הורודוס :

Et si fuisset secundùm eorum verba (id est Christianorum) *dicere non debuisset* hebdomadæ septuaginta, *sed quatuor millia & ampliùs, quia tot sunt dies Adami vsque ad Herodem*. At agitur in hoc loco de hebdomadibus Danielis, quæ, vt ipsemet Rabbinus fatetur, sunt hebdomadæ annorum; dicit enim ipse pagina sequenti.

יודע כי השבוע הם ז׳ שנים ושבעים פעמים ז׳ הם ת״ץ שנה כי נראה שהימים אלו במקום שנים :

Scito, quòd hebdomada est septem annorum, & septuaginta septies sunt 490. *anni: quoniam apparet, quòd dies sint loco annorum*. Ergo 4000. hebdomadæ annorum, erunt anni 28000. ab Adamo ad Herodem, seù ad Natiuitatem Domini. Et cùm ab hac Natiuitate ad annũ præsentem transierint anni 1676. hi addendi sunt annis mundi ad Herodem 28000, & sic fiet summa 29676. & tot anni secundùm hunc nostrum calculatorem præterierunt ab Adamo ad præsentem vsque diem. Sed ad rem: Cùm per aduentum Messiæ finiendum competentes non habuerint. Quòd autem נגיד *Naghid principalem* significet, omnes, qui tantùm primoribus labijs Linguam Sanctam degustauerint, probè sciunt. Sic habemus in Prouerbijs 8. v. 6. שמעו כי נגידים אדבר *Audite, quoniam principalia loquar*, magna videlicet. Et quia principales & magni sunt Duces, qui præeunt exercitum, pro Ducibus etiam aliquando sumitur. Oscitanter igitur dicit Codex msc. citatus, non fieri de Messia Ben Dauidis in hac nostra prophetia Danielis de 70. hebdomadibus mentionem.

Ad 2. Falsum etiam est nihil de peccato Adami dici in hac prophetia, cùm iam disertè legatur לכלא הפשע *Lechallè happèsciah Ad complendum prauaricationem*: quod de præuaricatione primi hominis est intelligendum, vt suprà pag. 308. & numero IV. & V. explicauimus.

Impertinens quoque est, quod vrget Rabbinus Auctor Cod. msc. quòd Gabriel non 70. *Hebdomadas*, sed 4000. *hebdomadas & ampliùs debuisset dicere; quia* (inquit) *tot sunt dies, qui transierunt ab Adamo vsque ad Herodem*. O egregium Chronologum, & annorum ab origine mundi vsque ad Herodem diligentem calculatorem! Constans opinio est apud vniuersam Hebræorum gentem, à creatione mundi vsque ad hunc præsentem annum Christi Domini 1676. fluxisse annos 5436. Rabbinus autem hic calculator egregius, vult ab exordio rerum vsque ad præsentem annum 1676. præterijsse viginti no-

כבר נתנבא בו דניאל שנאמר (דניאל יא״ : יד״ ׃) ובני פריצי עמך ינשאו להעמיד חזון ונכשלו וכי יש מכשול גדול מזה שכל הנביאים דברו שהמשיח גואל לישראל ומושיעם ומקבץ נדחיהם ומחזק מצותם וזה גרם לאבד ישראל בחרב ולפזר שאריתם ולהשפילם ולהחליף התורה ולהטעות רוב העולם וכו׳ ׃

Etiam de illo, qui videbatur Messias (intelligit IESVM CHRISTVM) *& occisus est per Senatum, olim idem prophetauerat* (Dan. 11. 14.) Et filij dissipatorum populi tui eleuabuntur, vt stare faciant visionem, & corruent. *Quid verò? Est ne casus maior isto? Omnes quidẽ Prophetæ locuti sunt, Messiam redempturum esse Israëlem, eumque saluandum, congregandos depulsos eorum, & roborandas illorum munitiones; & iste fuit in causa, vt perderetur Israël gladio, & disperderentur reliquiæ eius, vt debilitaretur & mutaretur Lex, & fecit, vt erraret maior pars Vniuersi &c.* Hactenus Moses Ægyptius, qui videns propagationem Euangelij per vniuersum Mundum, & depressionem Legis Mosaicæ blasphemat in IESVM Christum Dominum, & verum Hebræorum Messiam, nec vult agnoscere veritatem prophetiarum tam apertè de Christo loquentium, quòd non esset redempturus Israël, imò & mundum vniuersum nisi spiritualiter. Nec Lex digito Dei scripta in Tabulis, & Mosi tradita, per Messiam IESVM fuit debilitata, sed confirmata, & per vniuersum Orbẽ prædicata, & propagata. Ceremonialia autẽ, & iudicialia, quæ populum Iudaicum habitantem in

dum esset peccatum post 70. hebdomadas à Deo præcisas, hic numerus 70. debebat exprimi, & non ab Adamo, vt imaginatur hic tumidus Antagonista Rabbinus.

Ad 3. Fit mentio populi Israëlitici, & Vrbis Ierosolymorum, quia solis Iudæis facta erat de Christo repromissio, inter quos Christus nasciturus erat, & verbum eius de Ierusalem egressurum. Vide suprà pagina 308. & num. III.

Ad 4. Non intelligit hîc Rabbinus quomodo per passionem, & mortem Christi consummanda esset præuaricatio, finiendum peccatum, expianda iniquitas. Vide, quæ de hac materia diximus in Dissertatione de peccato originali pag. 56. & seqq. & suprà pag. 309. num. V. Christus non fuit causa, quòd Templum, & Ierosolyma destruerentur, & populi reliquiæ per vniuersum Imperium Romanum dispergerentur; sed peccata ipsius populi Iudaici fuerunt in causa euersionis Templi, & Vrbis Ierusalem, & huius vltimæ, ac deploratæ desolationis populi, quia noluit recipere Christum Domini, sed eum morti tradidit: hanc etiam calumniam R. Moses Maimonis filius tribuit Christo Seruatori nostro, asserens illum fuisse causã, quòd populus dispergeretur per Orbem, in ספר היד *Sèpher haiàd* lib. שופטים הלכות מלכים ומלחמות ומלך משיח *Sciophettim alachòth Tract. de Regibus, prælijs, & Rege Messia* capite 11. de Christo hoc modo loquitur.

אף אותו שדמה שיהיה משיח ונהרג בבית דין

se præceptum Domini implere secundùm visionem Isaiæ 19. 19. qua dicebatur -

ביום ההוא יהיה מזבח ליהוה בתוך ארץ מצרים ומצבה אצל גבולה ליהוה ׃

In die illa erit Altare Domino in medio terra Aegypti, & titulus iuxta terminum eius Domino; perperam hanc prophetiam intelligentes, quia extra Ierosolymam non licebat Iudæis Altare erigere, vel Templum ædificare, aut hostias immolare, vnde & hoc factum improbatur à Iudęis vbicunque de eo in eorum libris fit aliqua mentio. Fuit autem ædificatum huiusmodi Templum ab Onia filio Simeonis, vt dicitur in libro *Iuchasin* pag. 138. facultate accepta à Ptolemæo Philometore, qui cùm illá concedere Onię noluisset, eò quòd sciret, non esse licitum Iudæis extra terram Philisthæorum Templum habere, contrarium probauit Onias locum Isaię 19. 19. adducendo pręcitatum, *In die illa erit Altare Domino in medio terra Aegypti &c.* Sicque Rex permisit, vt ædificaretur Templum in Vrbe Alexandrina ad instar Templi Ierosolymitani circa annum mundi 3585. Hieronymus autē super Isaiam hic ex Eusebio dicit fuisse ædificatum in Vrbe Heliopoli, & euersum à Vespasiano vnà cum Vrbe, interfectis omnibus Iudæis, cùm stetisset annis 250. Qui computus concordare videtur cum annis Chronologiæ Hebræorum; nam ab anno 3585. ædificationis Templi Oniæ ad an. 3760. Natiuitatis Christi intercedunt anni 175.

in terra Philisthæorum respiciebant, tempore Messiæ, vt potè ex maiori parte euacuata, vel impossibilitata, vt obseruari possent, fuerunt per aduentum Messiæ abrogata, vt ipsimet Prophetæ prophetauerunt, inter quos est Ierem. 31. v. 31. futurum fœdus nouum inter Deum & Domum Israëlis, & Iudæ, hoc est Legem Dei inserendam, & scribendam esse in corde fidelium, *Legem Dei*, hoc est Legem in Tabulis scriptam; & in Sina promulgatam, non autem ceremonialem aut Iudicialem. Moses verò Ægyptius negans hanc veritatem per totum terrarum Orbem notissimam, & tot tantisque miraculis confirmatam, reus fit æternæ damnationis. Locus autem Danielis 11. 14. quem Ægyptius detorquet, est: *Et in temporibus illis multi consurgent aduersus Regem Austri: filij quoque prauaricatorum populi tui extollentur, vt stare faciant* (impleant) *visionem, & corruent.* Prædicit Angelus Danieli in hoc capitulo bella posterorum Alexandri Magni, puta Seleucidarum, seù Antiochorum Regum Asiæ ad Aquilonarem plagam regnantium, & Ptolemæorum in Ægypto ad Austrum dominantium, illi enim inter se frequenter dimicauerant, vario belli euentu, ad hos tanquam ad contrarias partes præuaricatores Iudæorum confugiebant, alij ad Antiochos, alij ad Ptolemæos, & hi, qui in Ægyptum properabant, sacrificabant in Templo ibi ædificato Sacrificia, quæ prohibita erant extra Templum Ierosolymitanum offerre, imò & iactabant,

Messias veniret ad redimendũ mundum in ipso anno 490. vel statim in fine hebdomadæ septuagesimæ, quia annus resultans ex multiplicatione numeri septenarij in se ipsum pro anno Iubilei legalis, est annus 49. at hic annus 49. non est annus Iubilei, sed annus qui immediatè sequitur, hoc est annus 50. Sic in anno Iubilei vniuersalis, non est annus Iubilei annus 490., sed annus qui immediatè sequitur, in quo poterat venire Messias promissus in hebdomadibus: Potuit tamen anticipare has præcisas hebdomadas, quia gratiæ solent a Deo anticipari, quamuis Deus tempus statutum illis præfixerat, vt patet de seruitute Ægyptiaca filiorum Israël quam comminatus fuerat Deus, affligendos esse Israëlitas in Ægypto quadringentis annis. Gen. 42. 2. Et nihilominus non fuerunt in Ægypto Israëlitæ, neque Ægyptijs seruierunt nisi 210. annis, vt volunt omnes Doctores Hebræi. Anticipata igitur fuerat hæc gratia 190. annis, vt notauimus in I. Par. pag. 171. Igitur nullum erit inconueniens si ex calculo Iudæorum inueniatur, Christum anticipasse aliquot annos ante 70. hebdomadas ab eis computatas. Falsum est tamen id, quod dicitur in Codice msc. Scharintiano, IESVM Iudæorum Messiam natum esse 80. circiter annis antequam completæ essent 70. hebdomadæ Danielis. Falsitas autem euidenter hoc modo ostenditur.

Vult Codex msc. sæpè citatus hebdomadas 70. seù annos 490. complendos esse vnà cum deuastatione Tem- 175. à Natiuitate Christi ad Vespasianum sunt anni 72. hi si addantur an. 175. fiunt anni 247. Videtur igitur Templum Oniç euersum fuisse anno tertio Vespasiani Cæsaris. Et de hoc Templo loquitur Daniel, quando cap. 11. 14. dicit: *Et filij dissipatorum populi tui eleuabuntur, vt stare faciant visionem, & corruent.* Vt stare faciant Visionem & Prophetiam Isaiæ malè à Iudæis intellectam de Templo ædificando in Ægypto; *& corruent*, id est corruent ipsi, & Templum ab eis ædificatum, vt adimpletum est, quando destructum fuit Templum, & occisi omnes Iudæi. Vide D. Hieronymum hic. Et hæc est plana & vera intelligentia huius loci Danielis, quam sequitur R. Abraham Aben Ezræ, qui ait, Templi huius ædificationem accidisse tempore בימי שמעון בן שטח *Simeonis Ben Sciattàch*: quod verum esse non potest, quia hic Simeon Ben Sciattàch floruit anno 3621. triginta sex ann. serius quàm Ptolemæus Philometor. Moses autem Ægyptius iniquitatibus suæ gentis indulgens, Vaticinium Danielis in odium Christianæ religionis contorquens, iniquè & malignè peruertit.

Sed & nos fatemur, & experientia ipsa docet, quòd ob mortem Messiæ Domini illatam, dirutum fuerit Templum, euersa Ierusalem, & in perpetuum exilium abactæ sint Iudæorum reliquiæ, quæ sub iugo populorum premuntur, & pedibus conculcabuntur vsque ad diem nouissimum.

Ad 5. Erat quidem necesse secundùm hanc Danielis Prophetiam, vt

& in Vrbe Ierosolyma consummanda erat, & ab exitu sermonis vsque ad eandem redemptionem septuaginta hebdomadæ abbreuiatæ erant &c. Si autem in hoc hebdomadarum numero computentur etiam anni 70. captiuitatis, nullum ob id facessit negotium, quia numerus incipiendus est *ab exitu sermonis, Vt iterum ædificetur Ierusalem*. Si enim sumantur ab anno septimo Nabuchodonosoris, qui annus fuit initium captiuitatis, vt in Ier. 52. 28. & ex quo exijt sermo, vt iterum ædificanda esset Ierusalem, certum est in hoc hebdomadarum Danielis computo, debere etiam numerari 70. ann. captiuitatis. Si verò *ab exitu sermonis* sumatur ab anno primo Regni Cyri, quo egressum est decretum, vt iterum reædificaretur Ierusalem, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ 25. 12. *Cùmque impleti fuerint septuaginta anni visitabo &c.* tunc non erunt computandi septuaginta illi anni iam elapsi captiuitatis; vnde patet, quòd intentio huius prophetiæ septuaginta hebdomadarum Danielis, non est de computo, aut numero annorum captiuitatis, aut Templi iterum reædificandi, cùm iste numerus iam manifestus esset ex eodem loco statim citato Ieremiæ, sed est de computo hebdomadarum, seù annorum, quibus venturus erat Messias Dux. Hinc intelliges, quòd nullo modo computetur captiuitas Babylonis, vel si videtur computari, non computatur per se, sed quatenus per accidens includitur in numero septuaginta hebdomadarum, secundùm diuer-

Templi tempore Titi, & morte Messiæ.

כי כריתת משיח וחרבן העיר והבית היו בפרק אחד:

Quoniam excisio Messiæ, & euersio Vrbis (Ierosolymorum) *& Templi sunt eodem momento*. Sunt verba Codicis msc. Euersio Vrbis & Templi, ex communi sententia Rabbinorum, vt suprà in Chronologia, facta fuit anno 3828. Ergo secundùm eos eodem momento excisus est Messias; at IESVS nascitur secundùm Rabbi Dauid Ganz in צמח דוד *Tzèmach Dauid* lib. 11. 3761. Ergo ante euersionem Vrbis & Templi annis 67. seù veriùs 68. vt constat ex Chronologia suprà notata pag. 322. Ergo IESVS non natus est octoginta circiter annis, antequam completæ essent hebdomadæ Danielis, vti vult iste petulans calculator Rabbinus, sed 68. annis, antequam destrueretur Ædes Sacra, natus est Christus.

Ad 6. Supponit Rabbinus Antagonista, in hac Prophetia 70. hebdomadarum fieri mentionem captiuitatis Babylonicæ, de qua nec verbum quidem habetur. Iam certum erat apud Danielem, quòd populus septuaginta annis captiuus esse debebat in Babylonia, vti legerat in libris suis, hoc est apud Ieremiam cap. 25. 11. & 12. *Et seruient omnes gentes istæ Regi Babylonis septuaginta annis*. Neque de re certa aliud inquirendum, aut maior certitudo expectanda erat; sed in hoc loco instruitur Daniel de perpetua & vniuersali redemptione, quæ in populo Israëlitico incipienda,

In hac Zachariæ prophetia habetur Deus missus à Deo mittente; & quòd Deus missus sit Deus, & homo simul. Quando enim dicitur: *Et scies, quia Dominus exercituum misit me ad te*, explicatur, quòd Dominus exercituum sit Deus mittens; quando deinde sequitur: *Misit me*, intelligitur Deus missus; vnde dicit: *Ecce ego venio, ait Dominus*. Dominus enim venisse dicitur, & habitasse in medio nostri, quando Verbum Diuinum apparuit homo carne humana indutũ; alioquin dici non posset Deum venisse, cùm Deus vbique sit: per assumptionem autem humanæ naturæ, Verbum Diuinum dicitur venisse in mundum, & hic est Christus Dominus verus Deus, & verus homo, & est ille Propheta, de quo dicitur Deuter. 18. 15.

נביא מקרבך מאחיך כמוני יקים לך יהוה אלהיך
אליו תשמעון ׃

Prophetam de medio tui de fratribus tuis, sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audietis. Ecce Messiam verum hominem. Igitur ex hoc loco Zachariæ clarè habetur, quòd Christus seu Messias Deus, & homo esse debebat, & de eo verè dici poterat, Deus missus à Deo, hoc est Deus Filius missus à Deo Patre visibiliter in mundum absque vlla sui ipsius mutatione.

Ad 8. Stupidum argumentum; Non dicit Scriptura, post Christum nullam aliam futuram Visionem, Prophetiam, aut Prophetam; sed ולחתום חזון ונביא *Velachtom chazòn Venauì Et*

uersum principium, quod sumitur *ab exitu sermonis*. Impertinens igitur est instantia Codicis msc. qua dicitur; *Conuenientiùs fuisset, si Propheta mentionem fecisset numeri annorum peccati primi parentis*. Anni redemptionis indicandi erant in Prophetia, prout indicantur, non anni, qui iam ab Adamo vsque ad Danielem transactierant, qui quidem ad rem vllam non faciebant.

Ad 7. Iustitia seculorum Christus est, duplicem naturam habens Diuinam, & humanam hypostaticè vnitam personæ Diuinæ Verbi æterni; vnde dicitur: Naturam humanam in Christo subsistere subsistentia Verbi. Verbum igitur, seù Dei Filius mittitur à Patre, & sic Deus à Deo mittitur. Sed Iudæorum Doctores non intelligunt distinctionem personarũ in Diuinis, & quomodo dicatur Deus à Deo mitti: nam Filius Deus est, & à Patre, qui Deus est, mittitur, Ioan. 8. 16. & 18. *Ego, & qui misit me, Pater*. Hæc Dei à Deo mittente missio luculenter explicatur à Propheta Zacharia 2. 10.

רני ושמחי בת ציון כי הנני בא ושכנתי בתוכך
נאם יהוה ׃ טו׳ ונלוו גוים רבים אל יהוה ביום
ההוא והיו לי לעם ושכנתי בתוכך וידעת כי יהוה
צבאות שלחני אליך ׃

Lauda, & lætare filia Sion, quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus. Ver. 15. *Et applicabuntur gentiles multi ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui, & scies, quia Dominus exercituum misit me ad te*.

cunt Rabbini cum R. Salom. ad locum citatum Aggęi 2. 10. *Maior erit gloria Domus &c.*

רב ושמואל חד אמר בבניין וחד אמר בשנים ששני בית ראשון ארבע מאות ועשר בית שני ארבע מאות ועשרים ׃

Ràu & Samuèl (inter se dissentiunt) *Vnus dicit quoad ædificium; & alter dicit quoad annos; nam anni Domus primæ* (primi Templi) *fuerunt* 410. *& anni Domus secundæ* 420. Non videtur hæc tam sublimis prærogatiua, vt digna fuerit nomine *gloriæ* à Propheta laudari. Idem dicit *Radàk* paulò prolixiùs his verbis.

נחלקו רז״ל בזה י״א בשנים וי״א בבנין וזה וזה היה כי בית הראשון עמד ת״י שנה ובית שני ת״כ שנה וכן היה גדול בבנין כמו שכתוב בדברי רז״ל ׃ ובספר יוסף בן גוריון כי הבנין שבנה הורודוס בבית המקדש לא נראה מעולם בנין טוב ונאה כמוהו ׃

Dissident Magistri nostri b. m. circa hoc: nam alij dicunt (intelligi debere) *de annis; alij de ædificio. Sed hoc & illud fuit. Quoniam Domus prima stetit* 410. *annis, & Domus secunda* 420. *annis: & sic fuit maior etiam in ædificio, quemadmodum scriptum est in Chronicis Magistrorum nostrorum b. m. & in libro Iosephi Ben Gurionis* (dicitur) *Quòd ædificium ædificatum ab Herode in Domo sanctitatis, non visum est in mundo pulchrius & venustius eo.* At minima est hęc gloria Templi secundi, decem tantùm annis primum superasse in persistentia. Nec verum est, secundum Templum ædificij magnificentia, superasse primum,

Et ad sigillandum Visionem, & Prophetam, hoc est in Christo complendam esse omnem Visionem & Prophetiam, neq; ampliùs futurum Prophetam, qui de Christo prophetabit: nam omnes Prophetæ de Messia prophetauerunt, ex cap. *Chèlek* suprà relato ad pag. 306 col. 2. Aduenientе igitur Christo, omnes Prophetiæ, quæ de ipso locutæ fuerant, sigillatæ hoc est finitæ, & completæ fuerunt. Prophetæ autem, qui de Christo prophetarunt, extiterunt vsque ad principium Domus secundæ, quia tempore, quo Templum secundum persistebat, venturus erat Messias: & hoc est, quod ait Propheta Agg. c. 2. 10.

גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון ׃

Maior erit gloria Domus huius nouissimæ, quàm primæ, quia tempore istius Domus, seù Templi secundi nasciturus erat Messias promissus. Non itaque neçesse erat, vt Prophetæ, qui de Christo prophetarunt, perdurarent vsque ad aduentum Christi. Congruum tamen fuerat, vt Propheta aliquis præcurreret personam Christi natam, eamque mundo ostenderet; quod & factum est in persona Ioannis Baptistæ Prophetæ & Pręcursoris Domini, vt habemus in Euanlio Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. & Ioan. 1. *Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine*, secundùm quod prædixerat Isai. 40. 3.

קול קורא במדבר פנו דרך יהוה וגו׳ ׃

Vox clamantis in deserto, complanate viam Domini &c. Quod autem di-

verò ſolis Sacerdotibus peruia, ſeſquianno inſuper abſoluiſſe idem ait. At lib. 20. cap. 8. vbi de rebus ſub Nerone geſtis pertractat, teſtatur, porticum Orientalem, Salomonis maximum opus ad ſuam vſque ætatem permanſiſſe. Et quidem verum dicit: nam habemus in Euangelio Ioannis cap. 10. 23. quòd Ieſus ambulauerat in Porticu Salomonis. Videtur igitur quòd Ioſeph ſibi concors non ſit, cùm modò dicat à fundamentis vetus Templum ab Herode demolitum fuiſſe, & modò partem veteris Templi nobiliſſimam, vti erat illa, quæ Porticus Salomonis appellabatur, ad vſque ſua tempora permanſiſſe. Vnde meritò à quibuſdam creditum eſt, Ioſephi fidem hiſtoricam vacillare. Sed vt vt ſit, certum eſt ex Euangelio Marci 13. 1. Templum ab Herode conſtructum fuiſſe magnificum, ſed nullo modo comparandum cum Salomonis Templo, cuius exemplar à Deo delineatum, tabuliſque depictum Dauidi traditum fuit; in eo quippè cernebantur rerum omnium fabricandarum magnitudines, atque menſuræ, & quomodo diſponenda eſſent atria, cellaria, cœnacula, cubicula, gazophylacia, porticus, exedræ, & alia, prout leguntur 1. Paralip. 28. v. 11. & ſeqq. Singularum autem Templi partium menſuræ habentur in lib. 1. Reg. cap. 6. & 7. ad cuius ædificationem elegit Salomon.

De omni Iſraële operarios 30000. Virorum, quorum 10000. per ſingulos menſes ſibi ſuccedentia ad Libanum operandi gratia mittebantur, ita vt

mum: nam in libro Ezræ cap. 3. v. 12. legitur.

ורבים מהכהנים והלוים וראשי האבות הזקנים אשר ראו את הבית הראשון ביסדו זה הבית בעיניהם בוכים בקול גדול וגו׳

Et multi ex Sacerdotibus, & Leuitis, & Principibus Patrum, Seniores, qui viderunt Domum primam; dum fundaretur hæc Domus in oculis eorum, flebant voce magna &c. quia (vt ait Lyranus) *Memores gloriæ Templi; quod destructum fuerat, reſpectu cuius iſtud ſecundum quaſi nihil erat.* Nec eſt dicendum, Templum reædificatum ab Herode, licèt de eo dicatur apud Marcum 13. 1. *Magiſter, aſpice quales lapides; & quales ſtructuræ,* &: *Vides has omnes magnas ædificationes,* magnificentiùs fuiſſe conſtructum, quàm fuerit Salomonis Templum. R. Azarias in אמרי בינה *Imrè binà* cap. 51. conatur oſtendere ſecundum Templum magnificentia, & gloria ſuperaſſe primum, quia multa donaria à Regibus externarum Nationum huic ſecundo Templo fuerunt oblata, vt à Ptolemæis, Cleopatra, & Romanorum Principibus, vel quòd in eo בת קול *Bath kol-Filia vocis, Oraculum* Echo audita ſit. Non conſiderat tamen R. Azarias, quòd hę pręrogatiuæ nullam habent, ſi cum illis, quibus ornatum erat primum Templum, conferantur. Extruxerat quidem Herodes nouum Templum, vetere à fundamentis demolito, vt Ioſeph lib. 15. antiqu. cap. 14. dicit; & quidem exteriora Templi omnibus patentia, octo annis; interiora

quæ fuerunt in primo Templo, & defuerunt in secundo, vti *Prophetia*, *Vrim & Thumim*, & reliqua, de quibus suprà pag. 333.

Vera itaque explicatio huius loci Aggæi 2. 10. *Maior erit gloria Domus istius postrema, quàm prima*, est illa, quam tradit R. Akibbà exponens versic. 7. & 8. huius loci; *Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram &c.* qui, vt habetur Cod. סנהדרין *Sanhedrìn* cap. חלק *Chèlek* pag. 97. b. circa med. intelligit de Christo, vt ipsemet R. Salomon exponit. Vtriusque verba hic referam.

ר' עקיבא היה דורש (חגי ב' : ז' ;) עוד אחת מעט היא ואני מרעיש את השמים ואת הארץ אלא מלכות ראשונה שבעים שנה מלכות שנייה חמשים ושתים ומלכות בן כוזיבא שתי שנים ומחצה ;

R. Akibba explanabat (versiculum Aggæi 2. 7.) Adhuc vnum pusillum est, & ego tremere facio Cælos & terram &c. *Sed Regnum primum septuaginta annis, Regnum secundum quinquaginta duobus annis. Et Regnum Ben Cuziba duobus annis cum dimidio.* R. Salomon hoc modo explicat hęc, quæ truncata verba apparent.

עוד אחת מעט היא בנבואת חגי כתיב שהיה מתנבא כשיצאו ישראל מגלות בבל ויבנה בית המקדש והיינו עוד אחת מעט היא מעט כבוד אתן להם לישראל ואני מרעיש את השמים ואת הארץ והבאתי חמדת כל גוים לירושלם ורבי עקיבא דריש ליה לימות המשיח ולאחר חרבן וחכי דריש ליה עוד אחת מעט היא מעט כבוד אתן לתם לישראל ואחרכך יבא המשיח : ודרש זו אינה אלא קרא אל פני הבית קאי והכי קאמר חגי מעט גדולה ומלכות אתן להם לישראל ושוב לא יהיה לחם מלך כל ימות בית

vt 2. mensibus essent in domibus suis.

Eorum, qui opera portabant septuaginta millia.

Et eorum, qui in monte lapides cedebant, seù latomorum 80. millia.

Præpositi verò, seù qui præerant operibus, & operarijs fabricæ Templi, fuerunt 3300. 1. Reg. 5. v. 13. & seqq.

Lapides quoque magnos, & pretiosos octo, vel etiam decem cubitorum fuisse existimant aliqui cum R. Dauid de Pomis in Eccles. capite 2. qui quidem erant quadrati, & benè dolati, eosque posuit in fundamento Templi. 1. Reg. 5. v. 18. Quæ omnia, si benè perpendantur, sunt admirabilia. Admirabile quoque fuit, quòd in tam magna ædificij machina, dum ædificaretur, non fuerunt auditi strepitus malleorum, aut alterius generis ferramenti, sed magno cum silentio, lapides, licèt maximi fuissent, compacti sunt, quia iam in Libano, vel alibi cæsi, ibidem quoque dolati, perpoliti, & ad lineam secundùm Architecturæ regulam redacti taliter fuerant, vt sine aliquo errandi periculo; ad sua loca quilibet ex his facili negotio reponi potuerit. Quod autem dicunt Rabbini de שמיר *Sciamìr* vermiculo, quo vtebantur ad lapides concinnandos, anilis fabula est, quam alibi referemus, Hæc, quæ quidem miranda sunt, non leguntur de Templo ab Herode ędificato; vnde nullo pacto conferendum est cum Templo Salomonis, quoad ædificium, vt vult *Ràu* Cod. בבא בתרא *Bauà Bathrà* cap. 1. Omitto alia,

Et quamuis dicatur in Sèder olàm, quòd Regnum Domus Hassamonæorum 103. & Regnum Herodianorum pariter 103. annis constiterant; in statu honoris & gloriæ tantam dominationem non habuit, nec adeò stetit, sicut pariter & Regnum secundum Herodianorum 52. an. Et Regnum Ben Cuzibbà 2. annis cum dimidio. Ampliùs: Non fuit eis Rex ממדת רחמים *ex attributo miserationum* (quia videlicet fuerunt Tyranni) *Omnes autem istæ expositiones non sunt ex Miscnà, aut ex Baraithà* (ex priscis traditionibus). *Alia expositio:* Adhuc vnum modicum est; *modicum Regni dabo Israëlitis post destructionem* (adde Domus primæ, vt ex sequentibus patet) *Et post huiusmodi Regnum, ecce ego commouebo cælum, & terram, & veniet Messias. Sed hæc expositio nihil valet, quoniam videmus aliquoties regnasse Israëlitas post euersionem* (primæ Domus) *& nihilominus Messias non venit. Quoniam primum Regnũ quod habuerunt Israëlitæ post euersionem* (primç Domus fuit Regnum Hassamonæorum quod permansit) 70. *ann. Herodianorum 52. an. Ben Cuzibà duobus annis cum dimidio. Et inuenimus in Sèder olàm, quod à bello Vespasiani vsque ad bellum Titi, elapsi sunt 12. anni. Et à bello Titi vsque ad Regnum Ben Cuzibà anni 17. Et Regnum Ben Cuzibà perstitit duobus annis cum dimidio. Ben Cuzibà regnauit in Bithèr.* Hòc idem habetur in בית ישראל *Beth Israël*, seù *En Israël* Par. II. pag. 123. col. 4. num. 166. ex quo, quamuis R. Salomon reijciat expositionem R. Akibbæ,

בית האחרון וכך היה במלכות ראשונה של בית חשמונאי נתקימה ע׳ שנה ואעג״ב דאמרינן בסדר עולם דמלכות בית חשמונאי קג״ ומלכות הורודוס קג״ עיקר כבודם ופארם לא שלטה בהם לא נתקיים כל כך ומלכות שנייה של הורודוס נב״ שנה ומלכות בן כוזיבא ב׳ שנים ומחצה ושוב לא היה להם מלך מר׳ ׃ וכל הנך דרשות לא משנה ולא ברייתא ׃ לא״ עוד אחת מעט היא מעט מלכות אתן להם לישראל לאחר חרבן ולאחר אותו מלכות הנני מרעיש השמים וארץ ויבא משיח ואין דרשה זו כלום שהרי ראינו כמה מלכיות לישראל לאחר הורבן ואף על פי כן לא בא משיח שהמלכות הראשונה שהייתה להם לישראל לאחר חורבן ע׳ שנה הורודוס נב״ בן כוזיבא ב׳ ומחצה ומצינו בסדר עולם מפלמוס של אשפשיינוס עד פלמוס של טיטוס יב׳ שנה ומפלמוס של טיטוס עד מלכות בן כוזיבא יז׳ שנים ומלכות בן כוזיבא ב׳ שנים ומחצה ׃ בן כוזיבא מלך בביתר ׃

Adhuc vnum modicum est: *In Prophetia Aggæi scriptum est; qui prophetauit, quando egressi sunt Israëlitæ de captiuitate Babylonica, & ædificata est Domus sanctitatis* (Templum) *& hoc est:* Adhuc vnum modicum est; *modicum gloriæ dabo Israëlitis, & ego tremere faciam cælum & terram, & adducam desiderium omnium Gentium in Ierusalem: At R. Akibbà exponit illam pro diebus Messiæ post destructionem* (Templi) *& sic illam exponit:* Adhuc vnum modicum est, *modicum gloriæ dabo Israëlitis, & postea veniet Messias. Sed hæc expositio nulla est: nam Scriptura de Templo loquitur, & est, ac si diceret Aggæus: modicam magnificentiam & Regnum dabo Israëlitis. Præterea non erit eis Rex omnibus diebus Domus postremæ: & sic fuit: quoniam Regnum primum Domus Hassamonæorum stetit 70. ann.*

taturR. Akibbà, licèt & ipſe hallucinatus eſſet ex eo, quia non viderat Chriſtum venientem in poteſtate Regia, vti ipſe expectabat, ideò noluit illum recipere, recepit autem quendam falſum Meſſiam: nam non diù poſt exciſum Templum à Tito, cùm Iudæorum examina ad Vrbem Bitheram confluxiſſent, ibique politiam Ieroſolymitanam reintegrare, vtcunque tentauiſſent, quidam בר כּכבא *Bar Cochauà* concitando turbas rebellauit Romanis, fecit ſe ipſum Regem Meſſiam, ante cuius conſpectum R. Akibbà gladium Regium ferebat, inclamabatque זה מלך המשיח *Iſte eſt Rex Meſſias*. Et omnes Sapientes, vniuerſuſque populus pro Rege Meſſia *Bar Cochauà*, hoc eſt *filium Stellæ* venerati ſunt. R. Akibbà probabat, hunc eſſe Meſſiam auctoritate Scripturæ, & de hoc *Ben Cochauà* intelligi debere dicebat illud Num. 24. 17. דרך כוכב מיעקב *Procedit Cochàu Stella ex Iacob*. Contra quem Hadrianus Imperator mouens exercitũ pugnauit, eumq; occidit capta Vrbe Bithera; & ſolo æquata. Hebræi autem poſtquam experientia didicerunt hunc fuiſſe falſum Meſſiam, illum vocarunt בן כוזיבא *Ben Cuzibbà filium mendacij*, vti communiter ab omnibus Auctoribus vocatur. De eo fit mentio apud Hieronymum de Scriptoribus Eccleſ. & nos de eodem prolixiùs agemus in ר׳ עקיבא *R. Akibbà*. Sic verificatum eſt illud Saluatoris Ioan. 5. 43. *Ego veni in nomine Patris mei, & non accipitis me; ſi alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis*.

bæ, qui quidem ex vetuſtioribus Rabbinis fuit, & à quo maiorem Phariſaicæ doctrinæ partem ab eo Iuniores Rabbini acceperunt, attamen videtur ex tot expoſitionibus, quas affert idem R. Salomon omnes eò tendere, vt verſiculus Aggæi, *Adhuc vnum modicum &c.* intelligi debeat de Regnis Haſſamonæorum, & Herodianorum, quo tempore venturus erat Meſſias, ſicuti de facto venit IESVS Chriſtus Dominus, licèt pertinaciter perſiſtant Iudæi, nolle eum pro Meſſia habere.

Sciebat enim R. Akibbà tempore ſecundę Domus venturum eſſe Meſſiam, qui erat deſiderium omnium Gentium, ideò tam præclaram Aggęi Prophetiam, *Maior erit gloria Domus iſtius poſtremæ, quàm primæ*, de Chriſto, qui venturus erat in ea, intellexit & explicauit. Perperam igitur R. Salomon hanc huius antiquiſſimi Rabbini expoſitionem negat; & dicit debere intelligi de Templo, de quo loquatur Scriptura, & non de Chriſto venturo. Redarguitur R. Salom. ab ipſa Scriptura, quę dum de comparatione glorię ſecundi Templi cum primo agat, dicit maiorem futuram gloriam poſtremi Templi, videlicet vltimi (vltra quòd aliud fruſtra expectatur à Iudæis) quàm primi; hæc gloria non poteſt prudenter referri ad Templi durationem, vel ad magnificentiam ædificij, vt ſuprà oſtenſum eſt. Ergo referenda ad illum qui venturus erat in eo, & deſiderium erat omnium Gentium, hic procul dubio nullus alius eſſe poterat, quàm Meſſias promiſſus, vt benè interpre-

ſemper deprehenditur. Vide in *Iuchaſsin* pag. 32. Sed à diuerticulo ad viam reuertamur.

Magni illius Rabbi Akibbæ -

ששמו הולך מסוף העולם ועד סופו,

cuius fama ab Vno extremo mundi ad aliud extremum curſitat, teſte Codice *Ieuamòth* cap. 1. pag. 16. verſiculi Prophetæ Aggæi expoſitio: *Adhuc modicum eſt, & commouebo Cælum & Terram &c. & Veniet deſideratus cunctis Gentibus*, veriſſima eſt. Quippè qui in hunc modum exponebat, vt poſt modicum gaudium, quod Hebræi habituri eſſent tempore Regni Machabæorum, in quo & commouendi eſſent Cæli & terra, id eſt ſuperiora & inferiora dum contra Græcos præliarentur; tandem ab Herode Aſcalonita deleta Machabæorum ſobole, occupato Iudæorum Regno, cæpit exercere tyrannidem in Iudęos: hi enim aduentum Meſſiæ de Domo Dauid, & ex intimis præcordiorum affectibus illum efflagitabant. Siquidem credebant ſe è ſeruitute extranei Regis liberatum iri, neque tamen Scripturas intelligebant, liberationem per Meſſiam, non corporalem, ſed ſpiritualem futuram. Venit itaque deſideratus cunctis Gentibus, quia & Gentes per Meſſiã ſaluandæ erant: nam in eo benedicendæ omnes cognationes terræ. R. Salomon dicit Prophetiam loqui de Templo, & non de Meſſia; ſi enim de Templo in hoc loco loqueretur Propheta, quid ſibi volunt illa verba: *Et Veniet deſiderium omnium Gentium?*

DI-

Cæterùm Chronographi Hebræi *Ben Cuzibbam* referunt ad annũ mundi 3880. nempè poſt natum Chriſtum 120. & hoc videtur verum, quia Hadrianus imperare cępit anno Domini 120. Ergo tertio anno Imperij ſui potuit debellare Bitheram, & occidere Cuzibbam; Cuzibbà enim regnauit in Bithera duobus annis cum dimidio. Sed Chronologia *Sèder Olàm* à R. Salomone relata arguitur falſitatis, quia à bello Veſpaſiani ad Titum numerat annos 12. à Titi bello ad Cuzibbam annos 17. Cuzibbà regnauit 2. ann. cum dimidio: omnium ſumma ſunt anni 31. menſes 6. ſcilicet à Veſpaſiano ad Cuzibbæ exceſſum; & à Tito ad eundem Cuzibbam anni 19. menſes 6. Sed omnes Chronologici Iudæi referunt annum deſolationis ſecundi Templi ad annum 3828., & Cuzibbam ad annum 3880. Ergo inter deſolationem Templi & Cuzibbam erit interuallũ 52. annorum, quod tamen *Sèder Olàm*, & *R. Salomon* ex eo 31. & menſes 6. tantùm ponit inter bellum Veſpaſiani, & eundem Cuzibbam. Ergo 21. annorum erit varietas ac proinde error Chronologiæ *Sèder Olàm*. Vel ſi mauis, ab anno 12. Veſpaſiani, quo Titus euertit Templum, ad Cuzibbam numerum ducere, inuenies à Tito ad Cuzibbam 17. annos, interuallum annorum à Templi euerſione ad Cuzibbam, ſed ſuprà conſtat interceſſiſſe annos 52. inter euerſionem Templi & Cuzibbam. Ergo erit error enormior 35. ann. Ergo Chronologia *Sèder Olàm* falſa eſſe

locum Cantici Canticorum cap. 8. 8. *Soror nostra parua, & vbera non habet*, intelligunt de Templo secundo, quòd comparatione primi, propter illius inopiam fuit tamquam mulier, quæ vbera non habet? Vide in *Midràsc Scir Hascirrim* ad hunc locum, & inuenies, quòd loquendo de secundo Templo dicunt -

שהיו דלים באפלוסין ושדים אין לה אלו חמשה דברים שהית בית אחרון חסר וכו׳ :

Quòd fuerint pauperes in nummis (scilicet Sacerdotes secundi Templi) *& vbera non habet, quia quinque rebus caruerat Templum postremum, &c.* Vide suprà pag. 333. Quomodo igitur poterat dici: *Implebo Domum hanc gloria?* Nunquid ex paucis donarijs à Gentilibus Templo oblatis, vt *Gurionis filius* lib. 2. cap. 66. refert fecisse Neronem, & nonnullos alios Cæsares, munera, & sacrificia misisse, vt in Domo Dei offerrentur, & sacrificarentur Ierosolymis? Poteratne his oblationibus à Principibus profanis Domus Dei, quæ sanctissima est, gloria repleri? Absit. Quomodo igitur intelligendum est, *Et venient desiderium omnium Gentium?* Procul dubio intelligendum est de Messia, qui venturus erat tempore secundę Ædis, & vt indicaretur in illo duplex futura natura, Diuina scilicet & humana, dicitur וּבָאוּ *Vuàu Et venient*, hoc est Deus & homo; dicitur postea חֶמְדַּת *Chemdàth desiderium*, vt cognoscamus hanc duplicem naturam non habere duplicem subsisten-

Dices, In textu Hebraico Aggæi cap. 2. v. 8. non legitur: *Et veniet*, sed num. plurali, *Et venient*; vnde non de Christo videtur loqui, sed de Gentibus, quæ venturæ erant, vt honorem darent Templo Domini. Verba Prophetæ sunt -

והרעשתי את כל הגוים ובאו חמדת כל הגוים ומלאתי את הבית הזה כבוד אמר יהוה צבאות :

Et tremere faciam omnes gentes, & venient desiderium omnium gentium; & implebo domum hanc gloria, dixit Dominus exercituum.

Resp. negando hunc locum Aggæi intelligendum esse de honore, quem deferre debebant Gentes Templo secundo, quæ quidem nullum honorem ei detulerunt, sed potiùs iniurijs maximis affecerunt, dum illud profanarunt. Lege historiam, quam vocant אנטיוכוס *Antiochi* in I. Par. huius Bibliothecæ pag. 386. & inuenies Gentiles in Templo ædificasse aram Idolorum, & mactauisse in ea suem, ipsumque Templum vndequaq; profanatum iussu Antiochi impij, mutato nomine Templi Dei, *Iouis Olympij* cognominasse 2. Machab. 6. 2. & hæc quidem fecerunt Græci. Sed qualem honorem Romani Ethnici detulerunt Templo Ierosolymitano? Nonne ex Chronologia suprà relata ex Ganz ad annum 3700. constat Crassum Romanorum Ducem Templum expilasse, ablatis inde auro, argento, vasis pretiosis, & quicquid in eo æterno Numini sacratum erat? Quid iactant Iudæi de magnificentia, & diuitijs Templi secundi? Nonne

Christus Deus missus à Deo, hoc eodem modo dicitur Christus Deus vnctus à Deo. Vide etiam, quomodo hæc verba ולמשח קדש קדשים *Et ad vngendum Sanctitatem sanctitatum*, intelligenda sint, suprà pag. 310. Si Augustinus vnquam dixerit, aduenìente Sancto Sanctorum, id est Messia defecisse vnctionem in Iudaismo, hoc idem multò priùs dixerunt Magistri Iudæorum, cùm in Cod. כריתות *Cherithòth* cap. 1. pag. 5. b. dicant, in secundo Templo Oleum vnctionis, quo vngebantur Sacerdotes, inuentum non fuisse. Quomodo igitur audet asserere hic Iudæus, aliquos ex nostris dixisse, vnctionem sanctam defecisse ab 80. anno natiuitatis Christi? Qui sunt isti, qui hęc dixerunt? Nominentur, & deinde exceptionem interponemus.

Ad 10. & ad 12. Resp. Vnus tantùm est Messias promissus in hisce hebdomadibus, & idem est משיח נגיד *Masciach naghìd*, *Messias Dux*, & *Messias occidendus*, neque in hoc diuidenda est Prophetia; sed quando dicitur: *Scito, & intelliges ab exitu sermonis, Vt iterum ædificetur Ierusalem*, hoc est intelligendum à die, quo exiuit decretum Cyri, ex quo data fuit facultas iterum reædificandi Ierusalem vsque ad Christum Ducem, numerandæ sunt hebdomadę septem, & hebdomadæ sexaginta duæ, nempè 69. completæ, siuè anni 488. post quos, hoc est in hebdomada 70. nasciturus erat Christus mundi Redemptor. *Et post hebdomadas sexaginta duas*, hoc est post annos 434. postquam

stentiam, sed vtramque naturam subsistere subsistentia Verbi, ideò indifferenter dicitur & *Desiderium*, & *Desideratus* in singulari, vt indicet vnitatem personæ. Hinc Deus & homo sine vlla prorsùs confusione substantiæ dicitur *Christus*, qui cùm ex se sit maximè desiderabilis, licèt non agnosceretur, atque ideò non desideraretur à Gentilibus desiderio, seù appetitu rationali, appetitu tamen naturali confuso desiderabatur, quia summum bonum erat; & omnia appetere bonum ex vi naturæ ipsius id habere, docent Philosophi. Hanc autem Christi bonitatē explicat Vulgata per vocem *desideratus*. *Et veniet desideratus cunctis Gentibus*. Quòd autem Christus duplicem naturam habeat, sitque Deus & homo, non est hic locus vt idipsum probemus, ad alium aptiorem, in quo de Messia agemus, remittimus.

Illud autem, quod noster Antagonista dicit: Annis 350. antequam veniret Christus Dominus noster sigillata fuit visio & Propheta, falsum est; nam à tempore, quo ascenderunt Israëlitæ de Babylonia in diebus Cyri ad Christum, sunt anni 370. & non 350. vt vult noster Iudæus. Confundit autem idem noster aduersarius tempus Cyri, cùm diebus Darij, & sic non mirum, si annos vtriusque ad Christi natiuitatem etiam confundat.

Ad 9. eadem ignorantia laborant Iudæi, quando nesciunt quomodo dicatur Christus vnctus à Deo, cùm & ipse sit Deus. Vide quæ dicta sunt ad septimum. & quomodo dicatur

Græci, ex Rabbinorum ſententia regnarunt ann. 180

Haſſamonæi, ex Talmudiſtis & R. Salomone, vti videndum eſt ſuprà pag. 346. an. 70

Naſcitur Chriſtus ſub Herode Aſcalonita an. 36

Summa omnium annorum 487

Hebdomadæ 69. ſunt anni 483. ſuperſunt 4. anni, qui includuntur in ſeptuageſima hebdomada Danielis. Quod erat probandum.

Sed dices. In hac Chronologia non omnes Reges Perſarum recenſiti ſunt, cùm in ea deſint ſequentes, nempè

Smerdes Magus, qui regnauit menſibus 6

Artabanus Præfectus, qui Xerxem occidit, menſibus 7

Xerxes ſecundus menſibus 2

Sogdianus menſibus 7

Adde, quòd Cambyſes filius Cyri vltra 7. annos regnauit etiam menſibus 6

Omnes autem iſti menſes conſtituunt annos 2. & menſes 4.

Ergo addendi erunt ſummę annorum 487.

Reſp. Fuerunt iſti non Reges, ſed Tyranni, & quia certum non eſt, an menſes iſtorum includantur in annis Regum, ideo conſultò relicti ſunt, ſicut & ſex menſes Cambyſis. Si ergo eos addere voluerimus ſummę noſtræ annorum 487. fiet ſumma annorum 490. octo menſibus minor, quę eſt ſumma præciſa 70. hebdomadarum Danielis. Conſtat igitur ex calculo pe-

quam rurſum ædificata fuerat platea, & muri Ieruſalem in anguſtia temporum Nehemiæ, ab anno videlicet 20. Regni Artaxerxis, vt habetur in libro Nehemiæ cap. 2. 1. ſtatim occidetur Chriſtus. Hæc ad amuſſim fuiſſe completa, ex Chronologijs optimorum Scriptorum, & auctoritate etiam Rabbinorum, atque ex Sacra Scriptura, in ſubijciendis calculis apparebit.

Chriſtus naſcitur in hebdomada ſeptuageſima Danielis.

Probatur hoc ex ſequenti Chronologia, incipiendo *ab exitu ſermonis*, ſeù decreti Cyri, vt iterum ædificetur Ieruſalem vſque ad Chriſtum hebdomadæ ſunt 69. completę, ita vt Natiuitas Chriſti incidat in 70. hebdomada Danielis cap. 9. 25.

Cyrus ſecundùm communem Rabbinorum ſententiam regnauit an. 3

Poſt quem ſequuntur hi, quos ſine vlla controuerſia, recenſent omnes Auctores, qui Chronologiam Monarchiæ Regum Perſarum ſcripſerunt.

Cambyſes filius Cyri an. 7

Darius Hyſtaſpis an. 36

Xerxes Darij filius ann. 20

Artaxerxes Longimanus filius Xerxis an. 40

Darius Nothus an. 19

Artaxerxes dictus Mnemon à præſtantia memoriæ an. 43

Artaxerxes Ochus an. 23

Arſes an. 4

Darius Codomannus, qui ab Alexandro victus eſt an. 6

Artaxerxes Mnemon annis	43
Artaxerxes Ochus annis	23
Arses annos	4
Darius Cadomannus annis	6
Græci, ex Rabbinis annis	180
Hassamonæi itidem annis	70
Nascitur Christus sub Herode Ascalonita anno	36
Occiditur Christus anno ætatis suæ	33
Summa annorum	434

Qui sunt hebdomadæ 62. Danielis.

Nouem menses, qui resultant ex Tyrannorum Dominatu, quoniam verosimile est, eos Tyrannicè imperitasse viuentibus adhuc Regibus Artaxerxe, & Dario, ideò in annis istorum eos debere includi, non incongruè opinamur. Vel etiam, dicendum, Christum occidendum esse anno 435. labente, quia dicitur: *Et post hebdomadas 62. occidetur Christus.* Remanet itaq; firma supputatio hebdomadarum Danielis, & sine vlla penitùs vacillatione concludendum, hunc calculum, partim ab historijs profanis, partim à Rabbinis nobis exhibitum, verum esse, cùm in facto conueniat, & terminetur ad mortem Christi, qui secundùm hanc prophetiam occidendus erat post hebdomadas 62. seù post annos 434.

Ex his, quæ dicta sunt euidenter patet, quòd non eodem momento occidendus erat Christus, & euertenda Ciuitas, vt vult Cod. msc. sæpiùs citatus, sed post Christi mortem per aliquod temporis spatium, quod à Scriptura non determinatur, cùm dica-

petito ex historijs profanis; & Talmudicis, hebdomadas Danielis compleri in aduentu Christi Saluatoris.

Christus occiditur post hebdomadas 62. Danielis.

Sequitur textus Danielis cap. 9. ver. 26.

וְאַחֲרֵי הַשָּׁבֻעִים שִׁשִּׁים וּשְׁנַיִם יִכָּרֵת מָשִׁיחַ וְאֵין לוֹ וגו׳ :

Et post hebdomadas sexaginta & duas excidetur Masciach (Christus) *& non ei &c.* Hoc est, postquam ædificata fuerit platea, & fossa, nempè murus per circuitum Ierusalem, vt legitur Nehem. 7.4. *Ciuitas autem erat lata nimis, & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ.* Hoc enim accidit anno Regni vigesimo Artaxerxis Regis. Incipiendus igitur est calculus ab anno vigesimo Artaxerxis vsque ad annum 33. Christi Domini, & inueniemus per eandem Chronologiam Regum Persarum, & Rabbinorum annos 434. siuè hebdomadas 62. in Danielis Prophetia prænuntiatas ad mortem Christi fuisse completas. Calculi apparatus est

Artaxerxes fil. Xerxis regnauit annis	20
Xerxes secundus Tyrannus annis	o. mens. 2
Sogdianus Tyrannus, annis	o. mens. 7
Darius Nothus an.	19

determinari tempus præcisum, in quo venturus; vnde hoc modo exponenda est: Exercitus Ducis, qui aliquando veniet, dissipabit Vrbem, & Templum.

וְקִצּוֹ בַשֶּׁטֶף וְעַד קֵץ מִלְחָמָה נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת׃

Et finis eius in inundatione, & vsque ad finem belli decisum est, desolationes. Aben Ezræ explicat -

וקצו יבא לקצו באניות *Et pars illius* (exercitus Romanorum) *Veniet in Nauibus*, per aquarum vndas, Nauibus oneratis, militum bonam partem in Palæstinam traiecerunt Romani, reliqua bellatorum examina per terram ducentes, vt vtrumque elementum de nece Creatoris sui contra Iudæos vtcumque posset, vindictam sumeret,

וְעַד קֵץ מִלְחָמָה׃

Veèd ketz milchamà Et vsque ad finem belli vltoribus Romanis auxilium præstarent, & opem: nam secundùm quod Aben Ezræ ait -

שנלחם שנים רבות על ירושלם עד שהיתה נהרסת שוממת׃

Duas continuò myriades (militum Romanorum) *pugnasse contra Ierusalem, quousque demoliretur atque desolaretur.*

נֶחֱרֶצֶת שֹׁמֵמוֹת׃

Necherètzeth sciomemòth Decisa est, desolationes. Vulgat. *Statuta desolatio*, id est à Deo decreta Vrbis Ierosolymitanæ per Titum, & exercitum Ro-

catur Dan. cap. 9. ver. 26.

והעיר והקדש ישחית עם נגיד הבא וקצו בשטף ועד קץ מלחמה נחרצת שממות׃

Et Ciuitatem, & Sanctuarium dissipabit populus Ducis venturi: & finis eius in inundatione, & vsque ad finem belli, decisum est; desolationes.

וְהָעִיר וְהַקֹּדֶשׁ יַשְׁחִית עַם נָגִיד הַבָּא׃

Vehaìr vehakkòdesc iaschìth am naghìd habbà Et Ciuitatem, & Sanctuarium dissipabit populus Ducis venturi. Dux iste, cuius populus, seù exercitus dissipaturus erat Vrbem, & Templum Ierosolymorum, est Vespasianus, & Titus eius filius Romanorum Duces. Idem affirmat Aben Ezræ hic -

הוא אספסינוס שר מלך רומא בבואו על ירושלם עם בנו.

Ipse est Vespasianus Princeps Regis Romæ, in veniendo ipsum contra Ierusalem cum filio suo. Corrige *R. Saadià Gaòn*, qui loco *Vespasiani* habet -

זה אדריאנוס קיסר שהחריב בית המקדש והשבי זבח ומנחה והחריב מקום התמיד׃

Iste est Hadrianus Cæsar, qui vastauit Domum sanctitatis (Templum) *& deportauit sacrificium, & munus, & vastauit locum iugis Sacrificij.* Non Hadrianus, sed Vespasianus, & Titus vastauit Ierosolymam.

Nota per vocem הַבָּא *Habbà Venturi*, seù *qui venturus est*, non

Romanorum deuastatio, in Hebræo שממות *Sciomemòth* numeri multitudinis, vt indicaretur vastàtio non solùm Vrbis, Templi, sed & totius Terræ promissę, secundùm prophetiam Isaiæ 1. 7. ארצכם שממה *Artzechèm scemamà Terra Vestra desolata*, cuius desolatio etiamnum perdurat, & perdurabit vsque in finem mundi. Et hoc est, quod addit Vulg. ver. 27. *Et vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio*. Sequitur ver. 27. –

והגביר ברית לרבים שבוע אחד וחצי השבוע ישבית זבח ומנחה ועל כנף שקוצים משמם ועד כלה ונחרצה תתך על שומם ׃

Et roborabit pactum multis hebdomada vna: & dimidio hebdomadæ cessare faciet Sacrificium, & munus, & super oram abominationis stupefaciens, & vsque ad consummationem, & decisam effundet se super obstupescentem.

וְהִגְבִּיר בְּרִית לָרַבִּים שָׁבוּעַ אֶחָד ׃

Vehighbbir berìth larabbìm sciauùah echàd Et roborabit pactum multis hebdomada vna. Hoc est vltima hebdomada ex 62. hebdomadibus, antequam IESVS CHRISTVS Dominus pro nobis Crucis patibulum subiret, in medio huius hebdomadæ tribus annis cum dimidio Euangelium prædicauit vt habet vetus traditio, teste Eusebio lib. 8. *Demonstr.* Tunc pactum & testamentum inter Deum, & hominem condidit, illudque in vltima Cœna roborauit nouum Eucharistiæ Sacrificium, & Sacramentum instituendo, quod & in pignus perpetuum Ecclesiæ suæ reliquit, veteribus sacrificijs abrogatis. Id ipsum est illud quod sequitur –

וַחֲצִי הַשָּׁבוּעַ יַשְׁבִּית זֶבַח וּמִנְחָה ׃

Vachatzi hasciauùah Iascbbith zèuach vminchà Et dimidia hebdomada cessare faciet Sacrificium, & munus. Instituto enim nouo Sacrificio Corporis & Sanguinis Domini, æquum erat, vt taurorum, & hircorum sacrificia cessare debuissent, licèt de facto adhuc post aliquot annorum spatium perdurarint, vt paulatim Synagoga in suis ceremonijs sepeliretur. Non negant Rabbini ante euersionē Templi defecisse sacrificium & oblationem; imò planè concedunt תמיד *Thamìd*, quod iuge sacrificium erat, desijsse in medio vltimæ hebdomadæ Danielis, quam ipsi euellunt à reliquis, & post omnes alias, siuè sub nomine 70. siuè 62. hebdomadarum comprehendantur, seponunt; & modum quo iuge Sacrificium cessauerit, referunt. Volunt enim, sed perperam, illis verbis ver. 27. prophetiæ Danielis: *Confirmabit autem pactum multis hebdomada vna*, intelligi fœdus quoddam initum inter Iudæos & Romanos, dum per eos obsideretur Ierusalem, vt singulis diebus duo hœdi intra sportas inclusi darentur Iudæis è muro in Vrbem inferendi pro iugi Sacrificio, pretio pro ipsis soluto: quadam autem die Romani milites deceperunt Iudæos, & pro duo-

Veal chenàph ſcikutzim meſciomèm, veàd calà venecheratzà tittàch al ſciomèm Et ſuper oram abominationum ſtupefaciens, & vſque ad conſummationem & deciſam effundet ſe ſuper obſtupeſcentem. Dan. 9. 27.

Poſtquam ob Chriſti mortem mulctati ſunt Iudæi ablatione Sacrificij, Templi, & Vrbis deſolatione, pergit Propheta Daniel prædicere, quæ ventura erant in loco, vbi Templum, & Vrbs iam conſtiterant, ideò dicit; *Super oram abominationum.* Per כנף שקוצים *Chenàph ſcikutzim Oram, ſeù alam abominationū,* intelligitur Templum dirutum. Sic Vulgata: *Et erit in Templo abominatio deſolationis.* Vbi enim olim vero Deo Sacrificia offerebantur, modo domicilium abominationum factum eſt.

שקוצים *Scikutzìm Abominationes, Idola* ſignificat, vt verſ. 30. cap. 11. & ponent הַשִּׁיקּוּץ *Haſcikùtz Abominationem,* id eſt *Idolum.* Hadrianus enim Imperator poſt Bitheram euerſam voluit reædificare Ieroſolymam circa confinia prioris Vrbis; mons enim Caluariæ intra mœnia nouæ Vrbis, quam à nomine ſuo *Aeliam* appellauit, concluſus eſt, Is Portæ, qua Bethlehem itur, porci imaginem iuſſit imponi; & in monte Caluariæ Adonidis ſimulachrum, vbi Crux Chriſti abſcondita fuerat, erectum eſt.

משמם *Meſciomèm* quòd *ſtupefaciens* vertimus, poteſt etiam verti *deſolationis*, vt vertit Vulgata, verbum enim שָׁמֵם vtrumque ſignificat; quaſi diceret; Omnis, qui viderit

duobus hœdis duos porcos in ſportas incluſerunt, quos ſuſtollentibus Iudęis contremuit terra, ex qua concitati ſues ſalierunt, & extra terram per 40. leucas fugerunt; inde factum eſt, vt iuge Sacrificium ceſſaret in Templo. Refertur hoc in Cod. תעניות *Thaàniòth* Ieroſolymit. cap. 4. בשלשה פרקים num. 8. pag. 68. col. 3. ante medium, his verbis -

אמר רבי לוי אף בימי מלכות הרשעה הזאת חיו משלשלין להן שתי קופות של זהב והיו מעלין להן שני גדיים: ובסוף שילשלו להן שתי קופות של זחב והחלו להם שני חזירים: לא הספיקו להגיע למחצית החומה עד שנאן החזיר וקפץ מארץ ישראל ארבעים פרסה: באותה השעה גרמו העוונות ובטל התמיד וחרב חבית:

Dixit R. Leuì: Etiam in diebus huius Regni impij (Romanorum) *per catenam dimittebant* (Iudæi tempore obſidionis Ieruſalem) *eis* (id eſt Romanis) *duas ſportas auri; & ipſi* (Romani) *aſcendere faciebant duos hœdos. Aliquando per catenam dimiſerunt duas ſportas auri, & ipſi ſuſtulerunt eis duos porcos: & antequam peruenirent ad medium muri, terramotus factus eſt; & concitatus porcus ſubſiliuit de terra Iſraëlis per quadraginta leucas. Ea ipſa hora completa ſunt iniquitates* (noſtræ) *ceſſauit* תמיד *Thamid iuge Sacrificium, & euerſa eſt Domus,* id eſt Templum. Hactenus Talmud Ieroſolymitanus.

וְעַל כְּנַף שִׁקּוּצִים מְשֹׁמֵם וְעַד כָּלָה וְנֶחֱרָצָה תִּתַּךְ עַל שׁוֹמֵם׃

הפשע ולהתם חטאת ולכפר עון כלומר להשלים
ולמלאות שבעים שנה שנגזר על ירושלם לשבות
בעון השמיטות שבטלו: ובן כתוב בסוף דברי הימים
למלאות דבר יהוה בפי ירמיה עד רצתה הארץ את
שבתותיה כל ימי השמה שבתה למלאות שבעים
שנה ובשנת אחת לכורש מלך פרס לכלות דבר
יהוה בפי ירמיהו העיר יהוה את רוח כורש מלך
פרס ויעמד קול בכל מלכותו וגו': ועל כך אמר
ולכפר עון כי כשישלימו הע׳ שנה יכופר עונם
ויביא הבורא צדק עולמים שיתן לב וזכות למלכי פרס
שיוציאו את ישראל מגלות ויתנו להם יד ועזר
לבנות ירושלם ובית המקדש שיעשו שם הזבחים
המכפרים העונות וכן אמר דוד תבנה חומות ירושלם
אז תחפוץ זבחי צדק עולה וכליל: ומשה רבינו ע״ה
קראם כן ככתוב כי שם יזבחו זבחי צדק: ולחתום
חזון ונביא כלומר שלא יהיו עוד נביאים כי אם חגי
זכריה מלאכי היו בימים ההם ואחריהם לא נמצא
כתוב נביא מתנבא כאשר היה לפנים: ולמשוח
קודש קדשים כלומר המקדש והמזבח וכן כתוב
במשה ומשחת אותו והיה המזבח קודש קדשים:
ועתה השים לבך אל החשבון הזה מאין מתחיל ואנה
גומר והנכון כי הוא מתחיל בשנה שלש ועשרים
לנבוכדנצר שאז היה עיקר הגלות כאשר תמצא
כסוף ירמיה הכתוב שם זה העם אשר הגלה
נבוכדנצר בשנת שבע יהודים שלשה אלפים
עשרים ושלשה: בשנת שמונה עשרה שנה
לנבוכדנצר הגלה מירושלם נפש שמונה מאות
שלשים ושנים: בשנת שלש ועשרים לנבוכדנצר
נבוזראדן רב טבחים יהודים נפש שבע מאות
ארבעים וחמשה וזה הוא עיקר הגלות כי בשאר
הגלות נשארה פליטה בירושלם ואז בשנת כ״ג נהרג
גדליה וגלה שארית ישראל לגמרי וחשוב מאז עד
עשרים לאגריפס שחרב הבית וגלו בימי טיטוס
תמצא ת״צ שנים עליהם אין להוסיף ומהם אין
לגרוע: נבוכדנצר מלך מ״ה שנים בשנת כ״ג גלו
בולם הרי שנשארו לנבוכדנצר כ״ב עם השנה שגלו:
כ״ג דאויל מרודך: וג׳ דבלשצר; וג׳ דכורש שהתחיל
הגאולה: ז״ד דאחשורוש: ול״ב דארתחשסתא: ושש
דדריוש הראשון: וק״פ ממלכי יון וק״ג ממלכי
החשמונים:

hanc Templi, & Vrbis deſolationem, obſtupeſcet propter hanc ſtupendam deſolationem, quæ perſeuerabit vſque ad finem mundi. Et hoc eſt illud, quod ſequitur ver. 27. eiuſdem c. 9.

ועד כלה ונחרצה תתך על שומם:

Veàd calà venecheratzà tittàch al sciomèm, Et vſque ad conſummationem & deciſam effundet ſe ſuper obſtupeſcentem: Vſque ad conſummationem vniuerſi *effundet ſe* huiuſmodi deſolatio, quia prolongabitur. *Super obſtupeſcentem*, quia ſemper obſtupeſcit homo, quando de hac ſtupenda deſolatione huius olim ſanctiſſimi Templi, & nobiliſſimæ Vrbis Ieruſalem aliquid audit, vel legit; Vulgata autem planiùs & clariùs vertit: *Et vſque ad conſummationem, & finem perſeuerabit deſolatio*.

Et hæc ſunt, quæ de hac prophetia ſeptuaginta hebdomadarum Danielis dicenda erant, ſecundùm veram, & Catholicam illius expoſitionem. Quibus etiam occurrimus argumentis, quæ ab Hebræis contra nos proponuntur, & reperiuntur in Cod. Patris Scharintij mſc. ſuprà ſæpiùs citato. Modo examinabimus explanationem eiuſdem Prophetiæ, quam communiter exhibent Hebræi, & quæ in eodem Cod. mſc. reperitur, & eſt vt ſequitur.

פי׳ ידוע כי השבוע הם ז׳ שנים ושבעים פעמים
ז׳ הם ת״ץ שנים כי נראה שהימים אלו במקום שנים
ואומר המלאך לדניאל משיב על תפלתו ובקשתו
ת״צ שנים על עמך ועל עיר קדשך היא ירושלם
החריבה וכל אלו הענינים שמבאר והם לכלה

התשמוני : וקג״ מִמלכי הירודוס סך הכל ת״ן שנים
והכל תוכיִח בלי ספק אם תמצא בכתובים :

ואחרי כן מבאר המלאך לדניאל מן הסכום
שאמר תחילה ומחלק ומבאר כמה שנים מזה הזמן
עמדו בבבל לכלה הפשע ולחתם חטאת ולמלאות
ולתשלים הע׳ שנה שנגזרו עליהם לגלות שכבר
התחילו לגלות בימי יהויקי׳ שהגלה נבוכדנצר בשנת
שנייה למולכו והם מאז ועד כורש ע׳ שנה וכן הוא
אומר לפי מלאות לבבל שבעים שנת אפקוד אתכם
וכן הוא מ״ה חשבון דנבוכדנצר וכ״ג דאווילמרודך
וג׳ דבלשאצר הרי ע׳ ועל כן מבאר המלאך לדניאל
ואמר ותדע ותשכל מן מוצא דבר משנת כ״ג
לנבוכדנצר שגזר והגלה כל חשארית : וכתוב
בסוף ירמיה הוא היה עיקר רגלות ומאז ועד כורש
הם מ״ט שנה כ״ג שנשארו מנבוכדנצר עם השנה
שהגלם : וכ״ג דאווילמרוד׳ וג׳ דבלשאצר הרי מ״ט
שנה אז שלמו הע׳ לבבל . וע׳ לגלות מיהויקים ומיד
נהרג בלשאצר ומלך כורש ונקרא משיח בכתוב
בישעיה כה אמר יהוה למשיחו לכורש הרי שבועים
שבעה עד משיח נגיד : ואומר עוד ושבועים ששים
ושנים תשוב ונבנתה רחוב וחרוץ ובצוק העתים
הם תל״ד שנים ס״ב פעמים ז׳ עולים תל״ד וכן היה כי
מכורש עד י״ג לאגריפס האחרון הם תל״ד שנים :
וזה ביאורן ג׳ דכורש : י״ד דאחשורוש : ל״ב
דארתחשסתא ו׳ דדריוש קפ״ו של יונים : ק״ג
דחשמונים : ק״ג דיהורודוס ובניו הרי תמ״א : עד כ׳
לאגריפס שחרבה ירושלם לגמרי הפחות מהם ז׳
שנים הם שבוע אחת שהיו המלחמות בתוך העיר
ובטל התמיד ונהרגו הכהנים וכנס בשנת י״ג
לאגריפס האחרון הרי תל״ד וכן הוא אומר ושבועים
ששים ושנים ונבנתה רחוב ובחרוץ ובצוק העתים :
ידוע כי היה צרה בבניין וגם בימי היונים : ואומר
אחריכן ואחרי השבוע׳ שש׳ ושני׳ יכרת משיח ואין
לו והעיר והקודש ישחית עם נגיד הבא וקיצו בשטף
וכן היה אז נהרג הכהן המשיח שנלחמו בתוך
העיר והרגו זה את זה : ובאו אספסיינוס וטיטוס
ונלחמו במחוץ ואגריפס מלך ישראל היה בחוץ עם
הרומנים וכן נמצא ביוסיפון מבואר שאמר יוסף
לעם מעל החומה הלא תראו שנתקיימה נבואת
דניאל ששבת התמיד ונכרת הכהן ומשיח : אבן זה
שמבאר שם שאמר יוסף יכרת משיח הוא על הכהן
שמשיח וכן היה : ומה שאמר והגביר ברית לרבים
שבוע אחד הוא מבואר ביוסיפון מאגריפס המלך
וחביריו וסיעתו שהיו מאהבת אספסיינוס וטיטוס :
וכסוף השבוע הוא עשרים לאגריפס גלו העם וחרב
הבית שבנה במהרה בימינו אמן :

Expositio Hebdomadarum Danielis cuiusdam Rabbini Anonymi ex Cod. membranaceo msc. suprà relato.

I. *Scias, quòd hebdomada* (in hoc loco Danielis) *est septem annorum; & septuaginta septies faciunt summam 490. annorum. Quoniam manifestum est, quòd huiusmodi dies sunt loco annorum.*

II. *Et dicit Angelus Danieli, respondens orationi & deprecationi ipsius: 490. anni super populum tuum, & super Vrbem sanctitatis tuæ, ipsa est Ierusalem destructa; & omnia, quæ ipse explicat, veluti: Ad consumendum prævaricationem: ad sigillandum peccata: & ad expiandum iniquitatem, sunt, ac si dixisset, Ad perficiendum, & ad implendum septuaginta annos, quibus decretum est super Ierusalem ad cessandum in iniquitate* השמטות *Hascemittòth intermissionum* (Sabbathorum annorum) *quæ intermissæ fuerunt. Et sic scriptum est in fine libri Chronicorum* (2. Paralip. 36. 21.) Et ad implendum verbum Domini in ore Ieremiæ, donec complaceat terra Sabbatha sua, omnibus diebus, quibus desolata fuit, quieuit ad complendum se-

chodonosoris, quia tunc fuit fundamentum captiuitatis, quemadmodum inuenies in fine Ieremiæ scriptum (Ierem. 52. 28. Iste est populus, quem transtulit Nabuchodonosor : in anno septimo, Iudæos tria millia, & viginti tres. (Ver. 29.) In anno octauo decimo Nabuchodonosoris, de Ierusalem animas octingentas triginta duas. In anno vigesimo tertio Nabuchodonosoris, transtulit Nabuzardan Magister militiæ Iudæorum animas septingentas quadraginta quinque. *Et hoc est fundamentum transmigrationis, quoniam in reliquis transmigrationibus relictum fuit residuum in Ierusalem; & tunc in anno* 23. *occisus fuit Godolias* (2. Reg. 25. 25.) *& reliquum Israëlis totaliter translatum est. Inde incipe numerare usque ad vigesimum* (annum) *Agrippæ, quo euersa est Domus, & captiui facti sunt in diebus Titi, & inuenies* 490. *annos, non addes, neque demas ab eis.*

Nabuchodonosor regnauit 45. *annis. In anno* 23. *ipsius transmigrati sunt omnes* (Iudæi). *Hinc relinquuntur* 23. *anni Nabuchodonosoris vna cum anno, quo in captiuitatem ducti sunt* -

Nabuchodonosoris an.	23
Euilmerodachi an.	23
Baltassaris an.	3
Cyri, initium redemptionis an.	3
Assueri an.	14
Artaxerxis an.	32
Darij primi an.	6
Græcorum Regum an.	180
Hassamonæorum an.	103
Herodianorum an.	103
Summa annorum	490

Et ptuaginta annos. *Et in anno primo Cyri Regis Persidis ad complendū verbum Domini in ore Ieremiæ excitauit Dominus spiritum Cyri Regis Persarum, & stare fecit vocem per vniuersum Regnum suum &c.* (Ezr. 1. 1.) *& idcircò dixit* -

III. Ad expiandum iniquitatem. *Quoniam cùm completi fuissent* 70. *anni, expianda erat iniquitas eorum, & adduxit Dominus* Iustitiam seculorum, *quia dedit cor, & virtutem Regibus Persarum, vt educerent Israëlem de captiuitate, & dedit eis manum, & auxilium ad ædificandum Ierusalem, & Domum sanctitatis, quia ibi fiebant Sacrificia, quibus iniquitates expiabantur; & sic dixit Dauid* (Psal. 51. v. 20. & 21.) Ædificabis muros Ierusalem. Tunc voles Sacrificia Iustitiæ, oblationem, & holocaustum. *Et Moses Magister noster, super eum sit pax, legit ea sicut scriptum est: Quoniam ibi sacrificia iustitiæ.*

IV. Et ad sigillandum Visionem & Prophetam, *quasi diceret: Quòd ampliùs non essent futuri Prophetæ præter Aggæum, Zachariam, & Malachiam, qui fuerunt in illis diebus, & post eos non inuenitur aliquis Propheta, qui prophetauerit, sicut antea.*

V. Et ad vngendum Sanctitatem sanctitatum, *ac si diceret*, Templum, & Altare. *Sic enim scriptum est in Mose* (Exod. 29. 36.) Et vnges illud & erit Altare Sanctitas sanctitatum.

VI. *Et nunc pone cor tuum ad hunc numerum vnde incipiendum sit, & vbi finiendum. Conueniens autem est vt initium sumatur ab anno* 23. *Nabu-*

Tunc enim completi sunt 70. anni in Babel; & 70. captiuitatis Ieoiakim, & statim interfectus est Baltassar, & regnauit Cyrus, & vocatus fuit Messias, *sicut scriptum est in Isaia* (cap. 45. 1.) Sic dixit Dominus Christo suo Cyro. *En hebdomadæ septem vsque ad* משיח נגיד *Masciach naghìd Messiam Ducem principalem.*

IX. *Ampliùs dicit* (Dan. 9. 25.) Et hebdomadæ 62. redibit, & ædificabitur platea & fossa, & in angustia temporũ: *isti sunt 434. anni, quia ex 62. septies fiunt 434. & ita fuit: quoniam à Cyro vsque ad 13.* (annum) *Agrippæ postremi sunt anni 434. Et hac est illorum explanatio* -

Cyri anni	3
Assueri anni	14
Artaxerxis anni	32
Darij anni	6
Græcorum anni	180
Hassamonæorum anni	103
Herodianorum, & filiorum ipsorum anni	103
En anni	441

vsque ad vigesimum annum, quo euersa est Ierusalem totaliter. Excedunt (in hac summa) *septem anni, qui vnam hebdomadam constituunt, in qua fuerunt bella in medio Ciuitatis, & cessauit iuge sacrificium, & interfecti fuerunt Sacerdotes, & fuit ædificata in anno 13. Agrippæ posterioris; en igitur 434. anni. Et ideò ipse dicit* (Dan. 9. v. 25.) Et hebdomadæ sexaginta & duæ, & ædificabitur platea, & fossa, & in angustia temporum. *Scias, quoniam fuit angustia in ædificatione* (Templi & Vrbis) *& etiam in diebus Græ-*

Et hoc modo procul dubio discurres si Scripturas (vbi hæc scripta sunt) *inueneris.*

VII. *Post hac declarat Angelus Danieli à numero, quo in principio dixerat, & diuidit, & explicat, quot annis ab hoc tempore steterint in Babylone ad consumendum præuaricationem, & ad sigillandum peccata, & ad implendum & complendum 70. annos, qui decreti fuerant super eos pro captiuitate. Quoniam iam inceperunt esse in captiuitate à diebus Ieoiakim, quem captiuum abduxit Nabuchodonosor in anno secundo Regni sui. Inde siquidem vsque ad Cyrum sunt anni 70. Sic enim ipse dicit* (Ierem. 25. 12.) *vt compleantur in Babylone 70. anni, visitabo vos. & ita est: nam numerus annorum* -

Nabuchodonosoris est an.	44
Euilmerodachi an.	23
Baltassaris an.	3
En anni	70

VIII. *Et idcircò declarat Angelus Danieli, & dicit* (Dan. 9. v. 25.) Et scies, & intelliges ab exitu sermonis, *ab anno 23. Nabuchodonosoris, quo decretum est vt transmigraretur totum residuum* (Iudæorum) *& scriptum est in fine Ieremiæ istud fuisse fundamentum transmigrationis; & inde vsque ad Cyrum sunt anni 49.*

Nabuchodonosoris reliqui anni cum anno, quo transmigrarunt	23
Euilmerodachi anni	23
Baltassaris anni	3
Omnes sunt anni	49

apparet falsitas expositionis harum 70. hebdomadarum, quæ ab Hebræo hoc nostro Anonymo affertur in suo Cod. msc. vnde videtur quidem superfluum quicquid addi posset, non tamen erit inutile; quia hic noster Rabbinus vera cum falsis confundit, adeòque totam hanc Prophetiam inuertit. Nos vt faciliùs vera à falsis secernamus, libet hanc eius explanationem in membra diuidere, eaque examinare vt vera amplectamur, & falsa reijciamus.

Primùm quidem, verum est quod dicit: *Hebdomadas Danielis esse hebdomadas annorum, & 70. hebdomadas efficere 490. annos.*

Secundò, falsum est illud quod dicit: *Ad consumendum prauaricationem; ad sigillandum peccatum; ad expiandum iniquitatem* referri ad Ierusalem euersam, & ad 70. annos, quibus populus ob sua flagitia in Babylone puniendus erat: nam ista omnia iam olim prædixerat Ieremias cap. 25. 5. & seqq. nec opus erat alia maiori explicatione. Nec Angelus vllam de 70. istis annis mentionem in hoc loco facit; sed de 70. hebdomadibus, quæ decisæ erant à Deo, vt consummaretur prçuaricatio, sigillaretur peccatum, & deleretur iniquitas. Hæc igitur omnia ad 70. hebdomadas annorum, quibus Christus venturus erat, referri debent, non ad 70. annos Babylonicæ captiuitatis, quibus completis cùm celebrasset terra Sabbatha sua, vt dicitur 2. Paralip. 36. v. 21. (cunctis enim diebus desolationis egit Sabbathum) reuersus est populus in *Græcorum*. *Dixitque postea* (ver. 26.) Et post hebdomadas sexaginta & duas excidetur Messias, & non ei: & Ciuitatem; & Sanctitatem corrumpet populus Ducis venturi, & finis eius in inundatione, *& sic fuit; tunc enim occisus est Sacerdos Messias, quoniam pugnauerunt in medio Vrbis, & alter alterum occidebat, & venerunt Vespasianus; & Titus, & pugnauerunt extra* (Vrbem) *& Agrippa Rex Israëlis erat extra* (Vrbem) *cum Romanis: Ita scriptum inuenitur in Iosiphone explanante* (verba Danielis) *dicebat enim Ioseph populo, qui stabat super murum* (Vrbis) *Ne timeatis, quoniam adimpleta est prophetia Danielis, nam cessauit iuge Sacrificium, & occisus est Sacerdos. Verè hoc est idipsum quod ibidem declaratur. Quoniam dixit Ioseph: Excidetur Messias; hoc est Sacerdos Messias, & ita fuit. Et illud quod dicitur* (Dan 9. 27.) Et roborabit pactum multis hebdomada vna, *hoc declaratur in Iosiphone pro* Agrippa Rege socijs suis & Turba ipsius, *quos diligebat Vespasianus & Titus. Et in fine hebdomadæ, id est anno vigesimo Agrippæ transmigrauit populus, & euersa est Domus* -

X. *Quæ vtinam ædificetur citò in diebus nostris. Amen.*

Rabbini Anonymi exponentis 70. hebdomadas Danielis ex Codice msc. suprà sæpiùs citato falsitas, ostenditur.

Ex his, quæ in hac Dissertatione hactenus dicta sunt, satis superque

tædium afferant legenti, consultò omitto.

Dices; *Iustitiam seculorum* non referri ad Cyrum, & Darium Reges Persarum, sed ad Templum, quia in eo fiebant Sacrificia, quæ vocantur *Sacrificia Iustitiæ* Psal. 51. 21.

Resp. Referant hæc verba Iudæi ad quamcumque creaturam voluerint, semper errabunt. Templum siquidem nullo pacto potest vocari *Iustitia seculorum*, quia nomina substantiua, quibus additur pro adiectiuo attributum Diuinum, rebus creatis conuenire nullo modo possunt; non enim v. g. de Summo Pontifice possumus dicere: Vestra Sanctitas æterna, aut quid simile, licèt vocemus illum nomine *Vestræ Sanctitatis*, quatenus Christi Sanctitatem in terris eius Vicarius repræsentet: sic quia *seculorum*, seù *sempiterna* est attributum Diuinum, si addatur *Iustitiæ*, semper de Deo erit intelligendum, & non de creatura. Adde, quòd *Templum* non fuit æternum, sed paucorum seculorum, ideò non potest vocari *Iustitia sempiterna*, aut *seculorum*, quod idem est.

IV. *Et ad sigillandum Visionem & Prophetam. Quòd ampliùs non essent futuri Prophetæ præter Aggæum, &c.* cuius rei ratio est, quia omnes Prophetæ de Rege Messia prophetarunt, & quia ad modicum futurus erat Messias in secundo Templo, non ampliùs fuit opus prophetia & Propheta, qui de Christo prophetasset. Ita רלב״ג *Ralbàgh*, seù R. Leui Ben Gerson in Danielem hic in Ierusalem Templo ædificato.

Tertiò, *Ad expiandum iniquitatem; quoniam cùm completi fuissent 70. anni expianda erat iniquitas eorum, &c.* Iterum instat in 70. annis captiuitatis, de quibus in hoc loco nullus sermo est. Vide suprà num. V. & seqq. pag. 309. Sed omninò impertinens est illa expositio, qua pro *Iustitia seculorum*, seù *Iustitia sempiterna* intelligit Reges Persarum *Cyrum* videlicet, & *Darium*, quibus Deus dedit virtutem vt educerent Israëlem de captiuitate Babylonica. Lego quidem *Cyrum* vocatum fuisse *Messiam* (Isai. 45: v. 1.) quia ex parte, Christi Redemptoris erat figura, sed quòd fuerit vocatus *Iustitia seculorum*, seù *sempiterna*, nullibi lego nisi apud hunc insipidum Rabbinum. De Dario nihil insigne ad hæc pertinens habeo. De Cyro iterum lego in Talmude, fuisse in principio optimum vinum, sed vltimò versum in pessimum acetum: & omnia illius beneficia in Iudæos præstita sinistrè interpretantur. Si dedit dona, commodo suo fecisse (aiunt) vt Israël rogaret Deum pro eius salute. In ædificio Templi, ab imo in pariete statuisse ordinem ædificij è ligno, vt posset quando vellet comburere totum ædificium, si Iudæi non seruarent fidem. Alia scelesta ibidem de Cyro leguntur, vt quòd pellex; & & concubina eius fuisset Catella. Hæc & alia similia contra tot beneficiorum Auctorem fingunt ingrati Iudæi Talmudistæ, vt videre est in Codice ראש השנה *Rosc Hasciana* cap 1. pag. 3. & 4. quæ cùm sint nimis prolixa, ne

& voluit, quod ex tunc esset electus Sanctus Sanctorum, id est Messias, qui est Sanctorum Sanctus. Vide supra pag. 310. n. IX.

VI. *Et nunc pone cor tuum ad hunc numerum, unde incipiendus sit, &c.* Premitur hic noster Anonymus Rabbinus, nec ab euersione primæ Ædis vsque ad excidium Templi secundi 490. annos per summam singulorum Regnorum adinuenire valet, nisi anachronismos multos committat. Eum ego docebo, quomodo breui calami ductu summam hanc ex præscripto suorum maiorum, per vnicam vnius numeri ab altero subductionem facillimè adinueniat. Firmiter tenent Chronologi Hebræi primum Templum euersum anno mundi 3338. & secundum Templum desolatum anno mundi 3828. subtrahe 3338. ab 3828. residuum erit 490. anni inter vtriusque excidium. Vide Chronologiam nostram Rabbinicam pag. 314. & 322. Sed si à computo nostri Anonymi Rabbini auferantur anni 84. nempè an. 33. Regni Hassamonæorum, & an. 51. Herodianorum: nam Hassamonæi ex Glossa Talmudica in Cod. *Sanhedrin* cap. *Chèlek* pag. 97. b. circa medium, vt supra notaui pag. 346. regnarunt tantùm 70. annis, & Herodiani an. 52. Sic à summa 490. nostri Rabbini calculatoris deficient anni 84.

Sed admittamus pro nunc hanc supputationem esse veram, quia innititur auctoritati Ghemaræ in Cod. עז *Auodà Zarà* cap. 1. pag. 9. Volens autem Talmud probare, quòd secundum

שאז יחתום כל חוזה ונביא כי סוף נבואת הנביאים כלה לצמיחת מלכות מלך המשיח ׃

Quoniam tunc sigillata fuit omnis visio & Propheta; quia finis prophetiæ Prophetarum totus fuit, vt (ostenderet) *efflorescentiã Regni Regis Messiæ.* Igitur Messias non diù post Aggæum, Zachariam, & Malachiam, qui vltimus Prophetarum fuit, qui de Christo prophetarunt, venire debuerat, sicut & venit.

V. *Et ad vngendum Sanctitatem sanctitatum, ac si diceret Templum, & Altare.* Sed qua vnctione? cùm in Templo secundo non fuerit Oleum vnctionis, quo inungi debebat Altare ex præscripto Legis (Exod. 29. v. 36.) Vnde verè & Catholicè explicat Leui Ben Gerson loco citato, postquam dixerat finem omnium Prophetiarum fuisse Regnum Messiæ, statim adiungit: *Et ad vngendum Sanctitatem sanctitatum.*

ר״ל כי אז ימשח (משיח) בשמן המשחה כי בכר נגנז ׃

Ac si diceret: Quoniam tunc inungetur Messias Oleo vnctionis, quod iam absconditum fuerat. Non quòd Oleum vnctionis iam deperditum, esset reinueniendum, & eo vngendus Messias; sed quòd pro Oleo vnctionis debeat intelligi electio eiusdem Messiæ in ministerium redemptionis. Vnde subdit idem R. Leui Ben Gerson.

במשיחה בחירה בטעם למשיחו לכורש וירצה כי שאז יהיה נבחר קודש קדשים ׃

Vnctione electionis, sicut illius loci: Isai. 45. 1. *Messiæ suo vncto suo Cyro;*

nis nec verbum quidem legitur in textu Danielis. Fuisse enim Iudæos in Babylonia 70. annis, prout decreuerat Deus apud Ieremiam cap. 25. 12. nulli dubium est; sed de illis nihil in hac prophetia.

VIII. *Et idcircò declarat Angelus &c. Ab exitu sermonis, vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum Ducem hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt*. Dan. 9. v. 25. Iam explicatum est, hanc epocham sumendam esse ab anno primo Regni Cyri, quo promulgatum fuit decretum redeundi in Ierusalem, ad Templum reædificandum; neque diuidendæ sunt hebdomadæ in duas partes, in septem, & in sexaginta duas, sed copulandę, ita vt sint hebdomadæ 69. siuè anni 483. vsque ad Christum Ducem, Mundi Redemptorem, & non hebdomadæ septem, seù anni 49. vsque ad Cyrum, quia Cyrus non fuit Christus Dux principalis, vt suprà ostensum est pag. 322. & sequentibus.

Aduerte autem, quòd etiamsi, vt vult calculator Rabbinus in Cod. msc. per septem hebdomadas intelligendum esset tempus inter Nabuchodonosorem, & Cyrum, non tamen inde elicerentur 49. anni, sed 53. nam à transmigratione totius populi, quæ facta fuit an. 19. Nabuchodonosoris ad Cyrum tot anni computantur. Videlicet, an. 27. eiusdem Nabuchodonosoris; an. 23. Euilmerodachi; & 3. Baltassaris. Omnes sunt an. 53. Vide Chronologiam Rabbin. pag. 314. ad annum 3338. Vel si computum in-

dum Templum perstiterit annis 420. hoc modo probat.

מלכות פרס בפני הבית שלשים וארבע שנה׃ מלכות יון בפני הבית מאה ושמונים שנה׃ מלכות החשמונאי בפני הבית מאה ושלש׃ מלכות בית הורודוס מאה וג׳׃

Regnum Persarum post ædificationem Domus an.	34
Regnum Græcorum post ædificationem Domus an.	180
Regnum Hassamonæorum an.	103
Regnum Herodianorum an.	103
Summa	420

Cui si addantur anni 70. captiuitatis Babylonicæ, fiet summa annorum 490. Sed hęc licèt constituat summá 70. hebdomadarum Danielis, tamen non sunt hebdomadæ Danielis, quia 70. an. captiuitatis nihil habent commune cum annis hebdomadarum Danielis, quia illi erant noti ex propheria Ieremiæ, & designabant redemptionem populi faciendam per Cyrum modo naturali, & isti erant ignoti & reuelati Danieli, & ostendebant redemptionem vniuersalem, & miraculosam faciendam per Messiam. Vana igitur est ista supputatio annorum ab Anonymo Rabbino instituta, vt potè præter intentionem Prophetæ Danielis.

VII. Redit calculator noster ad annos 70. captiuitatis Babylonicæ, & dicit, quòd Angelus explicat, quot annos steterint Iudæi in Babylone *ad consumendum præuaricationem &c.* & complendum 70. annos, qui decreti fuerant, & illos calculat. De his an-

ſeqq. nullas notas, quæ Chriſto attribuuntur, poſſe Agrippæ conuenire; quas cùm fortaſſis animaduertiſſet noſter Antagoniſta Rabbinus, aliud in hac re compoſuit hactenus inauditum gloſſema. Vult enim pro Chriſto occidendo intelligi debere Sacerdotem, vel etiam Sacerdotes, qui in medio Ciuitatis fuerunt interfecti. Sed ſic multi Chriſti fuiſſent occiſi, quia vt dicit noſter Rabbinus, alter alterum in Vrbis medio occidebat: itaque debebat dicere Daniel, *Excidentur Chriſti*, non *Excidetur Chriſtus*. Adeò varij ſunt in hac prophetia explicanda Rabbini, vt cùm viderint ſe ab ea quaquauerſum eſſe concluſos veluti cymbæ ſine nauta, & velis, ab inſolitis, & Scripturę repugnantibus commentis, tamquam à tempeſtuoſa procella exagitati vorticibus aliò ſe diuertunt, ſed quicquid dicant, ſemper Sac. Scripturarũ in profundũ abyſſum ignorantiæ ſubmerguntur. Vnicum hunc Meſſiam mundi Redemptorem à Daniele tempore pręmonſtrato occidendum, non vnum, ſed duos futuros Meſſias, alterũ Cyrum, & alterum Agrippam interficiendum eſſe imaginantur Rabbini. De Cyro non ſunt certi, cùm alij eum *Meſſiam* eſſe velint, alij *Zerobabelem*, alij *Nehemiã*. De *Agrippa* etiam dubitant: nam hunc pro *Meſſia* occidendo intelligere volunt; alij vnum vel plures *Sacerdotes* pro *Meſſia* occidendos eſſe, vt hic noſter Rabbinus docet, exiſtimant; quod quàm falſum ſit, iam ſuprà oſtendimus.

Adde inſuper, quòd Scriptura dicit priùs *occidendum eſſe Meſſiam*, & po-

ineas, ſecundùm quod notauimus ſuprà ad calculum Petri Alphonſi pag. 327. col. 1. maiorem errorem iſto inueniemus, quia *ab exitu ſermonis*, ſeù à Nabuchodonoſore ad Cyrum 62. vel etiam 71. annorum ſpatium intercedit.

IX. Ampliùs dicit (Dan. 9. 25.) *Et hebdomadæ 62. redibit & ædificabitur platea, & foſſa, & in anguſtia temporum; iſti ſunt* 434. *anni, quia à Cyro vſque ad 13. annum Agrippæ ſunt anni* 434. Non poteſt hoc intelligi de Agrippa, qui ſecundùm quod ſcribit *Ioſiphòn Ben Guriòn* lib. 6. capite 77. pag. 116. col. 3. in fine cap.

ויהי לימים אחרים אחרי התקסר אספסינוס ויקצוף על אגריפס כי הלשינוהו רשעי ישראל לאמר כי חשב לבגוד בו וכי שלח לירושלם מכתב על כבה וימת אותו ואת מונכז בנו לפי חרב וזה היה ג׳ שנים וחצי קודם חרבן הבית׃

Et fuit poſt aliquot dies ab inaugratione Veſpaſiani in Cæſarem, efferbuit (Veſpaſianus) *contra Agrippam, quoniam detulerunt ei impij Iſraëlitæ dicendo: Cogitat Agrippa rebellare in te, & quòd de hac re Epiſtolam miſerit in Ieruſalem. Interfecit itaque eum* (Cæſar) *& Monbazium* (ſeù, vt alij legunt מונכז *Moncaſſium*) *filium eius in ore gladij. Hoc autem factum eſt tribus annis & dimidio ante euerſionem Aedis*. Qui cùm vltimus fuiſſet Rex Iudæorum de Domo Herodianorum, volunt de eo intelligi hunc locum Danielis 9. 26. *Et poſt hebdomadas ſexaginta & duas occidetur Chriſtus, & non ei*: ſed perperam, quia iam probauimus ſuprà pagina 332. &

&c amplius circiter quadrantem diei. Si autem dies 1290. Danielis in tres partes cum dimidia parte diuidantur, singulæ partes 368. diebus cum $\frac{4}{7}$ vnius diei constabunt. Annus igitur Solaris constaret diebus 368.$\frac{4}{7}$ quod est absurdum, & contra omnes Astronomicas experientias; Astronomi siquidem per singulos annos exquisitissimè in Ephemeridibus calculant anni Tropici magnitudinem, nec eam maiorem adhuc inuenerunt diebus 365. Hor. 5. 48. 35. Itaque locus iste Danielis cap. 12. v. 21. *Et à tempore cùm ablatum fuerit iuge Sacrificiũ; &c.* ad persecutionem, quam contra Ecclesiam Christi excitabit Antichristus ante Iudicium finale, spectat; de quo Iudicio agitur in hoc capitulo, vt patet ex ver. 2.

Dicit etiam Rabbinus Anonymus, quòd anno 13. Agrippæ posterioris ædificata fuerit platea, & fossa, hoc est Ierosolyma, in angustia temporum post hebdomadas 62. Quod omninò ineptum est: nam Daniel de reædificanda Ierusalem post complectam captiuitatem Babylonicam loquitur, non de reædificatione Ierusalem post an. 434. quibus non solùm ædificata, sed multitudine populorum erat tutissimũ monumentũ contra hostes; vt nec Romanorũ fortitudini, nec eorundem potentiæ post longã obsidionem aliquando cederet, quæ etsi non fuerit septem annorum, vt vult noster Rabbinus cum reliquis ferè omnibus Hebræis, attamen fuit pertinax & crudelis, quamuis perdurarit dimidio

postea *populus Ducis venturi*, id est *Vespasiani*, seù *Titi*, *cessare faciet Sacrificium*. At è contra factum est in Agrippa, quia priùs cessauit iuge Sacrificium, & postea occisus est Agrippa. De qua re testimonium perhibet ipse *Iosiphòn Ben Gurionis* oculatus testis, loco cit. videlicet lib. 6. cap. 116. col. 3. in fine cap. his verbis: *Interfectus est Agrippa &c. Hoc autem factum est tribus annis & dimidio ante euersionem Aedis*, seù *Templi*. Postea sequitur

וטרם זה בטל התמיד אלף ור' ותשעים יום
וזה כלו טרם חרבן הבית והוא הכתוב בדניאל
ומעת הוסר התמיד עד תום הסיפור הכתוב שם ;

Et antequam hæc accidissent cessauit iuge Sacrificium mille ducentis & nonaginta diebus, & isti completi sunt ante euersionem Templi. Et hoc scriptum est in Daniele (cap. 12. v. 11.) *Et à tempore, quo remotum fuerit iuge Sacrificium &c. vsque ad finem narrationis ibidem scriptæ.* Hactenus *Ben Guriòn*, qui quidem malè applicat locum Danielis, cùm in eo loco non agatur de bello Titi contra Ierusalem & Templum, sed de bello Ecclesiæ Christi inferendo ab Antichristo in fine mundi, quod breui quidem tempore perdurabit, vt in Euangelio, *Nisi enim breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro*, Matth. 24. v. 22. sed quòd mille ducenti nonaginta dies sint tres anni cum dimidio, verum non est: nam anni Solaris magnitudo est dierum 365. hor. 5. cum aliquibus minutis. Itaque tres anni cum dimidio complèctentur dies 1278.

quando fit sermo de Domo, siuè Templo Ierosolymitano exulto, quod expectant reædificari, non intelligentes contrariũ prædici à Daniele in hoc loco ver. vlt. cap. 9. & vsque ad consummationem & decisionem effundet se, super admirandam desolationem; & clariùs Vulg. *Et vsque ad consummationem, & finem perseuerabit desolatio*, id est vsque ad consummationem & finem Vniuersi perseuerabit desolatio huius Domus. Vanè igitur expectant Iudæi iterum reædificari Templum citò in diebus suis.

Ex his, quæ dicta sunt, clarissimè apparet, has 70. hebdomadas Danielis ad Christum pertinere, non ad Templum, non ad Agrippam, vel ad quemcumque alium à Iudæis somniatum.

Secundò, easdem hebdomadas iam diù completas esse & absolutas, vt ex diuersis calculis, & temporum rationibus probatum est. Et quamuis nostra intentio principalis in hac Dissertatione non fuerit inuestigare annum præcisum, quo Christus natus sit, aut passus, sed tantùm ostendere, ex hac prophetia hebdomadarum Danielis, olim iam à longo tempore Messiam aduenisse Iudæorum, nec ab eis ampliùs expectandum, cùm huiusmodi prophetia plenissimè completa sit; nec calculi diuersis rationibus instituti huic veritati se opponunt, imò illam confirmant, cùm omnes in hoc conspirent, vt tempus Natiuitatis, & mortis Christi non longè à secundi Templi euersione exhibeant Tempus à Prophetis, & ab antiquis Rabbinis assi-

tantùm anno: nam Titus cæpit obsidere Vrbem in Paschate, hoc est 14. die mensis Aprilis, & 8. die mensis Octobris sequentis illam cepit. Ita Iosephus *de Bello Iudaico* lib. 6. c. 4. & cap. 24. antiquæ editionis Venetæ. Volunt tamen Hebræi septem annis fuisse obsessam Ierusalem à Romanis, & in eis verificatam prophetiam; *Et roborabit pactum multis hebdomada Vna*. Dicunt enim Iudæos obsessos pepigisse pactũ cum Romanis obsessoribus. Sed de hoc pacto, seù de his inducijs nihil habetur in Iosepho. Quod autem dicit noster Rabbinus, hoc intelligi de Agrippa Rege cum suis asseclis, quos diligebat Vespasianus, quasi inter eos pactum fuisse initum, non subsistit, quia non intra vnam hebdomadam annorum, partes Romanorum sequebatur Agrippa, sed à principio Regni sui fuisse illis fidelẽ, & iuramentum fidelitatis præstitisse credendum est; Fæudatarij siquidem iuramentum fidelitatis supremis Dominis præstare solent. Sanè quidem, postquam in suspicionẽ læsæ fidelitatis deuenisset Agrippa, triennio ante exustionem Templi occiditur ab Imperatore, vt in Iosiphone lib. 6. cap. 77. suprà relato animaduertimus. Vnde verum non esse deprehenditur id, quod subiungit Rabbinus: *Anno 20. Agrippæ transmigrauit populus, & euersa est Domus*. Si tribus ante annis cum dimidio interfectus fuerat Agrippa, quomodo nunc anno ipsius 20. transmigrat populus?

X. *Quæ vtinam ædificetur citò in diebus nostris*. Est formula vsitata

no mundi 4250. si in fine vltimi Iubilei venisset. Igitur secundùm hanc Talmudicam doctrinam, Christus venit ab hinc annis 1186. Si enim ab anno mundi 5436. correspondente huic præsenti anno Christi 1676. auferantur anni 4250. relinquentur anni 1186. iam elapsi ab aduentu Christi. Cùm enim Iudæi nolint submittere ceruicem suam durissimam tam præclaræ Prophetiæ Danielis de tempore præciso, quo Messias venturus erat, ad vanas suorum Rabbinorum traditiones, & fallacias recurrunt, quibus decepti, sine vlla prorsùs spe redemptionis relinquuntur, nisi velint ad IESVM Dominum nostrum verum Iudæorum Messiam confugere. Sed illorùm pertinacia in cordibus eorum tam altas radices fixit, vt miraculo tribuendum sit, si sua, & suorum patrum perfidia relicta, ad verum Messiam IESVM reuertantur, quod faxit Deus, quem ex corde pro eis precamur.

Plerique tamen Iudæorum peruicaciores, insania quadam ducti, licèt non ausi sint eam vnquam literis consignare, verbotenus non verentur asserere nondum has Danielis hebdomadas esse completas: vnde mirum non esse, si hactenus Messias non venerit. Dicunt enim: Hebdomadas istas Danielis non esse annorum hebdomadas, sed Iubileorum, hoc est septem Iubileos efficere hebdomadam vnam; vnde volunt, vnam hebdomadam Danielis esse 350. annorum. Cùm enim hebdomadæ sint 70. erunt anni 3500. Itaque à Cy-

assignatum, quo Christus venturus erat in mundum.

Sed antequam vltimam huic Dissertationi manum imponamus, libet in medium proferre tempus aduentus Messiæ, quod habetur in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. 11. *Chèlek* pag. 97. b. in ipso principio. Ibi enim pro aduentu Messiæ à creatione mundi determinantur 85. Iubilei, siuè anni 4250. nam Iubileus constat 50. annis. In vltimo siquidem Iubileo, hoc est ab anno mundi 4200., ad 4250. secundùm Talmudem Messias erat venturus. Verba Talmudis sunt -

אמר אליהו לרב׳ יהודה אחיה דרב סלא הסידא אין העולם פחות משמונים וה׳ יובלות וביובל האחרון בן דוד בא א״ל בתחליתו או בסופו א״ל איני יודע כלה או א נו כלה אל איני יודע׃

Dixit Elias ipsi Ràu Iudæ fratri Ràu Silàpij: Non erit mundus (consistens) *sine* 85. *Iubileis, & in vltimo Iubileo veniet filius Dauidis* (Messias.) *Respondit ei: In principio, vel in fine* (vltimi Iubilei veniet?) *Respondit* (Elias) *Ego nescio. Completum est, aut non completum est* (tempus istud?) *Respondit: Nescio.* R. Salomon explicat -

שמנים וחמשה יובלין היינו ד׳ אלפים מאתים וחמשים׃

Octoginta quinque Iubilei sunt (anni) *quatuor millia ducenti & quinquaginta.* Et verè quidem: nam si ducantur 50. in 85. fiet summa 4250. Secundùm hanc Eliæ sententiã Christus venturus erat anno mundi 4200. si in principio vltimi Iubilei; vel an-

per Danielem, & in libro האמונות *Haemunòth* Tract. 8. בגאולה אחרונה *De redemptione vltima.* pag. 40. col. 2.

R. Abraham Aben Ezræ in Comment. ſuper Danielem.

R. Scem Tòu Ben R. Iſaaci Ben שפרוט *Sciprùtt* in libro אבן בוחן *E'uen Bòchan Lapidis Lydij*, quo agitur בעקרי האמונה *De Articulis Fidei* Iudæorum. שער החמישי בדניאל *Sciàar Porta V. De Daniele* cap. 3. In eo acerrimè diſputatur contra Religionem Chriſtianam, pro Lege Moſaica, cuius argumenta partim reſoluta cernuntur à noſtris Auctoribus, qui de huiuſmodi controuerſijs tractarunt, & alia quæ ſupererant; nos in præſenti Diſſertatione diluimus. Huius Auctoris exemplar mſc. papyr. in 4. reperitur in Bibliotheca Collegij Neophytorum Romæ; aliud conſimile mſc. extat in Bibliotheca Monaſterij S. Pudentianæ de Vrbe, quod eſt noſtrorum Monachorum Ciſtercienſium Reformat.

Auctor סדר עולם רבא *Sèder Olàm Rabbà Chronologiæ magnæ.* cap. 28. & 29.

R. Leui Ben Gersòn cognomento *Magiſter Leo de Bagnolo* in Danielem, & ad hunc locum, vti & alij Danielis Interpretes, inter quos ab eis exiſtimantur.

R. Iſaac Abrauanel מעיין יב׳ *Fonte* 12. תמר ד׳ *Palma* 4.

R. Moſes אלשיך *Alſcèh* in חבצלת השרון *Roſa campi.* Et

R. Samuel Ben R. יודא *Iodà* Valerio in חזון למועד *Chazòn lamoèd* Comment. in Danielem *Paraſcià* 20. pag. 99. & ſequentibus.

ro, à quo *egreſſus eſt ſermo* reædificandi Ieruſalem, & Templum epocha hebdomadarum Danielis anno mundi 3390. ad Meſſiam erunt an. 3500. Igitur Meſſias ſecundùm hoc Iudæorum delirium venturus erit an. mundi 6890. quia anni 3500. aduentus Meſſiæ iuncti annis mundi 3390. efficiunt ſummam annorum 6890. Sed mundus duraturus non eſt vltra 6000. annos ſecundùm quod docent Talmudiſtę in cap. *Chèlek* Cod. *Sanhedrìn* pag. 97. b. ſicut retulimus in I. Par. pag. 168. col. 2. תנא דבי אליהו *Traditio eſt Schola Eliæ &c.* Ergo hic Hebræorũ Meſſias venturus erit 890. annis poſt mundi finem. Hunc Meſſiam expectent Iudæi, & recipiant: nos autem recipimus Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à Deo per ora Prophetarum populo Iudaico ſtatuto tempore promiſſum, ab ipſis quidem reprobatum, à Patribus noſtris olim Gentilibus receptum & approbatum; cuius nomen magnum eſt inter nos, & cui tanquã Deo vero ab ortu Solis vſque ad occaſum à nobis offertur Oblatio munda, Sacrificium incruentum, & per ora omnium populorum, qui ſub Cælo ſunt, nomen Chriſti Meſſiæ exaltatur, benedicitur, & benedicetur in ſecula. Amen.

De 70. hebdomadibus Danielis ex Hebræis, præter loca citata ex Talmude, agunt ex profeſſo, Codex mſc. pergam. antiquiſſimus Anonymi Auctoris, ſub nomine: *Hac eſt porta Domini, iuſti intrabunt per eam.* Titulo: שבועים שבעים *Hebdomadæ ſeptuaginta.*

R. Saadià Ghaòn in Comment. ſu-

Resp. Vixisse annos 84. aut 85.

Probatur. Daniel captiuus ducitur in Babylonem cum Rege Iehoiakim, anno mundi 3319. vt suprà in Chronologia pag. 313. Tunc enim decem, aut vndecim annorum erat ætatis, vt suprà probatum est. Ergo nascitur Daniel anno mundi 3309. aut 3308. Moritur autem post annum tertium Cyri Regis, nam post Cyrum nulla alia de eo fit mentio in Scriptura; at Cyrus obijt anno mundi 3393. ergo sequitur Danielem vixisse 84. aut 85. annos; tot enim anni sunt à 3309. vel à 3308. ad 3393.

Si verò credere voluerimus Godoliæ Aben Iachija referenti ex מדרש *Medràsc* in suo lib. שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 21. b. propè finem.

דניאל היה בן יד׳ שנים כשנכנס בחצר נבוכדנצר ׃

Danielem 14. annos natum ingressum fuisse in atrium Nabuchodonosoris, tunc vitæ Danielis addendi essent tres, aut quatuor anni. Mortuus est Daniel in *Susàn* Regia Persarum & Medorum, vt dicit Ioseph Ben Gurion lib. 1. cap. 3. pag. 11. col. 2.

ואחרי כן הלך (דניאל) אל שושן הבירה אשר בעילם המדינה ויעבד שם את יהוה אלהיו עד יום מותו בקרב אחיו עדת הגולה אשר שם ׃

Et postea abijt (Daniel) *ad locum suum in Susàn Ciuitatem Regiam, quæ est in Prouincia Elam, & seruiuit ibi Domino Deo suo vsque ad diem mortis suæ in medio fratrum eius Ecclesiæ transmigrationis, quæ ibi erat.*

Quòd

Ex nostris, præter Auctores qui scripserunt in Danielem, etiam ex professo agunt Raimundus Martini in *Pugione Fidei* Par. II. cap. 3. & Par. III. dist. 3. cap. 16. n. 39. & ex eo Victoria Porcheti Par. I. cap. 3. & Galatinus *De Arcanis Cathol. Veritatis* lib. 4. cap. 14. & seqq.

Nicolaus de Lyra in Libello *contra Iudaicam perfidiam*, qui habetur post Gloss. ordin. in Apocalypsim. Et in cap. 9. Danielis.

Paulus Burgensis *Scrutin. Scripturarum*, Par. I. dist. 3. cap. 3.

Ioannes Baptista Artium & Medicinæ Doctor, priùs Iudæus, postea Christianus in suo Opusculo *Confutationis Iudaicæ perfidiæ in Adriano Fino relat.* lib. 5. cap. 5. circa finem.

Adrianus Finus *in Flagello Iudæorum* lib. 5. cap. 5.

Torniellus Tom. II. *Annalium* ad annum mundi 3516. num. 5. & seqq. qui vult annos hebdomadarum Danielis non esse Solares, sed Lunares, hac potissimùm ratione ductus, quòd à Daniele hæ hebdomadæ dicantur *abbreuiatæ*. Sed si Torniellus vocem Hebraicam נחתך legisset, vtique non *decurtare*, sed *decidere, decernere*, vti nos suprà pag. 308. exposuimus, significare cognouisset. Anni enim Lunares nunquam fuerunt in vsu apud Hebræos nisi per *embolismum* correcti, vt videbimus in Dissertatione de *Paschate Hebræorum*.

Et hæc de hebdomadibus Danielis dicta sufficiant. De quo tandem

Quæres vltimo, Quot annos vixerit Daniel?

לכתוב על קיר בית המלך שכתב קפ״ה ; ויבא המלאך אלהים
ויכתוב לו בספר נגד מנורת המלך ואלה הדברים אשר כתב
מנא תקל ופרסין ר״ל מנה תקל ופרסים ועל כן נבהל המלך
בלשצר ויפחד מאד . אז שלח המלך ויקראו לדניאל ויבא לפני
המלך ויגידו לו את הדברים עם פירושם אשר אמר אלהי ישראל
את מנין ימי מלכותו וקצן אותם . תקל תקל מלכו במאזנים
ונמצא חסר . ופרסים הפרים אלהי ישראל את ממלכתו מיד
מלכו ונתנם לדריוש ולכורש מלכי מדי ופרס . ויהי בהיות
המלך את המשתה הזה ויעבר חרס גדולה ותפול עליו תרדמה
ויישן . ויהי שם סריס אחד ויקם הסריס ויך את המלך בלילה
ההוא וימיתהו ויסר את ראשו ויברח עמו אל מחנה דריוש וכורש
ויתן להם את ראש בלשצר ויספר להם את כל אשר עשה בלשצר
לגבי כלי בית אלהים באשר הללם במשתה היין . ויהי בשמוע
דריוש וכורש את הדברים אשר דבר הסריס ויקדו וישתחוו ליהוה .
אז נדר המלך כורש לבנות את היכל יהוה בירושלם ולהעלות את
הגולה שבבבל לירושלם ולהשיב את כלי הקדש אל מקומו : ויקומו
דריוש וכורש בחיל כבד מאד ויסובו את כל ארץ כשדים
וילכדו עיר בבל ויבוזו לבני ערב . וימלוך דריוש בבבל . ויהי
בשבת דריוש בבבל וישאל על דניאל וישלח ויביאוהו אליו ויאמר
לו קנה לי עצה ותבונה כי רוח אלהים בך אל נא תמנע ממני
עצתך ואסמך לזקנתי לכח ולא אוכל לצאת ולבא בשמאל ומורה
עמי להבחין בין איש לאיש . ויען דניאל ויאמר אל המלך
שלשה פקידים לפני חיל ושמת לבאם את מורא המה כנם
ישפטו בין איש לאיש וישם המלך דריוש כן ויפקד על שמם שני
שרי נבאות ואת דניאל הפקיד על שניהם ויקנאו בדניאל
ויכרתו ברית לאמר כי כל איש קטן או גדול שר ומושל
או מכל רבי החיילי׳ אשר יחלה פני כל אלוה לשאל
או לבקש ולהתחנן על כל דבר למן היום עד
שלשי׳ יום בלתי מן המלך לבדו יהיה למאכל אריות
ולא יגאל על ידי המלך ולא יפדה בכל הון יקר ערכו
לקיים דת אשר הכתב . ויגישו דת הספר אל המלך ויחתם
המלך את ידו ויחתום את הספר ויתנהו לשמרם והיה כי דניאל
מתפלל אל יהוה ויפלו עליו פתאום ויתפשוהו ויוליכוהו אל
המלך ויצוו השרים את דניאל וירדו דניאל אל בור האריות
ולא עשו להם מאומה . והמלך קרא את עבדיו ויתפשו את השרי׳
אשר הלשינו את דניאל ויפילו אותם בתוך בור האריות ובטרם
יגיעו אל קרקע הבור ויבלעום : ויוסף ישוע לדניאל כבוד וגדולה
וחסד בעיני המלך וכל העם : בעת ההיא צוה המלך להעביר
קול בכל מלכותו [illegible] בעלותו ויהי אלהיו עמו
ויעל

Quòd verò dicunt in *Medràsc* אסתר ad c. 4. v. 5. *Esther*: Danielem fuisse illum Eunuchum Regis Assueri vocatum התך *Hathàch*, de quo ibi fit mentio; vel etiam fuisse ששבצר *Scesc-batzàr*, de quo in lib. Ezræ cap. 1. v. 11. dicimus ea esse mera figmenta Rabbinorum. Vide Aben Ezræ, qui locum secundum explicat de *Zorobabele* ita Chaldaicè vocato.

תש׳ **דקדוק לשון הקדש** בלי שם המחבר
כתוב כ״י על קלף במתקלתו בתוך ספרי של דוכוס דורבינו .

360 DIKDV'K LESCIO'N HA-KO'DESC *Grammatica Lingua Sanctæ* Anonymi Auctoris. Extat msc. in pergam. apud Vaticanum in Bibliotheca Ducis Vrbinatis in 4. Multi sunt, qui de re Grammatica inter Hebræos exactè scripserunt; sed hic Auctor infimum locum tenere non debet; est enim diligens & accuratus Grammaticus.

תמ׳ **דריוש ראשון בן אחשורוש**
[illegible] מדי ויתחבר עם חתנו כורש בעל בתו ויעל על בלשצר
מלך בבל מלחמה עמו ובתחלת המלחמה בורח מלך בבל ויתחזק
עוד מלך כורש ויערכו הפעם מלחמה על מלך בלשצר מלך כשדים
ונפלו מאלף ושלשה רבים ויבוסו הכשדים וירדפום דריוש וכורש
עד מקום קרוב מבבל וחנו שם . ובלשצר שלח את כל צבא
הגבורים מן שרי כשדים ויבאו מבבל והלכו כל הלילה והם
באשמורת הבקר שבאו לסבות במחנה דריוש וכורש ויהי בהיות
הלילה בפרוס המלחמה ונפלו שרי בלשצר . ויעש להם המלך
בלשצר משתה גדול ויתן להם במשתה כסף וזהב . וישתו בלשצר
בעצם מאד ויתן לאכול ולשתות וישת מן היין בלשצר מאד
ויאמר להביא את כלי הכסף והזהב אשר הגלה נבוכד נצר
מלך כשדים עם הגולה אשר הגלה מירושלם לבבל ויהלל
המלך את כלי הקדש וישת בהן יין הוא וכל שריו ופילגשיו
ונשיו . וירא אלהים ויקצוף מאד ויקצב לכלות כלי הקדש ויפלם

ויעל ויבנה את בית האלהים אשר בירושלים וגו׳ : ויעלח הספרים ביד הרצים אל כל עיר ועיר בבבל מלכותו לשלח את היהודים לעלות ולבנות את בית יהוה אשר בירושלם היא שנת א׳ לכורש והמלך דריוש בזה לפני מותו לשלח את הגולה ואת כלי הקדש מבבל לירושלם : וימת דריוש בבבל וימיו היו ס״ב שנים :

361 DARIA'VESC RISCIO'N BEN ACHASCVERO'SC *Darius Primus filius Assueri ex semine Medorum Regum*, cuius mentio fit in Daniele cap. 9. 1. secundùm quod legitur in Ioseph Ben Gurion lib. 1. cap. 3. coniunxit se cum genero suo Cyro Rege Persarum, atque rebellarunt Belsciatzero Regi Babyloniorum, contra quem præliati sunt, sed Medis & Persis deuictis, lætatur Belsciatzar, instruit conuiuium, de quo cap. 5. 1. Danielis, inebriatur, & temulentus iubet afferri vasa sancta aurea & argentea, quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de Templo Ierosolymitano, eaque profanauit, qua de re irritatur Dominus, mittitque Angelum suum, qui in figura manus hominis scripsit in pariete hæc verba Chaldaicè: מנא מנא תקל ופרסין *Mene Mene Tekel Vpharsin*, Dan. c. 5. v. 25. eaque Daniel hoc modo Regi exponit: *Mene*, מנה *Mene*, *Numerauit Deus Regnum tuum, & compleuit illud*, id est finiuit. *Tekel*, id est תקל *Tekal, appensus es in bilancibus, & inuentus es imminutus*, hoc est deficiens bonis meritis. *Vpharsin*, פרס *Peres, diuisum est Regnum tuum, & datum est Medis & Persis*. Eadem nocte trucidatur Belsciatzar, vt scribitur Dan. 5. 30. & 31. & Darius hic noster Medus successit in Regnum,

cùm esset annorum 62. Quidam Eunuchus ex Cubicularijs eius amputauit ei caput, & ad Darium & Cyrum detulit, qui genibus flexis votum vouerunt Domino de extruendo Templo Ierosolymitano, sicut postea fecit Cyrus promulgato edicto, vt qui voluissent redirent in Ierusalem. Interim congregato exercitu, Cyrus & Darius contra Babylonem proficiscentes, vastauerunt vniuersam regionē Chaldæorum; Vrbemque Babel oppugnantes, eaque vi capta, omnes, qui in ea erant, gladio percusserunt, tam mares quàm fœminas, infantes quoque & lactantes, Iuuenes & Virgines equorum pedibus conculcarunt, Duces & Seniores eius laqueis strangularunt, grauidas dissecuerunt, fœtus earum alliserunt lapidi, sicque vltus est Dominus inter Babylonios sanguinem seruorum suorum effusum, & vindictam sumpsit de Templo. Vrbe, & populo suo Israëlitico. Hæc referuntur in Iosiphone Ben Gurionis lib. 1. cap. 3. pag. 7. colum. 2. hoc pacto -

העיר יהוה עליה (על בבל) את ב׳ מלכי גוים גדולים ואדירים את דריוש מלך מדי ואת כורש מלך פרס ויתחתן כורש בדריוש ויקח את בתו לו לאשה : ויתחברו שניהם יחד ויפשעו במלך כשדים וימרדו על בלשצר המלך אז יתגרו מלחמה גדולה ובתחלת המלחמה נוצחו הכשדים ויפלו חללים רבים מגדודי מדי ופרס : ויתחזקו עוד ב׳ המלכים האלה את מעמדם ומלחמתם ותתגר עוד מלחמה גדולה ועצומה ביניהם ויפלו מאלה ומאלה רבים וישפכו דם נפשות רבות לאין מספר וינוסו הכסדים וירדפום כורש ודריוש ותיליתם ויכום ויכתום עד מקום קרבו מבבל מהלך יום אחד ויחנו שם כורש

ודריוש יכל מחניתם ויהי כראות בלשצר וישלח את כל צבא הגבורים ואלף שריו מן שרי כשרים עמהם אגודת הפריצים אשר בהיכל המלך רבה ועצומה מאד ויצאו מבבל כפנות היום וילכו כל הלילה ויהי כאשמורת הבקר החלו להכות במחנה כורש ודריוש ויתבהל המחנה וגם מחנה מדי ויעמד כורש וכל מחנהו לפני כשדים וילחם עמהם וישם אותם מרדוף אחרי מדי ויהי בהיות הלילה נפרדה אחרי מדי ׃ ויהי בהיות הלילה ׃ נפרדה המלחמה וירבו לנפול מחללי מדי ופרס כי נצחום שרי בלשצר בגבורה ויעש להם המלך בלשצר משתה גדול ויתן להם במשתה כסף וזהב ׃ וישמח בלשצר מאד עם אלף שריו וישב עמהם לאכול ולשתות ויאריכו לשבי כל היום ההוא וכל הלילה וישת מן היין בלשצר מאד כנגד שריו ויהי כטוב לב המלך ביין ויאמר להביא את כלי הכסף והזהב אשר הגלה נבוכד נצר מלך כשדים עם הגולה אשר הגלה מירושלם לבבל ויחלל המלך את כלי הקדש וישת בהן יין הוא וכל שריו ופילגשיו ונשיו ׃ וירא אלהינו ויקצוף מאד ויקנא לכליו כלי הקדש וישלח לכתוב על קיר בית המלך מכתב קשה להוריעו את הגזרה אשר גזר עליו יהוה אלהינו ועל ממלכתו ויבא המלאך ויכתוב לו בשער נכח מנורת המלך ואלה הדברים אשר כתב חשב שקל והפריש יה מנה תקל ופרסין אבל האותיות היו לשון קדש והמכתב לשון ארמית וירא המלך בלשצר את האצבעות כותבות ושאר הגולם לא ראה כי היה המראה נורא מאד על כן נבהל המלך בלשצר ויפחד מאד וירעדו כל אבריו וינע לבבו ויתפרדו כל עצמותיו ונשתנה דמות פניו והשרים אשר היו עמו לא ראו את המראה אז שלח המלך ויקראו לדניאל ויבא לפני המלך ויקרא לו את המכתב ופירש לו את הדברים וביאר אותם לו באר היטב ויאמר דניאל אל המלך נסכלת מאד על אשר חללת את כלי בית אלהי ישראל אשר בירושלם ועל כן קנא יהוה אלהי ישראל לכלי בית מקדשו וישלח את מלאכו לכתוב לך את הדברי האלה ואלה הדברי אשר במכתב חשב שקל והפריש ׃ זה פירושם חשב ספר אלהי ישראל את מנין ימי איבו וקצץ אותם ׃ שקל שקל אויבו במאזנים ונמצא חסר ׃ והפריש

הפריש אלהי ישראל את הממלכה מיד אויבו ונתנה לדריוש ולכורש מלכי מדי ופרס הנלחמים עמך להיות ממלכתך כיניהם ׃ ויהי כשמוע המלך ושריו את הפתרון הזה מפי דניאל איש חמודות עבד יהוה ויחרדו האנשים חרדה גדולה ויקומו וילכו איש לביתו וישאר המלך בלשצר לבדו עם סריסיו ואנשי ביתו ויהי הוא נרגז ונבהל ותכסהו פלצות ותפול עליו תרדמה ויישן כאחר המתים לפחד מגורתו ויהי שם בארמון בית המלך סרים אחד מזקני נבוכד נאצר מעבדיו נכבד ונשוא פנים ׃ ויחשוב בלבבו לאמר הלא זה דניאל שנקרא שמו בלטשצר כשם אלהי ארוני נבוכד נאצר אשר פתר לו את חלומותיו ולא נפל מכל דבריו ארצה אשר לא היה ויצדק כל דבריו ועתה דבר על ארוני בלשצר המלך הדברים האלה ועתה אכרות את ראשו וארצה בו אל מלכי מדי ופרס ׃ ויהי בלילה ההוא כשכב המלך בלשצר על מטתו ויקם הסריס ויך את המלך וימיתהו וישא את ראשו מעליו וישאהו ויברח עמו אל מחנה כורש ודריוש מלכי מדי ופרס ויתלהם את ראש בלשאצר ויספר להם את כל אשר עשה בלשאצר לכל כלי בית האלהים אשר לירושלם כאשר חללם במשתה היין וכאשר שלח יהוה מלאכו ויכתוב להמכתב ויפרש לו את המכתב דניאל איש חמודות ויוכיחהו על הדברים אשר עשה בלשצר אשר מלאו לבו לחלל כל כלי בית יהוה ויבא עליו יהוה את הרעה הזאת אשר תראינה עיניכם היום ויהי בשמוע כורש ודריוש את הדברים אשר דבר הסריס ויקדו וישתחוו ליהוה אלהי השמים ויאמר כורש ברוך יהוה אלהי הכלים האלה ואלהי ההיכל אשר היה בירושלם וביתורה אשר עשה נקמה באיש אשר חלל את כלי בית מקדשו כי מאז ומקדם שמענו כי אתה הוא ארון כל הארץ ואלהי כל הבריות ויוצר כל העולם ואמנם עתה ידעתי כי גדול יהוה מכל האלהים ובידו ממשלה להסיר מלכים ולהקים מלכים ׃ אז נדר המלך כורש לבנות את היכל יהוה אלהינו אשר בירושלם ולשלח את הגולה מבבל לירושלם ולהשיב את כלי הקדש אל ההיכל אשר בירושלם ׃ ויהי אחרי הדברים האלה ויקומו ויסעו כורש ודריוש מלך מדי בחיל כבד מאד וישחיתו

את

את כל ארץ כשדים ויחנו על בבל וילהטו עליה
ויכוה לפני חרב מאיש ועד אשה מעולל ועד יונק
באיש אחד ובחורית הרגו ברחכותיה ובתולותיה
דרסו בדרכי הסוסים וכל שריה וזקניה חנק׃ בחבלים
וכל חרותיה בקעו וכל עולליה נפצו אל הסלע
וינקום יהוה מבבל את דם עבדיו השפוך ואת נקמת
היכלו ועירו ועמו ׃

Suſcitauit Dominus ſuper (Babylonem) *duos Reges Gentiles magnos & fortes, Darium Regem Medorum, & Cyrum Regem Perſarum. Et affinitate iunctus eſt Cyrus cum Dario, & tulit filiam ſuam ſibi in vxorem, & coniunxerunt ſe ad inuicem, & præuaricati ſunt in Regem Chaldæorum, atque rebellauerunt Belſciatzàr Regi. Tunc miſcuerunt prælium magnum, & in principio belli præualuerunt Chaldæi, & ceciderunt vulnerati multi ex legionibus Medorum, & Perſarum. Sed reſtaurato exercitu, iſti duo Reges iterum prælium magnum & forte inierunt contra Chaldæos, cæſis hinc inde quamplurimis, & effuſus eſt ſanguis animarum multarum, quarum non eſt numerus, & fugerunt Chaldæi inſequentibus eos Cyro & Dario cum exercitibus ſuis percutientes eos, atque conuertentes vſque ad locum propinquum Babyloniæ itinere diei vnius, & caſtrametati ſunt ibi Cyrus & Darius cum toto exercitu eorum. Et factum eſt; cùm hæc vidiſſet Belſciatzàr miſit ex vniuerſo exercitu fortiſſimorum* (virorum) *mille Principes ex Principibus Chaldæis, & cum eis legionem militum lateronum, qui erant in Palatio Regis* (legionem) *fortem & prævalidam; & exierunt de Babylone in declinatione diei* (circa veſperam) *& ambulauerunt tota nocte, & fuit in vigilia matutina, ceperunt percutere caſtra Cyri & Darij, & territus eſt exercitus, & fugit exercitus Medorum, ſtetitque Cyrus, & omnis exercitus eius coram Chaldæis, & pugnauit cum eis, & quieuit perſequi Medorum* (exercitum). *Cùm enim ſuperueniſſet nox, diuiſus eſt alter ab altero, atque intermiſſum eſt prælium, quamplurimi enim ex vtroque exercitu Medorum ſcilicet, & Perſarum vulnerati reperti ſunt, quoniam præualuerunt Principes Belſciatzaris fortitudine, fecitque eis Rex Belſciatzàr conuiuium magnum, & dedit eis in conuiuio argentum & aurum, & lætatus eſt Belſciatzàr valdè cum mille Principibus eius, & reuerſus eſt cum eis ad manducandum & bibendum, & prolongauerunt ſeſſionem* (conuiualem) *tota die ac nocte, bibitque Belſciatzàr multum vini coram Principibus ſuis. Factumque eſt cùm eſſet Rex ex vino hilaris corde, dixit vt afferrentur vaſa argentea & aurea, quæ aſportauerat Nabuchodonoſor Rex Chaldæorum cum captiuitate, quam abduxerat de Ieruſalem in Babylonem. Et profanauit Rex vaſa Sanctitatis, & bibit in eis vinum ipſe, & omnes Principes eius, concubinæ eius, & vxores illius. Et vidit Deus noſter, & iratus eſt valdè. Et zelatus eſt propter vaſa ſanctitatis, & miſit vt ſcriberetur ſuper murum Domus Regis ſcriptura difficilis, vt notificaretur ei ſententia, quæ decreta erat contra eum à Domino Deo noſtro, & ſuper Regnum eius. Et venit Angelus, & ſcripſit ei in porta è regione candelabri Regis, & hæc ſunt verba, quæ ſcripſerat:* חשב *Chiſciàu,* שקל *Sciakàl,*

viri tremore magno, & surrexerunt, & abierunt unusquisque in domum suam, & relictus est Rex Belsciatzàr solus cum Eunuchis suis, & viris domus suæ. Et fuit ipse conterritus & conturbatus, operuitque se horroribus, & cecidit super eum sopor, & dormiuit veluti mortuorum aliquis propter pauorem & conturbationem. Erat autem ibi in Palatio domus Regis quidam Eunuchus ex Senioribus Nabuchodonosoris præ alijs seruis honoratior & excellentior. Is cogitauerat in corde suo, atque ita ratiocinabatur: Nonne iste est Daniel, cuius nomen est etiam Beltesàtzar, sicut est nomen Dei Domini mei Nabuchodonosoris, cui interpretatus est somnia sua, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terram, quin non euenirent? & iustificata sunt omnia verba sua? Et nunc locutus est contra Dominum meum Beltesciatzàr Regem verba huiuscemodi? Nunc excindam caput eius, & cùm eo curram ad Reges Mediæ & Persidis. Et factum est in nocte ipsa, cùm cubasset Rex Belsciatzàr super lectum suum, surrexit Eunuchus, & percussit Regem, & interfecit eum, & sustulit caput eius, & cum eo aufugit ad castra Cyri & Darij Regum Medorum & Persarum, & dedit eis caput Belsciatzaris, & narrauit eis omnia, quæ fecerat Belsciatzàr vasis Domus Dei, quæ in Ierusalem: quomodo profanauerat ea in symposio, & quomodo miserat Dominus Angelum suum, & scripserat Scripturam, & interpretatus fuerat illam Daniel vir desideriorum, eumque increpauerat de rebus, quas fecerat Belsciatzàr, qui replekàl, והפריש *Veaphrìsc. Est scriptum libro* מנה *Menà* תקל *Tèkel* ופרסין *Vpharsin. Verùm literæ erant* (scriptæ) *Lingua Sancta, & Scriptura erat lingua Aramæa Syriaca. Et vidit Rex Belsciatzàr digitos scribentes, sed reliquam massam* (corpus informe) *non vidit, quoniam fuerat visio horribilis valdè, ideò territus est Rex Belsciatzàr & valdè timuit, & tremuerunt omnia membra eius, & commotū est cor illius; & disiuncta sunt omnia illius ossa, & immutata est similitudo faciei suæ, & Principes, qui erant secum, non viderunt visionem. Tunc misit Rex, & vocauit Danielem, & venit coram Rege, & legit ei scripturam, & declarauit ei verba, & exposuit ea ei benè. Dixitque Daniel ad Regem: Stultè fecisti valdè, eò quòd profanaueris vasa Domus Dei Israëlis, quæ est in Ierusalem, & ideò zelatus est Dominus Deus Israël vasa Domus Sanctitatis suæ, & misit Angelum suum ad scribendum tibi huiuscemodi verba, verba quæ sunt in Scriptura* חשב *Chiscàu,* שקל *Sciakàl,* והפריש *Veaphrìsc: & hæc est explanatio illorum:* חשב *Chisciàu, Numerauit Deus Israël numerum dierum inimici sui, & succidit eos.* שקל *Sciakàl Appendit inimicum suum in bilancibus, & inuenit illum deficientem.* והפריש *Veaphrìsc, Diuisit Deus Israël Regnum de manu inimici sui, & datum est Dario, & Cyro Regibus Medorum & Persarum pugnantibus contra te, vt sint Regna inter eos* (diuisa). *Et fuit cùm audisset Rex, & Principes eius hanc interpretationem de ore Danielis viri desideriorum serui Domini, contremuerunt*

ue-

seruorum suorum effusum, & vltionem fecit de Templo, Vrbe, & populo suo.

Post subactam Vrbem Babel, & Monarchiam adeptam, Darius constituit Danielem super Satrapas Regni, qui cùm omnes alios Satrapas & Principes consilio & sapientia superasset, quia Spiritus Dei amplior erat in illo, inuiderunt ei Principes, & contra Danielem machinati sunt, intantum vt cogerent Regem mittere Danielem in lacũ Leonum: sed cùm nullam iniuriam à Leonibus recepisset Daniel, iussu Regis viri illi, qui accusauerunt Danielem in lacũ Leonum missi sunt, non autem peruenerunt vsque ad pauimentum laci, quin Leones eos deuorassent.

Tunc Darius Rex Epistolam misit Chaldaicè scriptam ad vniuersos populos, cuius tenor habetur apud Danielem cap. 6. v. 26. & incipit -

מן קדמי שים טעם די בכל שלטן מלכותי להון
ואעין ורחלין מן קרם אלהה די דניאל וגו׳ :

A facie mea positum est decretum, vt in Vniuerso Imperio Regni mei contremiscentes, & timentes à facie Dei Danielis &c.

Videtur scripta hæc Epistola anno primo Regni sui à conditu Orbis anno 3389. ante Christi Natiuitatem 371. Regnauit tribus annis Darius secundùm quod habetur in *Sèder Olàm* cap. 27. quamuis Dauid Ganz vnicum tantùm annum Regni illi attribuat. Mortuus est, relicto sui Regni herede Cyro genero suo, vnde vnitum fuit Regnum Medorum, Persarum, & Babyloniorum sub vno Mo-

uerat cor suum, vt profanaret omnia Vasa Domus Domini, & adduxit super eum Dominus malum hoc, quod vident oculi vestri hodie. Et fuit cùm audisset Cyrus & Darius ista, quæ locutus fuerat Eunuchus, inclinauerunt se, & procubuerunt Domino Deo Cæli, & dixit Cyrus: Benedictus Dominus Deus vasorum istorum, & Deus Templi, quod fuerat in Ierusalem & Iuda, qui fecit vltionem in Virum, qui profanauit Vasa Domus Sanctitatis, quoniam ex tunc & quondam audiuimus, quòd tu sis Dominus vniuersæ terræ, & Deus omnium creaturarum, & plasmator totius mundi. Et verè nunc cognoui, quoniam magnus Dominus præ omnibus Dijs, & in manu eius est potestas auferendi, & stabiliendi Reges. Tunc votum Vouit Cyrus ædificandi Templum Domino Deo nostro quod est in Ierusalem; & dimittendi captiuitatem ex Babylonia in Ierusalem, & restituendi Vasa Sanctitatis in Templum quod est in Ierusalem. Et fuit, post Verba ista surrexerunt, & profecti sunt Cyrus & Darius Rex Mediæ cum exercitu valido nimis, & deuastarunt vniuersam regionem Chaldæorum, & castrametati sunt contra Babylonem, & pugnauerunt contra eam, & percusserunt eam in ore gladij à Viro vsque ad mulierem, à recèns nato vsque ad lactantem tanquam virum Vnum, & iuuenes eius occiderunt in plateis eius, & Virgines eius conculcarunt equorum plantis; & omnes Principes, & senes eius strangularunt funibus; & omnes prægnantes eius dissecuerunt, omnes fætus earum alliserunt silici; sicque Vltus est Dominus in Babylonem sanguinem

Monarcha Cyro, vt idem *Iosiphòn Ben Gurionis* dicit lib. 1. cap. 3. pag. 13. col. 1. circa finem his verbis.

ויהי בעת ההיא ויחלה דריוש מלך מדי למות ויהי כי קרבו ימיו למות וישלחו ויקרא לכורש מלך פרס חתנו בעל בתו לבוא אליו · ויבא אליו וימליכהו תחתיו ותהי הממלכה אחת למדי ופרס ודריוש המדי נאסף אל עמיו וימליכו שרי פרס ומדי במאמר המלך דריוש את כורש חתן דריוש על מלכות מדי ופרס : ומהיום ההוא והלאה היו שתי מלכיות מדי ופרס למלכות אחת וכו׳ :

Et factum est in tempore illo, & ægrotauit Darius Rex Medorum ad mortem: & fuit cùm appropinquarent dies mortis eius, misit Vt Vocaretur Cyrus Rex Persarum gener suus maritus filiæ suæ, Vt Veniret ad eum. Venit (Cyrus) *& regnare fecit eum pro se: & factum est Regnum Vnum Medorum, & Persarum; & Darius Medus collectus est ad populum suum, & regnare fecerunt Principes Persarum, & Medorum, secundùm quod dixerat Rex Darius, Cyrum generum Darij super Regnum Mediæ, & Persidis: & ab hac die, & deinceps duo Regna Medorum; & Persarum coaluerunt in Vnum Regnum. &c.*

Si Cyrus fuit maritus filiæ Darij, consequens est, vt Cyrus sit gener Darij; corrige igitur traductionem צמח דוד *Tzèmach Dauìd* G. H. Vorstij ad annum 389. pag. 172. qua dicitur loquendo de Dario: *Associauit & coniunxit se cum socero suo Cyro* (lege genero suo Cyro) *Rege Persiæ*. Vixit autem Darius annos 65. obijtque anno mundi 3392. ante Christi Natiuitatem anno 368. secundùm *Sèder Olàm*: nam ex cap. 5. v. 31. Danielis habemus, quòd Darius Medus successit in Regnum (Chaldæorum seù Baltassaris) annos natus sexaginta duos, si addantur 3. anni, quibus regnauit secundùm *Sèder Olàm*, euidens est quòd 65. annos vixerit. Secundùm autem Chronologiã R. Dauid Ganz tribuitur illi tantùm vnicus Regni annus; sic secundùm illum, obijt anno 3390.

קפל

דריוש השני בן אחשורוש ואסתר המלכה

הוא הרתחשסתא לפי שכל מלכות פרס היו נקראת ארתחשסתא כמו אמר בעל סדר עולם פרק שלשים : ובקשו מלכותו הגדול בשנת ג׳ אלפים ת״ח · אסר את ישראל ועשה להם טובות הרבה ונתן לבנות את בית יהוה בירושלם ובשנה השנית למלכותו התחיל הבנין הבית ג׳ אלפים ת״ח לבריאת עולם ומיום אותם המלאכה יום ג׳ לחדש אדר ככתוב בספר עזרא סימן ו׳ : פסוק ט״ו · ובשנה עשרים מלכותו ארתחשסתא השיגה עזר אשר הנכנה הבית נבנה חומת עיר ירושלם על אבות המלך השלם נחמיה ירושלמה ונתן לו אגרות אל הסרים אשר היו לעבר הנהר : ושלח אגרת אל אסף שומר הפרדס המלך אשר יתן לו לנחמיה עצים לקרות את השערי הבירה אשר לבית ולחומת העיר ותשלם המלאכה והחומה בחדש אלול יום כ״ה לחדש לחמשים ושנים יום שנת ג׳ אלפים תכ״ו ליצירה ואחרי הדברים האלה העיר יהוה גוי גדול המקדוניא והוא המלך אלכסנדר ויבא בחיל כבד מאד על דריוש להלחם עמו : ויך את כל הגוים אשר היו בברית דריוש : ובא לירושלם ולא עשה דבר רע בעיר ובהיכל יהוה : ויסע משם ויעבור ללכת על דריוש למלחמה : ויברח דריוש אל ארץ באסבין וירדף אחריו אלכסנדר ושרי דריוש בשמעם כי הגיע אלכסנדר ויכרתו את דריוש ויסי בהרגם אותו וילכוד אלכסנדר את מדינת המלכות ויבא אליו וימצא את דריוש ועוד רוח חיים בו ויבך עליו בכי גדול ותצא נפשו בחיקו · ואלכסנדר צוה את הרוצחים ויתפשוהו ויקברוהו שם ושריו והכו ויסרגו את הפנסים אשר העירוהו : וימות דריוש שנת ג׳ אלפים תמ״ח ליצירה ואחר בנין הבית שנת ל׳ :

secundùm quod iussissent Sacerdotes, & vt offerrent oblationes Deo Cæli, & orarent pro vita Regis, & filiorum eius, pœnamque contrafacientibus imposuit promulgato decreto, vt videre est apud Ezram cap. 6. 11. huiusmodi tenoris -

ומני שים טעם די כל אנש די יהשנה פתגמא דנה יתנסח אע מן ביתה וזקיף יתמחא עלהי וביתה נולו יתעבד על דנה ׃ ואלהא די שכן שמה תמה ימגר כל מלך ועם די ישלח ידה להשניא לחבלה בית אלהא דך די בירושלם אנה דריוש שמת טעם אספרנא יתעבד ׃

Et à me (Dario) *positum est decretum, quòd omnis homo, qui mutauerit verbum hoc, euellatur lignum è domo eius, & erectum suspendatur in eo, & domus eius latrina fiat propter hoc.* (Ibidem ver. 12.) *Et Deus, qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnem Regem, & populum qui miserit manum suam ad mutandum, ad corrumpendum Domum Dei hanc, quæ est in Ierusalem. Ego Dariàuesc Darius posui decretum, festinanter fiat.* Reassumpto itaque opere, edicto Regis, anno 2. Darij, absoluta fuit ædificatio Templi anno sexto eiusdem, die tertia mensis *Adàr*, id est *Februarij* anno mundi 3412. ante Natiuitatem Christi 348.

Volunt Rabbini, Darium esse eundem cum Artaxerxe, cuius iussu extructus etiam fuit murus Ierusalem 18. anno post reassumptum opus ædificationis Templi, vt habetur Nehem. cap. 2. 1. Nehemias enim cùm esset Pincerna Regis, anno 20. ipsius, & mense *Nisàn Martio* obtinuit ab eo sa-

462 DARIA'VESC HASCENI'

Darius Secundus, Assueri & Esther Reginæ filius, Rex Persarum, imò Monarcha totius Orientis, cæpit regnare anno mundi 3406. ante Christi Natiuitatem anno 354. dilexit Iudæos, quibus multa beneficia præstitit; sub eo reassumptum est opus ædificationis Templi Ierosolymitani, quod intermissum fuerat sub Cyro Rege, à quo facultas primò data fuerat Iudæis reædificandi illud, cuius decretum in archiuo Regio asseruatum, & iussu Darij perquisitum & inuentum in volumine, illius exemplar exscriptum reperitur in lib. Ezræ cap. 6. v. 3. cuius initium est -

בשנת חדה לכורש מלכא כורש מלכא שם טעם בית אלהא בירושלם ביתא יתבנא וגו׳ ׃

In anno vno Cyri Regis; Cyrus Rex posuit edictum Domus Dei (vt) *in Ierusalem Domus ædificaretur, &c.* Voluit Darius, vt voluntas Cyri de reædificando Templo Ierosolymis adimpleretur; vnde præcepit תתני *Tittenài* Duci, & שתר־בוזני *Scietbàr-bozenài*, & alijs, qui erant trans flumen Euphraten, & Regio nomine Prouinciam Terræ Sanctæ administrabant, vt recederent ab ijs, qui Templum Domini ædificabant, nec eis impedimento essent. Præcepit quoque, vt de Arca Regis, id est de tributis Regijs sumptus darentur viris illis, qui ad opus fabricæ incumbebant. Quòd si necesse fuisset, voluit etiam dari & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustum; itemque frumentum, sal, vinum, & oleum per singulos dies

Tertiò, *Sanballàt* licèt alienigena, tamen affinitate coniunctus erat cum summo Sacerdote Ierosolymitano Simeone Iusto: nam filiam suam Manassæ Sacerdoti fratri Simeonis Iusti in matrimoniū tradiderat, qui quidem Manasses noluit eam dimittere, iuxta decretum factum à Nehem. 13. ver. & seqq. & v. 13. & seqq. præcipiens vt Iudęi dimitterent vxores Ammonitidas, & Moabitidas. & ideò eiecerunt Manassem iuxta ordinationem Ezræ. Et huc respexisse videtur Nehemias c. 13. ver. 28. quando ait -

ומבני יוידע בן אלישיב הכהן הגדול חתן לסנבלט החרוני ואבריחהו מעלי:

Et de filijs Ioiadàh filij Eliasciu Sacerdotis Magni, gener erat ipsi Sanballàt Choronitæ: & fugaui eum à me. Ob gratiam istius Manassę generis sui à consortio cæterorum Sacerdotum eiecti, vt Sacerdotio alicubi fungi posset, institit apud Alexandrum Macedonem, vt liceret sibi ædificare Templum in monte Garizim, in eo siquidem monte dicebant Altare constitui debere, iuxta id quod legitur Deuteron. 11. 29. -

ונתתה את הברכה על הר גריזים.

Et dabis benedictionem super montem Gherizim. Et licèt nomen Manassæ in loco exhibito ex Nehemia non habeatur, nihilominus vult Iosiphon Ben Gurionis eum esse quendam Manassem fratrem Simeonis Iusti. Narrat hæc omnia idem Iosiphon lib. 2. cap. 5. pag. 18. col. 1. in ipso princ. cuius verba hic referre non pigebit, ea enim sunt - ויעבור

facultatem eundi Ierosolymam, muri Vrbis ædificandi gratia, prout fecit non sine difficultate: nam Iudæorum inimici, inter quos præcipuus erat Sanabalat, Tobias, Arabes, Ammonitæ, & Azotij, procurauerunt impedire opus, neque illud perficere potuerunt nisi armata manu: compleuerunt autem illud perficientes vniuersum murum Ciuitatis 25. die mensis *Elùl Augusti* quinquaginta duobus diebus. Nehem. 6. 15. anno scilicet mundi 3426. ante Natiuitatem Domini anno 334.

Et quia hìc Sanabalatis incidit mentio, quædam de eo obseruanda veniunt.

Primò, quis sit iste Sanabalat? Sanabalat Hebraicè vocatur סנבלט החורוני *Sanballàt HaChoronì Horonites* à patria. Vbi autem fuerit חורון *Choròn*, ignotum. Circa vicinia montis Garizim fuisse credendum est, cùm partes Samaritanorum suscepisset contra Iudæos, dum murum per circuitum Ierusalem ædificabant, vt refertur in libro Nehemiæ cap. 4. ver. 1. imò ex eodem loco videtur, quòd & ipse fuerit Samaritanus, licèt ex Iosiphone Ben Gurionis inter Ammonitas referatur, vt statim videbimus.

Secundò, *Sanballàt* fuit ditissimus, quia potuit recipere in domum suam Alexandrum Magnum, & Principes suos, lautissimū eis symposium parare, multumque auri & argenti illis donare, si credatur eidem Ben Gurionis: Itemque Templum pro Samaritanis & Cuthæis in monte Garizim ędificare, eodem Alexandro Magno permittente.

mitteret) *ædificare Templum in monte Garizim propter Manassen Sacerdotem generum suum, maritum filiæ suæ, & ipse erat frater Aduæ Sacerdotis magni, qui erat in Ierusalem. Quoniam noluit Manasses eijcere uxorem suam, quemadmodum fecerant fratres eius Sacerdotes in diebus Ezræ Sacerdotis, qui eiecerunt uxores alienigenas, & idcircò eiecerunt eas Sacerdotes pij & perfecti, ut Sacerdotio fungi possent in Ierusalem, & abijt cum uxore sua ad Sanballat Choronitem socerum suum, & habitauit cum eo; ideò quæsiuit Sanballat ab Alexandro Rege ædificare Templum in monte Garizim, ut Sacerdotio ibidem fungi posset gener suus unà simul cum Eliasciu Sacerdote. Et dixit ei Rex: Aedifica Templum, quod petijsti in monte Garizim, ueruntamen caue ne sis offendiculum Sacerdoti magno Chananiæ, qui est in Ierusalem, neque reliquis Sacerdotibus, qui ingredientur post ipsum. Et abijt Rex in uiam suam ad præliandum contra Darium. Tunc ædificauit Sanballat Choronites Templum in monte Garizim, & dixit Manassæ genero suo: En tibi Templum uerum, sicut scriptum est in Lege uestra* (Deuter. 11.29.) Et dabis benedictionem super montem Garizim. *Fuitque hoc Sanctuarium in lapidem præcipitij, & petram scandali, in offensionem Sacerdotibus Domini, qui erant in Ierusalem, & Sanctuario, quod erat in Ierusalem. Quoniam multi uiri nequam, qui erant nobiscum, ibant ad montem Garizim singulis annis ad celebrandum festiuitatem cum decimis, spontaneis oblationibus, & pa-*

ויעבור (אלכסנדרוס המלך) על בני עמון ויצא סנבלט החורוני לקראתו וישתחו לו ארצה ויקבלהו בביתו ויעש לו ולכל שריו משתה גדול ויתן לו כסף וזהב לרוב וישאל ממנו לבנות מקדש בהר גרזין בגלל מנשה הכהן חותנו בעל בתו והוא אחי ידוע הכהן הגדול אשר היה בירושלם כי אבה מנשה לגרש את אשתו כאשר עשו אחיו הכהנים בימי עזרא הכהן אשר גרשו הנשים הנכריות ולכן גרשוהו הכהני׳ החסידים והתמימי׳ מלכהן בירושלם׃ וילך עם אשתו אל סנבלט החורוני חתנו וישב עמו׃ על כן בקש סנבלט מאת אלכסנדרוס המלך לבנות מקדש בהר גריזים לכהן שם חתנו הוא ואלישיב הכהן עמו׃ ויאמר לו המלך בנה המקדש אשר שאלת בהר גריזים רק השמר לך פן תהיה למוקש לכהן הגדול חנניה אשר בירושלם וגם לכל כהן אשר יבא אחריו לכהן תחתיו׃ וילך המלך לדרכו למלחמה על דריוש׃ ואז בנה סנבלט החורוני מקדש בהר גריזים ויאמר אל מנשה חתנו הנה לך מקדש אמת כבתוב בתורתכם ונתת את הברכה על הר גריזים׃ ויהי המקדש ההוא לאבן נגף ולצור מכשול ולמוקש לכהני יהוה אשר בירושלם ולמקדש אשר בירושלם׃ כי רבים מפריצי עמנו היו הולכי׳ אל הר גריזים מדי שנה בשנה לחוג את החג במעשרותיהם ובנדבותיהם ובשלמיהם והמה עוזבים את מקדש יהוה אלהינו אשר בירושלם ויתעשר המקדש ההוא מאד ויעמוד ימים רבים עד מלוך הורקנוס בן שמעון מבני חשמונאי והרסותו וישב העבודה בתמימות אל מקדש יהוה אשר בירושלם׃ והורקנוס זה היה הורקנוס אשר מל את ארום והביאתו בבריתם ויאסרם בכבלי מילה כאשר נספר בספר מעשה תקפו וגבורתו׃ ...

Et transiuit (Alexander Rex) *super filios Ammon; & egressus est Sanballat Choronites in occursum eius, & incuruauit se ei in terram, & recepit eum in domum suam, & fecit ei, & omnibus Principibus eius conuiuium magnum; & dedit ei argentum & aurum in multitudine. Petijtque ab eo, ut* (ei per-

cium fieri ob constructionem Templi in monte Garizim, vocetur *Chananià Anania*, & ab alijs Auctoribus appelletur *Simeon Iustus*, vel etiam עידו *Addo*, seù *Addua*, mirum non est: nam commune erat Hebræis maximè sub Templo secundo pluribus nominibus eandem personam appellare. Vide *Iuchasin* pag. 14.

De eodem Simeone Iusto, qui fuit vltimus ex אנשי כנסת הגדולה *Viris Synagogæ magnæ*, tempore Ezræ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ narrant; extra Vrbem Ierusalem obuiam iuisse Alexandro Magno, qui contra Darium proficiscebatur, à quo benignè susceptus Vrbem, & Templum cum eo ingreditur, sed cupienti inter Altare & gradus Templi suam Statuam auream erigi, non permisit Summus Sacerdos, dicens: Non licere Iudæis vllam Imaginem, aut Simulachrum vspiam retinere, multò minùs in Æde Deo sacrata; sed si placuisset, indicaret Regi modum, quo è cordibus Iudæorũ imago Alexandri nunquam deleretur. Hic autem erit, prosequitur Summus Pontifex, vt filij, qui hoc annò nascentur, de nomine tuo, Alexandri vocabuntur. Placuit hoc summopere Alexandro Regi, qui pacificè & honorificè Ierosolyma discedens contra Dariũ prosecutus est iter. Refertur hoc prolixè à R. Iosiphone Ben Gurionis lib. 1. cap. 5. pag. 17. col. 2. edit. Venetæ anno ט״ל 304. minoris supputat. Eius verba hic exscribam.

ויהי בהתעורר גוי מקדון על מלכות פרס ויצא אלכסנדרוס ממקדוניא בחיל כבד מאד ויבא על דריוש

pacificis suis, & isti derelinquebant Sanctuarium Domini Dei nostri quod erat in Ierusalem; & ditatum est Templum istud valdè, stetitque diebus multis quousque regnaret Hyrcanus Ben Simeonis de filijs Chasmonai (Hassamonæorum) *qui diruit illud, & restituit seruitutem perfectam in Sanctuario Domini, quod erat in Ierusalem. Hyrcanus autem iste, fuit ille Hyrcanus, qui circumcidit Idumæos, & introduxit illos in fœdus, & vinciuit eos compedibus circumcisionis, quemadmodum narratur in libro de rebus gestis, & fortitudinibus eius.* Hactenus Ben Gurionis.

Ex his patet, quòd Sanballàt Choronites fuerit ditissimus, & admodum potens inter Orientales Principes: nam ipse fuit primus qui Cyro rebellauit, vt scribit idem Ioseph Ben Gurion lib. 1. cap. 3. pag. 14. col. 3.

ופשע סנבלט החורוני בו (בדריוש) בימי אלכסנדרוס ן׳ פיליפוס אשר נצח את דריוש השני וישחת את כל ממלכתו ׃

Prauaricatus est autem Sanballàt Choronites in (Darium) *in diebus Alexandri filij Philippi, qui vicit Darium secundum, & corrupit totum Regnum suum*. Ædificationem autem Templi in monte Garizim referunt Chronologi Iudæorum ad annum 3448., & illius demolitionem ad annum circiter 3645. cùm perstitisset annis circiter 200. Exactam enim istius Templi ædificationis tempus, & eiusdem demolitionis omninò Chronologos latet. Quòd à Iosiphone Ben Gurionis ille Sacerdos magnus, cui noluit Alexander Macedo aliquod præiudi-

דריוש למלחמה ׃ ויך את כל הגוים אשר היו בברית דריוש ויך את ארץ מצרים ואת ארץ ארום ויבא בחוף הים ויך את עכו ואת אשקלון ואת עזה ושם פניו לעלות לירושלם להכותה תחת אשר היתה בבירית עם דריוש ׃ ויסע מעזה עם כל מחנהו הלוך ובוא עד אשר בא בדרך במלון ויחן שם הוא ומחנהו ויהי בלילה ההוא והנה הוא שוכב על מטתו בתוך האהל וירא והנה איש עומד על ראשו לבוש הבדים וחרבו שלופה בידו וברקו החרב כמראה הברק אשר יבריק ביום הגשם וירם חרבו על ראש המלך ויירא המלך מאד ויאמר לו למה ארני יכה את עבדו ויאמר אליו כי שלחני אלהים לכבוש לפניך מלכים גדולים ואדירים ולהכניע תחתיך גוים עצומים ואני הוא המלאך ההולך לפניך לעזור אותך ועתה דע כי מות תמות על אשר מלאך לבך לעלות לירושלם להרע לכהנים יהוה ולעמו ׃ ויאמר המלך אנא שא נא פשע עבדך כי אדוני ואם רע בעניך אשובה לי ׃ ויאמר אליו האיש אל תירא כי נשאתי פניך לך לך לדרכך ירושלמה והיה בבואך מול ירושלם וראית איש לבוש בדים כמוני כתארי וכדמותי ׃ וכראותך אותו מהר נפול על פניך ארצה והשתחוה לו וכל אשר יאמר אליך עשה ואל תעבור את פיו כי מות תמות ביום עברך את פיו ׃ ויקם המלך מהמלון וילך לדרכו אל ירושלם בחרי אף ויהי כקרבו מול ירושלם נגד העיר עם מחנהו הרחק מנגד כמטחוי קשת ויירא חנניה הכהן וכל העם מאד משמועת אלסכנדרוס ויצעקו אל הש״י ויקראו צום ויהי אחרי הצום ויצאו היהודים לקראתו לכבדו ולהתחנן לו לבלתי הכות את העיר וחנניה הכהן עמהם ׃ ויצא הכהן מן השער הוא וכל העם והכהנים האחרים וחנניה הכהן הגדול עומד לפניהם לבוש הבדים וירא המלך אלסכנדרוס את חנניה הכהן וימהר וירד מעל הרכב ויפול על פניו וישתחו לכהן ׃ וירגזו המלכים על ככה ויאמרו לו מדוע השתחוית לאיש הזה אשר אין לו כח למלחמה ויאמר אל עבדיו המלכים אל תרגזו על ככה כי המלאך ההולך לפני בכל הגוים לעזרני דמותו ותארו כאיש הזה אשר השתחויתי לו ׃ ויהי אחרי כן ויבא הכהן ואלסכנדרוס המלך אל ירושלם ויביאהו הכהן אל

מקדש אלהינו ויראהו הכהן את היכל יהוה ואת חצרות המקדש ואת גנזיו ואולמיו ויראהו את מקום קדשי הקדשים ואת מקום המזבח ואת מקום העולה ׃ ויאמר המלך ברוך יהוה אלהי ישראל אלהי הבית הזה ואשריכם אתם עבדיו המשרתים לפניו במקום הזה ועתה אעשה לי זכר הנה ואתן זהב לרוב לאומנין ויבנו את צלמי ויקימו אותו בין הבית ובין קדש הקדשים ויהי צלמי לזכרון לי בבית הזה בית אלוה הגדול ׃ ויאמר הכהן אל המלך הזהב אשר נדבו שפתיך תנהו למחיית כהני יהוה ולמחית עמו הבאים להשתחות בבית הזה ואני אעשה לך זכר פה טוב מאשר שאלת אתה ׃ ויאמר המלך ומה יהיה הזכר ההוא ויען הכהן ויאמר זכרך יהיה זה כי כל ילדי הכהנים אשר יולדו בשנה הזאת בכל יהודה וירושלם יקראו על שמך אלסכנדרוס ויהיה לך זה לזכרון כאשר יבאו לעבוד את עבודת יהוה בבית הזה כי אין לנו רשיון מאת אלהי הבית הזה הוא יהוה אלהינו לקבל פסל וכל תמונה ׃ ויתמה המלך את דברי הכהן ויכשרו בעיניו ויעש כן ׃ ויתן המלך זהב לרוב לבדק הבית וישתחוו ליהוה אלהינו ויצא ויבקש המלך מהכהן לדרוש את יהוה האלהים בעדו על פי האורים והתומים אם ילך למלחמה על דריוש ואם יחדל ׃ ויענהו הכהן לאמר מיום גלות הבית הזה בגלות בבל נעלמו ממנו האורים והתומים אמנם אדרשה את יהוה בתפלתי והוא ישלח מלאכהו ברוח קדשו ויודיעני להורותיך את אשר תעשה ׃ וידרוש הכהן את יהוה בעד המלך ויהוה שם בפיו דבר לאמר למלך ׃ ויאמר הכהן למלך על פי יהוה לך רכב וצלח כי נתון בידך ויבא לפניו את ספר דניאל הנביא ויקרא בו ויראהו את הכתב אשר כתוב בו על דבר האיל בעל הקרנים המנגח לכל רוח ועל דבר צפיר העזים אשר רץ על האיל וירמסהו ארצה ׃ ויאמר הכהן אל המלך אתה הוא צפיר העזים ודריוש הוא האיל אתה תרמסהו ארצה ולקחת את ממלכתו מידו ׃ ויחזק הכהן את לב המלך ויצא אלסכנדרוס מירושלם שמח וטוב לב ויעבור ללכת על דריוש למלחמה ׃

Et fuit cùm expergefacta fuisset gens Macedonica contra Regnum Persarum,

ris virum vestitum (vestibus) lineis sicut me, secundùm formam, & similitudinem meam; statim ac videris illum festina, cade super faciem tuam in terram, & incurua te ipsum ei, & quodcunque dixerit tibi, fac, neque transgrediaris os eius, quoniam morte morieris in die quo transgressus fueris verba eius. Et surrexit Rex de diuersorio, & abijt in viam suam in Ierusalem in æstu iræ. Et fuit cùm appropinquasset è regione Ierusalem coram Ciuitate cum exercitu suo procul quantum est iactus sagittæ; timuit Chananiàh Sacerdos, & vniuersus populus valdè à fama Alexandri: & exclamauerunt ad Dominum, & conuocauerunt Ieiunium; & postquam ieiunassent, egressi sunt Iudæi in occursum eius, vt honorarent illum, & deprecarentur eum, ne percuteret Ciuitatem, & Chananiah Sacerdotem eum ea. Exiuit autem Sacerdos de porta ipse, & vniuersus populus, & alij Sacerdotes, & Chananiàh Sacerdos Magnus stabat coram eis indutus vestibus lineis, & vidit Rex Alexander Chananiam Sacerdotem, festinauitque descendere de curru, & cecidit super faciem suam, & pronus adorauit Sacerdotem. Contremuerunt autem Reges super hoc, atque dixerunt ei: Cur incuruas te viro huic, cui non est virtus bellica? Respondit ad seruos suos Reges: Ne super hanc rem commoueamini, quoniam Angeli, qui præcedit me in adiutorium meum, inter omnes gentes, ipsius similitudo, & forma similis est viro isti, cui incuruaui me. Post hæc ingressus est Saeerdos, & Alexander Rex Ierosolymam, & introduxit eum Sacerdos in Sanctuarium

egressus est Alexander è Macedonia cum exercitu numeroso valdè, & venit contra Darium in prælium. Percussitque omnes gentes, quæ fuerant in fœdere cum Dario, & percussit terram Aegypti, & terram Edom, & venit ad portum maris, & percussit Aceo Ascalon, & Gazam. Et vertit faciem suam, vt ascenderet in Ierusalem, & deleret eam, eò quòd fuerat in fœdus cum Dario. Et profectus est ex Gaza cum toto exercitu suo, iens, & veniens, vsquequo veniret in viam in diuersorium, & castrametatus est ibi ipse cum exercitu suo. Et fuit in nocte ipsa, & ecce ipse cubabat super lectum suum in medio tentorij sui: & vidit, & ecce vir stans super caput suum vestitus (vestibus) lineis, & gladius eius euaginatus in manu eius, cuius aspectus erat similis fulguri fulguranti in diebus pluuiæ, & eleuauit gladium suum super caput Regis, & timuit Rex valdè, dixitque ei: Cur Domine mi percutiet seruum suum? Dixitque ei: Quoniam misit me Deus, vt subiugarem coram te Reges, & fortes, & vt deprimerem gentes robustas. Et ego sum Angelus, qui ambulo coram te, vt opem feram tibi. Et nunc scito, quoniam morte morieris, quoniam replesti cor tuum, vt ascenderes in Ierusalem ad mala inferenda Sacerdotibus Domini, & populo suo. Respondit Rex: Quæso, tolle nunc præuaricationem serui tui. Obsecro Domine mi, & si hoc est malum in oculis tuis, conuertam me. Et dixit ad eum vir: Ne timeas, quoniam suscepi vultum tuum; vade tibi in viam tuam in Ierusalem, & erit in veniendo te coram Ierusalem, cùm vide-

Et respondit ei Sacerdos dicendo: A die transmigrationis Domus istius in Babylonem abscondita sunt à nobis Vrim & Thumim. Verùm requiram Dominum in oratione mea, & ipse mittet Angelum suum in Spiritu Sancto, & manifestabit mihi vias tuas, & quæ facias: & requisiuit Sacerdos Dominum per Angelum, & Dominus posuit in os eius Verbum ad dicendum Regi. Et dixit Sacerdos Regi per os Domini: Vade, equita, & prosperare, quoniam dando dabit in manum tuam. Et attulit coram eo librum Danielis Prophetæ, & legit in eo, & ostendit ei Scripturam, quæ scripta est in eo de Ariete (Dan. 8. v. 3. & seqq.) *cornuto cornupetente ad omnem plagam* (mundi) *& de Hirco Caprarum, qui cucurrit aduersus Arietem, & conculcauit eum in terram. Et dixit Sacerdos ad Regem: Tu es ille Hircus Caprarum, & Darius est Aries; tu conculcabis eum in terram, & capies Regnum eius de manu sua. Et confortauit Sacerdos cor Regis, & egressus est Alexander de Ierusalem lætus & iucundus corde, & pertransiuit eundo contra Darium ad bellum.* Hæc Ioseph Ben Gurionis de Alexandro Magno, qui referens causam huius Macedonicæ expeditionis contra Darium, dicit, tam amplum fuisse Monarchicum Imperium Darij, vt sese extenderet per vniuersum ferè Orbem: Græciam, omnesque Occidentales Prouincias, & Regna, Dario tamquam supremo Monarchæ, singulis annis tributa pendisse. Venientibus autem aliquando Legatis Darij in Macedoniam tributi exigendi gratia, Alexander,

rium Dei nostri, & ostendit ei Templum Domini, atria Sanctuarij, gazophylacia, porticus, & Sancta Sanctorum, locum Altaris, & locum holocausti. Et dixit Rex: Benedictus Dominus Deus Israël, Deus Domus istius, & benedicti vos serui eius seruientes coram eo in loco isto: & nunc faciam mihi memoriam hanc, daboque aurum in multitudine Artificibus, vt ædificent statuam meam, & constituant illam inter Aedem, & Sancta Sanctorum, & sit imago mea in memoriam mei in Domo hac, Domo Dei Magni. Et dixit Sacerdos ad Regem: Aurum, quod labia tua sponte offerunt, da illud pro victu Sacerdotum Domini, vt illo viuere possint ij, qui veniunt adoratum in Domum hanc; & ego faciam tibi memoriam hic meliorem ea, quàm postulas. Dixitque Rex: Et quænam erit memoria ista? Respondit Sacerdos, & dixit: Memoria tui hæc erit, quòd omnes liberi Sacerdotum, qui in hoc anno nascentur in vniuersa Iudæa, & Ierusalem, de nomine tuo Alexander vocentur, & erit tibi hoc in memoriale cùm venerint ad seruiendum Domino in hac Domo; quoniam nobis non licet ex prohibitione Dei in Domû istius Domini Dei nostri recipere sculptile, & omnem figuram. Admiratus est Rex verba Sacerdotis, & placuerunt in oculis eius, & fecit sic. Deditque Rex multum auri ad restaurandam Domum, & ad adorandum Dominum Deum nostrum, & egressus est, & requisiuit Sacerdotem (Magnum) *vt requireret à Domino Deo pro se, medijs Vrim & Thumim; an ire deberet ad præliandum contra Darium, an verò desistere* (à prælio)

der, qui iuuenis erat, hoc modo eis respondisse refertur à Ben Gurionis libro 2. cap. 8. pag. 21. col. 4.

ויאמר אלכסנדר למלאכים לכו אמרו לאדוניכם דריוש כי פיליפוס בעת חיותו מבלי בנים ;תיתה לו תרנגולת מטילה ביצי זהב וכאשר נולד לו בן עמדה התרנגולת מלדת :

Dixit Alexander Legatis (Darij) *Ite, dicite Domino Vestro Dario: Quòd Philippus* (pater meus) *dum eras absque liberis, habebat Gallinam, quæ oua aurea fœtabat, sed postquàm filius natus est ei, fœtare desijt.* His verbis innuere volens, se nolle ampliùs vt superiorē recognoscere Darium. Idem Ben Gurionis prosequitur historiam Alexandri Magni, itinera, & gesta ipsius, bella item quæ gessit contra Darium; & quomodo ignotus introiuerit in Regiā Darij, ad mensam cum eo assederit, & deinde cognitus quomodo inde aufugerit, & multa alia, quæ in capitulis 8. & reliquis vsque ad 14. fusè continentur.

Tandem in cap. 10. narratur mors Darij illata à seruis suis, sed antequam efflasset animam, occurrit Alexander, qui fleuit super illum, & cùm applicari ei medicamenta fecisset, nec sanare illum potuissent Medici, iussit Alexander vt interficerentur ij', qui mortē Dario intulerant. Ioseph Ben Gurionis in lib. 2. cap. 9. pag. 23. col. 4. hæc scribit his verbis.

הלך דריוש אל ארץ באטנין וירדוף אחריו אלסכנדר ושרי דריוש כשמעם כי הגיע אלסכנדר והרגו את דריוש ויהי בהרגם אותו וילכוד אלסכנדר את מדינת המלכות ויבא אליה וימצא את דריוש

ועוד רוח חיים בו ויבך עליו בכי גדול ותצא נפשו בחיקו ; ואלסכנדר צוה את הרופאים ויחנטוהו ויקוננוהו הוא ושריו ויצו ויהרגו את האנשים אשר המיתוהו :

Abijt Darius in terram Battanin (Ecbatananis) *& persecutus est eum Alexander. Principes autem Darij cùm audiuissent quòd obuenisset Alexander, occiderunt* (Darium) *dumque illum interficiebant, cepit Alexander Vrbem Regiam: Venit, & inuenit Darium, qui adhuc animam agebat, fleuit super eum fletu magno, & egressa est anima illius de sinu suo. Præcepit autem Alexander Medicis, vt balsamo illum vngerent, & lamentati sunt eum ipse, & Principes eius; & præcepit, & interfecerunt viros, qui occiderunt eū.* Mortuo Dario, Alexander successit in Regno, & factus est Dominus, & Monarcha totius Orientis. Referunt Chronologi Hebræi mortem Darij & initium Monarchię Alexandri ad annum mundi 3448. licèt Alexander regnare cepisset anno 3442. quo etiam anno egressus est de Macedonia cùm esset annorū 19. & subiugauit sibi multos Reges vicinos & remotos. Interfectus est etiam ipse à Præfecto Pincernarum annos natus 31. anno 12. Regni sui; & 6. Monarchiæ, anno verò mundi 3454. ante Christi Natiuitatem anno 306. Ita omnes Hebræi, qui temporum seriem scripserunt.

תקנ׳ **דרך ארץ** שם מסכתא אחת נמצאת בבין מסכתות הגדולות שבתלמוד הבבלי אחר מסכתא עדיות ונכון מסכתות קטנות שהם מסכת סופרים ומסכת שמחות ומסכת כלה ומסכת דרך ארץ על דרך אחר בכבוד אדם בעולם הזה ; והיא מסכת דרך ארץ רבא ודרך ארץ זוטא :

ווטא : מסכת דרך ארץ זוטא היו פרקיו עשרה ופרקיו של מסכת ווטא הם ששה : ובסוף יש פרק אחד שנקרא פרק השלום : ומסכת דרך ארץ עם פרקי בן עזאי היו נדפסו יחד בריווא דטרינטו שנת שבא לפק :

463 DE'RECH E'RETZ *Via terræ*, *mos humanus*, Titulus Tractatus inclusi in corpore Iuris Talmudici Babylonici, licèt ad ipsum non pertineat, quia non fuit compositus à priscis illis Doctoribus Babylonicis, sed à posterioribus Rabbinis vnà cum alijs breuioribus Tractatibus, quorum nomina sunt.

I. מסכת סופרים *Maſſècheth Sopherìm De Scribis*, seù *Methodo scribendi Librum Legis*.

II. מסכת שמחות *Maſſècheth ſemachòth Lætitiarum* scil. *prohibitarum*, hoc est *de Luctu funebri*.

III. מסכת כלה *Maſſèchet Callà de Sponſa*.

IV. ומסכת דרך ארץ *Vmaſſècheth dèrech èretz* Tract. *De Vrbanitate*, *&* *moribus*, quos *Dèrech èretz*, *Viam terræ* vocant. Hic duplex est, alius est רבא *Rabba* magnus, alius זוטא *Zutà minor*; ille continet 10. capitula, iste 6. & in fine additur vnicum capitulum, quod vocatur פרק השלום *Pèrek haſcialòm Capitulum pacis*, in quo *de præstantia pacis*, *&* *quomodo sit conseruanda & fouenda inter homines*, tractat. Quis autem composuerit huiusmodi Tractatū *de Vrbanitate*, & inter Tractatus Talmudicos inseruerit, nobis planè ignotum est. Hodie tamen ille cum alijs tribus relatis reperitur in Talmude Babylonico post Tractatū עדיות *Eduiòth Testificationum*.

Maſſècheth seù Codex *Dèrech èretz* seorsim excusus inuenitur cum capitulis *Ben Azzai*, sed diuerso ordine ab eo, qui reperitur in *Corpore Iuris Talmudici*. Excus. Riuæ Tridenti an. 321. min. supp. Christi 1561. in 8.

ס"אל דתי המלך על הנהגת המלכים ועל דתם ולא נודע שם המחבר :

464 DATHE' HAMME'LECH *Iura Regis*, Tit. ex Esther 3. 8. Tractat *De Institutione Regum*, *&* *de Iuribus eorum*, *&* *de subiectione ijsdem debita*. Ita habeo à Plantauitio ex sua Bibliotheca Rabbinica num. 142.

ה

ס"אל ספר האורה על הקבלה ולא נודע שם המחבר ונמצא כ"י :

465 SE'PHER HAORA' *Liber Lucis*. Liber est Cabalisticus nunquam excusus Auctoris Anonymi. Ita Plantauitius.

ס"אל האיי גאון בן רב שרירא גאון בר רב חנניא גאון בר רב יהודה גאון סוף הגאונים : ואביו רב שרירא בקבלה כיון בבבל על בית המלך שנת ד' אלפים תשס"ה : ואמרו כי הוא הרביץ תורה בישראל יותר מכל הגאונים ולאורו הלכו דורשי התורה ממזרח שמש עד מבואו והיו ימי חייו ס"ט שנה ונפטר בערב יום טוב אחרון של פסח שנת ד' אלף שלם לפטירות הכוה שנת ד' אלפים תשנ"ז וכמוהו לא היה לפניו בגאונים : ואמרו גם כן שהוא היה מבית דוד מזרע שלמה ועבדי ורובבל בן שאלתיאל ובחותמו היה חקוק כורת אריה כמו שהיה על דגל מחנה יהודה והגלי מלכי יהודה : והלשינו פריצי ישראל ברב שרירא ורב האיי ותפסם המלך ישמעאל וצוה כל אשר להם ולא השאיר להם שום מחיה בעולם ותלה רב שרירא מידו אחת והוא בבן ק' שנה ולא חזרו הגאונים ובשנת ד' אלפים

אלפים תשכ"ו היה רב שרירא לגאון ובשנת ד' אלפים תשנ"ז
היה רב האיי לגאון ונשתמשו שניהם ע' שנה רב שרירא ל'
שנה ורב האיי ארבעים שנה ודורו דור ה' בגאונות ואמר שהירנו
בנו ישובת רב האיי הקימו חוקים ראש גלות בן בנו של דוד בן
זכאי ונוסיפו על כמה רב האיי שנת ד' אלפי' תשכ"ו ועוד שנתים
והלשינו בו אל המלך אלשיוכים ותפשו המלך ואסרו בברזל וענה
אותו בכל מיני עינויי ולא השאיר לו משען בקיר וברחו שני בניו
לספרד לרבי יוסף הלוי ואמר חוקיה ראש ישיבה וראש גלות
פסקו ישיבות וגאונים . וחבר כמה ספרים אמר משה קוט -

א . ספר המקח והממכר על הדינים מקח וממכר .

ב' . ספר המשכון .

ג' . משפטי התנאים .

ד . משפטי הלואות ודיני השרים וכלם עם ספרים הנזכרים למעלה הביאו אל הדפוס ר' משה לוי פינן כל יבאק מנחם לוי פינן והוגה בעיון בתקן על יד ריבה"ב מפאנו בדפוס בווניציאה על יד ווען די גארה שנת שמ"ב .

ה . משפטי שבועות .

ו . מוסר השכל במליצה ומשל יראו אל בני ראשית אחרי וכו' . נמצא בסוף הספר שערי תשובה לר' יונה נדפס בעיר פאנו על יד בני שונצינו .

ז . פתרון חלומות ויוסף הצדיק והביאו לים הערות ודע"י והכתים אסרים נדפס לבקשת ר' מנחם בר דוד טרנקי בויניציאה שנת שמ"ב בבית יואן קאליוני .

ח . קול יהוה בכח על הקבלה עיין בסוף מ' הבירה דפוס מנטובה .

ט . ספר הקמיצה על הקבלה עיין שם .

י . וספר מצרפות על הקבלה : עיין שם .

466 HAA'I GAO'N BEN RA'V SCERIRA' GAO'N, BEN RA'V CHANANIA' GAO'N, BAR RA'V IVDÆ GAON', vltimus ex GHEONI'M, quorum Schola perdurauit circiter 448. annis. Incæpit enim anno mundi 4349, secundùm quod refert R. Dauid Ganz in *Ràu* שרירא *Scerirà*, & desijt in nostro *Haài Gaòn* an. 4797. quo anno debitum naturæ persoluit secundùm R. David Ganz, secundùm alios, anno 4798.

R. Abraham Ben Daûd in suo libro Cabalæ dicit, hunc fuisse de Regio semine Domus Dauid, de filijs Zorobabel filij Saaltiel, & addit, se vidisse illius sigillum, cui insculpta erat imago Leonis Regum quondam & Tribus Iudæ antiqua tessera. Viuente adhuc patre suo Ràu Scerirà Rectoratum suscepit tum Scholæ ipsius in פירוץ שיבור *Perùtz Scibbùr* in territorio *Naardeà*, tùm פומבדיתא *Pumbaditha* insignis Academiæ Babylonis anno mundi 4757. Christi 997. postquam pater ipsius senio confectus (agebat enim annum ferè centesimum) Rectoratum Academiæ dimiserat; collocauit itaque filium suum *Ràu Haài* in solio suo, cùm esset ætatis 29. annorum, cui insedit, & Academiam gubernauit annis 40. Extollunt Auctores huius Rabbini excellentiam, & de eo dicunt -

וכמוהו לא היה לפניו בגאונים .

Inter Gheonim ante ipsum nullus extitit similis illi. Et -

והוא הרביץ תורה בישראל יותר מכל הגאונים ולאורו הלכו דורשי התורה ממזרח שמש עד מבואו .

Hic recumbere fecit Legem in Israël magis quàm alij omnes Gheonim fecissent; & ad ipsius lumen venerunt scrutatores Legis ab Oriente vsque ad Occidentem Solis. Et quamuis sedulam nauasset operam in stabilienda & promouenda Iudæorum secta, non defuerunt tamen aliqui suæ nationis homines, qui detulerunt eum vnà simul cum patre suo *Ràu Scerirà* ad

Re-

Genes. 49. versic. 10.

לא יסור שבט מיהודה ומחוקק מבין רגליו עד
כי יבא שילה ולו יקהת עמים ׃

Non recedet Virga ex Iuda, & Legislator de inter pedes eius, quousque veniat Scilò (Messias) *& ei obedientia populorum*. Explicant pro istis Principibus captiuitatis, & pro filijs filiorum Hillèl, ex quo emanauit doctrina Talmudica, & diffusa est in posteros Magistros Babyloniæ. Dicitur igitur in præcitato loco *Sanhedrin* pagina 5. circa med.

לא יסור שבט מיהודה אלו ראשי גליות שבבבל
שרודין את ישראל בשבט ומחוקק מבין רגליו אלו
בני בניו של הלל שמלמדין תורה ברבים ׃

Non recedet Virga ex Iuda: Hi sunt Principes captiuitatis, qui sunt in Babylone, & regunt Israëlem Virga: & Legislator de inter pedes eius (seù de medio pedum eius. *Hi sunt filij filiorum Hillel, qui multos docent Legem*, (id est publicè.) R. Salom. hic

שבט ׃ לשון שררה ויש להן רשות להפקיר
דהפקר ב״ד הפקר דכתיב וכל אשר לא יבא וגו׳ ׃

שבט. *Virga: hoc est* שררה *Dominium; & erat eis facultas publicandi bona; quia publicatio est fori publici, sicut scriptum est: Et omne quod non veniet &c.*

מחוקק ׃ שררה מועטת ׃ שרודים את העם שיש
להם כח ורשות מאת מלכי פרס ׃

מחוקק *Legislator* שררה מועטת *Dominium inferius exiguum; quo regebant populum: & hanc potestatem à Regibus Persarum obtinuerunt*:

Regem Ismaelitarum, qui tunc temporis in Babylone regnabat. Eos in carcerem includit, bonis omnibus expoliat, & R. Scerirà ex vna manu suspendit (causam non assignant Auctores) *Haài* verò educitur è carcere, & ad gradum pristinum restituitur, quem diligenter, & magna animi applicatione sustinuit vsque ad mortem.

Obijt enim (vt diximus) an. mundi 4797. Christi 1037. R. Abraham Ben Daùd in libro Cabalæ dicit, quòd obierit anno 4798. vltimo die festi Paschæ, ætatis suæ anno 69. rexeritquè Academiam annos 22. viuente adhuc patre suo, & ann. 18. post mortem patris, in totum ann. 40. Post eius mortem funditus deleta est illa tam celebris inter Iudæos *Pumbeditana* Babylonica Academia; ita vt abolita sint studia Iudaica in Babylone, tam huius Academiæ, quàm alterius *Sorana* cum *Aecmalotarchæ* potestatis suppressione, quam exercebant in Iudæos ampla cum potestate ij, qui se de stirpe Iudæ, & de Domo Dauid esse iactabant ex indulgentia Regum Persarum. Hæc autem quasi Regia potestas in morte cuiusdam Ezechiæ nepotis ex filio Dauidis Ben Zachæi, quem interfecit Rex Babyloniorum, expirauit, biennio post excessum *Haài Gaòn* anno mundi 4799. Chr. 1039. Ex hac Academiarum defectione in Babylone, & Principis captiuitatis ibidem extirpatione validum argumentum Rabbinicum desumitur pro veritate aduentus Messiæ. Explicant Talmudistæ in Cod. *Sanhedrin* cap. 1. דיני ממונות *Dinè Memmonòth*, locum

Ergo necessariò sequitur, Messiam iam olim venisse. Ab *Haài Gaòn* ad hæc nostra tempora transierunt anni 679. & à suppressione Gymnasiorum, & Principum anni 640. Ergo ante annos 640. necessitantur Iudæi fateri iam suum venisse Messiam: vel ab eis neganda erit traditio Talmudica, quod nefas apud eos existimatur. Sed & diù ante hoc tempus venit Messias Iudæorum, nempè anno mundi 3760. vt suprà probauimus in Dissertatione de Hebdomadibus Danielis.

Sed ad nostrum *Haài Gaòn* reuertamur, qui varios Tractatus & Libros scripsit, inter quos Primus est.

I. ספר המקח והממכר *Sèpher Hammekàch Vehamimccàr Liber emptionis & venditionis*. Argumentum ex titulo dignoscitur, agit enim *de rerum emptione & venditione*.

II. ספר המשכון *Sèpher Hammascòn Liber pignoris*; Tractat *de contractibus cum pignore*.

III. משפטי התנאים *Miscpattè hattanaim Iudicia Tanaim*. Tractat *de sententijs Doctorum Tanaim* seù *Miscnicorum circa pignora; & quid ipsi senserint de pignoris receptione pro pecunia cum Vsura*.

IV. משפטי הלואות *Misċppattè Halvaòth Iudicia circa mutuum, & de alijs rebus iudicialibus circa huiusmodi genera contractuum*, quæ omnia in vno Volumine inclusa, opera & studio R. Mosis Leuitæ מינץ *Mintz* Ben R. Isaaci Menachem typis tradita sunt, eaque correcta per R. Riuàm de Fano. Impressa fuerunt Venetijs anno


mun-

בני בניו של הלל הלל הנשיא היה וכו' ומינוהו נשיא עליהם ׃

בני בניו של הלל *Filij filiorum Hillel: Hillel Princeps fuit &c. & constituerunt eum Principem super se*.

Ràu Scerirà pater hujus Auctoris *Haài Gaòn* in תשובת *Thesciuuàth*, quæ adfertur in libro *Iuchasin* pag. 115. b. in principio, vbi hæc ipsa prophetia Iacobi Patriarchæ cum expositione Talmudis exscribitur, vocem שבט *Virga* per מקל *baculum* explicat. Ex hoc loco Talmudis cum R. Salomonis elucidatione habemus, in Babylone sub Regibus Persarum aliqualem formam Reipublicæ Iudæis fuisse permissam. quæ in duobus potissimùm consistebat, in Æchmalotarchæ seu Principis captiuitatis potestate, & in publicis Academijs, quarum Rectores habebantur veluti Synedrij Duces, ac talem & tantam contulerant eis auctoritatem, vt Æchmalotarchæ sine illorum consilio, & voluntate, nihil contra quenquam ritè decernere possent; vnde non rarò inter ראש גלות *Rosc Galùth Principem captiuitatis*, & ראש ישיבה *Rosc Iesciuà Principem Academiæ*, vel Chaldaicè ריש גלותא *Resc Ghaluthà*, & ריש מתיבתא *Resc Methiuethà*, complures, & variæ simultates, jurgia, & lites exortæ persæpè fuerunt, vt videbimus in *Ràu Saadià Gaòn* cum *David Ben Zachai*. Non itaque hæc Iudæorum Politia è Babylone euertenda erat, nisi venisset Messias in Lege promissus, ex Talmudica traditione. At hæc Iudæorum Gymnasia, & Principatus imago, à tempore *Haài Gaòn* omninò deleta est.

cum tribus circulis in qualibet elementi linea hoc modo designatis.



quod & mysterio non caret; numero enim ternario gaudebant antiqui, quauis, quid sub eo contineretur, non omnes intelligerent. Hic autem *R. Haài Gaòn* licet vltimus ex Sapientibus Academiarum Babylonis extiterit; attamen luce quadam illustratus intellectus illius tanquam per speculum agnouit, quid sub triplici hoc numero circulorum in nomine πεζαγραμμάτων intellexerint antiqui, cùm sub nomine *trium lucum* triũ Personarum Sanctissimæ Trinitatis videantur intellexisse mysterium, vt disertè explicat Ciantes in suo Discursu *De SS. Trinitate*. Quòd autem SS. Triadis Personæ *Luces* vocari possint, testimonium habemus Euangelicum Ioan. 1. is enim loquens de Verbo æterno *Lucem* illud vocat: *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum &c.* Opus *R. Haài*, insuper est.

VII. פתרון חלומות *Pithròn chalomòth Interpretatio somniorum*. Reperitur vnà cum alijs consimilibus *Interpretationibus somniorum*, quæ attribuuntur *Iosepho Iusto, Danieli, R. Salomoni Iarchì*, & alijs Sapientibus. Excusus fuit hic Libellus in 12. Venet. anno שפ״ג 5383. Christi 1623. in domo Ioannis קאליוני *Koleonis*, ad instantiam R. Menachèm Ben R. Dauid טרינקי *Trinke*.

mundi שס״ב 362. min. supput. Christi 1602. apud Ioannem de Gara, In 4. Diuiditur in 59. שערים *Sciaarrim Portas* seù *Tractatus*, in quorum fine extant מפתחות *Maphtechòth Claues* seù *Indices* Tractatuum. Scripsit.

V. ספר משפטי שבועות *Sèpher Miscppattè sceuunòth Librum de Iudicijs Iuramentorũ*. Tractatus est *de Iuramentis*. Excusus Venetijs apud Danielem Zanettum. In 4.

VI. מוסר השכל *Musàr hasśèchel Eruditionem intellectus*, Tit. ex Prou. 1. v. 3. Liber est paruus mole, sed eruditionibus & sententijs moralibus magnus; rhythmicè conscriptus est, & eleganter inducit hominem ad virtutes, & pietatem sectandam. Excusus Constantinopoli anno mun. 292. min. sup. Christi 1532. Item in Fano Fortunæ vnà cum שערי תשובה *Sciaarè Thesciuuà Portis Pœnitentiæ*, Tractatu *De Pœnitentia* R. Ionæ Gerundensis in calce ipsius, anno non notato. In 4. apud hęredes de Soncino.

Hunc præclarum libellum in linguam Latinam vertit Io. Mercerus, & in vtraque lingua impressus fuit Parisijs anno 1559. apud Guillelmum Morellum. In 4.

Reperitur msc. in Bibliotheca Vatic. Papyr. in 4. & ibidem in Vrbin. Cod. n. 31. in fol. papyr. pag. 175. vbi etiam extant.

ש״ת על ס׳ יצירה *Sceelòth vtsciuuòth al Sèpher Ietzirà Responsa* eiusdem *Ràu Haài Gaòn super Librum Ietzirà De formatione*; vbi dicit, quòd antiquitùs solebant Ierosolymis scribere nomen Dei ineffabile quadriliterum

VIII. קול יהוה בכוח *Kol Adonài bechòach Vox Domini in potentia*. Tit. ex Psal. 29. 4. Liber est Cabalisticus, vt testatur Auctor Catalogi Librorum Cabalistarum, qui reperitur in fine libri יצירה *Ietzirà* editionis Mantuanæ an. 322. min. sup. Christi 1562. In 4. Et Samuel Algazæus in suo libello תולדות אדם *Toledòth Adàm*.

IX. ספר הקמיצה *Sèpher Hakemitzà Liber collectionis*. Tractat etiam de Arte Cabalistica ex iisdem Auctoribus statim citandis.

X. ספר מצרנות *Sèpher Metzarnùth Liber Confinij*, seù *Termini*. Videtur agere de terminis Cabalisticis. Illum tamen nunquam vidi nisi citatum, & connumeratum inter alios libros Cabalisticos eiusdem Auctoris, quorum Catalogus recensetur in fine supranotati Libri יצירה *Ietzirà*.

Circa primum Librum מקח וממכר *Mekàch vmemcàr Emptionis & Venditionis*, animaduertendū Buxtorfium in sua Bibl. Rabbin. illum attribuere ר׳ שמואל הכהן *R. Samueli Sacerdoti filio* חפני *Chophnì*, qui obijt anno 1034. & citat librum *Iuchasin* fol. 130. col. 2. sed procul dubio videtur errare: nam liber מקח וממכר, qui in eo loco recensetur, non refertur ad *R. Samuelem Ben Chophnì*, sed ad *Haài Gaòn*, vt clarè patet ex verbis *Iuchasin*, quæ exscripta sunt ex libro Cabalæ R. Abraham Ben Daùd: ea enim sunt.

רבינו האיי בן רב שרירא גאון בן רב חנניה גאון בן רב יהודה גאון סוף הגאונים נפטר שנת תשצח ד׳ שנים אחר פטירת חותנו רב שמואל בן חפני גאון וחבר ספר מקח וממכר: וספר שבועות וספר מצרנות וספרים אחרים:

Rabbènu Haài (inquit) *Ben Ràu Scerirà Gaòn, Ben Ràu Chananià Gaòn, Ben Ràu Iudæ Gaòn postremus inter Gheonìm obijt anno* 4798. (id est Christi 1038.) *quatuor annis post excessum Soceri sui Ràu Samuelis Ben Chophnì Gaòn; & composuit librum* מקח וממכר *Mekàch vmimccàr, & librum* שבועות *Sceuuòth, & librum* מצרנות *Metzarnùth, & alios libros*. Hæc *Iuchasin* ex R. Abrahamo Ben Daùd in libro Cabalæ. Hi enim libri omnes referendi sunt ad *Haài Gaòn*, de quo ex professo hic agitur, non ad R. Samuelem Ben Chophnì, de quo tantùm fit mentio, vt cognoscamus eum fuisse socerum *Ràu Haài Gaòn*. Adde, quòd sicut cæteri libri hic nominati sine controuersia tribuuntur *Haài Gaòn*, ita & מקח וממכר. Quòd autem R. Aben Ezra, vt dicit idem Buxtorfius, citet hunc *R. Samuelem filium Chophnì* in *Parascià* יתרו *Iethro*, non ob id ex Aben Ezræ habetur, illum fuisse Auctorem huius libri מקח וממכר. In ea quippè *Parascià* ad cap. 19. Exodi, & ad ver. 13. המה יעלו בהר *Ipsi ascendant in montem*, fit mentio huius *R. Samuelis Ben Chophnì*, quatenus congruenter explanarit hunc locum, cuius explanationem laudat Aben Ezræ, quæ talis est.

אמר רב שמואל בן חפני כי טעם המה אהרן ובניו ושבעים זקנים שכתוב עליהם ואל משה אמר עלה אל יהוה אתה ואהרן נדב ואביהוא ושבעים זקני ישראל ולשאר ישראל לא נתן רשות לעלות אל הר סיני על כן אמר המה ולא אחרים ודבריו טובים בעיני וכו׳:

Dixit Ràu Scemuèl Ben Chophnì;

ra decimæ quartæ Lunæ menſis ניסן *Niſàn Martij* inſtituunt non modica ſuperſtitione : aiunt enim -

אור לארבעה עשר בניסן בודקין את החמץ בכל המקומות שרגלים לחשתמש בו אפילו בחורין ובסדקין בנר של שעוה ולא לאור האבוקה ולא לאור הלבנה ולא לאור החמה ׃ ואין עושין שום מלאכה עד שיבדוק ואפילו בתלמוד תורה׃ וקודם שלהתחיל לבדוק מברך ׃

Veſpera decima quarta Niſàn Martij menſis, perquirant fermentatum in omnibus locis, quibus ſolitum eſt reſeruari, aut inueniri potuerit, etiam in foraminibus, & in rimulis, lumine candelæ, non autem (maioris) *facis ; aut lumine Lunæ, aut Solis. Neque dum* (perdurat) *perquiſitionis functio, licet eam prætermittere, aut aliquid aliud facere, etiamſi ad ſtudium Legis ſpectauerit.* Hæc ex rubrica Breuiarij Iudaici. Sed antequam ſingulas partes huius ritus explicemus, in quo maximè conſiſtebat antiqui Paſchatis celebratio, præmittenda ſunt aliqua, quę ad notitiam eiuſdem Paſchatis valdè conducunt ; veluti, quid ſit Paſcha ? vnde dicatur ? quo tempore, ac ritu antiquitùs celebratum, & quo hodie à Iudæis celebretur ? Hæc & quædam alia ad hęc ſpectantia, vti eſt Calendarium Hebræorum, in ſequenti Diſſertatione explicabuntur.

DE PASCHATE Hebræorum Diſſertatio.

פֶּסַח *Péſach Paſcha Phaſe Tranſitus*, eſt à verbo פָּסַח *Paſàch*, quod *Tran-*

Senſus (horum verborum) *eſt, Aharon & filij eius, & ſeptuaginta Seniores* (aſcendant) *quia de illis ſcriptum eſt : Et ad Moſen dixit : Aſcende tu & Aharon, Nadàb, & Auihù, & ſeptuaginta Seniores Iſraël, & reliquis Iſraëlitis non data eſt facultas aſcendendi in montem Sinai, idcircò dixit : Iſti, & non alij : & verba illius placent mihi &c.*

Cæterùm de *Ràu Haài Gaòn* habetur memoria in *Iuchaſìin* pag. 125. & 130. b. in *Scialſcèleth hakkabalà* pag. 37. b. circa fin. & in Dauid Ganz ad annum 757. & 797. quinti millenarij.

קמו׳ **הגדה של פסח** והוא סדר ענין שהנהיגו ושתיית ארבע כוסות ואכילת מצה ומרור בלילי פסחים ונוהגים בכל המקומות ולבדר הספרים אחרים בלשון הקדש ופתרונו בלשון איטלקי או אשכנזי עם כמה פזמונים על כל האותות והמופתים אשר נעשו במצרים שהיו עשרה והם ׃ דם ׃ כנים ׃ דבר ׃ ברד ׃ חושך ׃ בצרת ׃ ערוב ׃ שחין ׃ ארבה ׃ ומכל גבורות ועל הים ובמדבר ׃ ומיאן לסדר של פסח סימן ׃

קדש ורחץ ׃ כרפס ׃ יחץ מגיד ׃ רחצה ׃ מוציא ׃ מצה ׃

מרור ׃ כורך ׃ שלחן ׃ עורך ׃ צפון ׃ ברך ׃ הלל ׃ נרצה ׃

ונדפס בויניציאה בבית ייואני די גארה שנת השמ״ט לפ״ק ׃ והעתקתי ואת הגדה של פסח הזה וזה באותיות מאודיבא כמו גרלם בעמוד אחרונה ובסוף העמוד בראשי אותיות הגלות ׃ ונמצא גם כן בלשון הקדש ובלשון אשכנז ׃

467 HAGADA' SCEL PE'SACH *Narratio Hiſtorica Paſchatis, ſeù Ritus celebrandi initium feſti Paſchalis*, ad quod ritè peragendum ſe parant Hebræi, remouendo à ſuis habitationibus omne fermentum adhibita perquam diligenti perquiſitione panis fermentati, & alterius cuiuſque rei, quæ fermentum ſapiat, quam veſpe-

23. ver. 21. *Facite Phaſe Domino Deo veſtro &c.* & v. 22. *Nec enim factum eſt Phaſe tale à diebus Iudicum &c.* hoc eſt, nunquam fuit celebratum feſtum maiori cum ſolemnitate, quàm iſtud Paſchatis feſtum à Ioſia celebratum. Et in hoc ſenſu præcipuè ſumitur in hoc loco: imò & ſeptem dies Azymorum conſequentes, *Paſcha* vocantur. Actor. 12. 4. *Volens poſt Paſcha producere eum populo;* hoc eſt poſt abſolutam celebrationem Azymorum, quæ per ſeptem continuatos fiebat dies.

Sumitur etiam *Paſcha* pro *Chriſto Domino*, quatenus agnus Paſchalis fuit typus Chriſti immolandi pro nobis, 1. Cor. 5. 7. *Expurgate vetus fermentum &c. Etenim Paſcha noſtrum immolatus eſt Chriſtus.*

Sed ſi quæſieris: Cur potiùs agnus, vel hœdus (nam & hœdus erat idonea victima in Phaſe immolanda, ex Exod. 12. 5.) iuſſit Deus immolari, quàm aliud animal in Paſchate?

Reſp. Quòd cùm Deus feciſſet mirabilia magna in terra Ægypti, vt Pharao cognoſceret Diuinam potentiam, & populum ſuum dimitteret ad ſacrificandum ei in deſerto, hanc facultatē Pharao Iſraëlitico populo noluit concedere. Hinc indignatur Deus, decernitque in manu forti, & brachio extento populum ſuum educere de Ægypto; & ne timerent prorsùs Iſraëlitæ aut Pharaonem, aut Deos Ægyptiorum, voluit in eum, & in Deos ſuos ſigna facere. Ex his, Dij, cùm diuerſorum generum exiſterent, eos tamen pluris faciebant, qui

Tranſilire de loco in locum, vel à latere in latus ſubſilire ſignificat. Huius vocis ſignificatum clarè dignoſcitur ex loco Exodi 12. 26. *Et cùm dixerint vobis filij veſtri. Quæ eſt iſta religio?* ver. 27.

ואמרתם זבח פסח הוא ליהוה אשר פסח על בתי בני ישראל במצרים בנגפו את מצרים ואת בתינו הציל :

Et dicetis Sacrificium פסח *Pèſach Paſchatis Tranſitus eſt Domino, qui* פסח *Paſsàch tranſiliuit ſuper domos filiorum Iſraël in Aegypto, in percutiendo Aegyptum, & domos noſtras liberauit.* Conſtat ex hoc loco, *Paſcha* interpretari *Tranſitum*, ſeù *Tranſilitionem*, cùm Angelus, Dei nomine, Ægyptiorum primogenitos per ſinlas domos percuteret, Iſraëlitarum domos ſanguine ſignatas, vt Deus præceperat ſuprà ver. 7. tranſiliuit, & intactas reliquit; vnde Agnus, qui 14. die menſis *Niſàn Martij* immolabatur, פסח *Pèſach Paſcha* quoque dictus eſt. Mar. cap. 14. 12. *Quando Paſcha immolabant,* id eſt Agnum. Quin & victimæ ouium & boum, quæ ex præſcripto Legis Num. 28. v. 16. & ſeqq. per ſeptem dies in Sacrificium offerebantur, nomine *Paſchatis* videntur veniſſe; de quibus forſan intelligendus eſt locus Ioannis 18. 28. *Et ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha*, id eſt cibaria ad feſtum Paſchatis pertinentia.

Feſtum quoque, in quo immolabant & comedebant agnum, communiter *Paſcha* vocauerunt, vti 2. Reg.

ter impuros, quibus eſus agni permiſſus non erat ?

Adde, quòd agnus expreſſior erat typus Chriſti, quàm vitulus, quia agni ſunt mundi, manſueti, & ſimplices, & dum ad mortem ducuntur, non balant. Sic Chriſtus, teſte Propheta Iſai. 53.7.

כשה לטבח יובל וכרחל לפני גוזיה נאלמה ולא יפתח פיו ׃

Sicut agnus ad occiſionem ducetur, & ſicut ouis coram tondentibus eam obmutuit: & non aperiet os ſuum. Ideò potiùs agnus, vel hœdus quàm aliquod aliud animal iuſſit Deus in Paſchate mactari, vt in vtroque Chriſtus ſignificaretur; in agno quidem Chriſti innocentia; in hœdo verò peccatum. Hœdi enim ſymbolum peccati ſunt. Ideò Chriſtus, *qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum feciſſe* dicitur ab Apoſt. 2. Cor. c. 5. 21. id eſt Chriſtus, qui non nouerat peccatum ſcil. experientia, quia peccatum nunquam fecerat; fuit pro nobis *peccatum*, id eſt hoſtia pro peccato noſtro, fecit ſe ipſum in ligno, in quo ſcelerati, & peccatores puniebantur, ſic ab hominibus æſtimari peccatum, hoc eſt tanquam peccatorem, vt nos peccatis mortui iuſtitiæ viueremus per ipſum, cuius liuore ſanati ſumus.

Quæres ſecundò. Quo anni tempore, menſe, & die celebrandum erat Paſcha apud Iudæos ?

Reſp. Tempore Veris, menſe primo, & die 14. menſis. Ita ex Exod. cap. 12. b. Vt autem hæc omnia rectè intelligantur, neceſſe eſt, vt de ſin-

qui ſub forma pecudum, caprarum, & boum adorabantur, qualis erat Apis ſub forma bouis, Iuppiter ſub figura arietis, &c. Hinc eſt, quòd cùm filij Iſraël eſſent paſtores, placuit Ioſepho, vt habitarent in terra Geſſen in loco ſeparato à reliquis Ægyptijs, quia Ægyptij deteſtabantur paſtores ouium, eo quòd iſti occidant & comedant carnes ſuarum ouium, pecudum, & armentorum, quæ pro Dijs ipſi colebant, vt patet Exod. 8. 26. *Abominationes Aegyptiorum* (id eſt oues & boues) *immolabimus Domino Deo noſtro. Quòd ſi mactauerimus ea, quæ colunt Aegyptij, coram eis, lapidibus nos obruent.* Præcepit autem Deus, vt occiderentur Ægyptiorum Dij, & pro Phaſe potiùs acciperentur agni, vel hœdi, quàm vituli, aut boues, quia cùm agni, & hœdi, in magna multitudine inueniantur, & parui ſint pretij, poterant à quolibet patrefamilias, quamuis paupere comparari. Quod non ita facilè fieri poterat de vitulis, tùm quia caro pretio vendi ſoleant, tùm quia non poſſet à tota familia (quam Rabbini maiorem decem hominibus, mulieres quoque includendo, non conſtituunt) totus vitulus vorari feſtinanter, vt decernit Lex. Quomodo potuiſſent tempore Ceſtij Præſidis Iudeæ, quo tempore Romanis cæperunt rebellare Iudæi, reperiri in Paſchatis celebratione 256500. vituli, ſicut tot agni reperti ſunt ex teſtimonio Ioſephi, qui ex hoc agnorum numero colligit numerum Iudæorum tunc Ieroſolymis fuiſſe trigeſies centena ſeptuaginta millia præ-

inferiores sphæras mouentis motu tardissimo annorum numerum multiplicant. Nec abs re omninò est etymon illud, Latinè dici *annum*, siuè *annulum*, propter sui perennem circuitionem: quia sicut annulus totus in se voluitur, principiumque ipsius cum fine (interiecto pretioso lapillo) copulatur; sic quoque *annus* apud Latinos *Ianuario*, tamquam bicipitis profani Numinis mense hinc inde respiciente, transacti scilicet anni finem, futurique principium, in se ipsũ connecti & copulari existimatur. *An* enim à priscis illis Latinæ linguæ principibus pro *circum* poni solebat. Sic, *An terminum*, & *Ambire*, pro *circum terminum*, & *circum ire* frequenter vsurpabant. Quod & intelligentes Ægyptij primi Astrorum scrutandorum Auctores, & Diuinarum quondam rerum maximè periti, ante inuentas literas, Serpente in orbem conuerso, suamque depascente caudam, non vulgari hieroglyphico *annum* indicare consueuerunt.

Annus verò ab Hebræis vocatur שָׁנָא *Scianà*, Chaldaicè שַׁתָּא *Sciattà*, quod vtrumque *iterare*, vel etiam *mutari* significat, eò quòd vel ab eodem puncto diuertens semper ad idem punctum reuertatur & iteretur; vel, quòd ob continuatas & successiuas quatuor tempestatum mutationes, mutari nunquam desistat. Hinc de quatuor temporibus sibi inuicem succedentibus, quibus constituitur annus, dicitur Gen. 8. 22. -

his singulis pertractemus; de anno, Hebræorum & eius partibus: & quomodo festa, præcipuè Paschatis ab eis celebrentur statutis temporibus; deque modo inueniendi tempus celebrationis ipsius. Sit itaque -

De Anno Hebræorum, & præcipuè de Anno Solari.

§. PRIMVS.

Dvplex agnoscitur annus ab Hebræis; Solaris vnus, Lunaris alter. Solarem annum in duodecim menses, & in hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum diuidunt: nam annus Solaris communis (365. diebus, & 6. horis) cum R. Mose Bar Maimonis הלכות *Hallacòth* קדוש החדש *Kiddùsc hachòdesc De Sanctificatione Neomeniæ* cap. 6. num. 4. statuitur: ait enim Ægyptius -

ושנת החמה היא שלוש מאות חמשה וששים
יום ושש שעות :

Annus Solaris est trecentorum & sexaginta quinque dierũ, & sex horarum. Tanto enim temporis interuallo Sol totũ Zodiacum perlustrat. Latini vocauerunt *annum*, vel à vocabulo Græco Ἀνανεοῦμαι, aut Ἀνανεόω, ex eo, quia completo circulo renouetur; vel ab alio Ἔνος, a quo Τριένος, vt indicaretur, non vnius generis annum esse, sed triplicis; imò ad octuplicatum numerum vsque augeri: nam præter Solarem & Lunarem, alios etiam annos ex Planetarum motibus colligunt; & similiter ex supremæ sphæræ motu

sium primò habuere, à Martio ducto exordio, & in Decembrem protracto, quibus singulis, vel 30. vel 31. assignauerat dies; nempè

Martio	31	Sextili	30
Aprili	30	Septembri	30
Maio	31	Octobri	31
Iunio	30	Nouembri	30
Quintili	31	Decembri	30

Et hæc prima anni per Romulum ordinatio, vsque ad tempora Numæ Pompilij Regis Romanorum perdurauit:

Deinde Numa Pompilius secundus à Romulo Romanorum Rex, Iustitia, pietate, & religione insignis, fortassis Græcanica obseruatione instructus, correcta circulari annua inordinatione; qua algoris mensibus æstum experiebatur, & mensibus caloris frigus ex aduerso vigebat, pro Solari Lunarem annum constituit, quinquaginta diebus veteri Romano anno adiunctis, constituto anno 354. dierum.

Sed interuallo temporis breui elapso, alios insuper sex dies priori suo anno addidit, sublatisque diebus singulis à prædictis singulis mensibus superfluentibus, à Martio scilicet Maio, Quintili, & Octobre, vnicuique tricenum diem assignauit: adiunctis alijs duobus mensibus, quorum primum *Ianuarium* à Iano vocari voluit, principemque locum inter cæteros anni menses tenere, & secundum *Februarium* nuncupari; ita vt cæteri ordinem hoc pacto seruarent.

עד כל ימי הארץ זרע וקציר וקר וחם וקיץ
וחרף ויום ולילה לא ישבתו׃

Adhuc omnes dies terræ, sementis & messis, & frigus & æstus, & æstas, & hyems, & dies & nox, nunquam cessabunt. Quasi diceret: Omnia ista quæ anni partes censentur, perpetua sibi inuicem successione iterabuntur. Hæc potissimùm de anno Solari intelligenda sunt, *Sol* enim est ille, qui continuò per Zodiacum percurrens, quando in quatuor puncta Cardinalia ipsius ingreditur, has quatuor in mundo tempestates, & mirabiles alterationes caloris videlicet, & frigoris, siccitatis & humiditatis. per quæ omnia in anno gignuntur & corrumpuntur, perpetuò inducit, quæ quidem Luna præstare per se non potest; alioquin, cùm Luna per singulos menses totum Zodiacum peragret, has mutationes singulis mensibus experiremur, quod tamen non experimur: vnde antiquissimos illos Patres Veteris Testamenti, per annos Solares semper tempora metitos esse, de facili mihi persuadeo; neque vnquam Lunaribus annis vsos, nisi per embolismos ad normam Solis emendatis, vt infrà dicemus.

Sol itaque cùm annualem cursum suum in Zodiaco 365. dierum cum quadrante circiter, seù 6. horis spatio perficiat: ideò *annum Solarem*, quem & *naturalem* vocare poterimus, totidem diebus & horis constare dicimus. Hunc Iulius Cæsar ordinauit, & tradidit Romanis, cùm antea valdè incompositus fuisset. Hi enim à Romulo progenitore annũ decem men-

potiùs ſuperſtitione intacto Februario cui aliquando 28. dies attributi fuere.

1	Ianuarius dierum	31	7	Quintilis dierum	31
2	Februarius	28	8	Sextilis	31
3	Martius	31	9	Septemb.	30
4	Aprilis	30	10	October	31
5	Maius	31	11	Nouemb.	30
6	Iunius	30	12	Decemb.	31
	dies	181			184

181
184
Summa dierum 365

Et huiuſmodi annus, nullâ factâ in præcipuis ſenſibili alteratione in Orbe Latino ad vſque noſtra tempora perdurauit ſemper illæſus, 12. menſes, hebdomadas 52. & diem vnum, ac 365. dies complectens; & de hoc anno intelligit Calendarium Gregorianum, quando in ipſo principio ait: *Annus menſes habet duodecim, hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum; dies verò trecentos ſexaginta quinque, & ferè ſex horas.* Aptè dicitur, *& ferè ſex horas*, quia non ſex horæ integræ, vt exiſtimarunt antiqui ex R. Moſe Ægyptio, cùm ad illarum complementum deficiant aliqua minuta, quæ ab Aſtronomis in Ephemeridibus exactè calculantur, & inueniuntur horæ 5. & 48.′ 55.″ Sic à ſex horis integris deficiunt fermè vndecim minuta: ex quorum neglectu adeò proceſſum eſt, vt poſt longum temporis tractum, eiuſmodi minuta ita excreuerint, vt omnia ſimul

1	Ianuarius dierum	30	7	Quintilis dierum	30
2	Februarius	30	8	Sextilis	30
3	Martius	30	9	September	30
4	Aprilis	30	10	October	30
5	Maius	30	11	Nouember	30
6	Iunius	30	12	December	30

Poſtea Iulius Cæſar Imperator, qui omni virtutum genere cum cæteris Regibus, & Imperatoribus non ſolùm eſt conferendus, verùm ijs anteferendus; antequam primus omnium inuictiſſimam Romanorum Rempublicam ſuo ſubiugaſſet Imperio, cùm tertiò Conſulatum ageret, comperiens, annum à Numa ordinatum, propter Maiorum negligentia, intercalationem omiſſam, vel non ritè peractam, non paruam confuſionem paſſum fuiſſe, nouam anni reſtaurationem ordinauit: vnde ſeptuaginta nouem dies, vna vice tantùm inſeruituros, Pompiliano anno adiecit. Et ſic quadringentorum quadraginta quatuor dierum primum annum effecit, ſingulis menſibus 37. diebus aſſignatis, *Annum maximum, & vltimum confuſionis* conſtituit, & nominauit.

In poſterum verò, omni confuſione ſublata, annum ad Ægyptiorum normam, quorum (ſecundùm aliquos) ad numerum trecentorum ſexaginta quinque dierum cum quadrante, quibus Sol totum Zodiacum permeat, protendebatur, reſtitui curauit, ab antiqui anni menſibus, ſublatis, vel pro libito adiunctis, vel tranſpoſitis diebus quibuſdam, relicto tamen, religione quadam, vel

omnia Zodiaci Signa permeat, concluditur. Hic constare deprehenditur 354. diebus. Secundùm Astronomos Hebræos dieb. 354. horis 8. חלקים *Chelakim punctis* 876. nam sicut nostri diuidunt horam in 60. minuta, sic Hebræi in 1080. *Chelakim particulas*, seù *puncta* horam dispertiuntur. Ita Moses Ægyptius Maijmonis filius laudatissimus inter Hebræos Auctor, & omni ferè scientia instructus, docet in suo libro ס׳ היד *Sèpher Haijàd Hallachòth Kiddùsc Hachòdese* cap. 6. num. 4.

שנה של לבנה אם תהיה שנים עשר חדש מחדשים אלו יהיה כללה שלש מאות יום וארבעה וחמשים יום ושמונה שעות ושמונה מאות וששה ושבעים חלקים ׃

Annus Lunæ, si sumatur pro 12. mensibus (Lunaribus) *erit trecentorum quinquaginta quatuor dierum, horarum octo, & Chelakìm partium octingentarum septuaginta sex.*

At si quæras: Cur potiùs hora diuidatur ab Hebræis in partes 1080. quàm in 60. minuta, vt faciunt nostri Astronomi?

Respondet idem Rabbi Moses Bar Maijmonis loc. cit. num. 2. -

לפי שמנין זה יש בו חצי ורביע ושמינית ושליש ושתים ותשע וחומש ועישור והרבה חלקים יש לכל אלו השמות ׃

Quia in hoc numero reperitur dimidia, quarta, octaua, tertia, sexta, nona, quinta, & decima, & quamplurima Chelakìm seù *puncta sunt in his nominibus*. Et hoc verum quidem est: nam dimidium huius nu-

mul iuncta dies ferè *decem* componerent, & æquinoctium Vernum à sede sua 21. Martij remouerent. Hunc errorem animaduertens Gregorius XIII. Pont. Max. an. Domini 1582. emendauit, auferens decem dies à mense Octobri, iussitque transiliendum statim à IV. Non. Octob. ad Idus Octobris. Vnde factum est, vt æquinoctium Vernum ad suam propriam sedem rediret, ad 21. diem Martij; & vt in eo perpetuò conseruari possit, adhibuit remedium Intercalationis, prout infrà de Embolismo & Intercalatione annorum dicemus.

De Anno Lunari.

§. SECVNDVS.

Existimant aliqui, licèt ineptè, *annum Lunarem* illum esse, quem *Luna* per duodecim Zodiaci Signa peragrando præscribit. Cùm enim Luna intra 29. dies, aut etiam citiùs, totum Zodiacum percurrat, hic motus, si *annum Lunarem* conficeret, *annus Lunaris* admodum breuis esset, cùm infra 30. dierum spatium concluderetur. Hunc breuissimum Lunę annum vnius mensis spatio terminatum, Ægyptiorum annum fuisse crediderunt nonnulli. Quod si ita fuisset, quid mirum, si apud illas gentes legamus, nonnullos ad millesimum vsque annum vitam incolumem transegisse? Vix enim mille ex his annis 84. Lunares annos constituunt. Verùm Lunaris annus censendus est ille, qui spatio, quo Luna duodecies

10 תַמּוּז *Tammùz* Iunio.

11 אָב *Ab* Iulio.

12 אֱלוּל *Elùl* Augusto.

Sed quot dies vnicuique ex his mensibus tribuuntur? Dico ordinatim tribui 30. & 29. dies: ita vt primus habeat dies 30. Secundus 29. Tertius 30. Quartus 29. & sic de alijs. Hinc oritur distinctio inter menses *cauos*, & menses *plenos*.

Menses *caui*, qui & חסרים *Chaserim deficientes* dicuntur, constant 29. diebus. מלאים *Meleim pleni*, seù etiam מעוברים *Meuuberrim grauidi* seù *intercalares* menses 30. diebus, vt in sequenti Tabella videre est.

Tabella ostendens menses plenos, & cauos.

1	*Tiscrì* mensis plenus dier.		30
2	*Chescuàn* cauus	dubij.	29
3	*Chislèu* plenus		30
4	*Teuèth* cauus		29
5	*Sceuàtt* plenus		30
6	*Adàr* cauus		29
7	*Nisàn* plenus		30
8	*Iiàr* cauus		29
9	*Siuàn* plenus		30
10	*Thamùz* cauus		29
11	*Ab* plenus		30
12	*Elùl* cauus		29
	Summa dierum		354

Hæc autem mensium inæqualis dimensio hic accidit, quòd vna Lunatio, quæ facit Hebraicum mensem 29. dierum, non præcisè id efficit, sed transcendit numerum 29. dierum per

meri 1080. est 540. Quarta eiusdem est 270. Quinta 216. Sexta 180. Octaua 135. Nona 120. Decima 108. Cùm enim diuidi possit per omnes monadas excepto per 7. potiùs pro particulis, seù minutis horarum, hunc numerum 1080. sumpserunt Astronomi Hebræi, quàm alium. Ob eandem rationem nostri eandem horam in 60. minuta diuisere. Numerus enim 60. habet dimidium 30. partem tertiam 20. quartam 15. quintam 12. sextam 10. decimam 6. In alias verò partes scilicet in 7. 8. & 9. rotundè diuidi minimè potest.

Huiusmodi autem 354. dies, horas 8. & *Chelakìm puncta* 876. anni Lunaris diuiduntur in 12. menses, quorum nomina sequuntur.

Mensium Lunarium ordo, & nomina apud Hebræos sunt

1 תִשְׁרִי *Tiscrì* correspondet ex parte nostro Septembri.

2 חֶשְׁוָן *Chescuàn* vel מַרְחֶשְׁוָן *Marchescuàn* ex parte Octobri.

3 כִּסְלֵו *Chislèu* Nouembri.

4 טֵבֵת *Teuèth* Decembri.

5 שְׁבָט *Sceuàtt* Ianuario.

6 אֲדָר *Adàr* Februario.

7 נִיסָן *Nisàn* Martio.

8 אִיָּר *Iiàr* Aprili.

9 סִיוָן *Siuàn* Maio.

tempore; *duodecim in die; & totidem in nocte*. Ex hac Ægyptij doctrina deducitur, has horas esse horas inæquales, quas Astronomi vocant temporales & Planetarias: nam ijdem hoc pacto diem artificialem, vel etiam noctem, cuiuscumque quantitatis sit, in 12. horas diuidunt, quæ extra æquinoctia, maiora, vel minora nostris 60. minutis erunt, consequenter plura, vel pauciora 1080. *Chelakim particulas*, seù *puncta*, in quæ diuidunt horas Hebræi, includere debebunt. Mirum itaque est illud, quod dicit idem Ægyptius, horas Hebraicas semper, & perpetuò in 1080. *Chelakim puncta* diuidi debere, vt ibidem statim subiungit -

והשעה מחולקת לאלף ושמונים חלקים:

Et hora diuiditur in 1080. *particulas*, seù *puncta*. Quia ex hoc necessariò sequitur, particulas hasce horarum non fore eiusdem mensuræ, sed illam variare secundùm variationem horarũ; itaq; quia horæ inæquales & temporariæ circa solstitia longiores sunt, *diei* in solstitio æstiuo, *noctis* in hyberno; *Chelakim particulas* quoque 1080. quæ huiuscemodi horas mensurant, futuras longiores necessum erit, sicut & breuiores circa æquinoctia. Sed cùm huiusmodi 24. horas, quibus dies naturalis mensuratur, non omnes nationes eodem modo numerent;

Quæritur, A quonam principio, Hebræi has 24. horas diei naturalis numerare incipiant?

Resp. Ab occasu Solis ad alium oc-

per horas 12. & *Chelakim* puncta 793. Istæ 12. horæ cum alijs 12. horis superfluentibus in subsequente mense (*Chelakim punctis* pro tunc neglectis, de quibus postea suo loco) constituunt vnum diem, quo addito 29. diebus efficitur mensis sequens 30. dierum; & sic alternatim procedendo vsque ad duodecimum mensem, constituitur *annus communis Lunaris* 354. dierum.

Cùm autem mensis *diebus* componatur, sciendum, quòd *dies* alius est *artificialis*, alius *naturalis*: dies artificialis est latio Solis super nostrum hemisphærium, siuè est ille circulus, quem describit Sol, dum ab Oriente emergens, eleuatur ad Meridiem, & inclinatur ad Vesperam, atque occumbit in Occidentem, quo tempore solent Artifices, & Agricolæ operam suam exercere. Hic secundùm varium Solis ascensum vel crescit, vel decrescit. Dies verò naturalis est spatium illud, quo Sol circuit vniuersam terram; siuè est circulus ille, qui describitur à Sole, dum peragrat vniuersum terrarum Orbem à puncto quodam designato incipiens motum, & ad eundem rediens & perficiens; vt puta, ab Ortu in Ortum, vel à Meridie in Meridiem, vel ab Occasu in Occasum, & completur spatio viginti quatuor horarum. Vnde R. Moses Bar Maijmonis in *Hallachòth kiddùsc hakòdesc* cap. 6. num. 2. ait -

היום והלילה ארבע ועשרים שעות בכל זמן שתים עשרה ביום ושתים עשרה בלילה:

Dies & nox est 24. *horarum omni*

hora vſque ad vigeſimam quartam.

Hinc habes, quòd media nox ſit ſemper ſexta hora noctis, & ſexta hora diei, ſeù hora decima octaua decurrens ſit perpetuò Meridies.

Ex diebus 29. vel etiam 30. conſtituuntur menſes Lunares, & à principio Neomeniæ, ſeù menſis Lunaris ad aliam Neomeniam ſunt præcisè dies 29. horæ 12. *Chelakìm puncta* 793. ſecundùm motum medium Lunæ, qui eſt regularis, & non ſecundùm motum verum, de quo R. Moſes Ægyptius Ben Maijmonis in *Kiddùſc Hachòdeſc* cap. 6. num. 3. ita habet.

משיתקבץ הירח והחמה לפי חשבון זה עד שיתקבצו פעם שנייה כמהלכם האמצעי תשעת ועשרים יום ושתים עשרה שעות מיום שלשים מתחלת לילו, ושבע מאות שלשה ותשעים חלקים משעה שלש עשרה וזה הוא הזמן שבין כל מולד ומולד וזה הוא חדשה של לבנה׃

A coniunctione Lunæ cum Sole (ſecundùm hunc numerum iam dictum) *vſque ad aliam coniunctionem ſecundùm medium motum* (intercedunt) *dies* 29. *& horæ* 12. (quæ deſumuntur) *à die* 30. *à principio noctis ipſius. &* (ampliùs) 793. *Chelakìm puncta* (deſumpta) *ex hora* 13. *& hoc eſt interuallum, quod intercedit inter* מולד *Molàd & Molàd, inter Neomeniam & Neomeniam; & iſte eſt menſis Lunaris.*

Si dies 29. horæ 12. *Chelakìm puncta* 793. diuidas per 7. h. e. per dies hebdomadæ, in quotiente habebis 4. & remanebunt dies 1, horæ 12. *Chelakìm*

occaſum, ita vt *nox* diem præcedat, mox dies inſequens ei coniungatur, & ad occaſum Solis compleatur. Horæ autem noctis non ſemper numerantur ſimul cum horis diei, neque vltima diei hora vocatur ſemper vigeſima quarta, vt ſolent Itali, Bohemi, & Poloni numerare; ſed horæ noctis ſeorſim ab horis diei plerumque numerantur, ita vt horæ noctis ſint 12. & totidem ſint horæ diei: orto enim Sole, incipit dies, in quo iterum incipiunt numerare horas diei vſque ad duodecimam, in qua occumbit Sol, & abſoluitur dies artificialis, de quo loquitur Ioannes in Euangelio 11. 9. *Nonne ſunt duodecim horæ diei?*

Ex Euangelio autem etiam aliud principium diei naturalis habetur, nempè ab ortu Solis, ſic, ante ortum Solis crepuſculum matutinum vocatur veſpera illius diei proximè inſequentis, vt apud Matthæum cap. 28. 1. *Veſpere autem Sabbathi, quæ luceſcit in prima Sabbathi &c.* hoc eſt in aurora Dominicæ diei. Hoc etiam modo diem auſpicabantur Babylonij. Hodierni verò Hebræi Aſtronomi non raro incipiunt numerare diem naturalem à prima hora noctis, & proſequuntur numeri ſeriem vſque ad vigeſimam quartam horam, qua abſoluitur dies.

Diuidunt etiam hunc diem naturalem in quatuor quadrantes; primus eſt à prima hora noctis vſque ad ſextam; ſecundus quadrans à ſexta vſque ad duodecimam; tertius à duodecima vſque ad decimam octauam; & vltimus quadrans à decima octaua

N.	H.	Chelakim punctis	
1	10.	814.	
1	12.	793.	א״יב תשצ״ג adde
2	22.	1607.	
2	23.	527.	

Erit itaque Neomenia sequentis mensis die 2. siuè fer. 2. hora 23. *Chelakim punctis* 527: nam cùm *Chelakim puncta* 1607. superent 1080. *Chelakim*, quibus vna hora constituitur, diuidenda sunt 1607. per 1080., & sic habebimus horam 1. & supererunt ampliùs *Chelakim puncta* 527. Hæc hora addenda est horis 22. & fient dies 2. horæ 23. *Chelakim puncta* 527. pro Neomenia futuri mensis חשון *Chescuàn* seù *Octobris*. Adde deinde Nouilunio *Tiscri*, quod incidit 30. Septembris 29. dies, & habebis 59. dies, proijce ab his 30. præteriti mensis Septembris, relinquentur dies 29. pro futuro mense Octobris. Igitur die 29. Octobris fer. 2. hora 23. *Chelakim punct.* 527. erit Nouilunium mensis Octobris, secundùm hunc medium motum Lunæ, quo Iudæi vtuntur etiam hodie, vt videre est in suis Calendarijs, quæ annuatim euulgantur.

Aliud exemplum.

Anno Domini 1675. apud Hebræos 5436. Nouilunium mensis תשרי *Tiscri*, seù coniunctio Luminarium secundùm vulgare Calendarium Hebræorum incidit in -

lakim puncta 793. huiusmodi residuum notatur Hebraicè א״יב תַשְׁצ״ג *Iu tasctzàgh*, & est symbolum numericum memoriæ iuuandæ gratia excogitatum: nam א significat vnum diem י״ב 12. horas, & תשצ״ג 793. *Chelakim puncta*: & inseruit ad inueniendum subsequentis mensis Nouilunium hoc pacto.

Dato Nouilunio alicuius mensis, si illi addideris symbolum præfatum א״יב תשצ״ג hoc est diem 1. horas 12. *Chelakim puncta* 793. habebis Nouiluniũ sequentis mensis. Exemplum. Anno Domini 1674. & à creatione mundi secundùm Hebræos 5435. Nouilunium primi mensis תשרי *Tiscri* incidit לילי א׳ י׳ שעות תתי״ד חלקים Nocte 1. id est nocte præcedente Dominicum diem, 10. hora, & 814. *Chelakim*, siuè *punctis*. Die 30. Septembr. huic numero adde א״יב תשצ״ג hoc est Diem 1. horas 12. *Chelakim puncta* 793. habebis dies 2. horas 23. *Chelakim puncta* 527. Nouilunium igitur sequentis mensis חשון *Chescuàn* incidet feria 2. hora 23. *punctis* 527. ad diem 29. Octobris.

Calculi apparatus.

1674. תשרי *Tiscri* Septembris Neomenia, siuè Nouilunium.

Diuide 1199. *Chelakim puncta* per 1080. in quotiente erit hora 1. addenda horis 16. & supererunt *Chelakim puncta* 119. Igitur Nouiluniū mensis subsequentis חשון *Chescuàn* Octobris fiet feria 4. hora 17. *Chelak. punctis* 119. ad diem 7. Octobris: nam si addantur 29. Lunationi mensis *Tisri*, quæ incidit 8. Septembr. cadet Lunatio mensis חשון *Chescuàn* in 7. diem Octobris. Et sic agendum est in reliquis.

Aduerte, quòd sicut datur periodus inter mensem & mensem Lunarem, datur etiam inter annum & annum Lunarem. Iterum recolendum, annum Lunarem *communem* constare diebus 354. horis 8. *Chelakim punctis* 876. Annum verò Lunarem correctum per embolismum constare diebus 383. horis 21. *Chelakim punctis* 589. Quòd si diuiseris anni Lunaris quantitatem per 7. residuum anni communis erit dier. 4. cum hor. 8. *Chelakim punctis* 876. Et si diuiseris quantitatē anni Lunaris Embolismici, residuum erit dierum 5. cum horis 21. *Chelakim punctis* 589.

Signum residui anni communis est
דח תתעו

Signum residui anni Embolismici
הכא תקפט

Cognito enim principio alicuius anni, si ei addatur residuum anni illius id est anni communis, si sit annus communis; vel residuum anni embolismici, si sit annus embolismicus

D.	H.	*Chelakim puncta*
5.	19.	610. die 19. Sept.
1.	12.	793. איב תשצג adde.
6.	31.	1403.
i.e.7.	8.	323. die 19. Octob.

Chelakim puncta 1403. reduc ad horas diuidendo per 1080. habebis horam 1. & *Chelakim puncta* 323. Hanc horam adde horis 31: fiunt 32. horæ: reduc ad dies diuidendo per 24. remanebunt supra vnum diem horæ 8. Hunc diem adde diebus 6. habebis dies 7. horas 8. *Chelakim puncta* 323. Adde 30. dies, eosque incipe numerare à Nouilunio mensis *Tisri*, hoc est à 19. Septembris, incident 19. Octobris, vnde Neomenia חשון *Chescuàn* Octobris erit feria 5. hora 8. noctis die 19. Octobris.

Aliud exemplum.

Hoc anno Domini 1676. Neomenia mensis תשרי *Tisri*, quo mense annum nouum 5437. auspicantur. Incidit ליל ג׳ ר׳ שעות ת״ו חלקי׳ nocte 3. quam nos pro die sumimus, (quia dies naturalis incipit primo momento noctis) 4. horis, & 406. *Chelakim punctis*.

N.	H.	*Chelakim punctis*
3.	4.	406. die 8. Septemb.
1.	12.	793. איב תשצג adde.
4.	16.	1199.
4.	17.	119. die 7. Octobris.

Aliud exemplum in anno embolismico.

Anno mundi 5434. qui incæpit anno Domini 1673. & ex maiori parte correspondet anno Domini 1674: eius initium & ingressus in primum punctum mensis *Tiscri* inuentus fuit die 2. hora 13. *Chelakim punct.* 225. Residuum anni embolismici est dier. 5. hor. 21. *Chelak. punct.* 589. Summa istorum sunt dies 1. horę 10. *Chelak. puncta* 814. Vnde annus sequens ingredietur secundùm hunc calculum, D. 1. H. 10. *Chelak. punct.* 814.

Calculi demonstratio.

D.	H.	*Chelakim punctis*
2.	13.	225.
5.	21.	589. residuum anni embolismici הכא תקפט
7.	34.	814. Horas reduc ad diem, & erit
1.	10.	814. ingressus anni sequentis 5435. Christi Dom. 1674.

Initium anni quod exierit secundùm hanc regulam, est etiam initium mensis תשרי *Tiscri*, quia annus nouus incipit in ipso momento, quo incipit *Tiscri*.

Volunt tamen vt huiusmodi anni seù mensis *Tiscri* initium nunquam veniat, aut incidat die prima hebdomadæ, seù die Dominico. Itemque fer. 4. aut 6. feria, cuius rei signum dant אד״ו *Addò*. Quòd si initium anni, id est mensis *Tiscri* in vno ex his diebus inciderit, reijciunt illud in diē subsequentem, vt puta; Si initium

cus, ex summa istorum simul resultabit initium anni sequentis; vt verbi gratia, quia anno 1675. à creatione mundi 5436. illius initium, quod desumitur ab ingressu mensis תשרי *Tiscri*, est יום ה׳ יט שעות תר״י חלקים feria 5. hora 19. *Chelakim punctis* 610. & est annus communis, si ei addatur residuum ד״ח תת״ע hoc est dies 4. horæ 8. *Chelak puncta* 876. emergent ליל ג׳ ד׳ שעות ת״ו חלקים Noctes 3. horæ 4. *Chelakim puncta* 406. pro ingressu anni sequentis 5437. Christi 1676. qui ex maiori parte correspondet anno 1677.

Calculi demonstratio.

Ingressus anni mundi 5436. communis.

D.	H.	*Chelakim punctis*
5.	19.	610.
4.	8.	876. residuum anni communis דח תתע
9.	27.	1486.
	1.	1080. Subtrahe.
	28.	406.
10.	24.	
Subtrahe		
7.		
N.	H.	*Chelakim punctis*
3.	4.	406. initium anni 5437. Domini 1676.

Sic quoque, si Neomenia mensis *Tisri* incidat fer. 2. hora 3. diei, & *Chelakim* 589. de hora 4. hoc est fer. 2. hora 15. *Chelakim punctis* 589. cuius symbolum est בט״ו תקפ״ט *Battù Takpàt* aut amplius. Si fuerat annus præteritus embolismicus; non figunt Neomeniam fer. 2. huius anni, sed fer. 3.

Si autem fuerit Neomenia anni communis, vt diximus, quòd impellit ad fer. 5. & fuerit minor particula vna, aut transcenderit signum גט״ רך *Gatt Ràgh* figunt illam fer. 3. Pariformiter; si cadat Neomenia anni elapsi embolismici in fer. 2. minor *particula* istius symboli בט״ו תקפ״ט aut minor isto, figunt illam fer. 2.

Sed qua ratione & via figant Neomeniam *Tisri*? Postquam inuenerint per regulas datas diem, horam, & *Chelakim puncta* horæ Neomeniæ, ipsa die, hora, & *Chelakim punctis* fixa erit Neomenia *Tisri* in perpetuum. Si autem incidat Neomenia *Tisri* die Dominico, aut fer. 4. vel etiam fer. 6. cuius signum est אד״ו *Addò*. Aut si erit Neomenia in meridie, aut post meridiem; vel erit in רד״ך 204. *Chelakim punctis* de hora decima noctis fer. 3. vel suprà, si sit annus communis: aut si fuerit Neomenia in *Chelak. punct.* תקפ״ט 589. de hora 10. fer. 2. si sit annus communis primus post embolismum; si accidat in quatuor casibus non figunt Neo- *Tisri* eueniat die Dominico, reijciunt ad fer. 2. Si 4. feria occurrat, reponunt in fer. 5. Et si fer. 6. eueniat, celebrant Neomeniam, & initium anni in Sabbatho. Si autem initium mensis *Tisri* occurrat in ipso puncto Meridiei, vel vltra Meridiem, tunc reijciunt illud ad diem sequentem; v. g. Si incidat initium *Tisri* in ipso puncto horæ sextæ diei fer. 2. aut etiam post horam 9. tunc reijciunt initium mensis ad fer. 3. Si autem initium *Tisri* eueniat ante meridiem, seù præcesserit meridiem vnico minuto, seù *Chèlek puncto*, tunc figunt initium mensis *Tisri*, ac proinde initium anni in ipso die, & fer. 2. Tunc enim non est in vno ex his diebus אד״ו *Addò*.

Si autem initium mensis *Tisri* inciderit in ipso puncto meridiei, vel post meridiem, si subsequens dies erit vnus ex his diebus אד״ו *Addò*, tunc initium *Tisri* reijciunt ad diem posterum אד״ו *Addò*, ne celebratio Neomeniæ, aut Capitis anni fiat in vno dierum אד״ו *Addò*. Exempli gratia: Si incidat initium mensis *Tisri* in puncto meridiei, aut post meridiem Sabbathi, reijcietur Neomenia ad fer. 3. Et si inciderit in meridie, vel post meridiem fer. 3. reijcietur ad fer. 5.

Si incidat Neomenia in nocte fer. 3. hora 9. *Chelakim punctis* 204. de hora 10. quorum symbolū est גט״רד *Gattràd*, aut plus isto numero; si fuerit annus communis, impellit Neomeniam, reijcitque ad feriam 5. hebdomadæ.

Addò, id eſt, *non figunt Neomeniam die primo hebdomadæ, ne veniant dies Hoſanna Rabbà die Sabbathi, non enim licet ex Lege excutere Hoſannà*, id eſt *faſciculos* (feſtiuos ex palmarum ſpatulis, & ramulis myrthi, & ſalicum compactos) *in die Sabbathi. Et præceptum excutiendi faſciculum non eſt à Lege, ſed ex conſuetudine introductum, quod non poteſt expellere præceptum legale &c.*

De ד״ן alijs duobus diebus videlicet fer. 4. & 6. ibidem ita habet -

וביום ד״ו אין קובעין שאב׳ יבא י״כ ביום ו׳ או ביום א׳ ויהיו שתי שבתות סמוכות זו לזו ואם כר מינן ימות בהם מת יהא אסור׳ לקוברו אפי׳ על ידי גוים ויסריח ׃ ועוד כדי שלא יתעפשו הירקות שנלקטו לצורך האכילה שלא יוכלו לבשלם שיהיה אסור לבשלם שני ימים זה אחר זה ואל תתמ׳ על הטעמים הללו שהם חלושין מאד לדחות עבורם ימי ר״ה ויום צ״כ וסוכות שהם דאורייתא כי כבר הועדיך שאין אלו עיקר הטעם אלא שחכמינו ז״ל בעוצ׳ בינתם וחכמתם בחכמת התכונה ראו לתקן מהלך השוה עם מהלך האמתי כמו שאמרנו ומפני הטעמי׳ הללו תקנו אותו בימי הללו ולא בימים אחרים אבל לא שיהיו הטעמים הללו עיקר טעמי הדחיה חלילה לקדושי עליונ׳ לעשות זאת וכו׳ ׃

Et in diebus ד״ן id eſt *fer. 4. & 6. non figunt* (Neomeniam) *quòd ſi ita feciſſent veniret dies expiationum fer. 6. aut die Dominico* (nam dies expiationum celebratur die 10. menſis *Tiſcrì* & ſi Neomenia ingrederetur feriam 4. dies expiationum incideret feria 6, & ſi ingrederetur fer. 6. dies expiationum incideret die Dominico) *& ſic eſſent duo Sabbatha ſimul vnita, & ſi quis moreretur in eis, mortuus ſepeliri*

Neomeniam die qua incidit, ſed tranſferunt ad diem poſt ipſam, aut etiam alteram poſt ipſam, ſecundùm quod expoſuimus.

Sed ſi interrogaueris, Cur non figant Neomeniam menſis *Tiſcri* in diebus huius ſymboli אד״ו *Addò* ſcilicet fer. 1. 4. & 6.?

Reſpondent, Quia in his diebus coniungitur Luna cum Sole motu medio, non autem motu vero, aut in loco vero; ideò faciunt *diem fixum*, & *diem impellentem*. Vt cùm occurreret in die Synodi veræ, feria 3. figunt: Fer. 4. impellunt. Fer. 5. figunt. Fer. 6. impellunt. Sabbatho figunt. Prima Sabbathi die Dominico impellunt. Fer. 2. figunt.

Fundamentum verò eorum dierum, qui impellunt, eſt idem: nam iſte numerus eſt veluti iter quoddam medium; & huius rei probatio eſt, quòd cùm Neomenia occurrit in nocte fer. 3. & impellit ad feriam 5. aliquoties non conſpicietur Luna in nocte fer. 5. vel etiam in nocte fer. 6. Et hoc ideò euenit, quia non coniuncta fuerunt luminaria Synodo vera, niſi tantùm fer. 5. Aliam huiuſcemodi rei rationem reddit Auctor ר״ח לבוש התכלת *Leuùſc Hathecbèleth Roſc chòdeſc Tract. de Neomenia* pag. 149. editionis Pragenſis in fol. & eſt

אין קובעין ר״ח ביום אד״ו ר״ל ביום א׳ אין קובעין ר״ח כדי שלא יבא יום הושענא רבה ביום השבת שאין חובטין ההושענות בשבת שהוא אסור דאורייתא והחביטה אינה אלא מנהג ואינה דוחה שבת וכו׳ ׃

Non figunt Neomeniam in אד״ו

Annus *communis* Lunaris constat secundùm Hebræos, vt suprà iam diximus, diebus 354. horis 8. *Chelakim punctis* 876.

Annus verò *Embolismicus*, seù *Intercalaris* constat diebus 383. horis 21. *Chelakim punctis* 589. Huius anni necessitas exigitur, ne festa fixa mensibus Lunaribus transcurrant per totum anni circulum, & quod celebrandum erat vere primo, vti Pascha, celebraretur æstate, autũno, & hyeme.

Anni itaque Lunares per embolismum corriguntur, & quodammodo fiunt Solares: nam cùm annus Solaris ex antiqua Iudæorum nonnullorũ sententia constet diebus 365. & horis 6. completis, secundùm hanc sententiam euadet annus Solaris maior Lunari diebus 10. horis 21. *Chelakìm punctis* 204. Hi autem 10. dies, horæ 21. & *Chelak. puncta* 204. ascendent in tertio anno ad dies 32. horas 15. & *Chelakim puncta* 612. Quare necesse erit intercalare vnum mensem communem, seù plenum 30. dierum, & constituere annum embolismicum 13. mensium, & quod residuum manet in *diebus*, *horis*, & *Chelakim punctis*, hoc est dies 2. horas 15. *Chelakim puncta* 612. vocamus *Epactas*: nam *Epacta nihil aliud est, quàm residuum dierum, horarũ, & Chelakim punctorum, seù minutorum, quod remanet ex anno embolismico, seù intercalari, & reseruatur ad sequentem annum*. Ε'μβολιμαῖος autem, seù annus 13. mensium ita vocatur, quia transitum habet, seù transcensum, eò quòd transcendat annum communem vno Lunari mense; men-

non posset, cùm sit hoc prohibitum in Sabbatho etiam per manus gentilium, & sic fæteret. Item ne putrescerent olera, quæ iam pro cibo collecta sunt, nec coqui possunt in his diebus festiuis. Neque mireris, si istæ sint debiles rationes impellendi intercalationem dierum ר״ה *Rosc hascianà Initij anni, diei expiationum, & Tabernaculorum, qui sunt à Lege; quoniam iam ostendi, quòd ista non sunt fundamentum rationis: sed quia sapientes nostri b. m. in robore intelligentiæ & sapientiæ, quam habuerunt in scientia Astronomiea, viderunt motum medium, & motum verum, eumque his rationibus, sicut diximus; diebus prædictis aptarunt, & non alijs: non verò quòd huiusmodi rationes sint fundamentum, propter quod impellantur hi dies, & ad alios transferantur; absit hoc à sanctitatibus supremis, &c.* Nota ex his huiusmodi dierum translationes esse adinuentum Rabbinorum, & non à Lege præceptas.

De Anno Lunari communi, & embolismico; deque Cyclo decennouennali.

§. TERTIVS.

Annus Lunaris duplex est; alius dicitur פשוטה *Pesciuttà Expansus, simplex*, quem nos *communem* vocabimus; alius vocatur מעוברת *Meubbèreth Grauidus, prægnans, plenus*, quem nos vocabimus cum priscis Astronomiç Doctoribus *Embolismicum, & Intercalarem*.

פשוטה פשוטה מעוברת : פשוטה פשוטה מעוברת ׃ פשוטה מעוברת ׃ פשוטה פשוטה מעוברת פשוטה פשוטה מעוברת ׃ פשוטה פשוטה מעוברת ׃ פשוטה מעוברת ׃

Sed Latinè faciliùs huiusmodi Canon statuetur, si de Embolismis dicatur: *Ter, ter, bis, ter, ter, ter, bis.* Quasi diceres, annus tertius 6. 8. 11. 14. 17. & 19. sunt *Embolismales*; reliqui 12. id est 1. 2. 4. 5. 7. 9. 10. 12. 13. 15. 16. & 18. sunt *Communes*. Si enim hos annos tam Embolismales, quàm Communes in vnam summam collegeris, inuenies 19. annos ex annis Solis. Si enim annus Solis statuatur, vt dictum est, dierum 365. & horarum 6. in num. 19. annorum non relinquitur nisi tantùm vna hora, & *Chelakim puncta* 485. teste Ægyptio in *Kiddùsc hachòdesc* cap. 6. num. 10.

Cæterùm, si residuum anni Communis ד״ח תה״ע hoc est dies 4. horas 8. *Chelakim puncta* 876. multiplicaueris per 12. annos Communes, comprehensos in Cyclo decennouennali; & idem feceris cum residuo anni Embolismici הכ״א תקפ״ט id est diebus 5. horis 21. & *Chelak. punctis* 589. & simul collegeris reducendo *Chelakim puncta* ad horas, & horas ad dies, quas diuides per 7. dies hebdomadæ, inuenies dies 2. horas 16. & *Chelakim puncta* 595. quorum symbolum est ב״יו תקצ״ה. Istud est residuum Cycli decennouennalis. Quod si experiri cupias, an hoc sit verum,

mensis autem decimus tertius, quia inseritur anno duodecim mensium, dat denominationem eidem anno, qui & embolismicus, & Intercalaris appellatur. *Dies* autem *epactales* cum *horis*, & *Chelakim punctis* superfluentes reseruantur, quousq; per insequentes annos ita excrescant, vt ex ijs alius annus embolismicus fieri possit; annus enim vltra menses nihil recipere potest, non *dies*, non *horas*, non *puncta*, non *momenta* aliqua; annus siquidem mensibus componitur, menses diebus, dies horis, horæ punctis, puncta momentis. Et hoc est, quod innuere voluit Scriptura Exod. 12. 2.

החדש הזה לכם ראש חדשים ראשון הוא לכם לחדשי השנה ׃

Mensis iste vobis initium mensium, primus erit vobis in mensibus anni. Quasi diceret: Menses in anno numerabitis non dies. Hinc igitur est, quòd residuum post annum intercalarem reseruatur, adeò vt intra 19. annos septem anni intercalares fiant, quibus completis, omnes Lunationes ad eandem horam redeunt, in qua priùs fuerant.

Spatium itaque intra 19. annos comprehensum vocatur Cyclus decennouennalis. Hunc Hebræi מחזור *Machazòr* appellant, & in eo constituunt septem annos *embolismicos*, & duodecim *communes*. *Embolismum* faciunt annum *tertium*, *sextum*, *octauum*, *Vndecimum*, *decimum quartum*, *decimum septimum*, & *decimum nonum*; quorum symbolum est גו״ח י״א י״ד י״ז י״ט vnde solent Hebræi dicere:

Cùm autem sciueris principium Cycli, si ei addideris symbolum ב״ין תקצ״ג dies 2. horæ 16. *Chelakim puncta* 593. residuum Cycli decennouennalis, producetur initium Cycli sequentis; & si huic iterum addas idem symbolum, inuenies principium Cycli subsequentis, & sic in infinitum.

Volunt autem Hebræi cum Ægyptio in *Kiddùsc hachòdesc* cap. 6. num. 13. quòd מולד *Molàd* initium primi Cycli, siuè primum Nouilunium post creationem Luminariũ factum sit fer. 2. hora 5. Noctis, *Chelak. punct.* 204. quorum symbolum est ב״ה ר״ד.

Nota, ex eodem, quòd *Molàd* seù initium anni, est etiam *Molàd Nouilunium* eiusdem mensis *Tiscrì*; vnde primus dies siuè Neomenia *Tiscri*, est annus nouus. His diligenter prænotatis -

Eundem annum nouum poteris inuenire hoc pacto:

Dato quocunque anno, illius ingressum adinuenire, seù quod idem est: Neomeniæ mensis תשרי *Tiscrì cuiusque anni oblati designare diem, horam, & Chelakim puncta.*

Primò recolendum est, quod suprà diximus pagina 404. colum. 2. quòd annus Lunaris cōmunis sit dierum 354. horarum 8. *Chelakim punctor.* 876. & annus Lunaris embolismicus dierum 383. hor. 21. *Chelakim punctorum* 589. Annus verò Solaris secundùm veriorem sententiam

rum, ita operaberis.

D.	H.	*Chelakim puncta*
4.	8.	876. residuum anni communis.

Multiplica per 12. ānnos communes extractos ex Cyclo decennouennali, fit -

D.	H.	*Chelakim puncta*
48.	96.	10512.
52.	9.	792.

Reduc *Chelakim puncta* ad horas diuidendo per 1080. erunt horæ 9. & *Chelakim puncta* 792. Adde 9. horis horas 96. fiet summa horarum 105. Reduc ad dies diuidendo per 24. erunt dies 4. & horæ 9. Hos 4. dies adde diebus 48. fit numerus 52. dierum, vt suprà infra lineam notatum est.

Eodem modo operandum in 7. annos embolismicos Cycli decennouennalis. Residuum anni embolismici est ה״כ״א תקפט dies 5. horæ 21. *Chelakim puncta* 589. multiplica per 7.

D.	H.	*Chelakim puncta*
5.	21.	589.
		7.
35.	147.	4123. inuenies
41.	6.	883.
Adde		
52.	9.	792. productum ex duodecim annis communibus. Fit
93.	15.	1675. Diuide
7. adde 1.		1080. Subtrahe
D.	H.	*Chelakim puncta*
Residuum		
2.	16.	595.

kim puncta 883.

Item multiplicabimus horas 21. per 7. erunt horæ 147. adde horas 3. suprà habitas à *Chelak. punctis* 4123. erunt horæ 150. reduc ad dies diuidendo per 24. horas, fiunt dies 6. & horæ 6.

Subinde multiplica dies 383. per 7. fiet summa dierum 2681. qui cum 6. diebus suprà seruatis, horis, & *Chelakim punctis*, habebimus summam dierum 2687. hor. 6. *Chelakim punctorum* 883. Hanc summam adde summæ suprà seruatæ ex annis 12. communibus, quæ est dierum 4252. *Chelakim punctorum* 9. horarum 792. fiet summa dierum 6939. horarum 16. *Chelakim punctorum* 595.

Et hæc est summa dierum, horarum, & *Chelakim punctorum*, quæ continentur in Cyclo decennouennali annorum Lunæ, tam communium, quàm embolismicorum simul.

Modò videndum est, an in eodem Cyclo, nouendecim anni Solares eodem modo includantur.

Annus Solaris secundùm veriorem sententiam, quæ est Ràu Adæ, & approbatur ab Ægyptio Tract. *Kiddusc hacbòdesc*, c. 10. n. 6. est dierum 365. horarum 5. *Chelakim punctorum* 997. momentorum 48. Hæc omnia multiplicanda sunt per Cyclum decennouennalem, id est per 19. & summa omnium colligenda, quæ conformis esse debet superiori Lunari dierum 6939. horarum 16. *Chelakim punctorum* 595.

Multiplica primò momenta 48. per

Ràu Adæ, quam nos sequemur, constet diebus 365. horis 5. *Chelakim punctis* 997. momentis 48.

Secundò notandum, quòd in fine Cycli decennouennalis motus Lunæ æquatur motui Solis, & anni in Cycli fine Lunares, quodammodo fiunt Solares. Hoc sequenti calculi apparatu manifestabitur.

Abstrahantur 12. anni communes Lunares in Cyclo decennouennali, quorum vnius anni periodus est dierum 354. horarum 8. *Chelakim punctorum* 876.

Multiplicentur *Chelakim puncta* 876. per 12. annos communes extractos à Cyclo decennouennali, fient *Chelakim puncta* 10512. Reduc ad horas, erunt horæ 9. *Chelakim puncta* 792.

Postea multiplicentur horæ 8. per 12. fiunt horę 96. reduc ad dies, fiunt dies 4.

Deinde multiplica dies 354. per 12. erunt 4248. adde dies 4. suprà ex 96. horis conflatos fient dies 4252.

Adde omnia simul, erunt dies 4252. horæ 9. *Chelakim puncta* 792.

Iterum abstrahantur à Cyclo decennouennali 7. anni embolismales in eo inclusi, & eodem modo, quo suprà, operabimur.

Et quia annus embolismicus Lunæ est dierum 383. horarum 21. *Chelakim punctorum* 589. primò multiplicabimus *Chelakim puncta* 589. per 7. & fiet summa *Chelakim punctorum* 4123. reduc ad horas diuidendo per 1080. erunt horæ 3. *Chela-*

Neomeniam voluerimus ſcire, videlicet, qua die hebdomadæ, qua hora, & quibus *Chelakim punctis* Luna Soli coniungatur, hoc pacto agendum eſt.

Principiò inueniendus eſt annus Cycli currentis, hoc eſt, numerus annorum Cycli, qui hoc anno decurrit. Hunc habebimus ſi numerum annorum mundi diuiſerimus per 19. numerus enim, qui poſt abſolutam diuiſionem relinquitur, erit numerus Cycli anni currentis. Quòd ſi nihil relinquatur, ipſe numerus 19. erit Cyclus anni propoſiti. Sic quia quærimus hoc anno à creatione mundi 5437. quis Cycli numerus decurrat, diuidemus 5437. per 19. & inueniemus ſu. perfluere 3. Vnde dicemus hoc anno ex Cyclo decennouennali tertium annum currere. Numerus verò, qui in *quotiente* reperitur; indicat numerum Cyclorum, qui iam à creatione mundi vſque ad præſentem Cyclum tranſierunt, & quia in *quotiente* habemus 286. ideò dicemus tot Cyclos perfectos hactenus à creatione mundi fluxiſſe, & hoc anno fluere tertium annum Cycli 287. Duo igitur anni cõmunes iam tranſierunt de hoc præſenti Cyclo 287. de quibus ſumenda eſt proportio, quæ eis in motu conuenit ratione 286. Cyclorum. Vnde multiplicanda ſunt *Chelakim puncta* 595. iam vltimo notata per numerum Cyclorum perfectorum 286. & fiet ſumma *Chelak. punctorum* 170170. hæ enim ſunt horæ 157. & *Chelakim puncta* 610.

Idem faciendum cum horis 16. multiplica 286. per 16. habebis horas per 19. fit 912. reduc ad *Chelakim puncta* diuidendo per 76. quia 76. momenta faciunt vnum *punctum*; erunt *puncta* 12.

Secundò multiplica *Chelakim puncta* 997. per 19. erunt *Chelakim* 18943. adde puncta 12. ſuprà relicta, erunt *Chelak. puncta* 18955. reduc ad horas, fient horæ 17. *Chelakim puncta* 595.

Poſtea multiplica horas 5. per 19. fit ſumma horarum 95. adde horas 17. ſuprà relictas fit 112. reduc ad dies, ſunt dies 4. horæ 16.

Tandem multiplica dies 365. per 19. erunt dies 6935. adde dies 4. horas 16. & *Chelak. puncta* 595. ſuprà relicta, fiet ſumma dier. 6939. horarum 16. *Chelakim punctorum* 595. vt ſuprà factum eſt in computo Cycli Lunaris.

Vnde euidenter patet Cyclum Lunarem nouemdecim annorum adamuſſim æquari anni Solaris motui 19. annorum.

Hunc autem numerum dierum 6939. reducere debes ad hebdomadas diuidendo illum per 7. erunt itaque hebdomadæ 991. & dies 2. horæ 16. *Chelakim puncta* 595.

His itaque ſuppoſitis: Si voluerimus inquirere Neomeniam menſis *Tiſcri*, ſiuè principium anni noui cuiuſlibet anni propoſiti, ſeruanda ſunt ea, quæ modò dicemus.

Detur per exemplum annus Domini 1676. qui ex parte correſpondet an. mundi ſecundùm Hebræos 5437. & incipit Nouilunio menſis *Tiſcri Septembris*. Si illius ingreſſum, &

Nouilunium menſis

3. 4. 406. *Tiſcrì* an. 1676.

Itaque hoc anno 1676. Nouilunium menſis Septembris erit fer. 3. hora 4. noctis *Chelakim punctis* 406.

Hic calculus Hebraicus optimè congruit cum eo, quem nobis aſſignat Argolus in ſuis Ephemeridibus. Nouilunium ſiquidem anno 1676. de menſe Septembri ponit fer. 2. & ad diem 7. horam 10. minuta 32. P. M. Meridies enim 7. Septembris 1676. habet horas Italicas 17. minuta 39. adde horas 10. minuta 32. incidet Nouilunium in horam 4. minuta 11. noctis ſequentis, hoc eſt feriæ 3. Calculus autem Hebraicus ſuperat Aſtronomicũ Argoli minutis 11. nam *Chelakim puncta* 406. correſpondent 22. minutis, & $\frac{88}{199}$ vnius minuti Mathematici.

Si autem volueris ſcire Nouilunium ſequentis menſis Octobris, ſeù *Marcheſcuàn*, adde Nouilunio menſis *Tiſcrì* reperto ſymbolũ איב תשצג id eſt diem 1. horas 12. *Chelakim puncta* 793 vt ſuprà docuimus pag. 399. & habebis Nouilunium ſubſequentis menſis, vt -

N.	H.	*Chelakim puncta*
3.	4.	406.
1.	12.	793. Adde
4.	17.	119. Nouilunium menſis Octobris.

Quæres, Quomodo cognoſcendum ſit, quo die menſis Latinorũ fiat coniunctio Luminarium? nam ex Hebræorum calculis didicimus, quo die heb-

ras 4576. cum horis 157. ſuprà ſepoſitis, fient horæ 4733. Iſti ſunt dies 197. & horæ 5.

Et cum diebus 2. idem facito 286. per 2. ſunt dies 572. & cùm ſuprà diebus 197. ſepoſitis, fit numerus dierum 769. Hæc omnia collige ſimul, & habebis dies 769. horas 5. *Chelakim puncta* 610. Hos dies 769. conuerte in hebdomadas, erunt hebdomadæ 109. & dies 6. horæ 5. *Chelakim puncta* 610.

Remanent 2. an. communes tranſacti ex labente cyclo 287.

Annus enim communis Lunaris eſt dierum 354. horarum 8. *Chelak. punctorum* 876. ſiuè hebdomadarum 50. dierum 4. horarum 8. & *Chelakim punctorum* 876. replicata pro iſtis duobus annis, ſunt hebdomadæ 101. dies 1. horæ 17. *Chelakim puncta* 672. Omnia ſimul -

D.	H.	*Chelakim puncta*
6.	5.	610. Adde
1.	17.	672.
7.	22.	1282.
	1.	1080. Subtrahe
Fit 7.	23.	202.

Hæc ſunt addenda diebus, horis, & punctis, quibus primum Nouilunium in creatione mundi incidit; nempè vt ſuprà notatum eſt celebratum fuit fer. 2. hora 5. *Chelakim punctis* 204. Noctis. Adde itaque

D.	H.	*Chelakim puncta*
7.	23.	202.
2.	5.	204.
10.	28.	406.
7.	24.	Subtrahe

rant. Ideoque vocatur etiam Cyclus decennouennalis. Hunc inuenies hoc modo.

Anno Domini dato adde vnitatem (quia anno ante Christi Natiuitatem Cyclus erat 1.) Diuide per 19. quod supererit, seù quod ex diuisione relinquetur, erit numerus Cycli anni propositi. Quòd si nihil relinquatur, ipse numerus 19. erit Cyclus Lunaris.

Exemplum.

Detur annus Domini 1676. de quo quæro Cyclum Lunarem, addo vnitatem, fit annus 1677. diuido per 19. habeo in *quotiente* 88. numerum Cyclorum decennouennalium, qui transierunt ab anno primo Domini, vsque ad annum præsentem 1676. & insuper supersunt an. 5. Cycli 89. modò decurrentis, qui numerus indicatur à residuo in hac annorũ 1677. diuisione relicto. Itaque anno proposito 1676. Cyclus Lunaris erit 5.

Hunc Cyclum vocauerunt etiam Cyclum aurei numeri, quia hic numerus 19. vnitatum veluti aurum excellebat super omnes alios numeros, quoniam per ipsum miro quodam artificio, Nouilunia, & festa mobilia, & Epactæ, perpetuò inueniebantur. Quomodo autem Epacta ex aureo numero, seù Cyclo Lunari adinueniri possit, mox dicam.

Epacta Latinorum quomodo inueniatur?

Epacta nihil aliud est, quàm numerus

hebdomadæ ingrediatur mensis *Tisri*, sed quo die Septembris ingrediatur, nequaquam scimus; mensis siquidem *Tisri* non correspondet Septembri ex integro.

Resp. Luminarium coniunctionem nos alia faciliori via cognoscere non posse; & quo die mensis ex mensibus nostris id accidat ostendere, quã media epacta nostra. Et quomodo fiet? Epactæ nostrę currenti per annũ datum addendus est numerus Calendarum à Martio incipientium vsque ad mensem, de quo Nouilunium quæritur, & si 30. excesserit, subtrahendus est à 30. Numerus, qui relinquitur indicabit, quo die mensis dati erit Nouilunium. Quòd si huiusmodi numerus non attigerit 30. vnitates; quæ deficiunt vsque ad 30. indicabunt diem mensis, quo Nouilunium fiet: vt v. g. si deficiant 8. octaua die mensis Septembris erit Nouilunium. Et hæc regula valet in omnibus mensibus anni. Epactam autem habebis ex Cyclo nostro Lunari, quem hoc modo inuenies.

Cyclum Lunarem dati anni ab æra Christi secundùm Ecclesiasticum computum adinuenire.

De Cyclo Lunari iam diximus, eum esse reuolutionem 19. annorum Lunarium communium & embolismicorum simul vnitorum, post quos Lunæ cursus æquatur cursui 19. annorum Solis; & Nouilunia ad eosdem dies reuertuntur, in quibus priùs fue-

præsentis anni 1676.

Huic Epactæ 15. anni 1676. adde numerum Calendarum, exordio facto à Martio vsque ad mensem Septembris, de quo quærimus Nouilunium, vnicuique mensi monadem tribuendo. A Martio vsque ad Septembrem erunt Calendæ 7. adde Epactæ 15. fit numerus 22. subtrahe à 30. remanent 8. Igitur octaua die mensis Septembris fiet Nouilunium hora 4. *Chelakim punctis* 406. noctis antecedentis; seù minutis Actronomicis 22. & $\frac{600}{1080}$ vnius minuti.

Mensis *Tiscri* Neomenia firmata, omnes alias Hebræorum festiuitates, & Temporaria Ieiunia habebimus: nam die 10. *Tiscri* erit dies expiationum; die 15. festum Tabernaculorũ. Mensis כסליו *Chislèu* Nouembris die 25. sunt חנוכה *Chanuccà Encenia*. Mensis ניסן *Nisàn Martij* die 14. *festum azymorum*. 15. *Pascha*. Et sic de reliquis, vt videbimus in Calendario Hebræorum, quod in hac dissertatione exhibebimus. Nunc de mensibus ad maiorem illorum intelligentiam tam de cauis, quàm de plenis prosequemur dissertationem.

De Mensibus cauis & plenis.

§. QVARTVS.

SVprà ad paginam 376. indicauimus annum Lunarem constare 12. mensibus, quorum alios esse cauos, & alios plenos, eosque alternatim per annum disposuimus, ita vt primus esset plenus, secundus cauus, & sic

merus dierum, quibus annus Solaris communem Lunarem superat. In computo Ecclesiastico, & in Politico seù ciuili non attenditur ad minutias, & fractiones dierum, sed tantùm ad dies integros. Annum Solarem constituunt diebus integris 365. & Lunarem communem diebus 354. reiectis horis & minutis superfluentibus. Hinc inuenitur, annum Solarem superare Lunarem diebus vndecim, & hæc superatio dicitur Epacta, vti si sequentis anni Epacta 11. dierum priori superaddatur, euadet Epacta 22. & tertij anni erit Epacta 33. Tribus igitur annis Sol motu suo superat Lunã cursu suo mense integro, & insuper 3. diebus, qui reseruantur pro Epacta quarti anni, cui addendi sunt 11. & quotiescunque 30. numerum Epacta transcenderit, reiectis 30. pro anno embolismali 13. lunationum, reliquus numerus superfluus pro Epacta futuri anni retinendus est.

Si autem dati anni Epactam volueris inuenire, tam ante correctionem, quàm post correctionem Calendarij, duc Cyclum decennouennalem anni propositi per 11. & productum diuide per 30. Numerus, qui absoluta diuisione relinquitur, erit Epacta ante correctionem: quòd si ab eo subtraxeris 10. habebis Epactam anni propositi post correctionem.

Exemplum.

Sit datus annus 1676. cuius Cyclus est 5. duc in 11. fit 55. diuide per 30. residuum erit 25. Epacta ante correctionem Calendarij. Aufer 10. remanent 15. pro Epacta

Phasin vel *cauum*, vel *plenum* mensem constituebant: nam sub exitum mensis cuiuslibet, à Phasi Lunari, hoc est à visione primæ Lunæ corniculatæ in Occidentali horizontis plaga, vespere quàm diligentissimè obseruata, mensem inchoare solebant, hac ratione. Si Phasis 29. die elapsi mensis apparebat, statim solemni illa acclamatione מקודש מקודש *Sãctificata est, sanctificata est*, ריש חדש *Rosc chòdesc Neomeniam* sanctificabant, populo qui astabat eadem succlamante; & elapsum mensem *cauum* fuisse declarabant, facto initio sequentis mensis ab hac Phasi, quem & *plenum*, siuè 30. dierum faciebant. Si autem post Luminarium Synodum ob aëris nubilum, aut imbres, aliasue ob causas Lunæ Phasis conspici non poterat, tunc præteritos menses *plenos* faciebant; futuros verò, integrum eis erat vsuque receptum, pro arbitrio, tam *cauos* facere, quàm *plenos*, eosque siuè continuos, siuè alternos: ex antiqua autem consuetudine, & à maiorum recepta traditione, *non pauciores quàm quatuor menses plenos in anno* (communi) *nec plures quàm octo*, interponere solebant; de qua consuetudine extat decretum in *Miscnà* Cod. ערכין *Arachin* cap. 2. num. 2.

אין פוחתין מארבע חדשים המעוברים בשנה ולא נראה יתר ח׳.

Quod tantundem sonat. Cùm autem Phasis non apparebat, aut quotiescunque mensem *plenum* faciebant, Neomeniam insequentem nunquam sanctificabant. Postquam verò ab Hil-

& sic de reliquis vsque ad finem anni. Plenis mensibus assignauimus 30. dies, cauis 29. Sed quia mensis Lunaris transcendit 29. diebus aliquibus horis & minutijs, nec tamen attingit diem 30. non enim possumus dicere, mensem hunc constare diebus 29. & tot horis, totque minutis, cùm mensem numeremus diebus, non horis: ideò horas & minutias alias prætermittimus, & vni mensi damus 29. dies, & alteri sequenti tribuimus 30. Si autem mensis Lunaris constaret tantùm 29. diebus & 12. horis, essent omnes menses anni sex caui, & sex pleni, & annus Lunaris constaret tantùm 354. diebus: sed quia mensi Lunari præter 29. dies & 12. horas, supersunt etiam quædam particulæ seu puncta numero 793. (nam mensis Lunaris communis, vt sæpiùs dictum est constat 29. diebus, horis 12. & *Chelakim punctis* 793.) hinc fit, quòd non solùm aliqui ex his mensibus excrescant vsque ad diem integrum, sed ex huiusmodi redundantia horarum & particularum in pluribus mensibus adeò augmententur, vt in aliquibus annis plures inueniantur menses pleni, quàm caui.

Antiquitùs, quando Astronomicus calculus in disponendis mensibus *cauis* & *plenis* non erat in vsu, neque eos aliqua Cycli ratione, aut præscripto stabili firmabant; plures, aut pauciores in anno decernere menses *cauos*, aut *plenos*, in arbitrio & voluntate trium ad minimum, aut septem ad summum, Magni Synedrij Iudicum, positum erat. Hi secundùm Lunæ

varij, id est *Marchescuàn cauus*, & *Chislèu plenus*. Annorum autem, quorum *Marchescuàn* & *Chislèu* ambo sunt *pleni*, vocantur menses illorum, menses שלמים *Scelamìm perfecti*: & quando ambo sunt *caui*, vocantur חסרים *Chaserìm defectiui*; & quando varij, hoc est *Marchescuàn cauus*, & *Chislèu plenus*, vocantur illius anni menses כסדרן *Chesederàn secundùm ordinem* ipsorum, scilicet alternatiuè alter mensis est *cauus*, & alter *plenus*, incipiendo à *Tiscrì pleno* vsq; ad *Elùl cauum*.

Sed dices, Quomodo cognoscendi sunt huiusmodi menses מרחשון *Marchescuàn*, & כסליו *Chislèu* sintne *pleni*, an *caui*, vel eorum alter sit *cauus*, & alter *plenus*?

Respondeo, R. Moses Bar Maijmonis in suo Tract. קדוש החודש *Kiddùsc hachòdesc* cap. 8. num. 7. assignat regulam facillimam huius rei cognoscendæ, docetq; quòd debeamus accipere diem ingressus anni propositi, & diem ingressus anni sequentis per regulam suprà traditam pag. 400. & numerare dies, quæ inter vtriusque anni principium intercedunt, excluso vtriusque anni die ingressus. Quòd si inter vtrumque anni principium intercedant 2. dies, erunt menses anni insequentis חסרים *Chaserìm defectiui*, & consequenter menses *Marchescuàn* & *Chislèu* erunt *caui* ambo.

Si

Hillele Cyclus decennouennalis traditus est Iudæis, cæperunt, regula quadam certa, intercalare menses: & quibusdam ex eis 30. dierum numerum attribuere, cauosque & *plenos* menses ordinare, vt infra.

Ordo Mensium plenorum & cauorum, seù perfectorum, & deficientium.

Mensis תשרי *Tiscrì* semper est *plenus*, & טבת *Teuèth* semper est *cauus*; & à *Teuèth* & deinceps, alter est *plenus*, & alter est *cauus*, vt

4 טבת *Teuèth cauus*.
5 שבת *Sceuàth plenus*.
6 אדר *Adàr cauus*.
7 ניסן *Nisàn plenus*.
8 אייר *Iiàr cauus*.
9 סיון *Siuàn plenus*.
10 תמוז *Tamùz cauus*.
11 אב *Ab plenus*.
12 אלול *Elùl cauus*.

Et in anno embolismali אדר ראשון *Adàr Risciòn Adàr primus plenus*, & אדר שני *Adàr scenì Adàr secundus cauus*.

Superstunt duo menses, nempè מרחשון וכסליו *Marchescuàn & Chislèu*, qui aliquando ambo sunt *pleni*, aliquando *caui*, & aliquando

שלמים *Scelamim perfecti*, id est *Marchescuàn* & *Chislèu* erunt *pleni*.

Si verò initium anni communis sit in Sabbatho, & initium anni sequentis sit fer. 3. inter vtrumque intercedent 2. dies, scilicet dies Dominicus, & fer. 2. Ideò dicemus menses illius subsequentis an. esse menses חסרי׳ *defectiuos*, videlicet vtrumque mensem *Marchescuàn* & *Chislèu* esse *cauos*. Et idem exemplum applicari potest in anno embolismico.

I. Si annus tam communis, quàm embolismicus incipiat feria 3. eius menses semper erunt secundùm suum ordinem.

II. Si vterque annus tam communis, quàm embolismicus ingrediatur die Sabbathi, aut fer. 2. nunquam eius menses poterunt esse secundùm suum ordinem.

III. Si autem annus communis ingrediatur fer. 5. *Marchescuàn*, nunquam erit *cauus*. Si verò erit *embolismicus*, nunquam illius menses *Marchescuàn* & *Chislèu* erunt כסדרן *secundùm eorum ordinem*. Sed hæ regulæ à R. Mose Ægyptio traditæ non videntur correspondere perpetuò cum Calendarijs Hebræorum, quæ annuatim prostant.

Quo verò die ingrediatur annus ciuilis, seù Neomenia mensis septembris; & an subsequentes menses *Marchescuàn* & *Chislèu* sint *caui*, vel *pleni*, vel כסדרן *Chesedràn secundùm illorum ordinem*, ostenditur in sequenti Tabula perpetua.

Ta-

Si intercedant 3. dies, erunt *secundùm illorum ordinem*, id est *Marchescuàn cauus*, & *Chislèu plenus*. Si 4. dies inter vtrumque numerabuntur, erunt menses anni illius שלמים *Scelamìm perfecti*, hoc est vterque mensis tam *Marchescuàn*, quàm *Chislèu* erit *plenus*. Et hoc intelligitur in annis פשוטות *Pesciuttòth simplicibus*, seù *communibus*.

In annis verò מעוברות *Meuberòth embolismicis*, hanc ex eodem Bar Maijmonis obseruabis regulam. Si inter diem, quo figitur annus præsens communis, & inter diem, quo figitur annus sequens embolismicus, intercedant 4. dies, erunt menses illius anni embolismici *caui*. Quòd si intercedant 5. dies, erunt secundùm *illorum ordinem*. Si verò inter eos deprehendantur 6. dies, menses illius anni embolismici erunt *perfecti*.

Exempli gratia.

Si sit initium anni communis fer. 5. & initium anni sequentis fer. 2. inueniemus inter eos 3. dies, nempè feriam 6. Sabbathum, & diem Dominicum, ideò pronunciabimus subsequentẽ annũ habere menses כסדרן *secundùm ipsorum ordinem*, hoc est primum *cauum*, secundum *plenum*, & sic procedendo alternatim vsque ad duodecimum mensem.

Quòd si initium anni communis sit fer. 5. & initium anni sequentis sit fer. 3. inter vtrumque intercedent 4. dies; ideò menses illius anni erunt

...os communes & intercalares; diem ingressus anni noui;
...bissèu, & feriam Paschæ.

ההורים חלילה ומתחילים ממחזור רפ״א שהוא שנת ש״כא לאלף השישי ליצירה ובאס...

מ״	פ״	פ״	מ״	פ״	מ״	פ״
שכ״ג	שכ״ד	שכ״ה	שכ״ו	שכ״ז	שכ״ח	ש...
בח״ה	זש״ג	הכ״ז	בח״ה	זש״ג	הש״ג	הכ...
שמ״ב	שמ״ג	שמ״ד	שמ״ה	שמ״ו	שמ״ז	שמ...
בח״א	גכ״ה	זש״ג	הח״א	גכ״ה	זש״ה	זש...
שס״א	שס״ב	שס״ג	שס״ד	שס״ה	שס״ו	שס...
זח״ג	הש״א	גכ״ה	זש״ה	זח״א	גכ״ז	בש...
שפ״	שפ״א	שפ״ב	שפ״ג	שפ״ד	שפ״ה	שפ...
בש״ז	בח״ג	הש״א	גכ״ז	בש״ה	זח״ג	הכ...
שצ״ט	ת״	ת״א	ת״ב	ת״ג	ת״ד	ת...
הש״ג	חכ״ז	כח״ג	הש״ג	הכ״ז	בח״ה	זש...
תי״ח	תי״ט	תכ״	תכ״א	תכ״ב	תכ״ג	תכ...
זש״ה	זש״ג	הכ״ז	בח״א	זש״ג	הח״א	גכ...
תל״ז	תל״ח	תל״ט	תמ״	תמ״א	תמ״ב	תמ...
גכ״ז	בש״ה	זש״ג	הח״א	גכ״ה	זש״ה	זח...
תנ״ו	תנ״ז	תנ״ח	תנ״ט	תס״	תס״א	תס...
זח״ג	הכ״ז	בש״ה	זח״ג	הש״א	גכ״ז	בש...
תע״ה	תע״ו	תע״ז	תע״ח	תע״ט	תפ״	תפ...
בח״ה	זש״ג	הכ״ז	הש״ז	בח״ג	הש״ג	הכ...
תצ״ד	תצ״ה	תצ״ו	תצ״ז	תצ״ח	תצ״ט	תק...
הח״א	גכ״ה	זש״ג	הש״ג	הכ״ז	בח״ה	זש...

4
...dùm
...àn
dies
...runt
cela-
...enſis
...u erit
...nnis
..., ſeù
...leuu-
dem
...lam.
præ-
, quo
...icus,
illius
ſi in-
...ùm il-
...os de-
illius
...is fer.
2. in-
...pè fe-
...mini-
ſubſe-
כסרו
eſt pri-
...m, &
...ue ad
...munis
...ntis ſit
...lent 4.
...i erunt

abula perpetua decennouennalis Cycli Lunaris ostendens 13. Cyclis
mensium Marchescuàn

יע לכוף המהזור בר״צג תחזור לראש ותעשה מר״פא ר׳צר ומר״פב ר״צה וכן כלם והוורים חלילה לעול

פ״	מ״	פ״	פ״	מ״	פ״	פ״	מ״
של	שלא	שלב	שלג	שלד	שלה	שלו	שלז
בחג	השג	הכז	בשה	זשה	הכז	בשה	זחג
שמט	שן	שנא	שנב	שנג	שנד	שנה	שנו
הכז	בחה	זשג	הכז	בשז	בחג	הכז	בשז
שסח	שסט	שע	שעא	שעב	שעג	שעד	שעה
זשג	החא	גכה	זשג	השג	הכז	בחג	השג
שפז	שפח	שפט	שצ	שצא	שצב	שצג	שצד
בשה	זחג	השא	גכה	זשה	זשג	הכז	בחה
תו	תז	תח	תט	תי	תיא	תיב	תיג
חכז	בשז	בחג	השא	גכז	בשה	זחא	גכז
תכה	תכו	תכז	תכח	תכט	תל	תלא	תלב
זשג	השג	הכז	בחג	השג	חכז	בשה	זחג
תמד	תמה	תמו	תמז	תמח	תמט	תנ	תנא
גכה	זשה	זשג	הכז	בחה	זשג	הכז	בשז
תסג	תסד	תסה	תסו	תסז	תסח	תסט	תע
זחא	גבז	בשה	זשג	החא	גכה	זשג	השג
תפב	חפג	תפד	תפה	תפו	תפז	תפח	תפ[illegible]
בשה	זחג	הכז	בשה	זחג	השא	גכה	זשה
תקא	תקב	תקג	תקד	תקה	תקו	תקז	תק[illegible]
הכז	בחה	זשג	הכז	בשז	בחג	השא	גכז
[illegible]	תקכא	תקכב	תקכג	תקכד	תקכה	תקכו	תק[illegible]

Explicatio Tabulæ.

Isti sunt 13. Cycli, qui præfinito tempore reuertuntur, & incipiunt à Cyclo רפ״א 281. qui vocatur *Cyclus Lunæ*, & indicat, quot Cycli perfecti decennouennales decurrerint à creatione mundi ad annum שכ״א 321. sexti millenarij, Christi 1561. Transierunt enim 280. Cycli completi, & eo anno vnus annus ex Cyclo 281. decurrebat, quod ostenditur ex diuisione anni mundi per 19.

Annus, qui ex Cyclo incompleto decurrit, vocatur מחזור קטן *Machazòr kattàn Cyclus paruus*, cùm & alij, qui iam perfectè transierunt, vnà simul cum anno Cycli incompleti, qui modò pertransit, proprie vocentur מחזור ללבנה *Machazòr Lelevanà Cyclus Lunaris*. Vt in hoc anno mundi 5436. qui incepit anno Christi 1675. de mense Septembri, *Machazòr kattàn Cyclus paruus* Lunaris est 2. *Cyclus* verò absolutè *Lunaris* est רפ״ז 287. quia iam à mundi conditu ad hunc vsque annum 286. Cycli completi transierunt, & 287. incompletus pertransit, de quo iam transierunt 2. anni.

Incipit itaque hæc Tabula à Cyclo רפ״א 281. minio notato, & percurrit per Cyclos רפ״ב: רפ״ג: רפ״ד: רפ״ה: רפ״ו: רפ״ז: רפ״ח: רפ״ט: ר״ץ: רצ״א: רצ״ב: רצ״ג: 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288.

289. 290. 291. 292. 293. qui omnes in prima linea ad dexteram Tabulæ descendendo minio notantur. Quibus completis reuertitur ad principium, & ex רפ״א 281. fit רצ״ד 294. & ex רפ״ב 282. fit רצ״ה 295. & sic gradatim prosequendo vsque in infinitum.

In prima linea frontis Tabulæ minio notati sunt anni, qui correspondent suo Cyclo ad dexteram in prima linea rubro scripto: isti in nouemdecim colummellis distributi sunt secundùm numerum annorum Cycli decennouennalis. Incipiunt ab anno שכ״א 321. minoris supputationis, id est Christi 1561. & prosequuntur vsque ad annum תקס״ז 567. Christi 1807. quo completo reuertitur ad annum שכ״א 321. & pro שכ״א reponitur תקס״ח 568. & annus שכ״ב 322. fit תקס״ט 569. & sic in infinitum.

Quilibet ex his annis sub se habet dictionem nigro scriptam tribus literis expressam, quarum prima numericè notat qua feria ingrediatur annus nouus, seù Neomenia *Tiscrì* anni supra eandem dictionem rubro signati. Secunda litera indicat qualitaté mensium *Marchescuàn* & *Chisleu*, an in eo anno sint *perfecti*, vel *secundùm suum ordinem*, vel *caui*. Tertia litera quæ numerica est, notat qua feria eo anno celebrandum sit Pascha.

Exem-

id est primum *cauum*, & secundum *plenum*: כ enim stat pro integra voce כסדרן. Tertia litera quæ est ז, signat Pascha celebrandum die Sabbathi, qui est septimus in hebdomada, sicut & ז litera, quæ in notis numericis stat pro 7.

Si autem acceperis annum ת״מ 440. quem in eodem Cyclo רפ״ז, & in 6. colummella reperies infra ipsum ההא· ה significat fer. 5. ingredi annum nouum, & fieri Nouilunium Septembris. ח significat חסרים *Chascerìm defectiuos*, hoc est mensem *Marchescuàn* & *Chislèu* esse *cauos*, & א fer. 1. siuè die Dominico celebrandum Pascha.

Ex eadem Tabella cognoscitur annus an sit *communis*, vel *embolismicus* seù *intercalaris*: nam anni, qui notantur in colummellis subiectis literæ פ, sunt omnes *communes*, & anni, qui notantur in colummellis subiectis literæ מ minio impressæ, omnes sunt anni *embolismici*. Omnes enim nouemdecim istæ colummellæ præseferunt in fronte vnã ex his literis פ, vel מ· פ id est פשוטות *Pesciuttòth simplices*, seù *communes*. מ, id est מעוברות *Meuubberòth grauidos*, *plenos*, *embolismicos*, & *intercalares*.

Hæc Tabella reperta est msc. in fine cuiusdam vetusti Codicis msc. R. Gabrielis de Sorano, & illam mihi suppeditauit R. Isaac de Caui Romanus incola, vbi additæ erant sequentes rubricæ ad festorum notitiam pertinentes.

He-

Exemplum.

Annus, quo incipit Tabula, est annus שכ״א 321. minoris supputationis Christi 1561. sub se habet dictionem nigro impressam זש״ג prima litera ז ostendit, eo anno Neomeniam *Tiscrì* anni noui, haberi fer. 7. hoc est Sabbatho ingredi annum nouum. Secunda litera est ש significatq; qualitatem mensiũ *Marchescuàn* & *Chislèu* scilicet, eo anno esse *perfectos*, id est vtrumque habere 30. dies: nam ש sumitur pro שלמים *Scelamìm perfectis*. Tertia litera est ג, quæ sumitur pro nota numerica, & indicat, quo die celebrandum sit Pascha, hoc est fer. 3. nam ג in notis numericis 3. significat.

Aliud exemplum.

Hoc anno mundi 5437. Christi 1676. decurrit Cyclus רפ״ז, quia si annum 5437. diuiseris per 19. habebis in *Quotiente* 286. numerum Cyclorum, qui hactenus ab Orbe condito transierunt, & supersunt 3. pro numero Cycli minoris præsentis anni decurrentis ex Cyclo רפ״ז 287. decennouennali, è regione ipsius in tertia colummella inuenies תל״ז numerum pręsentis anni 437. minoris supputat. infra ipsum nigro impressam habes dictionem גכ״ז, prima litera ג nota numerica significat annum ingredi fer. 3. Secunda, quæ est כ, significat *Marchescuàn* & *Chislèu* esse כסדרן *secundùm eorum ordinem*,

סימן לקביעות המועדים
את״ בש״ גר״ דק״ הע״ ופ״ : פירוש
ביום א׳ של פסח יהיה לעולם
תשעה באב וסימן על מצות
ומרורים יאכלוהו : ביום ב׳
בו שבועות : ביום ג׳ בו ראש
השנה : ביום ד׳ בו קריאת
התורה פירוש שמחת תורה :
ביום ה׳ בו צום כפור : ביום
ו׳ בו פורים שעבר :

Explicatio.

Alphabeti principium את״ בש״ de quo aliquid diximus in I. Parte pagina 246. ostendit, quomodo à feria Paschæ figantur Ieiunia, & reliquæ anni solemnitates. Sex primis Alphabeti literis, & sex vltimis, sex paria literarũ efformantur hoc modo את״ בש״ גר״ דק״ הץ״ ופ״. *Aleph* significat *Pascha*; ת *Thau* suum par significat תשעה באב *Tiscà Beàu*, hoc est צום החמישי *Ieiuniũ quinti mensis*, quod obseruant die 9. mensis *Ab* Lunæ Iulij. Vnde significat quòd *Pascha & Ieiunium Tiscà beàu* eodem die & hebdomadæ feria semper incidant; cuius rei memoriæ iuuandæ gratia dant versiculũ Scripturæ Exod. 12. 8. ומצות על מרורים יאכלוהו *Et infermentata super amaritudinibus comedent ea.* Sic si Pascha incidat die Dominico fer. 1. vti

Hebræorum rubricæ & regulæ ad notitiam illorum Festorum, & Ieiuniorum spectantes, quibus ostenditur, quibusnam diebus vetitum sit eis ea celebrare.

לא בד״ז פור ולא בד״ו פסח
ולא גה״ז עצרת ולא אד״ו ראש
השנה ולא אג״ו יום כפור
לעולם :

Explanatio.

לא בֶּדָז פּוּר *Lo bedàz Pur*, id est *Numquam celebratur festum Purrim sortium*, seù festum Mardochæi & Esther *fer. 2. fer. 4. & fer. 7.* id est Sabbatho.

וְלֹא בַּדּוֹ פֶּסַח *Velò Baddò Pesach*, *neque fer. 2. 4. & 6. Pascha.*

וְלֹא גְּהָז עֲצֶרֶת *Velò Gheàz Atzèreth*, *neque fer. 3. 5. & Sabbatho festum Tabernaculorum.*

וְלֹא אַדּוּ רֹאשׁ הַשָּׁנָה *Velò Addò Rosc Hasciana*, *nec fer. 1.* die Dominico, *fer. 4. & 6. Initium Anni.*

וְלֹא אַגּוֹ יוֹם כִּפּוּר לְעוֹלָם *Velò Aghò iom Chippùr leolàm*, *neque fer. 1.* die Dominico, *aut fer. 3. & fer. 6. Dies expiationum.*

Adduntur & sequentia signa pro figendis solemnitatibus & ieiunijs.

Keriàth hattorrà, id eſt שמחת תורה *Simchàth Thorà Gaudium Legis*. Poſtquam abſoluerint completo anno, lectionẽ Pentateuchi Moſis, & antequam illud iterum legere reaſſumant, feſtũ ſolemne celebrant. Huiuſmodi feſtũ ex Rabbinorũ præcepto inſtitutum, incidit in proximum diem feſtum Tabernaculorum 4. die. à quo celebratum fuit Paſcha. Anno 1675. incidit die Dominico 13. Octobris, quia Paſcha celebratum fuerat fer. 5. vndecima Aprilis, & hoc anno 1676. incidit fer. 4. Septembris 30. quia Paſcha celebratum fuit die Dominico 29. Martij.

הי״ץ *Hàtz*. ה *He* numerat 5. צ *Tzade* ſignificat צום כפור *Tzòm Chippùr Ieiunium expiationum*, quod quidem ſemper cadere debet 5. die ab eo quo celebratum fuit Paſcha: vt anno 1675. iam ſæpiùs diximus Paſcha fuiſſe celebratum fer. 5. vndecima Aprilis. Ergo *Ieiunium Chippùr Expiationis* ieiunauerunt Iudæi fer. 2. 30. Septembris, quæ à die quo Paſcha celebratum fuit, quinta eſt. Et hoc anno 1676. quia Paſcha incidit fer. 1. ſiuè die Dominico 29. Martij, ideò & *Ieiunium Chippùr Expiationis* cadit fer. 5. die 17. Septembris.

ו״ף *Vàph*. ו *Vàu* numerat 6. & פ *Phe* ſignificat פורים *Purrìm Sortium*, ſeù Eſtheris feſtum. Quia enim anno 1675. Paſcha fuit fer. 5. *Purrìm* eiuſdem feſtum Mardochæi & Eſther, quod celebratum fuerat ante Paſcha in menſe *Adàr*, celebrari debebat feria accidit hoc an. 5436. Chriſti 1676. die 15. *Niſàn* 29. Martij, eodem die Dominico Ieiunium quinti menſis 9. *Ab*, obſeruent. Et anno præterito 5435. Chriſti 1675. quia Paſcha fer. 5. fuit 11. Aprilis, ita & eadem fer. 5. *Tiſcà beàu* 9. menſis *Ab* die 1. Auguſti ieiunarunt.

ב״ש *Baſc*. ב *Beth* ſignificat 2. ש *Scin* ſignificat feſtum שבועות *Sceuuòth Hebdomadarum*, id eſt *Pentecoſtes*, quod ſemper celebrant ſubſequente die, quo celebratum eſt Paſcha; vt quia anno 1675. Paſcha fer 5. celebrarunt, Pentecoſte ſecundùm hanc regulam celebrandum erat fer. 6. prout fecerunt. Item hoc anno 1676. Paſcha Iudaicum incidit die Dominico 29. Martij, Pentecoſte verò incidit die Lunæ 18. Maij.

ג״ר *Ghèr*. ג *Ghimel* notat 3. ר *Rèſc* ſignificat ראש השנה *Roſc Haſcianà Caput Anni. Annum nouum*, quod quidem initium anni ſemper à die 3. quo celebratum fuit Paſcha, celebrant: & ita quia anno 1675. celebrarunt Paſcha fer. 5. ideò ſignum eſt, quòd initium anni noui ingredi debebat die Sabbathi 3. à die Iouis. Et hoc an. 1676. quia incidit Paſcha die Dominico 29. Martij, ſignum eſt quòd annus futurus 5437. ingreſſurus ſit fer. 3. die Martis tertia à die Dominico, qui accidit die 22. Septembris huiuſmet anni 1676.

ד״ק *Dàk*. ד *Dàleth* notat 4. ק *Koph* ſignificat קריאת התורה

hinc est quòd aliquando 2. diebus celebratur Neomenia, prima pro superabundantia præteriti mensis, secunda pro initio præsentis mensis. Et ad maiorem huius rei dilucidationem; notanda est doctrina R. Bar Maijmonis, quam tradit in *Kiddùsc hachòdesc* c. 1. n. 3. & 4. de modo cognoscendi naturam mensis Lunaris; ait enim

הלבנה נסתרת בכל חדש ואינה נראית כמו שני ימים או פחות או יותר מעט כמו יום אחד קודם שתדבק בשמש בסוף החדש וכמו יום אחד אחר שתדבק בשמש ותראה במערב בערב ובליל שתראה מבערב אחר שנסתרת הוא תחלת החדש ומונין אותו היום תשעה ועשרים יום : ואם יראה הירח ליל שלשים יהיה יום שלשים ראש החדש ואם לא יראה יהיה ראש החדש יום אחד ושלשים ויהיה יום שלשי מחדש שעבר ואין נזקקין לירח בליל א׳ ושלשי׳ בין שנראה בין שלא נראה שאין לך חדש לבנה יותר על שלשים יום : ד׳ חדש שיהיה תשעה ועשרים ויראה ירח בליל שלשים נקרא חדש חסר ואם לא יראה הירח ויהיה חדש שעבר שלשים יום נקרא חדש מעובר ונקרא חדש מלא וירח שיראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בזמנו ואם נראה בליל אחד ושלשים ולא נראה בליל שלשים הוא הנקרא ירח שנראה בזמנו ואם נראה בליל אחד ושלשים ולא נראה בליל שלישים הוא הנקרא ירח שיראה בליל עבורו :

Luna singulis mensibus absconditur, latitatque per duos circiter dies, hoc est per diem circiter vnum ante, & per diem similiter vnum post Synodum eandem; cùm autem primùm incipit apparere vespere ad occidentem, nox illa est principium mensis subsequentis; dies verò vigesimus nonus est vltimus elapsi.

Si apparuerit Luna nocte trigesima, (hoc

ria 3. nam inter fer. 5. & fer. 3. futuram intercedunt 6, dies; itaque celebrarunt Iudæi suum *Purrìm* fer. 3. decima quarta Luna אדר *Adàr* 12. Martij. De *Purrìm* iam transacto ante Pascha intelligenda est regula, & non de *Purrìm* futuri anni.

Item, quia hoc anno 1676. Pascha celebrarunt Iudæi die Dominico 29. Martij, ideò *Purrìm* ante Pascha 6. die 28. Februarij iam celebrarant.

Istæ regulæ adeò cohærent inter se, vt ne quidem ad latum capillum impedimento sint alicuius festi celebrationi secundùm superstitionem à Iudæis pertinaciter retentam.

Cæterùm hęc Tabula licèt parumper inuersa, reperitur in לבוש התכלת R. Mardochæi Iaphè לבוש החור *Leuùsc hachùr Vestimento candido*, n. 428. pag. 151. editionis Pragensis. Ego verò, prout hìc notatur, habui à R. Isaaco de Caui Romano incola, quam (vt ipse mihi retulit) inuenit in quodam libro R. Gabrielis de Sorano msc. quæ cùm sit conspicua, & facilis illius vsus, volui huic loco illam apponere, vt quilibet mediocriter instructus in lingua Hebraica, cognoscat anni Hebraici qualitatem & festa.

Quoad Neomeniam figendam hoc etiam est animaduertendum: Si fuerat mensis præteritus *cauus* ר״ח *Rosc chòdesc* Neomenia mensis futuri, semper erit 30. dierum. Si autem mensis præteritus fuit 30. dierum, erit *perfectus* mensis, & die 30. fiet Neomenia: nam Neomenia semper fit 30 die; pars siquidem aliqua mensis pręteriti pertinet ad mensem insequenté,

gna ברקיע השמים creauerit, vt essent לאותות ולמועדים ולימים ושנים *in signa, & tempora, & dies, & annos*. Hæc, Sol & Luna fuerunt, his enim duobus luminaribus partes anni Solaris nos distribuimus, Sole quatuor anni tempestates, Luna duodecim menses Solis, quod quidem sine Lunæ auxilio vix fieri commodè posset. Licèt enim dies naturales ab occasu Solis ad alium occasum facilè numerare potuissemus, attamen constituere mensem Solarem, non eadem facilitate, quis decernere potuisset. Ideò voluit Deus vt Luna inseruiret mensium numerationi. Quilibet enim vulgaris homo potest ex se, & sine Magistri præuio documento incipere numerare mensem à prima Phasi lunari vespertina, postquam è radijs Solaribus emergit, eamque numerationem singulis diebus prosequi, quousque post augmentum, & decrementum Luna sub radijs ipsius Solis iterum de mane abscondatur. Hæc Lunæ vicissitudo, & simul cum Sole congressus duodecies in anno Solari efficitur, hoc est à puncto quo Sol signum Arietis ingreditur, & ad idem punctum post quam 12. signa Zodiaci permeauerat, regreditur. Totum enim huiusmodi spatium annus Solaris vocatur, diuisionem mensium monstrante Luna. Quòd si Luna duodecim mensium spatio ijsdem diebus percurreret 12. Zodiaci signa; quibus Sol semel eadem percurrit in anno, adamussim annus Lunaris conueniret cum Solari, sed quia Luna 12. peragrando Zodiacum, cùm Sol semel tantùm, non attin-

(hoc est tribus diebus postquam abscondita est, vno die ante Synodum duobus post Synodum) *principium mensis* (quod Neomeniam vocant) *erit die trigesimo; si verò non apparuerit, erit Neomenia 31. dierum. Mensis elapsus erit 30. dierum: nunquam enim copulant Lunam cum nocte 31. tam si appareat, quàm si non appareat, quia non datur mensis maior 30. diebus.*

Num. 4: Mensis, qui est 29. dierum, & Luna apparet nocte trigesima, vocatur mensis חסר *Cha èr deficiens, cauus. At si Luna non apparuerit, & mensis elapsus fuerit 30. dierum, vocabitur mensis futurus* מעובר *Meuubbàr grauidus, embolismicus, intercalaris, mensis* מלא *Malè plenus. Quòd si Luna appareat nocte trigesima* (hoc est nocte secunda post Synodum) *vocatur Luna, quæ apparet tempore suo. Si autem appareat nocte 31. & non visa fuit nocte trigesima vocatur Luna, quæ apparet nocte embolismi sui.*

Quòd nunquam fuerint in vsu apud Hebræos nisi tantùm anni Solares, Lunares verò Soli æquati per embolismum, & vt suis ex Phasi notis mensibus, menses Soli cursui designarent.

§. QVINTVS.

NOtandum ex Genes. 1. v. 14. quòd Deus duo luminaria ma-

הא

tingit Solem, si principium motus vtriusque luminaris accipiamus ab eodem puncto, exempli gratia, à 1. puncto signi Arietis, sed quando Luna ad primum punctū signi Arietis, absoluto anno peruenerit, iam Sol motu suo vlterius pertransijt, & 10. diebus, horis 21. *Chelakìm punctis* 121. & *momentis* 48. Lunæ motum superauit anno primo. Anno secundo Sol Lunam superabit diebus 21. horis 18. *Chelakìm punctis* 243. *momentis* 20. Tertio anno Sol Lunam transcendet in motu diebus 32. horis 15. *Chelakìm punctis* 364. *momentis* 68. quæ constituunt vnum mensem completum 30. dierum, & ampliùs dier. 2. hor. 15. *Chelak. punct.* 364. & *momentis* 68. Hic mensis superfluus additus anno Lunari 12. mensium, fit annus embolismicus 13. mensium, & sic æquatur annus Lunaris Sclari, siuè ex Lunari fit annus Solaris, quæ ratio æquandi Lunæ annum cum Solari secundùm prædictum modum procedit in infinitum. Hoc est illud סוד העיבור *Sod haijbbùr secretum embolismicum* à Deo Adamo traditum, & ab eo propagatum vsque ad posteriora Patrum tempora, vt habetur in *Ialkùtt Parascià Berescìth* num. 4. 9. זה ספר תולדות *Iste est liber generationum*. pag. 29. editionis Liburnensis.

הבה״ עיבר את השנה ואחר כך מסר לא״א שנא׳ (בראשית ה׳ : א׳) זה ספר תולדות אדם מנין עולם לכל תולדות בני אדם : א״א מסר לחנוך ונכנס בסוד העיבור ועיבר את השנה שנא׳ (בראשית ה׳ : כ״ב) ויתהלך חנוך את האלהים ויתהלך חנוך בדרכי

מנין העולם שמסר אלהים לאדם חנוך מסר לנח ועיבר את השנה ואמר עוד כל ימי הארץ וגו׳ : נח מסר לשם ועיבר את השנה ונקרא כהן שנא׳ (בראשית י״ד : י״ח) ומלכיצדק מלך שלם וגו׳ : וכי כהן היה אלא ע״י שהיה בכור והיה משרת לאלהיו ביום ובלילה נקרא כהן ושם מסר לאברהם ועבר את השנה ונקרא כהן שנא׳ (תהלים ק״י : ד׳ :) אתה כהן לעולם על דברתי מלכי צדק : אברהם מסר ליצחק ועיבר את השנה לאחר מיתתו של אברהם שנא׳ (בראשית כ״ה : י״א) ויהי אחרי מות אברהם ויברך וגו׳ : על ידי שנכנס בסוד העיבור ברכו ברכת עולם יצחק מסר ליעקב יצא יעקב לחוצה לארץ ובקש לעבר את השנה א״ל הקב״ה ליעקב אין לך לעבר הרי יצחק אביך יעבר את השנה בארץ שנא׳ (בראשית ל״ה : ט׳ :) וירא אלהים את יעקב עוד למה עוד שפעם ראשונה נגלה עליו ומנעו מלעבר את השנה בחל וכשבא לארץ א״ל הקב״ה קום עבר את השנה ועל שנכנס בסוד העיבור ברכו ברכת עולם : יעקב מסרו ליוסף ואחיו והיו מעברין את השנה בארץ מצרים מת יוסף ואחיו ותמעטו העיבורים וכך עתידין להתמעט בסוף מלכות רביעי וכשם שנגלה הקב״ה על משה ואהרן כך עתיד להגלות על מלך המשיח :

Deus sanctus benedictus intercalauit annum, & postea tradidit Adamo (ritum intercalandi) *S. D.* (Gen. 5. 1.) Iste liber generationum Adam (id est) *numeri seculi pro omnibus generationibus filiorum Adæ. Adam tradidit Enocho, & ingressus est in arcanum embolismi, & intercalauit annum, S. D.* (Gen. 5. 22.) Et ambulauit Enoch cum Deo, *& ambulauit Enoch in vijs numeri seculi* (intercalando annum) *prout Deus tradiderat Adamo. Enoch tradidit* (ritum intercalandi) *Noë, & intercalauit annum. Dixitque* עוד *Od: Adhuc omnes dies terræ &c. Noë tradidit Scemo, & intercalauit annum,*

Vt.

sia. Hæc de arcana intercalãdi arte produnt Talmudistæ, eamque Patribus attribuunt, ineptis probationibus ad id probandũ adductis. Quòd sciuissent & potuissent Adam, Abraham, & alij prisci Patres intercalare annum, si voluissent, quia Astronomiæ artem callebant, procul dubio credendum est: cuius rei argumenta non leuia ex Scriptura possent adduci, quæ in gratiam breuitatis omittimus: sed quod de facto annum intercalauerint, ex Scripturis deduci non potest; loca enim, quæ ad hæc probanda afferuntur, longè aliud quàm embolismum probant, & pro embolismo firmando, genuinus Scripturæ sensus infirmus redditur. Dicamus igitur, hanc annorum intercalandorum artem originem quidem ab Adamo protoparente nostro duxisse, vtpotè à viro omnium scientiarum instructissimo, & à quo omnes scientiæ fluxerunt & artes, eamque per subsequentes ætates vsque ad seram posteritatem propagatam: sed de his documentum euidens ex Sacris literis habere non valemus; eruimus tantùm consecutiuè embolismum præcipi in Scriptura, Exod. 12. vers. 1.

החדש הזה לכם ראש חדשים ראשון הוא לכם לחדשי השנה.

Mensis iste vobis caput mensium, primus ipse (erit) *Vobis in mensibus anni*. Vbi vult, quòd mensis Nisan, qui incipit in Neomenia Veris, sit mensis primus anni; neque hic mensis transferendus est à sede sua, quæ in Vere primo fixa est: nam alibi præ-

Vocaturque Sacerdos. S. D. (Gen. 14. 18.) Et Melchi Tzedek Rex Salem, &c. *Ecquid, Sacerdosne fuerat? Sed quia erat Primogenitus, & seruiebat Deo suo die ac nocte, ideò Vocatur Sacerdos. Scem tradidit* (intercalandi ritum) *Abrahamo, & intercalauit annum, & Vocatur Sacerdos, S. D.* (Ps. 110. 4.) Tu es Sacerdos in æternum secundùm ordinem Melchisedec. *Abraham tradidit Isaaco, & intercalauit annum post mortem Abrahami, S. D.* (Gen. 25. 11.) Et fuit post mortem Abrahami, & benedixit &c. *ex eo, quòd ingressus est in arcanũ embolismi, benedixit ei benedictione seculi. Isaac tradidit Iacobo, egressus est Iacob extra terram* (Chanaan) *& voluit intercalare annum. Dixit ei Deus sanctus benedictus: Non tu intercalabis annum, sed Isaac pater tuus intercalabit annum in terra* (Chanaan) *S. D.* (Gen. 25. v. 9.) Apparuit Deus ad Iacob adhuc. *Quid sibi Vult* Adhuc? *quia prima vice apparuit ei, prohibuitque intercalationem anni in* (loco) *profano; sed cùm ingressus est in terram* (sanctam) *dixit ei Deus sanctus benedictus: Surge, intercala annum. Et ex eo, quòd ingressus est in arcanum embolismi, benedixit ei benedictione seculi. Iacob tradidit Iosepho & fratribus eius, & intercalauerunt annum in terra Aegypti. Mortuus est Ioseph & fratres eius, & diminuti sunt embolismi: sic erit in futurum, minuentur in fine Imperij quarti* (Romanorum intelligunt.) *Et quemadmodum manifestauit se Deus sanctus benedictus Mosi, & Aaroni: sic in futurũ manifestabit se Regi Mes-*

pendent tantùm ab itinere Solis, prout declinat ad Septentrionem, aut ad Austrum.

Hunc modum loquendi non admittit Aben Ezræ, at omninò rem non negat, cùm eam enucleatiùs expendit. Et quia in illius verbis non modica doctrina continetur, & in eis manifestatur connexio anni Lunaris cum Solari: Lunaris enim annus Solarem annum mensurat, & Solaris Lunarem per embolismum ad se trahit, & coæquat; festa figit iuxta Legis præscriptum, sine quo nihil firmum, aut certum circa obseruationem festorum in anno reperiretur, sed omne mobile & fluctuans esset. Verba itaque Aben Ezræ, quæ habentur in Comment. ad locum Exod. 12. hic referemus. Ea siquidem sunt -

ועתה אפרש לך ידענו כי מהלך הלבנה בגלגלה בנקודה הידועה שנגד גלגל המזלות עד שובה אל הנקודה בעצמה הם כ"ז יום ושלישים יום בקרוב והנה נחשב כי התחברה עם השמש בשהיתה בנקודה הראשונה בתחלת מזל טלה והנה כשובה אל ראש מזל טלה לא מצאה השמש שם כי כבר הלך במהלכו האמצעי כ"ז מעלות כי מהלך שניהם בראיותם גמורות הוא ממערב למזרח הפך התנועה העליונה והנה הלכה הלבנה באלה המעלות שכבר הלך השמש גם הלכה הלבנה בחלקים כשהלך השמש בלכת הלבנה המעלות הנזכרות שני ימים וקרוב מה' שעות התחברו שניהם לסוף כ"ט יום וחצי וב' ידות שעה וע"ג חלקים מחלקי ישראל והשנה באמת היא לשמש לבדה כי הוא המוליד זמני קור וחום וקיץ וחורף שהם ד' תקופות השנה ואז נחשב שהיתה בתחלת ראש טלה והוא ילך בגלגלו שס"ה ימים וקרוב מרביעית יום עד שובו פעם שנית ובעבור זה נקרא שנה והנה אין ללבנה שנה כלל כאשר אין לשמש חדש כלל כי לא יתחדש בשמש דבר רק דבר.

præcipit Deus (Deuteron. 16. v. 1.)

שמור את חדש האביב ועשית פסח ליהוה וגו' :

Obserua mensem Abib (nouarum frugum) *& facies Pascha Domino &c.* Mensis autem *Abib* est mensis, quo celebrari debet Pascha: at Pascha debet celebrari 14. die primi mensis, vt ex Exod. 12. 6. Ergo sequitur quòd mensis, quem hodie vocant Hebræi ניסן *Nisàn*, est primus mensis anni, in cuius 14. die Paschatis festū celebrant. Sed hic mensis *Nisàn* non esset fixus in mense *Abib*, si aliquando embolismicus annus non interfereretur; nam sine embolismi ope, *Nisàn* transcurreret per omnes anni menses. Ergo ex hoc loco Exod. 12. & ex alio Deuteron. 16. innuitur embolismus, & consequenter seruandus erit annus Solaris mensuratus à mensibus Lunaribus. Hinc motus R. Iudas פרסי *Parsì Persa* apud Aben Ezræ in Comment. Exod. 12. audacter dicit Hebræos vsurpare annum Solarem eo modo, quo nos vsurpamus, cuius verba ita referuntur ab Abrahamo -

אמר ר' יהודה הפרסי כי ישראל היו מונים כפי שנות החמה כמשפט האחרים וראייתו ושמרת את החקה הזאת למועדה כי שנת לבנה איננה שוה כי ימי החריש והקציר תלויים בהליכת השמש לבדו כפי נטותה לצפון או לדרום :

Dixit R. Iudas Persa, quòd Israëlita numerent secundùm morem & vsum aliorum (intelligit Christianos) *& probat ex illo* (Exod. 13. 10.) *Et custodies statutum hoc in tempore suo. Quia annus Lunaris non est æqualis, quando quidem dies sementis & messis*

דבר החדוש הוא לאור הלבנה ובעבור זה נקרא חדש גם ירח בעבור חדש אור הלבנה כי אין לה אור בראיות נמורות כי אם מהשמש על כן לא תקרר השמש כי אם ברגע מחברתו עם הלבנה אם היו בראש התלי או בזנבו ולא תהיה קדרות ללבנה כי אם בהיותה לנכח השמש בלילה במקומות הנזכרים ;

ובעבור ששנת האחרים קרובה אל שנת החמה וראו ששתים עשרה פעמים תתחדש הלבנה בשנת החמה חלקו ימי השנה על שנים עשר וקראו לכל חלק וזאת בעבור שהוא קרוב מימות חדש הלבנה חדש הסכמה מהם אינה בדרך התולדת ;

גם הישמעאלים בעבור שמועדיהם תלוים כימי חדשי הלבנה ותחלת החדש מלי חלק ראוי הלבנה וראו י״ב חדש יש כשנת החמה לא מצאו חשבון יותר קרוב מזה כי אין בין שני המספרים רק י״א יום על כן שמו כל שנותיהם שנות הלבנה וכל שנה ישתנה מועד פסחם אחרונית י״א יום עד שיהיו לג׳ שנות חמה חם. לד׳ שנות הלבנה כי אלה אינם על דרך התולדת ; והשם צוה בתורתו לשמור מועד במועדו כי אמר שמור את חדש האביב ועשית פסח ליהוה והנה אם לא ימצא אביב בחצי החדש נעשה הפסח בחדש הסמוך אליו וככה קרא חג השבועות חג הקציר וסכות חג האסיף כי הקציר והאסיף תלוים באביב וראינו שאמר שלא נעשה פסח רק בחצי חדש הלבנה וככה סכו והנה צוה לשמור ימי חדש הלבנה ויהיו המועדים ומניהם שמורים ומשה לא הזכיר בתורה שנספר י״ב חדש או י״ג רק אמר בחדש שנמצא אביב בו נחל לספור והוא יקרא ראשון בין שתהיה השנה מי״ב חדש או י״ג וככה כתוב בחדש השני בחדש השלישי וכלם על דרך הזה וניסן ואייר וסיון וכל שמות החדשים אינם לשון קדש כי אם לשון כשדים על כן לא תמצא במקרא כתוב אחד מהם ולא בכל המקרא רק בנבואת זכריה ודניאל ועזרא ומגלת אסתר שהיו בגולה וככה הפירוש בחדש הראשון שיקרא ניסן בלשון כשדים רק מצאנו בלשון הקדש שנקראו ג׳ חדשים בדרך אחרת ירח זיו בירח האיתנים בירח בול ואם רדפנו אחר הפשט אין ירח זיו ניסן

רק אייר כי כן כתוב הוא החדש השני והידוע שהוא שני לראשון חדשי ישראל ומלת למלוך שלמה אינה דבקה עם החדש רק עם בשנה הרביעית למלוך שלמה כי לא מצאנו בחשבון כל המלכים שיספר החדשים רק השנה שמלך והעד שהוא כתוב בדברי הימים בחדש השני בשני ויש לטען על יהודה הפרסי כי כל השנים אינם שוות כי יבא להם שינוי מפאת מערכת המשרתים שירבו הגשמים או ימעטו וימעט או ירבה החום או הקור בכל חדש שישנה מתמונתו הידוע על כן לא ימצא אביב בשוב השמש אל הנקודה שהיה שם בתחלת השנה שעברה שנמצא אז אביב ויהיה בין אביב לאביב יותר משנה שלימה עם תוספת שבועים על כן היו ישראל סומכין על האביב הנמצא בארצם באי זה חדש שיהיה נמצא כי האביב ישתנה עתו בכל הארצות כפי מרחק כל ארץ מקו השוה ועתה אתן לך כלל אעפ״י שישראל בבית המקדש היו מסתכלין אל האביב לא היה עבור השנה מסור להם כי אם לבד שהיה משתכל לדברים אחרים חוץ מהאביב ככתוב במשנה והנה משה לא פירש לנו בתורה איך נקבע השנים והחדשים ;

Nunc explicabo tibi (annum Iudaicum :) *Sciendum est ; quòd motus Lunæ in circulo , in puncto aliquo designato in sphæra Signorum ; donec redeat ad punctum illud est ; 27. dierum , & dies sunt usque ad coniunctionem. Supponamus ergo, quòd coniunctio Lunæ cum Sole fuerit in puncto primo , in principio Signi Arietis , dum redit ad caput Arietis , non inuenit ibi Solem , quoniam Sol prosequutus est iter suum medium 27. graduum, quoniam Via amborum per rationes demonstratiuas est ab Occidente in Orientem contra motum primi mobilis , & per hos gradus , quos pertransit Sol , etiam pertransit Luna in partibus simul . Quando vadit Sol , incedit & Luna per gradus hos commemoratos , sed*

post

הא

tionis, vel naturæ.

Et Ismaëlitæ propterea quòd eorum festa pendent à diebus mensiū Lunariū, & principium mensis est in nocte, prima phasi Lunæ, & viderunt quòd 12. menses sunt in anno Solari, non inuenerunt numerum magis conuenientem isto, quoniam non sunt inter duos istos numeros (scilicet anni Solaris, & 12. mensium Lunarium) *nisi 11. dies, propterea omnes eorum anni sunt anni Lunares, & quilibet annus mutatur tempore Paschatis eorum vltimus 11. diebus, donec 33. anni Solares sint 34. anni Lunares, quoniam hi non sunt per viam naturalem.*

Deus autem præcepit in Lege sua custodire tempus festum in tempore suo, quoniam dixit (Deuter. 16. 1.) Custodi mensem Abib, & facies Pascha Domino. *Et ecce si non inuenitur* אביב *Abib in medio mensis* (id est æquinoctium in medio mensis Lunaris Nisàn Martij) *fit Pascha in mense proximo sibi. Et sic vocauit festū* שבועות *Sceuuòth Septimanarum*(Pentecosten) *festum* הקציר *Hakatzir Messis: &* סכות *Succòth Tabernaculorum festum* האסיף *Haasiph Collectionis, quoniam messis, &* (frugum) *collectio dependet ab Abib. Et putamus quòd dixerit non esse celebrandum Pascha nisi in medio mensis Lunaris, & sic Tabernacula. Et ecce præcepit obseruare dies mensis Lunaris, vt essent festa temporibus custodita.*

Et Moses non commemorauit in Lege, quòd numeraremus 12. menses aut 13. sed tantùm dixit: In mense, quo inue-

post dies duos, & penè quinque horas iunguntur ambo illa luminaria in fine 29. diei, & medio die (id est 12. horis) *& 2. minutis horæ, & 72. particulis de particulis Israël. Et annus verè est solius Solis, quoniam ipse producit temporum varietates, hyemem, æstatem, autumnum, ver, quæ sunt 4. Tekuphòth reuolutiones anni; & tunc existimabimus, vel computabimus, quòd fuit in principio capitis Arietis. Et Sol perambulabit sphæram suam 365. diebus, & quasi quarta parte diei, donec redeat vice secunda; & propter hoc vocatur* שנה *Scianà annus* (scil. renouatione seù iteratione) *Sed Luna non est annus omninò, quoniam non innouatur in Sole quicquam, sed res innouationis est lumini Lunæ, & propter hoc Luna vocatur* חדש *Chòdesc id est Mensis, & etiam* ירח *Iarèach Luna, quoniam eo tempore innouatur lux Lunæ: nam constat per rationes demonstratiuas, Lunam à se non habere lumen, sed à Sole, ac propterea non eclipsatur Sol nisi momento, quo coniungitur cum Luna, si fuerint in capite, vel cauda Draconis, & non erit eclipsatio Lunæ, nisi quando fuerit illa contra Solem in nocte in locis commemoratis.*

Et annus aliorum (Christianorum) *accedit ad annum Solis, & viderunt quòd 12. vicibus innouatur Luna in anno Solari, diuiserunt dies anni in partes, & vnamquamque partem appellarunt mensem, propterea quòd pars illa proximè accedit diebus mensis Lunaris, & iste consensus de eis non est in via* התולדת *Hattolèdeth genera-*

pestatum, quæ vel remittuntur, vel intenduntur. Autumnus siquidem, vel augetur, vel imminuitur (in humiditate, vel in calore; sic in suis qualitatibus) *immutatur æstas, aut etiam hyems; & quia quilibet mensis vt plurimùm immutatur à consuetudine nota, ideò non inuenitur Abib cùm reuertitur Sol ad punctum, quo priùs fuerat in principio anni præteriti, in quo inueniebatur tunc Abib; sic erit differentia inter Abib, & Abib plusquam annus perfectus cum adiuncto septimanarum, ideò Israëlitæ hærent Abib quod inuenitur in eorum terra* (Israëlis) *& in quo mense inueniatur* (obseruant) *quoniam Abib non est in causa, vt annus fiat embolismicus, cùm hoc penes magnam curiam Synedriorum* (repositum esset,) *ipsi enim ad alias causas respiciebant in intercalatione quàm ad Abib, sicut scriptum est in Miscnà. Moses verò nihil nobis in Lege explanauit, quomodo figendi sint anni & menses &c.*

Si benè perpendantur verba R. Aben Ezræ, videbimus eum non obscurè admittere annum Solarem, cùm dicat -

והשנה באמת היא לשמש לבדה כי הוא המוליד זמני קור וחום וכו׳׃

Et annus verè est solius Solis, cùm ipse producat temporum varietates, hyemem, æstatem &c. A Luna verò Sol recipit diuisionem mensium, cùm ipsa per singulos menses lumine renouetur, eosque ad se inuicem secernat, quibus ad Solem applicatis, licet imperfectè, Solis annus in menses diuiditur; Luna quidem menses consti-

uenitur Abib, incipietis numerare, & ipse vocabitur primus, tam si sit annus 12. mensium, quàm si sit 13. Et sic scriptum est: In mense secundo, in mense tertio &c. *Sed* ניסן *Nisàn,* אייר *Ijàr,* סיון *Siuàn, & omnia nomina mensium non sunt nomina Hebraica, sed Chaldaica, idcircò non inuenies vnum ex eis scriptum in sacris literis, sed tantùm in Prophetijs Zachariæ, Danielis, Ezræ, & voluminis Esther, quæ fuerunt scripta in captiuitate* (Babylonica) *sic itaque explicabis:* In mense primo, *qui vocatur Chaldaicè Nisàn* (Martius). *Verumtamen inuenimus in lingua sancta tres menses alia via vocatos fuisse, nempè mensem* זיו *Ziù* (1. Reg. c. 6. 38.) *mensem* האיתנים *Ethanim* (1. Reg. 8. 2.) *mensem* בול *Bul* (1. Reg. 6. 38.) *Et si insequi voluerimus sensum literalem* זיו *Ziù non est mensis Nisàn Martius, sed Ijàr Aprilis, quoniam scriptum est;* (1. Reg. 6. v. 1.) Iste est mensis secundus *notus; qui est secundus inter menses Israëlitarum,*

Et dictio (למלוך שלמה) vt regnaret Salomon, *non est coniuncta cum mense, sed cum* anno quarto *Regni Salomonis, quoniam non inuenimus in numero omnium Regum, quòd numerentur menses, sed tantùm anni quibus aliquis regnauit. Huiusce rei testis est locus* (2. Paralip. 3. 2.) Et cæpit ædificare in mense secundo; in secundo. *Errat autem Iudas Persa, quia omnes anni non sunt æquales* (etiam si sint Solares): *nam & eis aduenit mutatio ex parte qualitatum, quatuor tem-*

בתשרי ; באחד בתשרי ראש השנה לשנים ולשמיטין וליובלות לנטיעה ולירקות באחד בשבט ראש השנה לאילן כדברי בית שמאי בית הלל' אומרים בחמשה עשר בו ׃

Quatuor initia annorum ſunt. Prima die Niſàn Martij initium eſt anni Regibus & ſolemnitatibus (Eccleſiaſticis). *Prima Elùl Auguſti eſt Caput anni ad decimanda animalia. R. Eliezer & R. Simeon dicunt prima die Tiſcrì Septembris. Prima Tiſcrì Septembris eſt Caput anni annorum* (ciuilium) *Scemittòth intermiſſionū* (*Sabbatici anni*) *Iubileorum; plantationis, & olerum. Prima die Scieuàtt Ianuarij eſt caput anni arborum ſecundùm Scholam Sciammài, at ſecundùm Scholam Hillèl 15. die eiuſdem.* Quatuor anni temporibus hæc quatuor anni initia reſpondent : Veri primum ; Æſtati alterum, Autumno tertium, & Hyemi quartum.

In Vere ſtatuunt initium anni Regibus, quia incipiebant à Martio computare initium anni Regni Regis ; & quamuis gubernacula Regni ſuſcepiſſet Rex primo Ianuarij, aut Februarij die, vel etiam vno die ante primum Martij, nihilominùs illius primum Regni annum completum eſſe volebant vltima die אדר *Adàr* Februarij, & inchoabant ſecundum Regni annum à prima die menſis ניסן *Niſàn Martij*. Hoc Regis anno Iudæi vtebantur in contractibus publicis, cuius vſus maximè inualuit tempore Alexandri Macedonis, cui Ieruſalem accedenti, Simeon Iuſtus cum vniuerſo populo occurrit, vtque pacificè in Ciuitatem excepto rem gratam facerent,

ſtituit, ſed propter ſuam menſtruam in motu velocitatem, licèt totum Zodiacum quolibet anno Solari duodecies percurrat, attamen per totam hanc 12. Signorum intercapedinem Solem inſequi, illiuſque motum æquare non poteſt, cùm à puncto, quo primùm ſimul cum Sole fuerat, retro remaneat in menſe Solari horis 21. *Chelakim* 820. *momentis* $10.\frac{1}{4}$. & in anno Solari ſegnior ipſo Sole appareat in diebus 10. horis 21. *Chelak.* 121. & *momentis* 48. Vt autem Luna motu ſuo Solem attingat, neceſſe eſt aliquot poſt annos ei dierum numerum præfinitum condonari, vt ne Soli inuideat, & annum habuiſſe decurtatum videatur. Hinc eſt Lunæ indirectè quidem & diminutè annum attribui, cùm reuera annus ſolius ſit Solis, non Lunæ ; menſes verò è contra primariò Lunæ tribuitur, Soliſque curſui ea tantum ratione, vt per eos, motus ipſius menſurari, & definiri valeat. Hinc à Neomenia alicuius menſis annus incipit apud Hebræos.

Annus Iudaicus à quanam Neomenia incipiat.

§. SEXTVS.

IVdæi diuerſis rationibus diuerſa principia anni deſignant. In משנה *Miſcnà* Cod. ראש השנה *Roſc haſcianà* quatuor anni initia ſtatuuntur hoc ordine –

ארבעה ראשי שנים הם באחד בניסן ראש השנה למלכים ולרגלים ; באחד באלול ראש השנה למעשר בהמה ר' אליעזר ורבי שמעון אומרים באחד

Rasci b. m. Ab exitu Aegyptiaco vsque ad excidium secundum (Templi secundi euersionem) *sunt* 1380. *anni*. 480. *vsque ad ædificationem primi* (Templi) 410. *quibus ædificium perstitit: en* 890. 70. (anni) *captiuitatis Babylonicæ*, *&* 420. (anni) *Templi secundi*. *En* 1380. *anni*. Hactenus Auctor *Meòr enàim*. Et ibidem ex eodem *Rasci*, Græcos Imperium suscepisse scribit -

לסוף ל״ד שנים לבנין הבית ׃

In fine 34. *annorum ab ædificatione Templi*. His addit sex annos, quibus Alexander imperauerat in עילם *Elàm*, qui omnes simul efficiunt summam 40. annorum. Quòd si 40. anni iungantur summæ annorum 960. ab exitu Ægyptiaco vsque ad ædificationem secundi Templi efficietur summa annorum 1000. ab exitu ad Æram Contractuum. Ex his videtur incertum initium Æræ Contractuum esse, an accipiendum sit ab initio Monarchiæ Alexandri Magni: an à sexto Imperij ipsius, quo Darium deuicit; an verò à morte Alexandri, postquam Monarchia in quatuor partes disterminata est; Hæc maximè fuit in vsu apud Hebræos, perdurauitque vsque ad tempora R. Mosis Bar Maijmonis, quo tempore iam paulatim introductus erat mos numerandi ab Æra creationis mundi, & seorsim dimissa Æra Contractuum, ita vt hodie omninò cessauerit in Synagoga. Hæc autem Æra שטרות *Scettaròth Contractuum* incipiebat à mense *Nisàn Martio* cum Æra Regum. Vo-

vt suprà dictum est pagina 378. & sequentibus, cæperunt in contractibus suis addere Æram ab Alexandro, vnde Æra Alexandri & שטרות *Scettaròth Contractuum* est appellata. Illius initium cæpit ab anno mundi 3448. ante Natiuitatem Domini 312. Auctor *Meòr enàim* cap. 23. pag. 96. b. contra ferè omnium Hebræorum opinionem dicit, Æram Contractuum notam ex Tabulis Synagogæ non cæpisse dum viueret Alexander Macedo, sed post mortem ipsius, & in diuisione Imperij eius inter quatuor illius seruos -

וזה כי המנין לשטרות ומלכות יונים המפורסם אצלנו בלוחות הכנסת התחיל אחרי מות אלכסנדרו מוקדון בהחלק מלכותו בין ארבעה עבדיו לא בחיי אלכסנדרו ׃

Hæc tantundem sonant. In hoc tamen omnes conueniunt, quòd principium Æræ Contractuum initium sumpserit ab illo anno, qui fuit millesimus ab exitu Ægyptiaco, qui quidem correspondet anno 3448. à creatione mundi, vt probat R. Salomon cap. אלילים citatus ab eodem מאור עינים Auctore ibidem his verbis -

מיציאת מצרים עד ראשית מלכות יונים אשר ממנו מונין לשטרות נמשכו אלף שנים כמו שבאר שם רש״י ז״ל׃ מיציאת מצרים עד החרבן שני אלף ש״פ שנים׃ ת״פ עד בנין ראשון׃ ת״י רבנינו הרי תת״צ ׃ ע׳ דגלות בבל ות״ב דבית שני הרי אלף ש״פ שנים ע״כ ׃

Ab exitu (filiorum Israël) *de Aegypto vsque ad principium Regni Græcorum, à quo numerant Contractus, protrahuntur mille anni, prout ibi exponit*

Septimo menſe, id eſt Septembri ſunt feſta notiſſima. Prima die *Tuba clangunt pro liberatione Iſaaci ab immolatione*. Tertia die *ieiunant, quia occiſus fuit Godolias*. Decima eſt dies *Chippurrim Expiationũ*, quando Deus condonauit eis peccatũ Idololatriæ. Die decima quinta eſt סכות *Succòth Scenopegia Tabernaculorum* per 7. dies. Prima eſt celeberrima. Septima dies, quæ eſt 21. eiuſdem menſis, vocatur הושענה רבה *Hoſannà Rabbà feſtum Ramorum* in memoriam ſubiugationis Iericho. Octaua eſt *feſtum* עצרת *Azèreth Cætus & Collectæ*, in quo colligebantur pecuniæ pro Sacrificijs.

Nono menſe כסליו *Chiſleu Nouembri*, vigeſima quinta die menſis חנוכה *Channuccà Encœnia Dedicatio noui Altaris* à Machabæis contra Regem Antiochum.

Decimo menſe טבת *Teuèth Decembri*. Decima die *Ieiunium ob obſidionem Ieruſalem primam* à Nabuchodonoſore.

Duodecimo menſe אדר *Adàr Februario*. Decima tertia die menſis celebrant *feſtum* פורים *Purrim Sortium pro liberatione populi Iudaici* tempore Eſther, & Mardochæi.

Præter feſta legalia aliæ ſunt feſtiuitates & Ieiunia, quę Iudęi obſeruant ex Rabbinorum ſtatutis & conſuetudinibus, quæ in Calendario Hebræorum infrà inſeremus.

In Æſtate, prima die menſis אלול *Elul Auguſti* incipiebant annum pro decimatione animalium: pro Pecude enim, quæ nata erat, ab hoc menſe annum inchoabant, vt de ea ri-

Vocabatur *Contractuum*, quia inde Chirographa, Teſtamenta, Libellos Matrimoniales, & repudij, omneſque alias literas Contractus ſolebant conſignare. Æram etiam ab exitu Ægyptiaco, à menſe *Niſàn* computare incipiebant: nam 1. Reg. 6. 1. *Factum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſimo anno egreſſionis filiorum Iſraël de terra Aegypti, in anno quarto, menſe* זיו *Zio (ipſe eſt menſis ſecundus) Regni Salomonis ſuper Iſraël, ædificari cæpit Domus Domino*. Si *Ziu* eſt menſis ſecundus à Martio, vt benè probat R. Aben Ezræ ad caput 12. Exodi ſuprà relatum, pagina 427. neceſſariò ſequitur, quòd Æra exitus ab Ægypto initium ſumebat à menſe Martio. Neque hoc in dubium eſt reuocandum, cùm ab Ægyptiaca ſeruitute facta fuerit liberatio in menſe אביב *Abib, nouarum frugum*, qui procul dubio eſt menſis, qui coniunctus eſt cum תקופת ניסן *Thekuphàth Niſàn Aequinoctio Verno*; & qui in celebratione Paſchatis ſeruandus eſt ex Deuter. 16. ver. 1.

Eodem initio menſis *Niſàn Martij* incipiebat annus Eccleſiaſticus, à quo menſe numerare ſolebant Solemnitates & feſta: nam etiam hodie Iudæi computant à 14. Luna menſis *Niſàn Martij Paſcha*.

Exinde poſt 50. dies à Paſchate, in menſe tertio numerant *Pentecoſten*.

Quarto menſe, id eſt Iunio habent *Ieiunium fractionis Tabularum*.

Quinto menſe à Martio *Ieiunium deſtructionis Ieruſalem* ſub Nabuchodonoſore, & longo poſt tempore ſub Tito.

ni 1019. Nihilominus etiam à tempore conditæ Miſcnæ aliqualis erat vſus numerandi *à mundi creatione*, vti hodie communiter ſeruant Iudæi. Igitur locus *Miſcnæ* בא' בתשרי ראש השנה לשנים *Prima die Tiſcrì Principium anni annorum*, intelligi poteſt etiam de computo annorum *à creatione mundi*, qui tunc temporis in vſu vtcumque erat. Abſolutè autem intelligendus eſt de numero & computo annorum Regum externarum nationum, quorum epocham à menſe *Tiſcrì* auſpicabantur Iudæi, ad differentiam annorum Regum Iſraëlis, quorum initium deſumebatur à menſe *Nisàn*, vti iam diximus. Non eſt hoc fictitium, aut voluntarium commentum, ſed *Ghemaræ Babylonicæ* auctoritate ſuffultũ Cod. ר'ה' *Roſc haſcianà* cap. 1. pag. 3: non longè à fine, vbi poſtquam probaſſet, Initium anni exitus Ægyptiaci, & Regum Iſraëlis auſpicari à menſe ניסן *Nisàn Martio*; ſequitur -

אמר רב חסרא לא שנו אלא למלכי ישראל אבל למלכי אומות העולם מתשרי מנינן שנא' (נחמיה א' : א' :) דברי נחמיה בן חכליה ויהי בחדש כסליו שנת עשרים וגו' :

Dixit Ràu Chaſdà: Non numeramus (à Martio) *niſi pro Regibus Iſraëlis; verùm pro Regibus nationum mundi à menſe Tiſcrì* (incipimus) *numerare, S. D.* (Nehem. 1. 1.) Verba Nehemiàh filij Chachaliàh. Et fuit in menſe Chiſlèu anno vigeſimo, &c.

Poſtquam autem in Iudaiſmo introductus & firmatus eſt vſus numerandi *à creatione mundi*, initium anni deſumitur à menſe *Tiſcrì Septembri*, & eſt

ritè decimas darent. Ibi Rabbi Salomon: *Quia non decimant ea, quæ nata ſunt* בשנה זו *in hoc anno*, ſed ea, quæ ſunt in menſe adiacenti anno huic, nempè menſe Auguſto vltimo anni, ſicut ſcriptum eſt Deuter. 14. v. 22.

עשר תעשר את כל תבואת זרעך היוצא השדה שנה שנה :

Decimando decimabis omne prouentum ſeminis tui, quem producit ager anno anno, id eſt annuatim decimabis beſtias, & fruges terræ. R. Eliezer & R. Simeon huiuſmodi anni principium reijciebant in menſem *Tiſcrì*.

In Autumno, prima die menſis *Tiſcrì Septembris* incipiebant numerare *annum annorum*, id eſt *à mundi creatione*, vt vult Moſes Ægyptius in hoc loco. Hanc ſanè epocham *à mundi creatione* apud Iudæos licèt nouam, & poſt obſignationẽ Talmudis paulatim introductam ſentiunt ſapientiores Rabbini cum Auctore *Meòr enàim* cap. 25. pag. 96. fuiſſe poſt Ràu Scerirà ab omnibus receptam -

הרי שנוכל לומר כי המנין ליצירה הוחל בעמנו לפי הנראה אחר רב שרירא ואין פחות משש מאות שנים והנה :

Nunc poſſumus dicere, quòd vſus computandi à creatione mundi in populo noſtro, incæperit (vt apparet) *poſt Ràu Scerirà, ab hinc circiter ſexcentis annis.* Ràu Scerirà fuit pater R. Hai Gaòn, qui (vt vidimus ſuprà pag. 385. col. 1.) obijt anno Domini 1037. annis 18. poſt mortem patris ſui Scerirae. Vnde dicendum, R. Scerirà vitam cum morte commutaſſe anno Domi-

putationis. Numero Hebraico decurtato *adde* 1240. & habebis an. Christi, v. g. in allatis exemplis 304. *adde* 1240. fit 1544.

Item, anno minoris supputationis 495. *adde* 1240. fiet annus Christi 1735. & sic in reliquis.

Porrò prima die *Tiscrì* non solùm incipiebant antiquitùs numerare annum annorum Regum Gentilium, sed etiam ab eodem mense auspicabantur annum שמיטין *Scemittin Intermissionum*, seù *quietis*. Hic erat annus Sabbaticus, quo agri, vineta, & oliueta Terræ Sanctæ quiescebant à cultura, & hæc intermissio fiebat quolibet septimo anno, vt post *Tiscrì*, seù septimi mensis ingressum neutiquam liceret culturæ terræ operam dare per annum, ex Exod. 23. 11. & Leuit. 25. ver. 4.

Ab hoc eodem mense *Tiscrì* incipiebant supputare annũ *Iubilei* quinquagesimum, annum indulgentiæ, & remissionis, quo serui Hebræi fruebantur libertatis indultu, quia manumittebantur, & possessiones redibant ad proprios Dominos, ex Leuit. 25.

Sed quid dices ad illud Leuit. 25. 9. & 10. quo non prima mensis Septemb. iubetur seruus manumitti, sed 10. die Septembris: in die quippè expiationũ vult Deus, vt clangatur buccina, sanctificetur ann. Iubileus quinquagesimus, & prædicetur libertas? Non igitur prima, sed 10. die mensis *Tiscrì Septembris*, erit initium anni Iubilei.

Respondet R. Ismael Ben R. Iochanàn filij Berukà

& est primus mensis anni ciuilis, & vulgaris. Et hoc anno à Natiuitate Christi 1676. numeratur *à creatione mundi* 5436. vnde si quis annum mundi Iudaicum voluerit ad annum Christi reducere, sumenda est differentia inter oblatum annũ Iudaicum, & inter præsentem annum *à creatione mundi*; quod si annus oblatus iam præterierit, differentia hæc est *subtrahenda* ab anno Christi currente. Quòd si adhuc futurus sit annus oblatus, tunc differentia *addenda* est anno Christi currenti; & quod inde resultat, erit annus Christi, qui quærebatur. Ex. gr.

Sit datus annus ש״ד 5304. *à creatione mundi*. Hunc subtrahe ab anno mundi currente 5436. differentia est 132. hanc *subtrahe* ab an. Chr. 1676. currente, remanet annus Chr. 1544. vnde annus mundi 5304. correspondet anno Christi 1544.

Item detur annus mun. ה״צת 5495. futurus, à quo *subtrahe* præsentem annum 5436. differentia erit 59. hanc *adde* an. Christi præsenti 1676. quia datus annus futurus est, & habebis annum Christi 1735.

Aduerte, quòd Iudæi frequenter in suis numeris solent omittere millenarios, notatis solummodo centenarijs, denarijs, & monadicis numeris cum additione abbreuiaturæ לפ״ק quod ex לפ״ק initialibus literis sonat לפרט קטן *secundùm supputationem minorem*, id est sine millenarijs, vti videre est passim in editis libris. Sic in exemplis allatis ש״ד 304. significat 5304. & ה״צת 495. id est 5495.

Breuiùs cum numeris minoris sup-

cundus annus incipiebat à menſe Septembri. ירקות *Ierakòth Olerum* propter decimationem ipſorum; quia vt dicit idem R. Salomon

שאין תורמין ומעשרין מן הנלקט לפני ראש השנה על אחר של ראש השנה :

Non eleuant Therumà oblationem (id eſt duo de centum) *aut decimant de eo, quod colligitur ante initium anni ſuper aliud initium anni*. Quia de anno in annum ſolebant decimas dare, nec vno anno alterius anni decimas dabant: huiuſmodi autem annum inchoabant à prima die *Tiſcrì*.

In Hyeme incipiebant annum לאילן *Leilàn pro arbore*, pro arborum fructibus decimandis, vt explicat R. Salomon prima die שבט *Sceuàtt Ianuarij* (inquit *Miſcnà*) eſt initium anni pro arboribus ſecundùm ſententiam *Scholæ Sciammài*, ſecundùm ſententiam *Scholæ Hillelis* eſt 15. eiuſdem menſis. R. Salomon.

לאילן לענין מעשר שאין מעשרין פירות האילן שחנטו קודם שבט על שחנטו לאחר שבט שהאילן הולך אחר חנטה ובגמרא מפרש מאי שנא שבט :

Pro arbore: Intelligitur de decimis arborum; quoniam decimari non debent fructus arboris, quæ protulit fructus ante Sceuàtt Ianuarium, ſuper fructus (arboris) quæ protulit poſt Ianuarium: quia arbor aliquando poſtquam protulerat fructus, iterum protulit. Hoc eſt, de arboribus, quæ bis in anno fructus proferunt, de fructibus, qui ante Ianuarium matureſcebant, de illis dabant decimam pro anno elapſo, neque in ea decimatione comprehende-

משנכנס ראש השנה לא היו עבדים נפטרין ולא משתעבדים אלא אוכלין ושותין ושמחין ועטרותיהם בראשיהם כיון שהגיע יום הכפורי' תקעו בית דין בשופר נפטרו עבדים וכו' :

Ab ingreſſu anni (id eſt à prima die Tiſcri Septembris vſque ad diem 10. ſerui ſunt dubij, hoc eſt) *ſerui non ſunt liberi, nec ſunt ſerui* (cùm per hos dies Dominis non inſeruiant) *ſed comedunt, bibunt, & coronis redimiti lætantur. Adueniente autem die Chipurrìm Expiationum, iubet Senatus clangi buccina, & tunc manumittuntur ſerui &c.* Confer Gloſſam *Miſcnæ* עץ חיים *Ligni vitæ* ad hunc locum pagina 230. *Inchoatiuè* ſeruorum libertas eſt prima die *Tiſcrì*, *terminatiuè* eſt 10. die eiuſdem. Ideò non malè à prima die *Tiſcrì* incipiebant numerare initium anni Iubilei.

Præterea ab hac prima die menſis *Tiſcrì* inchoabant numerare annos נטיעה *Nettiàh plantationis arborum*, & ירקות *Ierakòth olerum*; *arborum*, propter ערלה *Orlà præputiatum fructum*; *olerum*, propter מעשר *Maaſsèr decimā*. Statuitur in Lege Leuit. 19.23. Arboris fructus per tres annos cenſeri immundos, & tanquam præputiatos ab arbore præputiata productos non comedendos. Annus præputiatæ arboris definiebatur à menſe *Tiſcrì Septembris* ואפילו *Et quamuis* (inquit R. Salomon hìc)

נטעה באב בלתה שנתה הראשונה לסוף אלול :

Plantata fuerit (arbor) *in* (menſe) *Iulio, primus* (plantationis) *annus finiebatur in fine menſis Auguſti*. Et ſe-

duę ſubſequentes ſolemnitates dependebant, nempè Pentecoſtes, quæ dicitur feſtum קציר Hakatzir Meſſis, quia infrà 50. dies poſtquam ſegetes incæperant ante Paſcha calamis furſum efferri, illarum ſpicæ matureſcebant, meſſiſque tempus adueniebat; & Tabernaculorum, quæ vocatur האסיף Haaſiph Collectionis, quia in æquinoctio Autumnali, quo celebrabatur hoc feſtum, fruges terræ omnes iam collectæ erant. Patet autē, quòd meſſis, & Vindemia ab Abib æquinoctio Verno dependeant, vt benè notauit Aben Ezra in Comment. ad c. 12. Exodi. Cùm autem menſis Abib & Niſàn ſint menſes eius tempeſtatis & æquinoctij Verni, ſequitur neceſſariò quòd vterque ſit primus menſis anni Eccleſiaſtici, licèt initium vtriuſque non eadem die incidat. Ergo ex Scriptura habetur principium anni Eccleſiaſtici eſſe à menſe Niſàn.

Principium anni Politici, ſeù Ciuilis eſt à prima Luna menſis Tiſcri, id eſt ab illa, quæ vicinior eſt æquinoctio Autumnali. Iſtius anni principium ex Scriptura, vnico hoc, ſed valido argumento probari poteſt, Exodi 23. v. 16.

וחג האסיף בצאת השנה באספך את מעשיך מן השדה:

Et ſolemnitatem collectionis quando egreditur annus, & quando collegeris opera tua ex agro. Sed hæc hominum opera, id eſt fructus vinearum, quæ hominum manu coluntur ſub finem anni, ſiuè, vt in Textu dicitur, quando egreditur annus ante primam Lunam debantur fructus, qui poſt Ianuarium matureſcebant, vt ſunt Cytri, Poma aurea, & ſimilia acidorum genera fructuum.

Iſta ſunt diuerſa anni principia iuxta Talmudicam doctrinam; attamen quia annus primariò diuiditur in annum Eccleſiaſticum, & in annum Politicum, ſeù Ciuilem, ille eſt, quo antiquitùs in figendis & numerandis feſtiuitatibus, vel indicendis Ieiunijs Synagoga vtebatur; Politicus, quem Reges, vel Reſpublica Iudæorum, in rebus Ciuilibus, Contractibus, & alijs negotijs ſecularibus, & forenſibus decidendis, aut firmandis aſſumebat. Ita & duplex anni ingreſſus atque principium in vſu fuit apud priſcos Iudæos, tempore quo Ædes Sacra Ieroſolymis extabat. Aliud prima Luna menſis ניסן Niſàn Martij; & aliud prima Luna menſis תשרי Tiſcrì Septembris. Vtrumque principium notum eſt ex Sacris literis. Primum ex Exod. 12. *Menſis iſte vobis principium menſium, primus ipſe vobis in menſibus anni*. Quòd autem loquatur de menſe hodie dicto Niſàn patet, quia Scriptura loquitur de illo menſe, quo egreſſi ſunt Iſraëlitæ de Ægypto. At Iſraëlitæ egreſſi ſunt in menſe אביב Abib, quo iubetur Paſcha celebrari Deuter. 16. 1. in memoriam egreſſionis ab Ægypto in æquinoctio Verno, Luna decima quarta Exod. loco citato. Abib autem æquinoctij Verni menſis eſt Exod. 13. v. 4. quo ſegetes ſpicas recentes habere incipiunt in Terra ſancta, quod & ipſum vocabulum אביב Abib indicat, & à quo aliæ

puncta in linea æquinoctiali, quibus ecliptica linea interſecatur, in Coluro æquinoctiorum videlicet in principio Arietis, & in principio Libræ. Hinc ab altero horum exordium motus conſtituendum eſſe exiſtimarunt; à quonam autem, nunc inquiremus.

An Mundus incæperit, ſeù creatus fuerit in æquinoctio Verno, an verò in Autumnali?

§. SEPTIMVS.

QVæſtio hæc à duobus priſcis Rabbinis R. Eliezer, & R. Ioſuè exagitatur in Talmude Cod. ראש השנה *Roſc Haſcianà* cap. 1. pag. 10. b. in fine, & ſeqq. R. Eliezer vult mundum creatum fuiſſe in Autumno, in menſe תשרי *Tiſcrì Septembri*; & R. Ioſuè in Vere menſe ſcilicet ניסן *Niſàn Martio*. Verba R. Eliezer ſunt.

ר' אליעזר אומר בתשרי נברא העולם בתשרי נולדו אבות בתשרי מתו אבות בפסח נולד יצחק בר"ה נפקדה שרה רחל וחנה בראש השנה יצא יוסף מבית האסורין בר"ה נטלה עבודת מאבותינו במצרים בניסן נגאלו בתשרי עתידים ליגאל:

R. Eliezer dicit: In menſe Tiſcrì Septembri creatus eſt mundus; in Septembri geniti ſunt Patres (Abraham, Iſaac, & Iacob). *In Septembri mortui ſunt Patres. In Paſchatis feſto genitus eſt Iſaac. In capite anni viſitata eſt Sara, Rachel, & Anna. In capite anni exijt Ioſeph de domo carceris. In capite anni ſublata eſt ſeruitus à Pa-*

nam *Tiſcrì Septembris* colliguntur. Ergo prima Luna Septembris, id eſt menſis *Tiſcrì* erit initium anni noui ex Scriptura. Hæc ſolemnitas alibi vocatur ſolemnitas סכות *Succòth Tabernaculorum*, quæ ſecundùm numerum menſium anni Eccleſiaſtici celebrabatur ſeptimo menſe, facto exordio à Martio primo menſe huiuſcemodi anni, Leuit. 23. 34. & initium huius anni Politici incipientis à prima Luna menſis *Tiſcrì*, ſeù *Septembris*, ibid. ver. 24. vocatur זכרון תרועה *Memoriale vociferationis*, quia Arietinum cornu in principio anni inflabant.

Duplex hoc anni principium vnum ab æquinoctio Verno, alterum ab æquinoctio Autumnali in Scripturis indicatum, occaſionem dedit inquirendi, à quonam ex his duobus æquinoctijs creatus fuerit mundus: nam par erat, vt mundus inciperet ab exordio anni, non à medio, aut ab alia aliqua anni parte; quin etſi ab aliqua ex his partibus mundus incæpiſſet, illa pars fuiſſet principium anni, quia principium anni verè eſt illud, quo motus incipit; nam annus eſt temporis menſura, & tempus eſt menſura motus primi mobilis: vnde quando primum mobile incæpit moueri, inde exordium ſumpſit annus. Quærunt igitur, qua anni parte incæperit hic motus, & conſequenter annus, an ab æquinoctio Verno, an verò ab Autumnali? De Solſtitijs non mouent quæſtionem, quia cùm in Solſtitijs Sol quàm longiſſimè remoueatur ab æquinoctiali linea, ab ea initium ſumpſiſſe moueri que neceſſe fuit. Cùm autem duo ſint

citur (Genes. 1. 11.) Et dixit Deus: Germinet terra herbam virentem semificantem semen, lignum fructus. *Quis quaso est mensis iste, in quo terra producit herbas, & arbores plenas fructibus? Dicam: Iste est Tiscrì September. Et eo instanti temporis fiunt* רביעה *pluuiæ, descendunt imbres, & producunt germina, S. D.* (Ibid. 2. 6.) Et vapor ascendebat de terra.

Ijsdem ferè medijs suam sententiam probat R. Iosuè dum ait -

ורבי יהושע אומר מניין שבניסן נברא העולם שנא׳ (שם א׳ ; יב״) ותוצא הארץ דשא עשב מזריע זרע ועץ עושה פרי איזהו חודש שהארץ מליאת דשאים ואילן מוציא פירות היו אומר זה ניסן ואותו הפרק זמן בהמה וחיה ועוף שמזדווגין זה אצל זה שנ׳ (תלים סה״ ; כד׳) לבשו כרים הצאן וגו׳ ואידך נמי הא כתיב עץ עושה פרי התוא לברכה לדורות הוא דכתיב ואידך נמי הא כתיב עץ פרי תהיא כדר׳ יהושע בן לוי דא״ר יהושע בן לוי כל מעשה בראשית לקומתן נבראו לדעתן נבראו לצביונן נבראו שנא׳ (בראשית ב׳ ; ב׳ ;) ויכלו השמים והארץ וכל צבאם אל תקרי צבאם אלא צביונם ;

Rabbi verò Iosuè dicit: Vnde probatur, quòd mense Nisàn Martio creatus sit mundus? (ex Genes. 1. v. 12.) *Quia dicitur:* Et produxit terra herbam virentem semificantem semen, & lignum faciens fructum. [R. Sal. ולא עץ פרי גמור *Non autem lignum fructus maturi.*] *Quinam mensis iste est, quo terra impletur herbis; & arbor fructus producit? Dicas. Hic est Nisàn Martius; & hic est propriè punctus temporis iumentorum, bestiarum, & volucrum, quo ineunt coniugationes ad procreationem. Hoc est quod dicitur*

à Patribus nostris in Aegypto [R. Sal. ששה חדשים לפני גאולתם *Sex mensibus ante redemptionem*] *In Nisàn Martio redempti sunt, sed in Tiscrì Septembri redimentur in futurum*, id est tempore Messiæ.

Contradicit R. Iosuè hoc modo -

ר׳ יהושע אומר בניסן נברא העולם בניסן נולדו אבות בניסן מתו אבות בניסן נולד יצחק בראש השנה נפקדה שרה רחל וחנה בראש השנה יצא יוסף מבית האסורין בראש השנה בטלה עבודה מאבותינו במצרים בניסן נגאלו בניסן עתידין ליגאל ;

R. Iosuè dicit: In Nisàn Martio (mense) *creatus est mundus. In Nisàn Patres geniti. In Nisàn mortui. In Nisàn genitus Isaac. In capite anni visitata est Sara, Rachel, & Anna. In capite anni exijt Ioseph de domo carceris. In principio anni sublata est seruitus à Patribus nostris in Aegypto. In Nisàn redempti sunt. In Nisàn redimentur.*

Sed quomodo probantur hæ sibi ad inuicem oppositæ opiniones?

Probat suam R. Eliezer ibidem pagina 11. his verbis -

תניא ר׳ אליעזר אומר מנין שבתשרי נברא העולם שנאמ׳ (בראשית א׳ ; יא״) ויאמר אלהים תדשא הארץ דשא עשב מזריע זרע עץ פרי איזהו חודש שהארץ מוציאה דשאים ואילן מלא פירות הוי אומר זה תשרי ואותו הפרק זמן רביעה היתה וירדו גשמים וצימחו שנ׳ (שם ב׳ ; ו׳ ;) ואד יעלה מן הארץ ;

Est traditio. R. Eliezer dicit: Vnde probatur, quòd in mense Tiscrì Septembri creatus sit mundus? Quia di-

Probatur minor. Principium motuum est in principio Arietis primi Signi cælestis apud Astronomos cuiuscunque Nationis & linguæ. Sed principium Arietis, seù primus illius gradus est in æquinoctio Verno; quod nullus sanæ mentis negabit. Ergo &c.

Secundò; Principium mundi debet correspondere infantiæ hominis, vel pueritiæ, non autem ætati maturæ, vel senectuti: nam inter mundum & hominem maxima proportio est, vnde homo dicitur *Microcosmus paruus mundus*. At Vernum tempus est innouationis, & germinationis: nam quarta pars circuli, quæ est ab initio Arietis ad finem Geminorum est calida, humida, vernans, puerilis, sanguinea. Ergo in principio huius quartæ, quæ est in æquinoctio Verno mense Martio creandus erat mundus.

Tertiò, Æquinoctium Vernum est tempus generationis, vt sensu constat; Autumni æquinoctium est tempus corruptionis. Ergo in Verno non in Autumno creari debuerat mundus.

Quartò. Probatur argumento desumpto à Sacra Theologia. Conuenit hoc tempus mysterijs nostræ Religionis, quia mense Martio conceptus est Messias, qui est Salus mundi; mundus initium suæ salutis eo mense obtinuit, & eodem mense per passionis mysterium consummationem suæ salutis adeptus est. Vt sicut prima redemptio vnius populi à seruitute Pharaonis tempore Verno facta est; ita eo.

(Psal. 65. v. 14.) Induti sunt campi (arietes) ouibus, &c. *Sed quid ad illud, quod contra hanc sententiam afferebatur:* Lignum faciens fructum? *Hoc pertinet ad benedictionem & multiplicationem in futuris ætatibus. Illud verò aliud quod scribitur,* Lignum fructus, *exponetur secundùm R. Iosuè Ben Leui, qui dixit: Quicquid creatum est à primordio, in statura, ingenio, & ornatu, creatum est, quia dicitur* (Genes. 2. 1.) Et completi sunt Cæli, & terra, & omnis exercitus eorum, *ne legas* exercitus eorum, *sed* צביונם ornatus eorum.

Nota, ex hac expositione R. Iosuè Ben Leui, confirmari Vulgatæ Sacræ Scripturæ translationem, quæ eodem modo legit, *Omnis ornatus eorum*.

Hanc duplicem sententiam de tempore creationis mundi exscriptam ad literam reperies in I. Par. עין ישראל *En Israel* pag. 121. col. 4. num. 2. & 3. & partè ipsius in ילקוט *Ialkutt* בראשית *Bereseith* num. 8. §. תניא pag. 9. editionis Liburnensis in fol.

Opinioni R. Iosuè ego calculum adijciam, dicamque, *Vniuersam hanc mundi visibilis machinam in æquinoctio Verno mense Martio, non in Autumno creatam esse*: ita omnes ferè SS. Patres & Theologi, quorum Catalogum videre poteris apud Conimbricenses lib. 8. Physic. cap. 2. q. 3. a. 2.

Probatur. Initium mundi huius materialis & visibilis sumendum est ab eo mense, in quo est principium motuum cælestium sphærarum: id autem est in æquinoctio Verno, & mense Martio. Ergo.

Dices secundò, Antiquissimi hominum, qui fuerunt propinquiores creationi Orbis, statuerunt initium anni esse principium Autumni; Iudæi, Ægyptij, Persæ, Græci, & omnes Orientales Nationes. Ergo signum, est mundum creatum esse in Autumno.

Resp. Non valet hæc ratio: Annus inchoatur ab hac vel illa Natione quamuis sapientissima, in tali vel tali mense: ergo in illo mense creatus est mundus, quia non statuerunt hoc sapientes, vt conformarent se statui & conditioni, in qua creatus est mundus, sed alias rationes sibi proposuerunt, prout eorum considerationibus fuerunt magis consentaneæ.

Dices tertiò, Mundus debuit suum principium sumere ab illa anni parte, qua arbores fructus suos proferunt, vt homo haberet promptum cibum quo sustentare se posset. Sed hoc non Vere, sed Autumno contingit. Ergo.

Resp. In illa prima mundi origine, arbores fructiferas in statu perfecto fuisse productas cum suis floribus & fructibus maturis, secundùm quod etiam vult, & exponit R. Iosuè Ben Leui. Sic Adam in statu perfecto creatus est, non infans, aut puer, sed vir perfectus, quia *Dei perfecta sunt opera*, Deuter. 32. & fructus illi maturi potuerunt perdurare, vsque dum alijs nouis superuenientibus in Autumno, homo ipsis vesci potuisset.

Contra arguit R. Eliezer ex diluuio vniuersali, quia eadem tempestate, qua creatus est mundus, eodem quoque tempore delendus erat: vnde ait eodem tempore, vt dicit R. Iosuè, à Messia facienda erat totius Vniuersi redemptio, & liberandus homo à seruitute Pharaonis Infernalis.

Dices. Anni initium congruè sumi debet ab eo tempore, quo annus finem iam accepit. Sed finem accipere videtur in Autumno, quando scilicet fruges congregatæ sunt Exod. 23.16. *Solemnitatem quoque facies in exitu anni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro*. Ergo in Autumno incipere debuit mundus.

Resp. negando consequentiam, quia non deducitur ex præmissis, imò quæ præmittuntur probant oppositum, quia totus Autumnus cum Hyeme est anni finis, seù senectus & decrepitas, & ideò nulla ratione habet principij rationem: Autumnus autem non potest simul & semel habere rationem finis & principij, seù consummationis, & nouitatis. Ad locum Scripturę, concedo, Solemnitatē ordinari à Deo in fine anni politici: quandoquidē licèt festa numerentur à *Nisàn Martio*, attamen in hoc loco, quia de festo Tabernaculorum intelligit Scriptura, quod post fructuum collectionem celebrandum erat, voluit anni finem indicare politici, vt toti populo, & vniuersæ plebi notum esset tempus, quo se accingere deberent ad ramos arborum parandos pro Tabernaculis efficiendis, quę magis ad plebem pertinebat, quàm ad alios de populo honorabiliores. Sed hæc festiuitatis indictio non arguit mundum fuisse creatum in æquinoctio Autumnali.

zer in Tiscrì Septembri creatus est, quia à Septembri incipiunt numerum duarum ætatum. Propterea diluuium על כרחך *velis nolis in* מרחשון *Marchescuàn Octobri descendit, & 12. mensibus perdurauit; & in mense secundo in die 27. qua arefacta est terra, fuit in mense Marchescuàn Octobri anni insequentis, & in Tiscrì Septembri antecedentis siccata sunt aquæ super terram: nam terra effecta fuerat crustarum instar, neque exsiccata est perfectè, & in eo fuit principium anni 600. & vno, quia scribitur: Et fuit in primo & sexcentesimo anno in primo, in prima mensis, iste est Tiscrì September; & ex eo, quia non vocauit ipsum sexcentesimum primum annum vsque adhuc, hinc habetur eo quòd ætatum numerus non orditur à Nisàn Martio, quia si à Nisàn incæpisset numerare, dicere debuisset* (Scriptura) *& requieuit arca in sexcentesimo primo anno in mense septimo super montes Armeniæ, quia iam innouatus erat annus à Nisàn Martio: nam mensis ille septimus est* סיון *Siuàn Maius, & est septimus à terminatione pluuiarum* (diluuij) *sicut nos legimus in Sèder Olàm. Hoc autem adduxit R. Eliezer, quia quando tu numeras à decima septima die mensis Marchescuàn Octobris 190. dies, quadraginta dies pluuiarum siuè hyemis, & 150. quibus præualuerunt aquæ super terram, inuenitur illorum complementum die 1. Siuàn Maij, hac enim die decrescere cæperunt, quia dicitur* (Genes. 8. 3.) Et defecerunt aquæ à fine quinquaginta & centum dierum. *Et* (ver. 5.) Et aquæ ibant & deficiebant vsque ad mensem deci-

ait in *Gemarà* Cod. *Rosc Hascianà* c. 1. pag. 11. b. ex Genesi cap. 7. 11.

בשנת שש מאות שנה לחיי נח בחדש השני בשבעה עשר יום לחדש ר׳ אליעזר אומר אותו היום שבעה עשר במרחשון היה יום שמזל כימה עולה ביום ומעיינות מתגברים ובתוך ששינו מעשיהם שינה הקב״ה עליהם מעשה בראשית והעלה מזל כימה ביום ונטל שני כוכבים והביא מבול לעולם׃

In anno sexcentesimo annorum vitæ Noë, in mense secundo, in septima decima die mensis &c. R. Eliezer dicit: Illa die fuit decima septima Marchescuàn (mensis Octobris) *die qua Constellatio* כימה *Chimà ascendit de die, & fontes præualent, Et quia mutauerunt* (homines) *opera sua, immutauit Deus sanctus benedictus super eos ordinem rerum institutum à primordio mundi, & ascendere iussit Astrum Chimà in die, & tulit duas Stellas, & induxit diluuium in mundum.*

Volunt Talmudistæ cum Samuele Iarchinita, Chimà esse maximam Constellationem ferè centum Stellarum, vt in I. Par. pag. 362. indicaui, & inter eas primarium locum obtinere עין השור *En Hasciòr*, cui *Chimà* ex quadam peculiari excellentia nomen indiderunt. Hanc de natura Martis esse volunt calidissimā & aridissimā Stellam, cuius calore & siccitate occludantur aquæ, quæ super cælos esse existimant, ne descendāt & obruant mundum. Vt autem aquæ diluuij descendere potuerint, aiunt: Tulisse Deum duas Stellas ex Constellatione Chimà, vnde inundauerunt aquæ. Hinc R. Salom. hunc locum hoc modo explicat: *Secundùm opinionem R. Elie-*

inuexit in Orbem diluuium. Glossa R. Salomonis: *Secundùm quod dicit R. Iosuè, Mundum creatum fuisse in Nisàn Martio, & ab eo incipere numerum vtriusque ætatis* (scil. creationis, & renouationis mundi) *diluuium descendit in Ijàr Aprili, & septimus mensis, quo quieuit Arca, fuit Marchescuàn mensis Octobris, & non numerat tibi Scriptura anni innouationem, quia* (notum est) *annum non innouari nisi à Nisàn Martio*. Vtraque sententia supponit diluuium ea tempestate, qua mundus creatus fuerat, descendisse, R. Eliezeris in Autumno, R. Iosuè in Vere; sed vtriusque probatio nulla est, quia assumunt pro medio id quod probandum erat. Certum est enim, quòd si incipias numerare menses à Septembri, initium mensis septimi erit Aprilis; & si à Martio incipias, septimus à Martio erit October, & in vtraque hypothesi dies in Scriptura numerati sine vllo incommodo vtriq; sententiæ adaptari poterunt. Noë erat 600. annorum, quando diluuij aquę inundauerunt super terram, mense secundo, septimo decimo die mensis facta est pluuia super terrã; quod potest intelligi vel de Octobri, vel de Aprili: pluuia perdurauit quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Ergo vsque ad 28. diem כסליו *Chislèu Octobris*, vel 28. סיון *Siuàn Maij*. Obtinuerunt aquæ centum quinquaginta diebus, Gen. 7. 24. & post centum quinquaginta dies cęperunt minui, Gen. 8. 3. id est post primum diem סיון *Siuan Maij*, vel post primum diem כסליו *Chis*eimum, *qui est* אב *Ab Iulius, qui fuit decimus à descensione pluuiarum, & 1.* אב *Ab Iulij apparuerunt cacumina montium. Duobus mensibus defecerunt quindecim cubitis; quibus erant montes cooperti ab aquis, quia dicitur* (Ibidem cap. 7. 20.) Quindecim cubitis desursum inualuerunt aquæ, & operti sunt montes *secundùm mensuram, qua defecerat cubitus quatuor diebus, & Arca immersa erat in aquis vndecim cubitis, & non natabat super verticem montis nisi quatuor cubitis alta, idcircò requieuit decima sexta die mensis Siuàn Maij*. Hactenus R. Salomon, cuius Hebraica verba non adducimus breuitati studentes.

E conuerso R. Iosuè totum hoc negat, & quod R. Eliezer pro se affert, idipsum facit R. Iosuè, cuius sententia ex eodem loco Genes. 7, 11. est -

בשנת שש מאות שנה לחיי נח בחדש השני בשבעה עשר יום לחדש ר׳ יהושע אומר אותו היום שבעה עשר באייר היה יום שמזל כימה שוקע ביו׳ ומעיינות מתמעטים ומתוך ששינו מעשיהן שינה הקב״ה עליהם מעשה בראשית והעלה מזל כימה ביום ונטל שני כוכבים מכימה והביא מבול לעולם׃

In anno sexcentesimo annorum vitæ Noë, in mense secundo, in septima decima die mensis &c. R. Iosuè dicit: Illa dies fuit septima Ijàr (mensis Aprilis) *dies, qua Constellatio Chimà immergitur in die, & fontes imminuuntur, & quia* (homines æui illius) *mutauerunt opera sua; Deus sanctus benedictus permutauit eis opus Bereschith* (ordinem institutum à sex primis diebus creationis) *& ascendere fecit Chimà in die, & tulit Deus duas Stellas de Chimà, &*

pturæ applicari poteſt ſine aliquo inconuenienti, vtrique principio anni, tam ſi annus inchoetur à Septembri, quàm ſi à Martio. Ergo rationes hinc inde adductæ contra vtramque partem facili negotio reſolui poſſunt, cùm non tam pro vna, quàm pro alia parte militare deprehendantur; à quocunque enim menſe incipias numerare annum, habebis alios deſignatos menſes ſeriatim inſequentes, vt oſtendit *Ghemarà* Cod. *Roſc Haſcianà* cap. 1. pagina 7. his verbis.

וכתיב שמור את חדש האביב איזהו חדש שיש בו אביב הוי אומר זה ניסן וקרי ליה ראשון ואימא אייר בעינא אביב וליכא ואימא אדר בעינא רוב אביב וליכא מידי רוב אביב כתיב אלא אמר רב סחרא מהכא אך בחמשת עשר יום לחדש השביעי באספכם את תבואת הארץ איזהו חדש שיש בו אסיפה הוי אומר זה תשרי וקא קרי ליה שביעי ואימא מרחשון ומאי שביעי שביעי לאייר בעינא אסיף וליכא ואימא אלול ומאי שביעי שביעי לאדר בעינא רוב אסיף וליכא מידי רוב אסיף כתיב אלא אמר רבינא דבר זה מתורת משה רבינו לא למדנו מדברי קבלה למדנו :

Item ſcriptum eſt: Cuſtodi menſem אביב *Abib. Quiſnam eſt menſis, in quo eſt* אביב *Abib? Dicito eſſe Niſàn, & voca eum primum. Sed dicam: Ijàr Aprilis volo eſſe quòd ſit Abib, & non eſt. Et dicam: Adàr Februarius volo multum Abib fructuum, & non eſt quidquam; multum Abib ſcriptum eſt. Sed dixit Ràu Chaſdà: De hoc loco probatur. Verumtamen decima quinta menſis ſeptimi dum congregantur fruges terræ. Quiſnam eſt menſis in quo colliguntur* (fruges?) *Iſte eſt menſis Tiſcrì September, & voca eum ſeptimum.*

Chiſlèu Nouembris. Requieuitque Arca menſe ſeptimo, vigeſimo ſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ, nempè 27. die אייר *Ijàr Aprilis*, vel מרחשון *Marcheſcuàn Octobris*. At quia aquæ ibant & decreſcebant vſque ad decimum menſem, nam decimo menſe, prima die menſis, apparuerunt cacumina montium; nempe 1. die menſis אב *Ab Iulij*, vel prima die שבט *Sceuàtt Ianuarij*. Cùmq; tranſijſſent quadraginta dies aperiens Noë feneſtram Arcæ dimiſit Coruum, id eſt 10. אלול *Elùl Auguſti*, vel 10. אדר *Adàr Februarij*. Expectatis autem vltra ſeptem diebus alijs, rurſum dimiſit Columbam: at illa venit ad Noë ad veſperam portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo; hoc eſt ad veſperam diei decimi ſeptimi Auguſti, aut Februarij. Expectauitque nihilominus Noë ſeptem alios dies, & emiſit Columbam, quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum; nempè 24. die menſis אלול *Elùl Auguſti*, vel אדר *Adàr Februarij*.

Igitur ſexcenteſimo primo anno vitæ Noë primo menſe, prima die menſis, id eſt prima die menſis תשרי *Tiſcrì Septembris* anni inſequentis, vel prima die menſis ניסן *Niſàn Martij* ſequentis anni imminutæ ſunt aquæ, & aperiens Noë tectum Arcæ, vidit quòd exſiccata eſſet ſuperficies terræ. Itaque menſe ſecundo, ſeptimo & vigeſimo die menſis, hoc eſt menſe מרחשון *Marcheſcuàn Octobri*, vel אייר *Ijàr Aprili* arefacta eſt terra, & egreſſus eſt Noë de Arca. Patet itaque euidenter, quòd idem calculus Scri-

autem in Autumno per vniuersale diluuium renouatum. Congruum quidem fuerat, vt sicut florido tempore creatus, eodem florente tempore renasceretur. Decebat etiã Diuinam iustitiam, ea florida Veris tempestate, qua homines ad delicias voluptatesq; alliciuntur, & aëris temperie magis, quàm in aliqua alia anni parte fruuntur, in ea pariter esset peccati vltio, & iniquitatis vindicta; nec homines eam ad naturales causas referre prudenter possent, cùm in Vere crescente Solis calore in dies cum proportionato humido, omnia in terris incrementum accipiant & perficiantur. Homines enim, quia omnes naturæ leges peruerterant, voluit etiam & Deus naturæ ordinem inuertere, vt per quę peccauerat homo, per eadem puniretur, & vt dicunt -

ובתוך ששינו מעשיהם שינה הקבה עליהם עמשה בראשית:

De vsu Aequinoctiorum & Solstitiorum apud Hebræos, atque item de illorum תקופות *Thekuphòth.*

§. OCTAVVS.

Aequinoctia & Solstitia Hebræi vocant תקופות *Tekuphòth Reuolutiones, Conuersiones.* Huius vocis notio indicatur in Sacris Scripturis, vt Exod. 34. v. 22. וחג האסיף תקופת השנה *Et festum collectionis reuolutione anni.* Samuel. 1. ver. 20. ויהי לתקופות הימים *Et fuit in reuolutionibus dierum.* Item 2. Paralip. 24. 23. ויהי לתקופת השנה *Et fuit*

mum. Sed dicam Marchescuàn Octobrem. Sed quomodo septimus? Ab Ijàr Aprili volo Assiph congregationem & non est. Sed dicam Elùl Augustum? Et quomodo (erit) *septimus? Septimus erit ab Adàr Februario: Quæro multitudinem Assiph congregationis, & non est quicquam. Multa collectio scriptum est. Sed dixit Rauinà: Rem istam ex Lege Mosis Magistri nostri non didicimus, sed ex traditione.*

Ex hoc loco probatur; quòd si à *Nisàn Martio* numerare incipias menses, mensis septimus est *Tiscrì Septembris;* si ab *Ijàr Aprili*, mensis septimus erit *Marchescuàn October;* si ab *Adàr Februario*, mensis septimus erit *Elùl Augustus.* Facto igitur initio à quocunque mense anni, alij menses subsequentes ordine suo seruato ab eo accipient numerum sibi in ordine competentem. Ergo quocunque modo inchoatur annus à *Nisàn Martio*, aut à *Tiscrì Septembri*, semper numeri dierum pluuiarum tempore diluuij Noachi, & alia quæ suprà fuerunt enarrata in casu diluuij vniuersalis, sine vlla vi Scripturæ illata, vtraque sententia procul dubio tueri poterit. Licèt enim euidenter demonstrare nequeamus, an mundus creatus fuerit in æquinoctio Verno, vel in Autumnali; attamen propter auctoritatem tot SS. Patrum, & Sacrorũ Theologorũ maximè Scholasticorum, qui id affirmant, atque etiam propter probabiliores rationes quas attulimus, dicendum est, in Vere, non in Autumno creatum fuisse mundum; & eundem in Vere, non

quo ingreditur Sol in principium Signi Arietis. Tekuphà Solſtitium (menſis) *Tamùz Iunij eſt cùm ingreditur Sol in principium Signi Cancri. Tekuphà Aequinoctium* (menſis) *Tiſcri Septembris eſt cùm ingreditur Sol in primum punctum Signi Libræ. Et Tekupha Solſtitium* (menſis) *Teuèth Decembris eſt quando ingreditur Sol in primum punctum Signi Capricorni.*

Quando igitur nos in hoc loco loquimur de *Tekuphis*, & vocem *Tekupha* vſurpamus, intelligimus *Aequinoctia*, & anni *Solſtitia*, quorum per obliquam adiunctam vocem Hebraicam, vnum ab altero diſtinguimus hoc modo -

Tekuphà Nisàn Aequinoctium Vernum Martij.

Tekuphà Tamuz Solſtitium Aeſtiuum Iunij.

Tekuphà Tiſcri Aequinoctium Autumnale Septembris.

Tekuphà Teuèth Solſtitium Hyemale Decembris.

Vſus *Tekupharum* multiplex eſt, ſed præcipuus *Tekupha Nisàn Martij* eſt præſcribere, ſeù determinare Lunam Paſchalem, quæ menſis *Nisàn* eſt; quartodecimo enim die huius Lunæ, quæ prima eſt anni, incipit feſtũ Paſchæ, & à quo ſubinde cætera Iudaica feſta dependent. Cognita enim Paſchatis die, reliquę per annum feſtiuitates facili negotio cognoſcuntur. Quomodo autem inueniendus ſit dies *Tekupha Nisàn*, modò inquiremus.

fuit in reuolutione anni. Et Pſal. 19.7. ותקופתו על קצותם *Et reuolutio eius ſuper extrema eorum.*

Sed apud Rabbinos, & *Targumim* crebrior eſt vſus, & clarius ſignificatum, expreſsè enim pro *Aequinoctijs*, & *Solſtitijs* vſurpatur, vt in *Targùm Ionathæ* ad ver. 22. capitis 8. Geneſ. illud זרע וקציר וחום וקור וגו׳ *Sementis & meſſis, & frigus, & æſtus, & æſtas, & hyems, &c.* vertitur -

דרועא בתקופת תשרי וחצדא בתקופת ניסן וקורא בתקופת טבת וחומא בתקופת תמוז :

Sementis in Tekuphà Aequinoctio Tiſcrì Septembris; meſſis in Tekuphà Aequinoctio Nisàn Martij; frigus in Tekuphà Solſtitio Teuèth Decembris; & æſtus in Tekuphà Solſtitio Tamùz Iunij. Ex hoc loco volunt nonnulli *Tekupharum* principium eſſe *Tekupham Tiſcrì Septembris*, eò quòd ipſe ſit principium anni ciuilis; alij, vti Bar Maijmonis à *Tekuphà Nisàn Martij* orditur, vt ſtatim videbimus, cui adhærent ij, qui mundi exordium ſtatuunt in eadem *Nisàn Martij Tekupha.*

Idem R. Bar Maijmonis de *Tekuphis* agens in ſuo קדוש החדש *Kiddùſc Hachodeſc* cap. 9. n. 3. illarum ingreſſum indicat his verbis -

התקופה ניסן היא השעה והחלק שתכנס בו השמש בראש מזל טלה ; ותקופת תמוז היות השמש בראש מזל סרטן ותקופת תשרי היות השמש בראש מזל מאזנים ; ותקופת טבת היות השמש בראש מזל גדי :

Tekuphà Aequinoctium menſis Nisàn Martij eſt in ipſa hora & puncto,

& vult initium primi Cycli desumi deberi à feria 2. hebdomadæ primæ post absolutum opus *Berescith*, & non à fer. 4. ipsius *Berescith*, in qua creata fuerunt Luminaria, & lucere cæpit Luna hora 9. noctis cum *Chelakim punctis* 642. supra nostrum hemisphærium, Sole existente in altero, vt disertè explicat Commentator Ægyptij in cap. 9. *Kiddùsc Hachòdesc*.

Tertiò cum eodem supponendum, primam *Tekupham Nisàn Aequinoctium Vernũ*, in quo creatus est mundus, antecessisse primum Nouilunium diebus 7. horis 9. *Chelakim punctis* 642: fuisseq; celebratum die 23. אדר *Adàr Februarij* fer. 4. hor. 0. *Chelakim punctis* 0. Hæc verò est imaginaria & fictitia Rabbini suppositio, quia vt sic fuisset *Aequinoctium Vernum* ante mundi creationem, quod stultum est dicere: nihilominus ad calculi huius Rabbini intelligentiam idem nos cum eo pro nunc supponimus.

Quartò, Notandum secundùm hanc opinionem *Mar Samuelis* de quantitate anni Solaris; in toto Cyclo decennouennali inueniri differentiam inter motum Solis & Lunæ *Hora vnius*, & *Chelakim punctorum* 485. nam si multiplicauerimus sex horas per Cyclum 19. habebimus horas 114. quibus ad dies redactis, erunt dies 4. & horæ 18. Itemque, si dies 365: anni Solaris per eundem Cyclum 19. duxerimus, habebimus dies 6935. quibus additis diebus 4. suprà seruatis, fiet summa dierum 6939. horarum 18.

Dato quocunque anno Tekupham mensis ניסן *Nisàn Martij inuenire secundùm hypothesin Mar Samuelis Iarchinitæ.*

Primò sciendum est circa annum mundi 4000. Christi 240. floruisse apud Iudæos in Scholis Babylonicis duos insignes Astronomos Academiarum Soranæ, & Pumbeditanæ Rectores, quorum alter vocabatur *Mar Samuel* ירחינאה *Iarchinæus*, seù *Lunatinicus* ab insigni Astrorum peritia; & alter *Ràu Adà*. Vterque obseruauit magnitudinem anni Solaris. *Mar Samuel Iarchinites* eam constituit dierum 365 cum quadrante, siuè horarum sex, sine vllo prorsùs fragmento. *Ràu* verò *Adà* eundem annum constituit dierum 365. hor. 5. *Chelakim punctorum* 997. & *momentorum* 48. Nos primò, & in hoc loco inuestigabimus *Tekupham Nisàn* secundùm hypothesin *Mar Samuelis*, deinde secundùm *Ràu Adà*.

Secundò supponendum ex doctrina eiusdem *Iarchinæi* apud *Rambàm* in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 9. num. 3. primum Nouilunium, seù Lunam post creationem cæpisse lucere fer. 4. primæ hebdomadæ hor. 9. *Chelakim punctis* 642. noctis antecedentis.

Quod autem dixit idem *Rambàm* loco cit. cap. 6. num. 13. & nos suprà notauimus pag. 406. col. 2. primum Nouilunium factum fuisse fer. 2. hora 5. *Chelakim punctis* 204. intelligendum est in ordine ad Cyclum decennouennalem, de quo ibi agitur,

Tabella proportionalis residui motus Solis supra Lunam in Cyclo decennouennali secundùm hypothesin Mar Samuelis.

In Annis:

Anni Cycli Lunaris.	Horæ	*Chelakim puncta.*	*Reaaim momenta.*
1	0	82	28
2	0	164	56
3	0	247	8
4	0	329	36
5	0	411	64
6	0	494	16
7	0	576	44
8	0	658	72
9	0	741	24
10	0	823	52
11	0	906	4
12	0	988	32
13	0	1070	60
14	1	73	12
15	1	155	40
16	1	237	68
17	1	320	20
18	1	402	48
19	1	485	00

Ta-

Deinde seruato eodem ordine cum vtroque anno Lunari tam *Communi*, quàm *embolismico*; quorum quantitatem habes suprà pag. 404. colum. 2. idem faciemus, hoc est ducendo 12. annos *Communes*, & 7. annos *embolismicos* per eundem Cyclum 19. inueniemus summam dierum 6939. horarum 16. *Chelakim punctorum* 595. vt suprà ostendimus pagina 407. col. 2. Si verò hos dies Lunæ 6939. horas 16. *Chelakim puncta* 595. subduxerimus à diebus Solis 6939. horis 18. residuum inueniemus horæ 1. *Chelakim punctorum* 485. vti iam diximus; quo temporis spatio, motu decennouennali, segnior Sole, Luna totum eundem Cyclum percurrit. Si autem scire voluerimus, quænam pars vnicuique anno ex decennouennali Cyclo ex hor. 1. & *Chelakim punct.* 485. competat, vel etiam cuicumque mensi, hoc in sequentibus Tabellis demonstrabitur.

col. 2. traditàm reperies 286. Cyclos perfectos tranſijſſe à creatione mundi vſque ad datum annum 5435. & inſuper vnum annum modò percurrere ex Cyclo 287. vt videre eſt ſuprà in Tabula decennouennali pagina 415. in Cyclo 7. רפז.

II. Reſiduum, ſiuè differentia motus Solis à motu Lunæ in ſpatio 19. annorum, quæ eſt hora 1. & *Chelakim puncta* 485. multiplicanda eſt cum 286. numero Cyclorum perfectorum, qui tranſierunt ab initio mundi vſque ad præſens; vt inde percipere valeamus quanto ſpatio temporis in his Cyclis decurrendis Solis velocitas Lunæ tarditatem ſuperauerit. Multiplica itaque *Chelakim puncta* 485. per 286. inuenies *Chelakim puncta* 138710. quæ ad horas redacta diuidendo per 1080. quia, vt ſæpiùs dixi, *Chelakim puncta* 1080. faciunt 1. horam, erunt horæ 128. & *Chelakim puncta* 470.

Item, multiplica vnam horam per 286. fiunt 286. horæ: his adde horas 128. ſuprà ſepoſitas, erunt horæ 414. Reduc ad dies, erunt dies 17. horæ 6. *Chelakim puncta* 470. Ab hoc calculo aufer dies 7. horas 9. & *Chelakim puncta* 642. quibus prima *Tekupha* menſis *Niſàn* præceſſit eiuſdem primam *Neomeniam*, & relinquentur dies 9. horæ 20. *Chelakim puncta* 908. His adde *Neomeniam* præſentis menſis *Niſàn Martij*, & eiuſdem anni 5435. ſecundùm eundem *Rambàm* loc. cit. in *Kiddùſc Hachòdeſc* cap. 9. num. 4. Hæc enim fuit

Tabella proportionalis reſidui motuù Solis ſupra Lunam in Cyclo decennouennali ſecundùm eandem hypotheſin.

In Menſibus.

Menſes	*Chelakim*	*Momenta*
1	$6\frac{5}{6}$.	$2\frac{1}{3}$.
2	$13\frac{2}{3}$.	$4\frac{2}{3}$.
3	$20\frac{1}{2}$.	7
4	$27\frac{1}{3}$.	$9\frac{1}{3}$.
5	$34\frac{1}{6}$.	$11\frac{2}{3}$.
6	41	14
7	$47\frac{5}{6}$.	$16\frac{1}{3}$.
8	$54\frac{2}{3}$.	$18\frac{2}{3}$.
9	$61\frac{1}{2}$.	21
10	$68\frac{1}{3}$.	$23\frac{1}{3}$.
11	$75\frac{1}{6}$.	$25\frac{2}{3}$.
12	82	28

Quæ cùm clariſſima ſint nulla alia explicatione indigent.

His ſuppoſitis; ſi *Tekupham Niſàn* menſis Martij, ſeù *Aequinoctium Vernum* inuenire volueris, anni v. g. mundi 5435. Chriſti 1675. hoc modo agendum eſt.

I. Inueniendus eſt Cyclus Lunaris perfectus dati anni mundi 5435. quem per regulam ſuprà pag. 408.

D.	Fer.	Hora	Chelak.	5. Aprilis.
9.	6.	12.	0.	Adde
-	1.	6.	0.	erit
21.	7.	18.	0.	*Tekuph. Nisàn* anno 5436. Christi 1676. 4. Aprilis.

Idem pro anno futuro 5437. embolismico, Christi 1677.

D.	Fer.	Hor.	*Chelakim punctis*	
21.	7.	18.	0.	4. Aprilis.
Adde	1.	6.	0.	
22.	8.	24.	0.	
	1.			
D.				
3.	2.	0.	0.	

Et sic de reliquis.

Docet enim *Rambàm* in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 9. num. 2. quòd inter *Tekupham* & *Tekupham* secundùm hanc *Samuelis* hypothesin intercedant dies 91. horas $7\frac{1}{2}$. Itaque cognita vna *Tekupha* per additionem huius differentiæ, cognoscetur & alia subsequens: vt quia *Tekupha* mensis *Nisàn* anni supradicti 5435. Chr. 1675. fit die 9. *Nisàn* fer. 6. hora 12. Si ei addantur dies 91. horæ $7\frac{1}{2}$. fiet subsequens *Tekupha* mensis תמוז *Tamùz* fer. 6. h. $19\frac{1}{2}$. die 11. mensis *Tamùz*. Quòd si 11. *Tamùz* addideris Nouilunium eius, quod incidit 23. die mensis Iunij, fiet summa 34. à qua abiectis 29. quia *Tamùz* constat 29. dierum, remanent dies 5. vnde hęc *Tekupha Tamùz* incidet die 5. Iulij. Eodem pari modo operandum est pro inuenienda *Tekupha* mensis *Tiscrì* insequentis, additis enim fuit die 3. hora 15. *Chelakim punctis* 172. fiet summa dierum 13. horarum 12. *Chelakim punctorum* 0. Aufer 7. dies hebdomadæ à diebus 13. relinquentur dies 6. horæ 12. *Chelakim puncta* 0. pro *Tekupha Nisàn* anni dati. Anno itaque 5435. Christi 1675. *Tekupha* siuè *Aequinoctium Vernum* secundùm hypothesin *Mar Samuelis Iarchinitæ* incidit fer. 6. hora 12. *Chelakim punctis* 0.

Quòd si scire volueris, quo die *Nisàn Martij* id accidat, huic *Tekupha* fer. 6. hor. 12. *Chelakim punct.* 0. inuentæ adde dies *Mòlàd Nisàn* hoc est *Nouilunij* eiusdem mensis *Nisàn* dies 3. fiet summa dierum 9. Nona itaque die mensis *Nisàn*, quę respondet 5. Aprilis hora 12. secundùm hanc hypothesin fuit *Tekupha Aequinoctium Vernum* anni 5435. Christi 1675. De modo inueniendi diem mensis Iudaici quo *Tekupha Nisàn* incidat, vberiùs ostendetur infrà. Vide Tabulas SynagogæMantuanæ excusas domi fratrum filiorum Iosue de Perusio eodem anno in folio volante, & infra in Tabula *Tekupharum* sub Cyclo Lunari 1. vbi hanc *Tekupham* die 9. *Nisàn*, & 5. die *Aprilis* inuenies.

Si deinde scire volueris *Tekupham Nisàn* subsequentis anni 5436. Christi 1676. *Tekuphæ* iam in an. 5435. inuentæ, adde diem 1. horas 6. & habebis *Tekupham* sequentis anni.

Exemplum.

Tekupha Nisàn anno 5435. Christi 1675. fuit -

תקופת ניסן לפי חשבון זה אינה לעולם אלא או בתחלת הלילה או בחצי הלילה או בתחלת היום או בחצי היום : ותקופת תמוז לעולם אינה אלא או בשבע שעות והחצה או בשבע אחת ומחצה בין ביום בין בלילה : ותקופת תשרי לעולם אינה אלא בתשע שעות או בשלש שעות בין ביום בין בלילה : ותקופת טבת לעולם אינה אלא או בעשר שעות ומחצה או בארבע שעות ומחצה בין ביום בין בלילה :

Tekuphà Nisàn secundùm hunc computum (Mar Samuelis) *nunquam esse potest nisi in principio noctis, aut in medio noctis; aut in principio diei, aut in medio diei, in meridie. Tekupha verò Tamùz nunquā nisi 7. hora & ½. aut hora 1½. tam de die, quàm de nocte. Tekupha Tiscrì non fore nisi 9. hora, aut 3 hora, tam de die, quàm de nocte. Et Tekupha Teuèth nunquam futuram, nisi decima hora & ½. aut 4. hora & ½ tam de die, quàm de nocte.*

Idem *Rambàm* ibidem alium expeditiorem modum tradit venandi diem hebdomadæ, & horam noctis, & diei *Tekuphæ Nisàn* anni cuiuslibet oblati, qua inuenta pari postea facilitate adinueniri poterunt alię subsequentes *Tekuphæ*. Computus initur per Cyclum Solarem 28. annorum hoc pacto.

Oblato anno à creatione mundi de quo scire volueris *Tekupham Nisàn*, aufer vnum annum, nempè vltimum incompletum, & à reliquis completis abstrahe Cyclum Solarem, quem habebis si diuiseris annos mundi completos huiusmodi per numerū Cycli 28. quod enim relinquetur post diuisionem absolutam, erit Cyclus vl-

nim 91. diebus, horis 7½. *Tekuphæ Tamùz*, inueniemus *Tekupham Tiscri* fer. 7. Sabbatho hora 3. noctis antecedentis 15. mensis *Tiscrì*. Quòd si addideris dies 19. Nouilunij Septembris, fiet 34. à quibus sublatis 30. diebus mensis Septembris, relinquuntur dies 4. Itaque dicendum est, quòd *Tekupha Tiscrì* incidet die 4. Octobris, hora 3. noctis sequentis, hoc est die 5. eiusdem secundùm inceptionem diei Hebraici, qui incipit ab hora prima noctis.

Idem facies si *Tekùpham* mensis טבת *Teuèth* inuenire volueris. Si enim *Tekuphæ Tiscrì*, quæ inuenta est die 15. mensis *Tiscri* nocte fer. 7. hora 3. nempè 5. Octobris, addideris dies 91. horas 7½. emerget *Tekupha Teuèth* anni 5436. Christi 1676. die 18. *Teuèth* fer. 7. hora 10½. cui si addatur Nouilunium mensis *Teuèth* 17. Decembris, incidet *Tekupha Teuèth* ad diem 5. Ianuarij hora 10½. noctis antecedentis.

Tandem si eandem summam dierum 91. horarum 7½. vltimæ huic *Tekuphæ Teuèth* inuentæ addideris, habebis *Tekupham* insequentis anni 5436. Christi 1676. die 21. mensis *Nisàn* fer. 7. Sabbatho, hora 18. & addito Nouilunij die 14. Martij, inuenies hanc *Tekupham* fieri die 4. Aprilis. Et sic procedere poteris vsque in infinitum.

Cæterùm verum esse dignoscitur, ex exemplis adductis, id quod dicit *Rambàm* in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 9. num. 4.

procedes in infinitum.

Additur autem num. 3. quia volunt primam *Tekupham* creationis mundi factã fuisse in principio quartæ feriæ, vt suprà dictum est.

Quonam verò die mensis futura sit *Tekupha* mensis *Nisàn* cuiuscunque anni oblati docet *Rambàm* in Cod. *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 9. n. 6. dicit enim, quòd primò cognoscendum sit, qua die hebdomadæ fixus fuit ingressus mensis *Nisàn* eiusdem anni propositi.

Secundò, quot anni perfecti transacti sint ex Cyclo decennouennali; tunc accipiendi sunt ex quolibet anno 11. dies, & addendi sunt super numerum istarum dierum 7. alij dies. Deinde ab hoc numero, seù tota ista summa auferenda sunt 30. quoties fieri poterit, id est tota ista summa diuidenda est per 30. & quod residuum erit post diuisionem numerandum est à principio Martij *Nisàn*; si enim attigerit diem *Tekupha* res acta erit; sin minùs; tunc addenda est vnitas, aut duo, aut tres quousque peruenias ad diem *Tekupha*. Et si annus erit embolismicus incipiendus erit numerus à principio mensis *Adàr secundi*, & quo numerus peitingerit erit ibi *Tekupha*.

Exemplum sit datus annus 5436. à creatione mundi, à Christo nato 1675. cuius Cyclus decennouennalis decurrens, est 1. & anni iam elapsi sunt 19. Cycli præteriti, duc 19. in 11. fit 209. adde 7. fit 216. partire per 30. remanent 6. Incipias numerare à fer. 3. quia mensis *Nisàn* hoc vltimi anni completi, quem multiplicabis per diem vnum, & horas 6. & summæ addes 3. Quod enim inde resultabit, indicabit tibi diem completæ hebdomadæ, & horas subsequentis feriæ, quibus *Tekupha Nisàn* incidit. Quòd si numerum 7. excesserit, aufer 7. & numerus, qui relinquetur, erit numerus fer. & horarum.

Exemplum.

Volo scire *Tekupham Nisàn* anni mundi 5435. Christi 1675. aufer annum vnum, siuè vltimum incompletum, remanent anni 5434. completi, diuide per 28 residuum est 2. numerus Cycli anni vltimi completi, & Cycli Solaris 195. modò currentis ex Cyclis, qui à principio mundi vsque modò transierunt, vt ex numero in *Quotiente* reposito apparet, vti diximus suprà pag. 498. colum. 2. de Cyclo Lunari.

Duc hunc numerum 2. in diem 1. & horas 6. fit dies 1. & horæ 12. adde 3. fiunt dies 5. horæ 12. Dic igitur, quòd diebus 5. completis incipiendo numerare à die Dominico noctis antecedentis vsque ad fer. 5. completam; vnde *Tekupha Nisàn* erit fer. 6. h. 12. vt supra adinuenimus.

Quòd si super *Tekupham Nisàn* inuentam cumulaueris horas $7\frac{1}{2}$. illicò prodibit *Tekupha Tamùz*. vt si feriæ 6. horis 12. addas horas $7\frac{1}{2}$. resultabit fer. 6. horæ $19\frac{1}{2}$. *Tekupha Tamùz*. Huic adde eandem differentiam horarum $7\frac{1}{2}$ & prodibit fer. 7. horæ 3. *Tekupha Tiscrì* anni sequentis 5436. Chr. 1676. & secundùm hanc viam

vt aduertit R. Moses Bar Maijmonis in suo *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 11. n. 7. omnes *Tekupharum* calculos intelligendos esse de motu medio Solis æquali & recto, non autem de motu verò prout fit in Cælo, qui quidem inæqualis est & regulatu difficillimus, cùm nec anni Solaris magnitudo, à qua Cyclorum firmitates, & totius computi rationes dependent, Astronomi licèt peritissimi adhuc certò definire non potuerunt. Si enim *Tekupham Nisàn* motu vero supputare voluerimus, inueniemus his temporibus (inquit Bar Maijmonis) duobus diebus ampliùs, & citiùs egredi, quàm egrediatur ex istis computis *Mar Samuelis*, aut *Ràu Adà*.

Vt autem calculi tædium, & errores euitemus, libuit hic annectere Tabulam, qua primo & simplici intuitu cognoscere poteris qua die mensis Iudaici cuiuscunque anni vnaquæque *Tekupha* secundùm hypothesin *Mar Samuelis* occurret.

hoc anno 5435. Christi 1675. celebratum fuit Nouilunium huius mensis fer. 3 hora 15. Numerabis itaque 6. dies, & peruenies ad fer. 2. Vt autem peruenias ad fer. 6. in qua incidit *Tekupha Nisàn*, necesse est vt addantur 3. dies completi; adde itaq; istos tres dies 6. illis diebus relictis à diuisione numeri 216. & à quibus incæpimus numerare dies à fer. 3. Nouilunij, habebimus 9. dies. Ergo dicemus die 9. *Nisàn* erit *Tekupha* anni 5435. Christi 1675.

Illud autem quod diximus; addendum esse diem, aut dies aliquot, quousque perueniatur ad diem *Tekuphæ*; non semper necesse erit addere diem vnum, aut duos, vel tres, multò minùs dies quatuor. Quòd si contigerit aliquando addendos esse alios dies vltra 4. scito, quòd in computo tunc erratum erit; debes itaque in hoc casu reassumere calculum, & diligentiùs operari.

Cæterùm animaduertendum est,

לוח לדעת בכמה מחדשים יכנסו הארבעה תקופות למר שמואל בקירוב וחוזר חלילה מ״ט ל״ט שנים :

Sequitur Tabula Cycli decennouennalis indicans, qua die Mensis Iudaici qualibet Tekupha ingrediatur in perpetuum secundùm mentem Mar Samuelis Iarchinitæ.

Exemplum.

Si quæratur *Tekupha* mensis *Nisàn* qua die mensis contingat anno mundi 5436. Christi 1676. quia hoc anno Cyclus minor Lunaris est 2. cum eo ingredere in cellulam columellæ שנים המחזור è regione numeri 2. in I. columna inuenies *Tekupham Nisàn* ingredi die 22. eiusdem mensis, reliquas etiam *Tekuphas* cognosces si vlterius per eandem lineam progrediaris; tunc enim scies *Tekupham Tamùz* 24. die eiusdem mensis, *Tekupham Tiscrì* 27. & *Tekupham Teuèth* 29. die eiusdem mensis ingredi debere. Hoc tamen intelligendum est de *Tiscrì* & *Teuèth* anni sequentis: nam hic *Tekupharum* computus incipit à *Nisàn* tamquam à primo mense anni Ecclesiastici, quo regulantur *Tekuphòth* & *Neomeniæ* pro vsu festiuitatum & ieiuniorum Iudaicorum totius anni.

Eodem modo in anno embolismico, vt in anno mundi 5442. Christi 1682. Cyclus Lunaris minor erit 8. Tunc enim inuenies *Tekupham Nisàn* die 25. *Adaris secundi*: *Tamùz* die 29. mensis *Siuàn*: *Tiscrì* die 2. eiusdem: & *Tekupham Teuèth* die 4. eiusdem, sed anni subsequentis.

Proportio autem à *Tekuphà Nisàn* ad *Tekupham Tamùz* in hoc computo est duorum dierum, vnde si *Tekuphæ Nisàn* numeri 1. Cycli duos dies addideris, habebis diem 11. *Tamùz*, quo ingreditur illius *Tekuphà*, quamuis in Tabulis, quæ circumferuntur, sit notatus 12. dies, & forsan per errorem.

Eidem numero 11. *Tekuphæ Tamùz*

mùz

פירוש: אם תרצה לדעת מכמה מחדש יבא כל אחד מהתקופות ילך לך אצל השנים בשנה שתרצה לדעת ומה שתמצא נגדו הוא הכמה לחדש בד' תקופות של כל שני מחזור יט״ ואחר כך תחזור תלילה ואחרי שידעת תקופת ניסן בכמה לחדש הוא ושתרצה לדעת שאר החדשים באופן אחר קל מאד תוסיף ב' ימים ויצא לך תקופת תמוז ועל היוצא לתמוז תוסיף ג' ימים ויצא לך תקופת תשרי ועל היוצא לתשרי תוסיף בשנה שלמה יום א' ובשנה סדורה ב' ימים: ובשנה חסרה ג' ימים ויצא תקופת טבת: ועל היוצא לטבת תוסיף בשנה מעוברת ב' ימים ובשנה פשוטה ג' ימים ויצא תקופת ניסן בניסן או לואדר וסימנו בא' ב' תוסיף, בב' ג' תוסיף: כג״ שכ״ח: אב״ג: ברע״ב פג״:

Tabulæ explicatio.

In quatuor columnas secundùm quatuor *Tekuphas* hæc Tabula diuiditur, & in qualibet ex his, dies in quibus fiet *Tekupha* Hebraicis literis numericis, & numeris, quibus communiter hodie vtuntur Latini, indicantur.

In I. columna notatæ sunt *Tekuphæ* mensis *Nisàn*.

In II. mensis *Tamùz*.

In III. mensis *Tiscrì*.

Et in IV. mensis *Teuèth*, prout ostendunt numeri Romani in fronte singularum columnarum positi.

Si igitur volueris scire, qua die mensis ingrediatur quælibet *Tekupha* cum numero minoris Cycli Lunaris anni, quem desideras, reperto in prima columella inscripta שנים המחזור ingredieris sinistrorsum, illicò è regione ipsius Cycli inuenies diem mensis *Tekuphæ* quæsitæ.

Tekuphò
cuſa Ven
tium Bra
in folio e
columell
anni Cor

Quo ve
incidat ea
menſis *N*
menſis M
regula, q
411. col.
Martij an
Martij ho
kuphæ hu
Tekuphan
reſponde
vt etiam
annuales

Vltimè
hypotheſi
ris 365.
drante, c
mis obſer
tem integ
illi aliquo
quitur, hu
quinoctij
eſſe verun
Aſtronom
Æquinoct
diem Ap
idem Æq
21. Mart
eiuſdem
diem nun
minus A
Vnde hæ
omitti p
mus, &

פירוש
כל אחד
שתרצה לד
בד' תקופות
תלילה ואת
הוא ושתרצ
מאד תוסיף
היוצא לתמוז
ועל היוצא לי
סדורה ב' ימ
טבת ; ועל ד
ימים וכשנה
או לואדר וי
שכ״ח ; אב״ג

:undum
ula diui-
dies in
:is literis
ous com-
ni, indi-

it *Teku-*

, prout
in fronte
siti.
qua die
Tekupha
Lunaris
o in pri-
שנים המח
è regio-
mensis

Tekuphòth R. Danielis Hacohèn excusa Venetijs apud Petrum & Laurentium Bragadinum an. Domini 1620. in folio expanso. Tandem in vltima columella literis פ & מ notantur anni Communes & Intercalares.

Quo verò die mensis Latinorum incidat eadem *Tekupha* data in die mensis *Nisàn*, id scies ex Nouilunio mensis Martij, quod inuenies seruata regula, quam suprà tradidimus pag. 411. col. 2. nam cùm Nouilunium Martij anno 1675. inciderit die 26. Martij hora 15. additis 9. diebus *Tekuphæ* huius mensis, dicendum est *Tekupham* 9. diei mensis *Nisàn* correspondere diei quintæ nostri Aprilis, vt etiam notant Iudæorum Tabulæ annuales.

Vltimò circa hanc *Mar Samuelis* hypothesin de quantitate anni Solaris 365. dierum cum integro quadrante, cùm à peritissimis Astronomis obseruatum sit non ad quadrantem integrum pertingere, sed deesse illi aliquot horæ fragmenta, inde sequitur, hunc *Tekuphæ Nisàn*, seù Æquinoctij Vernalis computum non esse verum: nam quis vnquam ex Astronomorum peritissimis dixerit, Æquinoctium Vernum prolabi ad 5. diem Aprilis? Obseruarunt quidem idem Æquinoctium anticipasse diem 21. Martij, & versus initium mensis eiusdem processisse, sed 21. Martij diem nunquam transijsse, nec multò minus Aprilem mensem introijsse. Vnde hæc *Mar Samuelis* hypothesis omitti poterat; illam tamen posuimus, & secundùm illam *Tekupham* *Tamùz* addes 3. dies habebis *Tekupham Tisrì* die 14.

Diei verò *Tekuphæ Tisrì* in anno *perfecto* שלמה addes vnum diem, & habebis diẽ mensis *Tekuphæ Teuèth*. Si annus erit כסדרם *secundùm suum ordinem*, addes 2. dies; in anno verò חסרה *defectiuo* addes tres dies, & habebis diem mensis *Tekuphæ Teuèth*.

Eidem *Tekuphæ Teuèth* in anno *embolismico* adde 2. dies: & in anno *communi* 3. & exibit dies *Tekuphæ Nisàn* in ipso mense *Nisàn*, vel in *Adare secundo*. De his dant symbolum.

בא׳ב׳ תוסיף : בבג״ תעריף :
בג׳ שכח אבג : ברעב פג :

Id est ב in א׳ *prima Tekuphà* ב duos dies תוסיף addes.

בבג תעריף *In secunda Tekuphà* nempè *Tamùz* 3. dies addes.

בג *In tertia Tekuphà* quæ est *Tisrì* שכח si menses anni erunt שלמים *perfecti* addes א׳ vnum diem: si erunt כסדרן *secundùm suum ordinem* addes ב׳ duos dies: si verò erunt חסרים *defectiui* addes ג׳ tres dies: nam hos dies significant literæ אבג subsequentes.

ברעב פג *In quarta Tekuphà* videlicet mensis *Teuèth* si annus erit ע׳ hoc est מעברת *Meubèreth Intercalaris* addes ב׳ duos dies; si verò erit פ׳ *Pesciuttà Communis* addes ג׳ tres dies.

Ista excerpta sunt ex *Tabula*

8. *Chelakim punctorum* 876. vt suprà dictum est pag. 395. col. 2 & pag 400. col. 2. Hinc apparet, motum Solarem in anno superare Lunarem anni communis diebus 10. horis 21. *Chelakim punctis* 121. *momentis* 48. huius symbolum est יִ״א׃ קכ״א׃ מ״ח׃

Tertiò supponunt Iudæi Astronomi cum Magistro Mose Ægyptio in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 10. num. 3. primam Neomeniam mensis *Nisàn* in prima hebdomada creationis mundi incidisse fer. 4. hora 9. *Chelakim punctis* 642.

Quartò, Supponunt cum eodem ibid. primam *Tekupham* eiusdem mensis *Nisàn* præcessisse Neomeniam ipsius *Nisàn* horis 9. *Chelakim punctis* 642. vnde prima *Tekupha* mensis *Nisàn* incidit in principio noctis antecedentis diei Mercurij ipsius mensis *Nisàn*, quod magis consentaneum est, quàm id quod præsupponebat *Mar Samuel*, primam *Tekupham* extitisse 7. diebus ante primum Nouilunium.

Quintò notandũ, quòd licèt annus Solaris secundùm hanc hypothesin superet annum Lunarem communem diebus 10. horis 21. *Chelakim punctis* 121. & *momentis* 48. attamen in annis 19. quorum 12. sunt communes, & 7. embolismici Luna adæquat motum Solis, dum Sol per eundem numerum 19. annorum mouetur, ita vt nec de Luna, nec de Sole quicquam supersit, vt seorsim probatum est suprà pag. 407. & 408.

His *Nisàn* supputauimus vt verior appareat calculus *Ràu Adà*, & nostrorum Astronomorum calculos Iudaicis calculis veriores existere. Secuti etiam sumus *R. Bar Maijmonis* exemplum, qui eam supputauit, & supputare docuit in Cod. *Kiddùsc Hachòdesc* sæpiùs citato; quod idem faciunt Calculatores Synagogici, qui in suis annualibus Calendarijs eandem referunt. Sed ad aliam *Tekupham Nisàn* supputandi rationem accedamus.

Dato quolibet anno, Tekupham Nisàn secundùm hypothesin Ràu Adà supputare.

§. NONVS.

Alter excellens in Astronomicis antiquus Rabbinus est *Ràu Adà*, de quo egimus in I. Par. pagina 62. Iste annum Solarem constituebat dierum 365. horarum 5. *Chelakim punctorum* 997. *momentorum* 48. nam sicut hora diuiditur in 1080. *Chelakim puncta*, ita *Chèlek punctum* Iudaicum subdiuiditur in 76. *momenta*, ex Ægyptio Cod. *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 10. num. 1.

Si secundùm hanc hypothesin *Tekupham* mensis *Nisàn* inuenire volueris in anno quocunque dato, hoc modò agendum erit.

Principiò recolendum est id, quod diximus suprà pag. 398. col. 2. mensem Lunarem constare diebus 29. horis 12. *Chelakim punctis* 763.

Secundò, Quantitatem anni Lunaris communis esse dierum 354 hor.

Et pro anno 5437. adde eandem quantitatem anni Solaris, & prodibit *Tekupha* fer. 5. hora 17. *Chelakim punctis* 445. *momentis* 20. menſis ואדר *Veadàr Adaris ſecundi* propter emboliſmum, & ſic in infinitum.

Ab vna *Tekupha* ad aliam ſecundùm hanc hypotheſin intercedunt dies 91. horæ 7. *Chelakim puncta* 519. *momenta* 31. Adde itaque hanc differentiam *Tekuphæ* menſis *Niſàn* adinuentæ, & habebis ſequentem *Tekupham* menſis תמוז *Tamùz Iunij*.

	Fer.	H.	*Chelak.*	*momentis*
Tekupha	3.	5.	610.	28.
26. Martij *Niſàn* an. Chriſti 1675.				
	91.	7.	519.	31.
Adde pro *Tekupha Tamùz*				
	91.	12.	1129.	59.
			1080.	
	3.	13.	49.	59.
1. *Tamùz* 25. *Iunij*.				
	91.	7.	519.	31.
Adde pro *Tekupha Tiſcri*				
	3.	20.	569.	14.
4. *Tiſcri* 24. *Septembris*.				
		7.	519.	31.
Adde pro *Tekupha Teuèth*				
	3.	27.	1088.	45.
		24.	1080.	
Subtrahe				
	N.			
	4.	4.	8.	45.
7. *Teuèth* 24. *Decembris*.				
		7.	519.	31.
Adde pro *Tekupha Niſàn* an. 1676.				
	4.	11.	528.	0.

Tekupha menſis *Niſàn* anni 5436, Chri-

חא

His prænotatis, ſi volueris indagare tempus *Tekuphæ* menſis *Niſàn* anni mun. 5435. Chriſti 1675. eruendus eſt Cyclus Lunaris minor per regulam datam ſuprà pag. 408. inuenies 1. & iſte eſt primus annus Cycli Lunaris decennouennalis 287. à creatione, qui modò percurrit, cùm iam ſint elapſi 286. Cycli completi. Redijt ergo hic annus 5435. ad eundem punctum *Tekuphæ* primæ hebdomadæ creationis, ſolùm enim à prima diſtabit quantum diſtat Nouilunium menſis *Niſàn* huius anni 5435. à primo Nouilunio creationis. Nouilunium enim menſis *Niſàn* huius anni occurrit fer. 3. hora 15. *Chelak. punct.* 172. Ab his ſubtractis horis 9. *Chelakim punct.* 642. primi Nouilunij creationis, remanent horæ 5. *Chelak. punct* 610. pro *Tekupha* dati anni 5435. Chriſti 1675. primo die *Niſàn*, qui cùm inciderit fer. 3. eadem fer. 3. dicendum, quod celebretur eadem *Tekupha*.

Si huic *Tekuphæ* fer. 3. hor. 5. *Chelakim punct.* 610. menſis *Niſàn* anni 5435. addas quantitatem anni Solaris djerum 365. horarum 5. *Chelakim punct.* 997. *moment.* 48. habebis *Tekupham Niſàn* anni ſequentis 5436. Chriſti 1676. vt hic apparet.

Tekupha Niſàn anni mun. 5435. Chriſti 1675.

Fer.	H.	*Chelakim punct.*	*moment.*	
3.	5.	610.		Adde
	5.	997.	48.	
3.	10.	1607.	48.	
		1080.		

Tek. 4. 11. 527. *mom.* 48. an. 5436.

quoties fieri potest ; & Residuo addes Nouilunium mensis Nisàn propositi anni, & numerus, qui inde emerget, erit Tekupha Nisàn. Ita *Rambàm*. Multiplica itaque

D.	H.	*Chelak. punct.*	*momen.*
10.	21.	121.	48.

per 16. numerum annorum Cycli completorum, & inuenies dies 174. hor. 1. *Chelakìm puncta* 866. *momenta* 8. ab his remoue horas 9. *Chelakìm puncta* 642. vt in primo exemplo factum est, remanebunt horæ 16. *Chelakìm puncta* 224. *momenta* 8. quibus adde מולד *Molàd Nouilunium Nisàn* eiusdem anni 5432. quod secundùm regulam suprà datam pag. 406. & seqq. inuenies fer. 2. hor. 23. *Chelakìm punctis* 1071. *momentis* 0. & habebis *Tekupham* mensis *Nisàn* anni 5432. embolismici die 3. h. 16. *Chelakìm punct*. 215. *moment*. 8. Incipias numerare tres dies à fer. 4. qua Luminaria primò creata sunt, & inuenies incidere *Tekupham* huius anni fer. 6. die 26. mensis ואדר *Veadàr Adaris secundi*. Hic calculus secundùm hypothesin *Ràu Ada* tamquam verior eo, qui secundùm hypothesin *Mar Samuelis* affertur, approbatur à *Rabbi Mose Bar Maijmonis* in suo *Kiddùsc Haehòdesc* cap. 10. n. 6. De eo enim ita loquitur *Aegyptius*.

ונראין לי הדברים שעל חשבון תקופה זו היו סומכין לענין עבור השנה בעת שבית דין הגדול מצוי שהיו מעברין מפני הזמן או מפני הצורך לפי שחשבון זה הוא האמת יותר מן הראשון והוא קרוב מן הדברים שנתבארו באיצטגנינות יותר מן החשבון הראשון שהיתה בו שנת החמה שלש מאות וחמשה וששים יום ורביע יום ׃

Et

Christi 1676. 10. *Nisàn* 25. *Martij*. Et secundùm hanc regulam protrahi possunt *Tekuphæ* in infinitum.

Dices, Benè quidem procedit hæc *Tekuphæ* supputatio, quia cùm exemplum datum anni 5435. sit primus annus Cycli Lunaris רפ״ז 287. illius *Tekupha* coincidit cum prima *Tekupha* anni creationis, & sic facillimus redditur illius calculus ; sed si daretur alius annus, vti exempli gratia annus 5432. cuius minor Cyclus Lunaris est 17. de Cyclo רפ״ו 286. in eo *Tekupha* mensis *Nisàn* quomodo inuenietur ?

Resp. operando eodem prorsùs modo ; sed quia ex Cyclo Lunari רפ״ו 286. septemdecim minores Cycli in hoc casu reperiuntur, ex quibus 16. sunt perfecti, seù completi, ex his (vt docet *Rambàm* in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 10. num. 5.)

תקח לכל שנה ושנה תוספ' והיא י׳ כ״א קכ״א מ״ח וקבץ כל הרגעים חלקים וכל החלקים שעות וכל השעות ימים כדרך שתחשב במולדות ותגרע מן הכל ט' שעות ותרמ״ב חלקים והנשאר תשליך חדשי לבנה והנשאר שאין בו חדש לבנה תוסיף אותו על מולד ניסן של אותו שנה וברגע שיגיע המנין בו תהי' תקופ' ניסן של אותה שנה ׃

Omnibus accipies residuum (anni Solaris suprà Lunarem) *quod est dierum 10. horarum 21. Chelakìm punctorum 121. & momentorum 48. & colliges omnia momenta, & reduces ad Chelakìm ; Chelakìm ad horas ; & horas ad dies ; & ab eis subduces, hor. 9. Chelakìm punct. 642. & à summa relicta proijcies omnes menses Lunares*

natorum, magnum Synedrium.

Hinc apparet *Hillèl Hannaſsì*, de quo paulò infrà agemus, quòd licèt *Ràu Adà* ſuum Cyclum, & modum intercalandi annum Iudæis exhibuiſſet, non tamen à Synedrio, quod vtcunque vel verum, vel imaginarium, vel etiam Synedrij vmbra adhuc in terra Sancta cernebatur, receptus eſt, ſed ſicut ex Phaſi Lunæ Neomeniam decernebant, ita ex ſegetum in calamos cum ſpicis extuberantia (nam in Terra ſancta circa Vernum Æquinoctium ſegetes ſpicas proferunt) Agnorum perfectione, & alijs à Senioribus benè viſis circumſtantijs, אביב *Abib* primum menſem anni Eccleſiaſtici inclamabant, & poſt illius principium in primo anni Plenilunio Paſcha celebrabant; vel ſi ſegetes nondum ſpicis ornatæ fuiſſent, & Agni adhuc teneri, nec apti ad Paſchale Sacrificium extitiſſent, alterum menſem eidem anno addebant, & embolismum pronunciabant; de qua re extat epiſtola circularis ad Iudæos extra Terram Sanctam diſperſos, in Cod. *Sanhedrin* cap. 1. pag. 11. Huius epiſtolæ decretalis formulam retuli in I. Par. pag 729. in *R. Gamalièl Hazzakèn*, in qua oſtenditur, poteſtatem intercalandi annũ penes Sanhedrinorum Principem fuiſſe collocatam. Poſt *Hillelem* verò promulgato illius decennouennali Cyclo, & ab omnibus Iudæis recepto; cœperunt ſecundùm illius normam emboliſmici fieri anni, nec ab eo recedere vnquam fuit permiſſum, contraria quacunque ordinaria, aut extraordina-

Et mihi videtur, quòd huiuſmodi calculum (Ràu Adæ) *ſecuti ſint illi, qui præfuerunt intercalationi annorum, tempore, quo domus Iudicij, Synedrium magnum extabat, & intercalabant, vel ratione temporis, vel ratione neceſſitatis: nam hic computus verior eſt illo* (Mar Samuelis) *& propiùs accedit ad obſeruationes Aſtronomicas, quàm alter, qui annum Solarem firmat 365. diebus cum quadrante.* Hactenus *Rambàm.* Eiuſdem ſententiæ videtur fuiſſe *Hillèl Hannaſsì*, qui longè poſt dirutam Ædem ſecundam, & Synedrij Iudaici expirationem, ne in Iudaiſmo ratio annorum intercalandi periret, Cyclum decennouennalem apud ſuam gentem introduxit ſecundum *Ràu Adæ* hypotheſin, & regulas intercalandi tradidit, quas vniuerſa Synagoga recepit, & obſeruandas eſſe vſque ad aduentum ſui deplorati Meſſiæ decreuit, vt teſtatur Auctor *Iuchaſin* pag. 90. ait enim *Abraham Zacutus*.

חלל הנשיא בנו של רבי יהודה נשיא' תקן העיבור על דרך תקופת רב אדא עד שיבוא משיח בן דוד והיה בזמן אביי ורבה וכן כתב רבי שמעון דוראן בפירוש האזהרות והיה בשנת תרע״ל לשטרות ואחריו לא היה בית דין עוד:

Hillèl Hannaſsì Ben Iudæ Naſsì compoſuit emboliſmum, ſeù modum intercalandi & computandi annos ſecundùm hypotheſin Ràu Ada vſque dum veniat Meſſias Ben David. Floruit hic tempore Auiè & Rauà (ſic enim ſcripſit R. Simeon Durán in expoſitione commonitoria) & anno contractuum 670. & poſt eum non fuit ampliùs Domus Iudicij, id eſt Curia Se-

Itaque calculum nostrorum Astronomorum, vt in eorum libris inuenitur, in *horis, minutis*, & *secundis*, transtulerunt Iudæi in sua Calendaria, & verum calculum appellarunt, huius rei vnum aut alterum exemplum proponam.

Tekuphàth Haametìth mensis *Nisàn* Martij anni 5435. Christi 1675. hoc modo calculant Iudæi.

ליל ג׳ ת׳ שעות י׳ דקים כ׳ שניים כא״ אדר יט״
מרצו והוא רגע הכנם השמש בראש טלה.

Nocte 3. hora 8. min. 10. sec. 20. 21. Adàr, 19. Martij eo momento ingreditur Sol in primum punctum Arietis.

Aliud exemplum.

Anno sequenti 5436. Chr. 1676. idem Vernum Æquinoctium ita supputant.

יום ד׳ יג׳ שעות מח״ דקים מה״ שניים ד׳ ניסן יח״
מרצו והוא רגע הכנם השמש בראש טלה.

Die 4. hora 13. min. 48. sec. 45. die 4. Nisàn; 18. Martij, tunc ingreditur Sol in primum punctum Arietis.

In primo exemplo, Argoli calculus dat Æquinoctium die 19. Martij hora 22. min. 59. variat horis 8. minut. 48. sec. 40.

In secundo exemplo eiusdem Argoli Æquinoctium Vernum statuitur die 19. Martij hora 4. min. 58. P. M. Inter vtrumque est differentia horarum 10. min. 9. sec. 15. Modica ista differentia, ex diuersitate hypotheseon facilè potest procedere. At si idem Æquinoctiũ Vernum supputandum esset secundùm sententiam *Mar Samuelis* in anno Chr. 1675. secundùm

naria potestate non obstante. Itaque secundùm eundem, & Lunationes, & *Tekuphas* vsque ad hunc hodiernum diem ordinarunt Iudæi: sed postquam à Gregorio XIII. Pont. Max. correctus est annus Iulianus, & ad pristinam sedem, nempè ad 21. mensis Martij, in qua tempore Concilij Nicæni reperiebatur, Æquinoctium Vernum restitutum est; etiam ipsi Iudæi oculos mentis aperientes hanc Æquinoctij restitutionem, & Lunationum verum calculum à nostris Astronomis institutum, approbarunt, eumque suis Tabulis & Calendarijs adiecerunt, & האמתית *Haametìth verum computum* vocauerunt, sed secundùm illum sua Calendaria corrigere noluerunt, veriti forsan, si ita fecissent, omnes antiquas regulas ordinandi festorum tempora incassum ituras; quapropter mirum non est, si multoties Iudæi suo legitimo tempore Pascha non celebrent, vt in sequenti Paragrapho ostendemus.

De Tekuphà Nisàn Haametìth, seù de vero Aequinoctio Verno; de Luna Paschali, & Tabulis festorum tam Hebræorum, quàm Christianorum ante & post correctionem Calendarij.

§. DECIMVS.

Iam dictum est תקופת האמתית *Tekuphàth Haametìth* significare *Aequinoctium*, vel *Solstitium Verum*,

celebrabimus 22. Martij, & Iudæi suum 21. Aprilis, quæ varietas prouenit ex hoc, quia cùm Iudæi in his annis constituant Æquinoctium Vernum die 25. Martij, & hoc secundùm sententiam *Ràu Ada*, nam si sequerentur *Mar Samuelis* hypothesim, longiùs aberrarent; hinc Pleniluniũ antecedens huiusmodi Æquinoctium tanquam ad vltimam Lunationem præteriti anni spectans, reijciunt: & ne Pascha celebrent ante principium mensis אביב *Abib*, quod incipere creditur in ipso primo puncto Æquinoctij Verni, ideò intercalant annum, & transferunt Pascha in Plenilunium mensis subsequentis, quem *Nisàn*, & primum mensem anni Ecclesiastici constituunt. Cùm enim in prædictis annis, Plenilunium mensis Martij antecedat ipsum putatitiũ Æquinoctiũ, ideò illud pro Plenilunio Paschali nõ recipiunt, sed totam Lunationẽ adijciunt an. iam elapso, & 13. Lunationũ efficiunt, & hanc vltimam Lunationẽ adiectam vocant ואדר *Veadàr*, hoc est alterum *Adàr*, seù *Februarium alterum*, & hic annus est ille, quem מעבר *Meubbàr*, & מעוברת *Meubbereth embolismicum* appellant: Nos verò; quia ex peritissimorum Astronomorum obseruationibus, & Tabulis habemus, verum locum ingressus Solis in primum punctum Arietis antecedere per plurimos dies ingressum Solis in idem punctum traditum, vel à *Mar Samuele*, vel à *Ràu Adà*, eumque restitutũ secundùm medios motus ad diem 21. mensis Martij, vel circiter, & secundùm verum calculum

dùm quod in Tabulis Iudaicis inuenitur, statuetur nocte 7. horæ 2. die 9. *Nisàn* 5. Aprilis, differt à vero D. 16. & amplius. Secundùm sententiam *Ràu Adà* idem est N. 3. h. 5. *Chelakim punct.* 600. *moment.* 20 28. *Adàr* 26. Martij, excedit à vero Æquinoctio diebus 7. præter horas & particulas. Vnde dicendum est, supputationem Æquinoctiorum; & consequenter Solstitiorum secundùm doctrinam istorum Rabbinorum, nempè *Mar Samuelis*, & *Ràu Ade* à vero posse aberrare, nec eis nos vti debere, sicut nec eorundem Cyclo decennouennali Lunæ; ex his enim fallacibus supputationibus aliquando Paschæ celebratio in Iudaismo extra verum tempus contingere deprehenditur; siquidem ex Æquinoctij Verni falsa positione, & extra suum locum anni intercalatione, oritur Iudæorum error in celebratione Paschatis, non quidem singulis annis, sed in quolibet decennouennali Cyclo bis; videlicet in Cyclo currente num. 8. & 19. His enim duobus embolismicis annis vna Lunatione tardiùs celebrant suũ Pascha Iudæi, quàm nos faciamus. Ita accidit anno mundi 5423. Christi 1663. quo nos Pascha celebrauimus 25. Martij, & Iudæi 21. Aprilis. Idemque anno 5434. Christi 1664. nos pariter 25. Martij, & Iudæi 21. Aprilis; & idem eueniet in annis futuris; anno siquidem 5442. Christi 1682. nos celebrabimus Pascha die 29. Martij, & Iudæi celebrabunt suum Pascha 23. die Aprilis. Et an. 5453. Christi 1693. nos nostrum Pascha

Calendarij ex imperfectione aurei numeri iam veræ Lunationes amplius non indicabantur; vnde quidam dicebat: Aureum Iulij Cæsaris numerum in plumbeum conuersum fuisse. Cur autem frequenter tempore non legitimo celebratum fuerit Pascha à nostris ante correctionem Calendarij, hæc causa potissima fuit. Ordinauerat Iulius Cæsar in correctione anni Cyclum decennouennalem à Metone Atheniensi adinuentum annis circiter 431. ante Christi natiuitatem; hic enim primò obseruauit in annis 19. Solaribus, 235. menses Lunares, seù Lunationes complecti, quod ita verum esse probant Iudæi ex multiplicatione dierum 365. horarum 5. *Chelakim punctorum* 997. & *moment.* 48. per 19. annos Cycli, & inueniunt dies 6939. horas 16. *Chelakim puncta* 595. Eodem modo multiplicant annos duodecim *communes Lunares* dierum 354. horarum 8. *Chelakim punctorum* 876. & septem *embolismales* dierum 383. horarum 21. & *Chelakim punctorum* 589. per totum Cyclum Lunarem 19. annorum, & tantundem inueniunt, vt suprà probatum est pag. 407. Idipsum hac alia via probari poterit: In quolibet anno existunt 12. Lunationes dierum alternatim 30. & 29. qui simul in anno efficiunt dies 354. Duodecim Lunationes ductæ in 19. faciunt Lunationes 228. Supersunt 11. dies, quibus Sol in anno Lunam superat; nam annus Solaris Ciuilis est dierum 365. & annus Lunaris Ciuilis est dierum 354. Itaque hi 11. dies ducantur in 19.

sum, quem & ipsi Iudæi approbant, vt vidimus, non vlterius ferri extra vel infra diem 19. eiusdem mensis Martij; ideò statuimus semper & in perpetuum mensem *Abib* ingredi circa diem 20. mensis Martij, & Plenilunium statim subsequens adiudicamus Lunæ Paschali, & primi mensis esse decernimus, & meritò quidem, quia dicitur Deuter. 16. 1. *Celebrabis Pascha in mense Abib*: Ergo 14. Luna post ingressum mensis *Abib* celebrare debebant prisci illi Iudæi suum Pascha, & ne nos cum Iudæis videremur conuenire, statuerunt Patres Nicæni, die Dominico subsequenti eandem decimam quartam Lunã celebrandum. In annis autem assignatis, Plenilunium semper incidit post 19. diem Martij siuè post Æquinoctium, vt ex prædictorum Astronomorum calculis manifestum est: nam anno Domini 1663. Plenilunium Martij fuit die 23. eiusdem, hora 7. min. 2. post Meridiem. 1674. die 21. Martij hora 13. min. 45. post Meridiem. Anno 1682. erit die 22. Martij h. 22. min. 45. post Meridiem. Et anno 1693. die 21. Martij hora 14. min. 33. post Meridiem. Vnde benè & legitimè celebratum fuit à nobis Pascha, & celebrabitur in futurum.

Iudæi enim licèt in celebratione sui Paschatis aliquando errent, attamen excusari vtcunque possunt, quia Hilleliano Cyclo vtuntur, & *Tekuphis Rau Ada*, quæ nec veras Neomenias indicant, nec verum diem Æquinoctio Verno assignant, eo prorsùs modo, quo ante correctionem

literis inſcriberetur, quocirca nomen *Aurei numeri* acceperit, & iuſſu Iulij Cęſaris intra Calendariũ Romanum, quo Lunationes, & Romanorum faſti & feriæ inſcriptæ erant, receptus fuerit. Creſcente autem Eccleſia Chriſtiana, & in Concilio Nicæno decreta die celebrationis Paſchatis, atque Alexandrinis Præſulibus commiſſa cura ordinandi Calendaria, vt eadem die ab vniuerſa Eccleſia Paſcha celebraretur, nempè die Dominica poſt decimam quartã diem quæ ſubſequeretur *Aequinoctium Vernum*: propter magnam vtilitatem, & commoditatem, quã in exhibendis Nouilunijs præbebat *Aureus numerus*: in Calendarium Chriſtianorum etiam inuectus eſt à Dionyſio Exiguo Abbate Romano (vt fertur) tempore Iuſtiniani Imperatoris anno Domini 532. & eo deinceps vniuerſalis Eccleſia omniũ vbique terrarum diffuſa ſub nomine *Cycli Paſchalis* vſa eſt vſq; ad tempora Gregorij XIII. Pont. Max. Verùm quia propter huius *Cycli Paſchalis*, ſeù *Aurei numeri* imperfectionem Nouilunia poſt 19. annos Solares non præcisè ad eadem loca redibant, & propter quantitatem 365. dierum, & & 6. horarum Solari anno tributam, neglectis quibuſdam minutijs & ſecundis, quibus 6. illæ horæ deficiebant, progreſſu temporis factum eſt, vt *Aequinoctium Vernum* relicta ſede 21. Martij circa initium eiuſdem acceſſerit decem diebus priùs quàm par erat anticipando: nam ante correctionem Calendarij *Aequinoctium Vernum* contingebat circa diem 11.

19. fiunt dies 209. Qui ſi diuidantur per 30. fient 6. Lunationes emboliſmicæ, & remanent 29. dies, qui conſtituunt vnam Lunationem ordinariam. Illæ autem ſeptem Lunationes conflatæ ex illis 209. diebus, ſi addantur illis 228. Lunationibus, efficietur numerus 235 Lunationum. Ergo benè 19. annos Solares comprehendere dicuntur 235. Lunationes. Breuiùs idem oſtenditur ex Tabula perpetua decennouennalis Cycli poſita ſuprà pag. 415. ibi enim apparet in Cyclo decennouennali contineri 12. annos communes, id eſt 12. Lunationum, & 7. emboliſmicos 13. Lunationum. Multiplicentur 19. per 12. fiunt 228. Lunationes. In his comprehenduntur 7. anni emboliſmici 13. Lunationum. Ergo ſuperſunt 7. Lunationes. Quòd ſi adiectæ fuerint ipſis 228. Lunationum, fiet ſumma 235. Lunationum, quod erat quærendum. Hac arte commiſcendi annos emboliſmicos cum communibus vſus Meton periodum omnium Lunationum adinuenit, & quo anno ad eundem diem redirent Nouilunia, addita regula certa ſupputandi eadem Nouilunia nouendecim vnitatibus, qui quidem decennouennalis numerus adeò placuit Athenienſibus, vt decernerent eum in foro eſſe inſcribendum; vnde & totum illud 19. ſpatium, annum magnum Ἐννεαδεκαετηρίδα *decennouennalem* Metonicum appellarunt. Quin & Romanis eandem Enneadecateridem, ſeù decennouennalem numerum recipientibus, factum eſt, vt nonniſi aureis

autem huiusmodi *Aequinoctium Vernum* semper & perpetuò hanc sedem circa 21. diem mensis Martij retineret, neque progressu temporis eam relinqueret, iterum progrediendo versus principium mensis, vt olim iam acciderat, aliam intercalandi rationem instituit in centenarijs annis; non enim voluit, vt quolibet centesimo anno vnus dies intercalaretur, vt priùs fiebat, sed præcepit, vt primi tres centesimi anni post 1600. fierent communes, id est dierum 365. & quartus centesimus esset bissextilis. Sic 1600. fuit Bissextilis 366. dierum, & 1700. 1800. & 1900. erunt communes dierum 365. & iterum 2000. erit Bissextilis 2100. 2200. 2300. communes, 2400. Bissextilis, 2500. 2600. 2700. communes, 2800. Bissextilis, & eodem ordine procedendum in reliquis consequentibus centesimis vsque in infinitum, retenta consuetudine quolibet quarto anno intercalandi vnum diem. Hoc quidem pacto, quibusdam compedibus constringitur Æquinoctium, ne stationem suam vltrà, vel citra 21. diem Martij relinquat, licèt hactenus ad diem 19. Martij fermè accedat, vt in sequenti Tabula apparet.

Martij, cùm contingere debuisset circa 21. diem eiusdem Martij. Hinc quia primus mensis Lunaris est ille, cuius dies 14. Lunæ in diem Æquinoctij Verni cadit, vel ipsum proximè sequitur, & hæc est vera Luna Paschalis, inde sequebatur, quòd omnes decimæ quartæ Lunæ, quæ inter 11. diem Martij vsque ad 20. diem eiusdem Martij contingebant, essent ex præscripto Concilij Niceni Paschales, quia contingebant post Æquinoctium Vernum. Ecclesia tamen eas respuebat veluti ad vltimum mensem spectantes. Vnde quotiescumque 14. Luna incidebat inter decimum diem & 21. mensis Martij, quod quidem semper contingebat, quando Aureus numerus erat 11. aut 19. & indicabat annũ embolismicum Cycli decennouennalis, *tertium* & *septimum* Iudæorum, Pascha celebrabatur mense secundo contra præscriptum Concilij Nicæni. Huic duplici malo duplex remedium adhibuit Gregorius XIII. Summus Pontifex, Cyclum enim Lunarem *Aurei numeri* correxit, & illius loco *Epactam* in Calendario collocauit; & *Aequinoctium* per exemptionem decem dierum ad diem 21. Martij, vbi priùs erat, restituit. Vt

An-

III. Pascha Iudaicum.			IV. Pascha Calendarij Gregoriani.		V. Pascha Calendarij Veteris.		VI. Machazòr Hebræorum, seù Cyclus Lunaris.	VII. Aureus Numerus Latinorum.
Fer.	Nisàn	Menses	D.	Mensis	D.	Mensis		
1	15	9 Apr.	16	April.	6	April.	1	4
5	15	29 Mar.	1	April.	29	Martij	2	5
5	15	18 Apr.	21	April.	11	April.	3	6
3	15	8 Apr.	13	April.	3	April.	4	7
7	15	27 Mar.	28	Martij	22	April.	5	8
5	15	14 Apr.	17	April.	14	April.	6	9
3	16	4 Apr.	9	April.	30	Martij	7	10
7	15	21 Apr.	25	Martij	19	April.	8	11
5	15	10 Apr.	13	April.	10	April.	9	12
3	15	31 Mar	5	April.	16	Martij	10	13
3	16	20 Apr.	25	April.	15	April.	11	14
7	16	9 Apr.	10	April.	7	April.	12	15
3	15	27 Mar.	1	April.	22	Martij	13	16
3	15	16 Apr.	21	April.	11	April.	14	17
7	15	5 Apr.	6	April.	3	April.	15	18
5	15	26 Mar.	29	Martij	23	April.	16	19
3	15	12 Apr.	17	April.	7	April.	17	1
7	15	1 Apr.	2	April.	30	Martij	18	2
7	16	21 Apr.	25	Martij	19	April	19	3
5	16	11 Apr.	14	April.	4	April.	1	4
1	15	29 Mar.	5	April.	26	Martij	2	5
7	15	17 Apr.	18	April.	15	April.	3	6
5	15	7 Apr.	10	April	31	Martij	4	7
3	16	28 Mar.	2	April.	20	April.	5	8
1	15	14 Apr.	21	April.	11	April.	6	9
5	15	3 Apr.	6	April.	3	April.	7	10
5	16	23 Apr.	29	Martij	16	April.	8	11
1	15	11 Apr.	18	April.	8	April.	9	12
5	15	30 Mar.	2	April.	30	Martij	10	13
5	15	19 Apr.	22	April.	19	April.	11	14
3	15	9 Apr.	14	April.	14	April.	12	15
7	15	29 Mar.	30	Martij	17	Martij	13	16
5	15	15 Apr.	18	April.	15	April.	14	17
3	15	5 Apr.	10	April.	31	Martij	15	18
7	16	25 Mar.	26	Martij	20	April.	16	19
7	16	14 Apr.	15	April.	12	April.	17	1
3	15	1 Apr.	6	April.	27	Martij	18	2
3	16	21 Apr.	22	Martij	16	April.	19	3

Anni Mundi	Anni Domini	I. Tekuphà Nisàn Le Ràu Adà. Aequinoctium Vernum Ràu Adæ.						II. Aequinoctium Ve num verum. Marti			
Embolis.	*Bissextil.*	F.	H.	*Chel.*	*mom.*	*Mens. Heb.*	*Menses*	D.	H.	M.	Fer.
5416	B. 1656	1	13	15	0	1 Nisàn	26 Mar.	19	18	38	Dom.
5417	1657	2	18	1012	48	5 Nisàn	19 Mar.	19	14	26	2
E. 5418	1658	3	0	930	20	22 Veadàr	26 Mar.	19	20	16	3
5419	1659	4	6	847	68	2 Nisàn	26 Mar.	20	2	29	5
5420	B. 1660	5	12	765	40	13 Nisàn	24 Mar.	19	7	57	6
E. 5421	1661	6	18	683	12	24 Veadàr	23 Mar.	19	13	48	7
5422	1662	1	0	600	60	6 Nisàn	26 Mar.	19	19	38	Dom.
E. 5423	1663	2	6	518	32	17 Veadàr	25 Mar.	20	1	21	3
5424	B. 1664	3	12	436	4	28 Adàr	25 Mar.	19	7	10	4
5425	1665	4	18	353	52	9 Nisàn	25 Mar.	19	13	0	5
E. 5426	1666	5	0	271	24	19 Veadàr	25 Mar.	19	18	25	6
5427	1667	7	6	188	72	1 Nisàn	26 Mar.	20	0	37	Dom.
5428	B. 1668	1	12	107	44	13 Nisàn	28 Mar.	19	6	23	2
E. 5429	1669	2	18	24	16	22 Veadàr	25 Mar.	19	12	15	3
5430	1670	3	23	1011	64	4 Nisàn	25 Mar.	19	18	4	4
5431	1671	5	5	939	36	15 Nisàn	26 Mar.	19	23	49	5
E. 5432	B. 1672	6	11	539	20	26 Veadàr	25 Mar.	19	5	41	7
5433	1673	7	17	456	68	10 Nisàn	26 Mar.	19	11	31	Dom.
E. 5434	1674	1	23	374	40	17 Veadàr	25 Mar.	19	17	20	2
5435	1675	3	5	600	20	28 Adàr	26 Mar.	19	12	59	3
5436	B. 1676	4	11	517	68	11 Nisàn	28 Mar.	19	4	58	5
E. 5437	1677	5	17	425	40	22 Veadàr	25 Mar.	19	10	46	6
5438	1678	6	23	343	12	22 Nisàn	25 Mar.	19	16	34	7
5439	1679	1	5	261	50	13 Nisàn	26 Mar	19	22	24	Dom.
E. 5440	B. 1680	2	11	179	22	25 Veadàr	25 Mar.	19	4	14	3
5441	1681	3	17	96	70	6 Nisàn	25 Mar.	19	10	2	4
E. 5442	1682	4	23	14	42	15 Veadàr	25 Mar.	19	15	51	5
5443	1683	6	4	1012	14	1 Nisàn	28 Mar.	19	21	35	6
5444	B. 1684	7	10	929	62	10 Nisàn	25 Mar.	19	3	29	Dom.
E. 5445	1685	1	16	847	34	20 Veadàr	25 Mar.	19	6	18	2
5446	1686	2	22	765	6	2 Nisàn	25 Mar.	19	15	2	3
5447	1687	4	4	682	54	13 Nisàn	26 Mar.	19	20	57	4
E. 5448	B. 1688	5	10	600	26	24 Veadàr	25 Mar.	19	2	44	6
5449	1689	6	16	517	74	4 Nisàn	25 Mar.	19	8	32	7
5450	1690	7	22	435	46	15 Nisàn	25 Mar.	19	13	56	Dom.
E. 5451	1691	2	4	353	18	25 Veadàr	26 Mar.	19	20	21	2
5452	B. 1692	3	10	270	66	8 Nisàn	25 Mar.	19	1	58	4
E. 5453	1693	4	16	188	38	18 Veadàr	25 Mar.	19	7	48	5

quibus Æquinoctia fiunt, quæ ferè coincidunt cum ferijs *Tekupharum* mensis *Nisàn Ràu Adæ*.

Circa *Pascha Iudæorum* hæc sunt notanda. Primùm, nunquam inuenies Pascha Iudaicum occurrere fer. 2. 4. aut 6. secundùm regulam alibi recitatam לא בדו פסח, & hoc ex Rabbinorum sanctionibus, non ex aliquo Legis præcepto, Videsis paginam 403. & 404. quo etiam fit, vt multoties Pascha Iudaicum suo legitimo die non celebrent, cùm illud aliquando reijciant celebrandum post Plenilunium *Nisàn* contra id quod præcipit Deus Exod. 12 ver. 6. & 15. decima quarta die mensis primi immolandũ esse agnum Paschalem, & remouendum fermentum à domibus, quod religiosè semper obseruauit antiqua Synagoga; & licèt hodie Iudęi agnum non mactent, attamen quibusdam ceremonijs, quæ infrà explicabuntur, suum pascha celebrare contendunt, inter quas primarium locum occupat abiectio illa fermenti, quam efficiunt decima quarta Luna in secundis Vesperis, antequam festum Paschæ ingrediatur; ingreditur enim Pascha 15. die mensis *Nisàn*, id est nocte antecedente diem decimum quintum, seù Plenilunium primi mensis. Hoc Dei præceptum passim transgrediuntur Iudæi; quandoquidem Pascha multoties celebrant post Plenilunium primi mensis, vt post pauca videbimus. Non tantùm quoad diem, præceptum Paschatis transgrediuntur Iudæi, sed etiam quo-

ad

Tabula antecedens, in qua per duos enneadecaterides annos incipiendo ab an. mun. 5416. Chr. 1656. vsq; ad annum 5453. Christi 1693. exhibetur Tekuphà Nisàn Aequinoctium Vernum Ràu Adà, Aequinoctium Vernum verum nostrorum Astronomorum, Pascha Iudaicum qua feria & die mensis celebretur à Iudæis; Pascha Calendarij Gregoriani reformati; Pascha Calendarij Veteris; מחזור *Machazòr, seù Cyclus Lunaris minor Iudæorum, qui est ipsis quodammodo Aureus Numerus, & Aureus Numerus Latinorum, seù Iulianus.*

Quoad *Tekupham Nisàn* primo loco positam in Tabula obseruandũ est, suam sedem habere intra diem 19. & 28. Martij, nec retrocedere, nec vltra ferri; sic intra 9. dierum spatiũ circumuolui perpetuò existimant Iudæi. Differentia verò, quæ intercedit inter *Tekupham* vnius anni, & alteram est *horarum* 5. *Chelakim punctorum* 997. *momentorum* 48. secundùm quam composita est hæc Tabula *Tekupharum Ràu Adà*.

Quoad *Aequinoctium Vernum verum*, quod vt plurimùm incidit die 20. Martij; & aliquandò (sed raro) pertingit etiam ad diem 21, eiusdem. Aduertendum est illud componi ex differentia inter duo Æquinoctia duorum annorum sibi immediatè succedentium, quæ est horarum 5. minutorum 48. sec. 55. Nos autem, prout in Ephemeridibus notata reperiuntur, exscripsimus, relinquendo ei, qui otium habuerit calculi examen. Adduntur dies hebdomadæ, seù feriæ, in

Post Veris Aequinoctium quære Plenilunium,
Et sequenti Dominica sacrum celebra Pascha.

At dicet Hebræus: Nonne & vos Christiani neglecta aliquando decima quarta Luna primi mensis, Pascha vestrum in mensem secundum transfertis? Hoc factum apparet in anno 1666. secundùm vestrum computum, eo siquidem anno celebrare debebatis Pascha die 21. Martij, & celebrastis 25. Aprilis. Ergo non nos Iudæi tantùm, sed & vos Christiani in mensem secundum aliquando Paschatis festum reijcitis.

Respondeo, & simul quæro à Iudæis; Cur & ipsi vicissim eodem anno 1666. relicta decima quarta Luna mensis primi, suum Pascha in decimam quintam Lunam secundi mensis transtulerint? Quòd si respondeant, illam decimam quartã Lunã an. 1666. quæ videbatur esse mensis primi, non fuisse mensis illius, sed mensis vltimi anni præteriti, rectenè respondebunt? Et ratio cur illa decima quarta Luna anni 1666., quæ inceperat paulò post diem 19. mensis Martij, eidem mensi Martio seù אביב *Abib* accenseri non debeat, est; quia illa quartadecima Luna præcessit Æquinoctium, licèt non longè ab eo distaret: nam ex calculis Astronomicis constat, eandem decimam quartam Lunam incidisse in die 19. Martij hor. 9. m. 12. P.M. quod experiri quis poterit additione differentiæ diurnæ per horaria tempora hor. 20. m. 30. Æquinoctium verò ingreditur die 19. Do-

ad mensem, cùm à mense primo ad mensem secundum non rarò illud transferant, vti accidit anno mundi 5423. Christi 1663. hoc enim anno de *Nisàn* in *Ijàr* transtuleruut Pascha, & quod celebrandum erat 22. Martij celebrarunt 21. Aprilis. Quòd initium Paschæ Iudaici eo anno caderet in 22. diem Martij patet, quia Plenilunium incidit die 23. hora 7. min. 2. P. M. Ergo decima quarta Luna, qua initium sumit festum Paschæ, incidit in die 22. Quòd & hęc Luna Paschalis fuerit etiam est manifestum, quia Luna Paschalis, seù primi mensis est illa, cuius Plenilunium fit post initium mensis אביב *Abib*; at initium mensis *Abib*, seù *Tekupha Nisàn* (nam pro eodem vtrumque hic sumitur) incidit in diem 20. mensis Martij hora 1. min. 21. P. M. & Plenilunium eiusdem in diem 23. hor. 7. min. 2. P. M. Ergo hoc Plenilunium fuit Plenilunium mensis Paschalis. Iudæi verò hoc primo & legitimo mense posthabito, alium mensem anno addiderunt, & Pascha ad secundum mensem reiecerunt; & licèt *Nisàn* vocarint, attamen eum fuisse mensem איר *Ijàr Aprilis*, nemo inficiari potest, cùm & 21. eiusdem Pascha celebrarint. Exactiores apparent nostri Paschales computi, qui eodem anno 1663. pro celebratione Paschatis assignabant diem 25. Martij, die primo Dominico post decimam quartam Lunam Vernum Æquinoctium insequente, in quo ab vniuersa Catholica Ecclesia Pascha celebratum fuit, iuxta illud vulgatum

Dominico 18. eiuſdem, quo Paſcha ab eis celebrandum erat iuxta Legis Moſaicæ ſanctionem; at ipſi, Rabbinorum ſuorum ſecuti traditionem, relicto ſenſu Scripturæ plano, quo diſertè habetur poſt decimam quartam Lunam principium ſumere ſolemnitatem Paſchalem, quandoquidem in ea remouendum fuerat fermentum è domibus Iudæorum; ipſi eodem anno 1666. Luna 16. Paſcha inchoarunt biduo poſt legitimum tempus. Idipſum perſæpè factum eſt, vt in annis 1667. 1674. 1675. & fiet in annis 1679. 1682. 1690. 1691. 1693. & alijs quamplurimis in futurum, vt ex Calendarijs Iudaicis facilè demonſtrari poterit. Sed nouum non eſt apud Iudæos irritum fieri mandatum Dei propter illorum traditiones. Licèt enim hęc Dei præcepta ceremonialia per aduentum Meſſiæ ceſſauerint, nec obligetur ampliùs homo ad ea ſeruanda, ex erronea tamen conſcientia Hebræi, qui credunt adhuc eſſe ſub iugo Legis Moſaicæ non obſeruando illius præcepta, vt in Lege præcipiuntur, à peccato non excuſantur, quoniam qui exhibet ſe ſeruum ad obediendum, ſeruus eſt eius cui obedit.

Nec valet ſi dicant, neque nos obſeruare præceptum Paſchatis, vt in Lege præcipitur, quia nos Legi ſubiecti non ſumus, quoniam non ſumus ſub Lege, ſed ſub gratia; neque Paſcha noſtrum ob commemorationem alicuius gratiæ temporalis, ſed ob memoriam reſurrectionis Domini celebramus, quæ cùm die Dominico à mor-

Martij hor. 18. min. 25. P. M. Itaq; decima quarta Luna præceſſit Æquinoctium horis 9. min. 4. vnde ad Lunam Paſchalem minimè ſpectabat. Hinc ipſi Hebræi hæc animaduertentes eundem annum 1666. apud ipſos 5426. emboliſmicum fecerunt, 13. Lunationes eidem tribuentes, vt & ipſa hæc Lunatio eſſet decima tertia, & ואדר *alterius Adàris* anni præteriti. Vt annus inſequens initium deſumeret poſt *Tekupham Niſàn* à prima coniunctione Luminarium, quę celebrata eſt die Dominico 4. Aprilis hora 2. min. 51. P. M. vel vt Tabulæ Iudaicæ exhibent eodem die 4. Aprilis hor. 17. *Chelakim punctis* 462. Ergo Iudæi Paſcha celebrarunt die 20. Aprilis fer. 3. & nos ſequenti die Dominico 25. eiuſdem. Rectè igitur celebrauimus Paſcha noſtrum. Si autem quis ad *Tekupham Niſàn Ràu Adà* in eodem anno 5426. Chr. 1666. reſpicere voluiſſet, omnis dubietas tolleretur, an decima quarta Luna, quæ incidit 19. Martij, cenſenda eſſet Luna Paſchalis nec ne: quia cùm *Tekupha Niſàn Ràu Adà* eodem anno 1666. incidiſſet in diem 25. Martij, perſpicuum eſt Plenilunium huius menſis anticipaſſe eiuſdem *Tekupham* diebus quinque, vel circiter. Poſſumus autem nos eoſdem Iudæos arguere, quòd in hoc anno (ſicut & ſæpè faciunt) tranſtulerint celebrationem Paſchæ ferè per duos dies: nam cùm ipſorum Tabulæ notent מולד *coniunctionem* Luminarium *Niſàn* die Dominico 4. Aprilis, conſequens eſt vt Plenilunium fiat die

quibus dependet. Ex Tabula etiam, pagina 415. exhibita habetur; qua die hebdomadæ Pascha celebrandum sit, & qua die hebdomadæ annus Ciuilis ingrediatur. Cæteræ verò festiuitates, & Ieiunia dependent quidem ab his duobus principijs; videlicet à *Neomenia Tisri*, & *Paschatis festo*; sed quia non ita facilè memoria retinentur quamplurimæ regulæ, quæ necessariæ sunt ad dies hebdomadæ pro huiusmodi festiuitatibus figendos, ideò Iudæorum Magistri, vt breuitati & facilitati consulerent, quasdam Tabulas expansas adinuenerunt, in quibus eędem omnium Neomeniarum, festorum, & Ieiuniorum feriæ per ordinem continerentur. Harum Tabularũ præcipua ea est, quæ hîc sequitur.

mortuis resurrexit, congruum fuit, vt Ecclesia Pascha resurrectionis die Dominico, post Æquinoctium Vernum & Plenilunium ipsius statueret celebrandum. Videsis Apostolorum Canones Can. 7. Conciliũ Anglicanum ex Historia Ecclesiast. Bedæ lib. 4. c. 5. Can. 1. Item Concilium Romanum celebratum intra Thermas Domitianas sub S. Siluestro Papa Can. 1.

At si nonnemo quæreret; Sitne apud Hebræos aliquis modus cognoscendi, quo die hebdomadæ, Pascha, & alia Iudæorum festa celebrentur in perpetuum?

Resp. Ex dictis satis percipi potest, qua die hebdomadæ Pascha à Iudæis soleat celebrari, quia *Nouilunia*, & *Tekuphas* inuenire docuimus, ex

שני

שני לוחות ראשי חדשים ומועדים ותעניותם בשנים

& Jeiuniorum in annis embolismicis, & communibus.

MBOLISMICIS.

15	16	17	18	19	20	21	22	23	24	25	26	27	28
ואדר	צום אסתר יג׳ בו	פורים יד׳ בו	ראש חדש ניסן	פסח טו׳ בו	ראש חדש אייר	לג׳ לעומר	ראש חדש סיון	שבועות ו׳ בו	ראש חדש תמוז	יז׳ בתמוז	ראש חדש אב	תשעה באב	ראש חדש אלול
א ב	ה	א	ג	ג	ד ה	א	ו	ד	ז א	ג	ב	ג	ג ד
א ב	ה	א	ג	ג	ד ה	א	ו	ד	ז א	ג	ב	ג	ג ד
ג ד	ב	ג	ה	ה	ו ז	ג	א	ו	ב ג	ה	ד	ה	ה ו
ו ז	ה	ו	א	א	ב ג	ו	ד	ב	ה ו	א	ז	א	א ב
ה ו	ד	ה	ז	ז	א ב	ה	ג	א	ד ה	א	ו	א	ז א
ג ד	ב	ג	ה	ה	ו ז	ג	א	ו	ב ג	ה	ד	ה	ה ו
ה ו	ד	ה	ז	ז	א ב	ה	ג	א	ד ה	א	ו	א	ז א

COMMVNIBVS.

ראש חדש ואדר	צום אסתר	פורים	ראש חדש ניסן	פסח	ראש חדש אייר	לג׳ לעומר	ראש חדש סיון	שבועות	ראש חדש תמוז	יז׳ בתמוז	ראש חדש אב	ט׳ באב	ראש חדש אלול
	ה	ו	א	א	ב ג	ו	ד	ב	ה ו	א	ז	א	א ב
	ב	ג	ה	ה	ו ז	ג	א	ו	ב ג	ה	ד	ה	ה ו
	ב	ג	ה	ה	ו ז	ג	א	ו	ב ג	ה	ד	ה	ה ו
	ה	א	ג	ג	ד ה	א	ו	ד	ז א	ג	ב	ג	ג ד
	ד	ה	ז	ז	א ב	ה	ג	א	ד ה	א	ו	א	ז א
	ה	ו	א	א	ב ג	ו	ד	ב	ה ו	א	ז	א	א ב
	ה	א	ג	ג	ד ה	א	ו	ד	ז א	ג	ב	ג	ג ד

מעוברות ובשנים הפשוטות חוזרים חלילה לעולם:

Tabula perpetua Neomeniarum, Festorum mobilium,

I. IN ANNIS E

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
שנים המעוברות	ראש חדש תשרי	צום גדליה ג׳ בו	צום כפור י׳ בו	סוכה ט״ו בו	ערבה כ״א בו	שמחת תורה כ״ג בו	ראש חדש חשון	ראש חדש כסליו	חנוכה כ״ה בו	ראש חדש טבת	עשרה בטבת	ראש חדש שבט	ראש חדש אדר
א	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	ה׳	ד׳	ו׳	ו׳ ז׳	א׳ ב׳	ה׳	ג׳ ד׳	ו׳	ה׳	ו׳ ז׳
ב	ז׳ א׳	ב׳	ב׳	ז׳	ו׳	א׳	א׳ ב׳	ג׳	ו׳	ד׳	ו׳	ה׳	ו׳ ז׳
ג	ב׳ ג׳	ד׳	ד׳	ב׳	א׳	ג׳	ג׳ ד׳	ה׳	א׳	ו׳	א׳	ז׳	א׳ ב׳
ד	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	ה׳	ד׳	ו׳	ו׳ ז׳	א׳	ד׳	ב׳	ד׳	ג׳	ד׳ ה׳
ה	ג׳ ד׳	ה׳	ה׳	ג׳	ב׳	ד׳	ד׳ ה׳	ו׳	ב׳	ז׳ א׳	ג׳	ב׳	ג׳ ד׳
ו	ז׳ א׳	ב׳	ב׳	ז׳	ו׳	א׳	א׳ ב׳	ג׳ ד׳	ז׳	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	א׳ ב׳
ז	ב׳ ג׳	ד׳	ד׳	ב׳	א׳	ג׳	ג׳ ד׳	ה׳ ו׳	ב׳	ז׳ א׳	ג׳	ב׳	ג׳ ד׳

II. IN ANNIS

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14
שנים הפשוטות	ראש חדש תשרי	צום גדליה	צום כפור	סוכה	ערבה	ש״ת	ראש חדש חשון	ראש חדש כסליו	חנוכה	ראש חדש טבת	י׳ בטבת	ראש חדש שבט	ראש חדש אדר
ח	ז׳ א׳	ב׳	ב׳	ז׳	ו׳	א׳	א׳ ב׳	ג׳	ו׳	ד׳	ו׳	ה׳	ו׳ ז׳
י	ג׳ ד׳	ה׳	ה׳	ג׳	ב׳	ד׳	ד׳ ה׳	ו׳	ב׳	ז׳ א׳	ג׳	ב׳	ג׳ ד׳
כ	ב׳ ג׳	ד׳	ד׳	ב׳	א׳	ג׳	ג׳ ד׳	ה׳ ו׳	ב׳	ז׳ א׳	ג׳	ב׳	ג׳ ד׳
ל	ז׳ א׳	ב׳	ב׳	ז׳	ו׳	א׳	א׳ ב׳	ג׳ ד׳	ז׳	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	א׳ ב׳
מ	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	ה׳	ד׳	ו׳	ו׳ ז׳	א׳	ד׳	ב׳ ג׳	ה׳	ד׳	ה׳ ו׳
נ	ה׳ ו׳	א׳	ז׳	ה׳	ד׳	ו׳	ו׳ ז׳	א׳ ב׳	ה׳	ג׳ ד׳	ו׳	ה׳	ו׳ ז׳
ס	ב׳ ג׳	ד׳	ד׳	ב׳	א׳	ג׳	ג׳ ד׳	ה׳	א׳	ו׳	א׳	ו׳	[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

, quaper literas annis subiectas; & ad consimiles in fronte Tabulæ existentes collatas, ut in supposita colummella literis numeralibus indicatur.

מפתח של לוח ראשי חרשים ומועדים ו

פ׳	מ׳	פ	מ׳	פ׳	פ׳	מ׳	פ׳	פ׳	1
שמח ל	שמז ו	שמו י	שמה ד	שמד ל	שמג כ	שמב ה	שמא ח	השם כ	2
שסז כ	שסו ה	שסה ח	שסד ו	שסג כ	שסב מ	שסא ב	שס כ	שנט מ	3
שפו מ	שפה ב	שפד כ	שפג ז	שפב מ	שפא ס	שפ ז	שעט מ	שעח ל	4
תה ל	תד ג	תג מ	תב א	תא ס	ת מ	שצט א	שצח ל	שצז י	5
תכד י	תכג ד	תכב ל	תכא ג	תכ מ	תיט ל	תיח ו	תיז י	תיו ח	6
תמג ח	תמב ו	תמא י	תמ ד	תלט ל	תלח כ	תלז ה	תלו ח	תלה כ	7
תסב כ	תסא ה	תס נ	תנט ב	תנח כ	תנז מ	תנו ב	תנה כ	תנד מ	8
תפא מ	תפ א	תעט ס	תעח ז	תעז מ	תעו ל	תעה ג	תעד מ	תעג ל	9
תק ל	תצט ג	תצח מ	תצז א	תצו ל	תצה י	תצד ד	תצג ל	תצב ב	10
תקיט י	תקיח ד	תקיז ל	תקיו ו	תקטו י	תקיד ח	תקיג ו	תקיב כ	תקיא מ	11
תקלח נ	תקלז ב	תקלו כ	תקלה ה	תקלד ח	תקלג כ	תקלב ז	תקלא מ	תקל ס	12
תקנז ס	תקנו ז	תקנה מ	תקנד ב	תקנג כ	תקנב מ	תקנא א	תקנ ס	תקמט מ	13
תקעו מ	תקעה א	תקעד ל	תקעג ג	תקעב מ	תקעא ל	תקע ג	תקסט מ	תקסח ל	14
9	8	7	6	5	4	3	2	1	

Clauis perpetua superioris Tabulæ Neomeniarum, Festorum mobilium, & Ieiunioru… hebdomadæ feriæ, in quibus celebrari debent, referantur, …

…עניות על שנים המעוברות והפשוטות :

מ׳	פ׳	מ׳	פ׳	פ׳	מ׳	פ׳	פ׳	מ׳	פ׳
שנ״ח	שנ״ז	שנ״ו	שנ״ה	שנ״ד	שנ״ג	שנ״ב	שנ״א	ש״נ	…מ״ט
כ	כ	ז	מ	ס	ז	מ	ל	ג	מ
שע״ז	שע״ו	שע״ה	שע״ד	שע״ג	שע״ב	שע״א	ש״ע	שס״ט	…סח
ג	מ	א	ס	מ	א	ל	י	ד	ל
שצ״ו	שצ״ה	שצ״ד	שצ״ג	שצ״ב	שצ״א	ש״צ	שפ״ט	שפ״ח	…פ״ז
ד	ל	ג	מ	ל	ו	י	נ	כ	[illegible]
תט״ו	תי״ד	תי״ג	תי״ב	תי״א	ת״י	ת״ט	ת״ח	ת״ז	…ו
ו	כ	ה	ח	כ	ה	נ	ס	ז	[illegible]
תל״ד	תל״ג	תל״ב	תל״א	ת״ל	תכ״ט	תכ״ח	תכ״ז	תכ״ו	…ה
ז	מ	ב	כ	מ	א	ס	מ	א	[illegible]
תנ״ג	תנ״ב	תנ״א	ת״נ	תמ״ט	תמ״ח	תמ״ז	תמ״ו	תמ״ה	…ד
א	ס	ז	מ	ל	נ	מ	ל	ו	
תע״ב	תע״א	ת״ע	תס״ט	תס״ח	תס״ז	תס״ו	תס״ה	תס״ד	…ג
נ	מ	א	ל	י	ד	ל	כ	ה	
תצ״א	ת״צ	תפ״ט	תפ״ח	תפ״ז	תפ״ו	תפ״ה	תפ״ד	תפ״ג	…ב
ח	ח	ו	י	נ	ב	כ	מ	כ	
תק״י	תק״ט	תק״ח	תק״ז	תק״ו	תק״ה	תק״ד	תק״ג	תק״ב	…א
כ	כ	ה	נ	ס	ה	מ	ל	נ	
תקכ״ט	תקכ״ח	תקכ״ז	תקכ״ו	תקכ״ה	תקכ״ד	תקכ״ג	תקכ״ב	תקכ״א	[illegible]
ז	מ	א	ס	מ	א	ל	י	ד	
תקמ״ח	תקמ״ז	תקמ״ו	תקמ״ה	תקמ״ד	תקמ״ג	חקמ״ב	תקמ״א	תק״מ	[illegible]
א	ל	נ	מ	ל	נ	מ	ל	ו	
תקס״ז	תקס״ו	תקס״ה	תקס״ד	תקס״ג	תקס״ב	תקס״א	תק״ס	תקנ״ט	[illegible]
ו	י	ד	ל	כ	ה	ח	כ	ה	
תקפ״ו	תקפ״ה	תקפ״ד	תקפ״ג	תקפ״ב	תקפ״א	תק״פ	תקע״ט	תקע״ח	[illegible]
ה	נ	כ	כ	מ	ב	כ	מ	א	
19	18	17	16	15	14	13	12	11	

habet vnā ex 14. literis אבגדהוז חיכלמנס; quibus in Claui Latina inferius posita correspondent aliæ 14. literæ Latinæ incipiendo ab A, vsque ad O, secundùm hunc naturalem ordinem, videlicet, A, B, C, D, E, F, G, H, I, K, L, M, N, O, quibus correspondent totidē aliæ positæ in prospectu Tabulę Neomeniarum, Festorum, & Ieiuniorum; vbi septem literis prioribus videlicet אב גדהוז, correspondent aliæ septem Latinæ A, B, C, D, E, F, G, quæ inseruiunt annis embolismicis; reliquæ septem, nempè חיכלמ נס, quibus cognatæ sunt aliæ septem literæ Latinæ, nempè H, I, K, L, M, N, O, inseruiunt annis communibus. Si enim cum litera anni propositi in cellulā consimilē ingrediaris; sub eadem columella inuenies cellulas cum litera, vel literis numeralibus indicantibus ferias, quibus Neomeniæ, Festa, & Ieiunia per hebdomadas incidunt, quorum nomenclaturam ordinatim habes in principio, & ad dexteram ipsius Tabulæ. Exempli gratia: Cupio scire hoc anno 5437. Christi 1677. qua die hebdomadæ Neomeniæ, Festa, & Ieiunia Hebræorum celebrentur; recurro ad Clauem, in qua inuenio annum תל״ז minor. supputat. in Claui Hebraica, vel in altera Latina annum Domini 1677. sub anno Hebraico 437. inuenio literam ח. Pergo deindè cum hac litera ח ad Tabu-

חא

אם תרצה לדעת בכמה לחדש ובאיזה יום מימי השבוע מחשבת תל״ז הזאת יהיה חג הסכות לך אל לזאת המפתח במספר השנים ובקשת משם עד שתמצא תל״ז ותחתיו תמצא אות ח׳ ולך אצל הלוח שכנגדו למעלה ושם הצבתי לך צאתם א׳ ב׳ ג׳ ד׳ וכו׳ עד שתמצא אות ח׳ וכל אותה שורה מלמעלה למטה תשמש כל השנה הזאת וכן כלם על זה הדרך וכשיגיע משנת תקפ״ו לסוף המפתח חוזר חלילה ומתש״ם עושה ה׳ אלפים תקפ״ו ומהשמ״א עושה תקפ״ח וכן עד סוף המפתח לעולם:

Explicatio huius Clauis.

Disposita est hæc Clauis ad modum Tabulæ suprà ad pag. 415. exhibitæ. In fronte cellularum in prima linea extant literæ פ & מ, *Pe* significat annos פשוטות *simplices*, id est 12. mensiū; & מ *Mem* significat מעוברות *Meuubberòth*, hoc est *grauidos*, quia omnes anni à summo ad imum suæ columellæ sunt omnes Intercalares & Embolismici, grauidi & prægnantes, quia 13. mensibus constant. In tota hac Tabula, quam *Clauem* vocamus, quia per ipsam aperitur *Tabula Festorum, Neomeniarum, & Ieiuniorum*, sine qua inutilis omninò fuisset. Quatuordecim מחזורים *Machazorrim* Cyclos Lunares complectitur hæc Clauis. Primus Cyclus incipit ab anno ש״מ 5340. Christi 1580. & decimus quartus Cyclus finit in an. תקפ״ו 586. sine millenarijs, quæ ob angustiam cellularum omittuntur. Integrè ita scriberentur, התקפ״ו 5586. id est anni Domini 1826. Itaque anni, qui in his 14. Cyclis decennouennalibus comprehenduntur, sunt num. 246. annorū; quilibet ex his annis sub se

in altera inferiùs posita numerum 1. quo significatur die Dominico 3. die eiusdem mensis *Tisceri*, seù Nouilunij Septembris esse feriā Ieiunij ob Godoliam occisum, vt titulus cellulæ indicat: & sic de reliquis vsque ad finem anni. Quæ cùm facillima sint, vlteriùs non progredior.

Vt autem inseruiamus etiam ipsis linguæ Hebraicæ prorsùs ignaris, qui nec quidem illius characteres agnoscunt, placuit hanc Tabulam Festiuitatum Hebræorum cum sua Claue in characteres Latinos, & numeros vulgares transferre, addita Latina translatione omnium Neomeniarum, Festorum, & Ieiuniorum, quæ in ipso præliminari cellularum inuenies, licèt non omnia vocabula Latinè sint reddita, ne vocis gratia, & significati proprietas à lingua Hebraica tolleretur. Bona illorum pars sparsim hinc inde hactenus declarata sunt, sed exactiùs omnia in Calendario Iudaico infrà apponendo explicabuntur.

lam Neomeniarum, Festorum, & Ieiuniorum, & in fronte inuenio illam in parte prima inter annos embolismicos; vnde colligo hunc annum 5437. esse embolismicum. Itaque in columella prædictæ literæ ה infernè inuenio diem hebdomadæ seù feriam, qua quælibet Neomenia ingrediatur, & Festum celebretur. Sic Neomenia mensis *Tisceri* Septembris ponitur duobus diebus fer. 3. & fer. 4. quia sub litera ה in prima cellula, quæ est Neomeniæ *Tisceri*, reperiuntur literæ numerales ג & ד, quæ has ferias indicant. Ita gradatim descendendo de cellula in cellulam cætera Festa inuenies.

Eadem Festa inuenies in Claue Latina: nam sub anno Dom. 1677. inuenies literam E, qua reperta in Tabula Festorum statim sub ea inuenies numeros 3. 4. quibus significatur fer. 3. & 4. participare de Neomenia *Tisceri*, vt Titulus cellulæ ostendit. Post hanc cellulam inuenies

Tabula perpetua ad in
& Ieiunia

ANNIS EMBOLISMICIS		
	1	*Litera annorum* *Clauis Tabula.*
	2	*Neomenia Tiseri* *Caput anni.*
	3	*Ieiunium Godoli* *3. Tiseri.*
	4	*Ieiunium Expia* *10. Tiseri.*
	5	*Tabernaculorum* *15. Tiseri.*
	6	*Hosanna Rabba* *21. Tiseri.*
	7	*Lætitia Legis* *23. Tiseri.*
	8	*Neomenia Chasuàn.*
	9	*Neomenia Chislèu.*
	10	*Encænia 25. Chis lèu.*
	11	*Neomenia Teuet.*
	12	*Ieiunium 10. Te uetb.*
	13	*Neomenia Sceudi.*
	14	*Neomenia Adàr*
	15	*Neomenia Veadir.*
	16	*Ieiunium Esther 13. Adar.*
	17	*Purim Sortium*

, Festorum mobilium , & Ieiuniorum .

n cellula è regione Neomeniæ , vel Festi quæsiti occurret nu-
stum , vel Ieiunium ingreditur .

11	12	13	14	15	16	17	18	19
Embolismici.	*Communes*	*Communes*	*Embolismici.*	*Communes*	*Communes*	*Embolismici.*	*Communes*	*Embolismici.*
1590	1591	1592	1593	1594	1595	1596	1597	1598
C	L	M	G	O	M	G	K	B
1609	1610	1611	1612	1613	1614	1615	1616	1617
D	I	L	A	M	O	A	M	C
1628	1629	1630	1631	1632	1633	1634	1635	1636
B	N	I	F	L	M	C	L	D
1647	1648	1649	1650	1651	1652	1653	1654	1655
G	O	N	E	K	H	E	K	F
1666	1667	1668	1669	1670	1671	1672	1673	1674
A	M	O	A	M	K	B	M	G
1685	1686	1687	1688	1689	1690	1691	1792	1693
F	L	M	C	L	M	G	O	A
1704	1705	1706	1707	1708	1709	1710	1711	1712
E	K	L	D	I	L	A	M	C
1723	1724	1725	1726	1727	1628	1729	1730	1731
B	M	K	B	N	I	F	H	E
1742	1743	1744	1745	1746	1747	1748	1749	1750
C	L	M	E	O	N	E	K	B
1761	1762	1763	1764	1765	1766	1767	1768	1769
D	I	L	A	M	O	A	M	G
1780	1781	1782	1783	1784	1785	1786	1787	1788
F	L	M	C	L	M	C	L	A
1799	1800	1801	1802	1803	1804	1805	1806	1807
E	K	H	E	K	L	D	I	G
1818	1819	1820	1821	1822	1823	1824	1825	1826
A	M	K	B	M	K	B	N	E

anni 1580. repone annum 1827. & loco anni 1581. repone
raditur suprà in explicatione eiusdem Clauis Hebraicæ .

Clauis superioris Tabulæ Neomeniarum Hebræorum

Cum litera sub anno, quem quæsieris, posita ingredere in Tabulam, & sub eade
merus feriæ hebdomadæ, in qua Neomenia, Fe

	1	2	3	4	5	6	7	8	9	10
1	*Anni Dom. Com.*	*Communes.*	*Embolismici.*	*Communes.*	*Communes.*	*Embolismici.*	*Communes.*	*Embolismici.*	*Communes.*	*Communes*
2	1580 K	1581 H	1582 E	1583 K	1584 L	1585 D	1586 I	1587 F	1588 L	1589 M
3	1599 M	1600 K	1601 B	1602 M	1603 K	1604 F	1605 H	1606 E	1607 K	1608 L
4	1618 L	1619 M	1620 G	1621 O	1622 M	1623 G	1624 K	1625 B	1626 M	1627 K
5	1637 I	1638 L	1639 A	1640 M	1641 O	1642 A	1643 M	1644 C	1645 L	1646 M
6	1656 H	1657 I	1658 F	1659 L	1660 M	1661 C	1662 L	1663 D	1664 I	1665 L
7	1675 K	1676 H	1677 E	1678 K	1679 L	1680 D	1681 I	1682 F	1683 H	1684 I
8	1694 M	1695 K	1696 B	1697 M	1698 K	1699 B	1700 N	1701 E	1702 K	1703 H
9	1713 L	1714 M	1715 C	1716 L	1717 M	1718 G	1719 O	1720 A	1721 M	1722 K
10	1732 K	1733 L	1734 D	1735 I	1736 L	1737 A	1738 M	1739 C	1740 L	1741 M
11	1751 M	1752 K	1753 F	1754 H	1755 I	1756 F	1757 L	1758 D	1759 I	1760 L
12	1770 O	1771 M	1772 G	1773 K	1774 H	1775 E	1776 K	1777 B	1778 N	1779 I
13	1789 M	1790 O	1791 A	1792 M	1793 K	1794 B	1795 M	1796 G	1797 O	1798 N
14	1808 L	1809 M	1810 C	1811 L	1812 M	1813 C	1814 L	1815 A	1816 M	1817 O

Quando adueneris ad annum 1826. eo completo, redi ad principium, & loco
1828, & sic prosequere vsque in infinitum. Vsus huius Clauis prolixè

[illegible]ſtorum mobilium, & Ieiuniorum ingreſſum, & hoc no-
[illegible]pellant, & adaptant aliquibus annis, vt videre eſt ſuprà
[illegible]bus literis, vt v. g. [illegible] ſimias Signum, ſeu Symbolum
[illegible] ſ... eſt [illegible], & ſic de ſingulis alijs ſequentibus
[illegible] In hoc loco alium vſum eſt [illegible] intelligatur [illegible]
[illegible]nominantur, in ſequenti vero Tabula hæc Symbola in-

[illegible]

[illegible] Feſta mobilia, & Ieiunia Judæorum, tum il-
[illegible] ſymbola anni dati,
[illegible]

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]

…festorum mobilium, & Ieiuniorum ingressum, & hoc me…
…ppellant, & adaptant aliquibus annis, vt videre est suprà
…tribus literis, vt v. g. סימן *Simàn Signum*, seù *Symbolum*
…שכב״ 5322. est שׁב״ן, & sic de singulis alijs sequentibus
…explicaui. In hoc loco alium vsum asciscunt, inseruiunt enim
…Latinè cernuntur, in sequenti verò Tabula hæc symbola in…

לוח המועדים וראשי חדשים וצומות על …
סימן השנה ולמטה …

…menia, Festa mobilia, & Ieiunia Judæorum, tam in…
… Ingredere cum symbolo anni dati,
…quod quærebas.

…EMBOLISMICIS.

12	13	14	15	16	17	18	19	20	21
צום אסתר	ניסן ופסח	אייר ופסח שני	ל״ג לעומר	ר״ח סיון	שבועות	ר״ח תמוז	י״ז בתמוז וט׳ באב	ראש חדש אב	ר״ח אלול
ב	א	ה ו	ו	ז	ה	ג ו	א	ו	א ה
		א	ו	ו	א	ג ו	א	ו	ו א

Tradunt Machazoristæ alium modum inueniendi Neomeniaru
dijs quibusdam symbolis, seù signis, quæ סימנים Sima
in I. Tabula pag. 415 Hæc autem symbola seù signa constant ta

anni שׁבֿ״א 5321. est זשׁ״ג vt sub eodem anno שׁבֿ״א habetur.
annis. In eadem Tabula vsum alium omninò diuersum habent,
loco literarum, quæ in fronte superioris Tabulæ tam Hebraicè, (
fronte ipsius hoc pacto notantur.

מעוברות ומהפשוטות : בא אל הלוח עם
ן המצא ימים השבוע :

Tabula perpetua indicans qua feria hebdomadæ decurrant
annis Embolismicis, quàm in Commun
& sub eo conue

PARS I. PRO ANN

	סימנים	Symbola.	1 ראש השנה	2 וסוכות	3 צום גדליה	4 כפור	5 ראש חדש חשון	6 ראש חדש כסליו	7 חנוכה	8 ראש חדש טבת	9 עשרה בטבת	ר״ח שבט ר״ה לאילנות
1	זח״א		ה	א	ז	ו ז	א	ד	ב	ד	ג
	בח״ג		ג	ה	ה	ה ד	ו	ג	א ב	ג	ג
	בש״ה		ג	ד	ד	ד ג	ה ו	ג	א ו	ג	ג
	גכ״ה		ג	ד	ד	ד ג	ה	א	ו	א	ו

Tradunt Machazoristæ alium modum inueniendi A...
diis quibusdam symbolis, seu signis, quæ ...
in Tabula pag. 415 Hæc autem symbola seu signa ...
anni ... 5321. est ... vt sub eodem anno ...
annis. In eadem Tabula visum alium omninò diuer...
loco literarum, quæ in fronte superioris Tabulæ tam ...
fronte ipsius hoc pacto notantur.

[illegible]

Tabula perpetua indicans qua feria hebdomadæ ... annis Embolismicis, qui ...

PARS I.

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	1
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	2
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	3
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	4
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	5
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	6
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	7

PARS II.

[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	1
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	2
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	3

...orum menſium poſt Tiſri & Paſchatis, ſecundum ...aphé, & Gabrielis de Sorano.

13	12	11	10	9	8	7	6	5	4	3	2	1
[illegible]			[illegible]							[illegible]	[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	○	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	○	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	○	[illegible]
[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	[illegible]	○	[illegible]

…itatun duorum mensium post Tisrì & Paschatis, secundùm … ardochai Iaphè, & Gabrielis de Sorano.

9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22	23
רפז	בפ״ת	רפ״ט	ר״ן	רצ״א							רצ״ב			רצ״ג
ח	0	ו׳	0	ד׳	ה׳	י״א	י״ב	י״ג	י״ו	י״ז	ב׳	ה׳	י״ז	ח׳
זשח	0	הש״ז	0	זח״א	הח״א	הש״ג	הכ״ז	בח״ג	כש״ה	זח״ג	הכ״ז	זח״א	בח״ג	בש״ג
זשא	0	בש״ז	0	זח״ה	חכ״א	הח״א	גכ״ה	זש״ג	בח״ג	הש״ג	הח״ז	זח״ה	בש״ה	בש״ז
זשה	0	בש״ז	0	זח״א	הח״א	הח״א	גכ״ה	זש״ג	בח״ג	הש״ג	הכ״ז	זח״א	בח״ה	בש״ז

Tabula varietatum ſymbolorum principij Anni, qualitatum [...]
opinionem Chijà Gabrielis, Mardochai [...]

	מחזורים Cycli perfecti.	שנות המחזור Anni Cycli.	Gabrielis de Sorano	Mardochai Iaphè	Chijà Gabrielis.
1	רפ״א	י״ד	זש״ה	זח״ג	זח״ג
2	רפ״ב	ב׳	זש״ג	זח״ה	זח״א
3		ג׳	בח״א	גכ״ז	גכ״ז
		ד׳	גכ״ה	בש״ה	בש״ה
4	רפ״ג	ד׳	הש״א	הכ״ז	הכ״ז
5		ה׳	גכ״ה	בש״ה	בש״ה
		י״ט	בח״ה	בש״ה	בח״ה
6	רפ״ד	ה׳	הש״ה	הכ״ז	הכ״ז
		ו׳	גכ״ז	בש״ז	בש״ז
7	רפ״ה	ד	הכ״ז	הש״ז	הכ״ז
8	רפ״ו	ו׳	בח״א	בח״ה	בח״ה
9	רפ״ז	ח׳	זש״ה	זש״א	זש״ה
10	רפ״ח	0	0	0	0
11	רפ״ט	ו׳	הש״ז	בש״ז	בש״ז

huius Tabulæ, quia annus est embolismicus, sub quo Neomenia *Tisri*, seu *Caput anni* notatur litera ג fer. 3. *Ieiunium Godoliæ* fer. 5. *Dies Expiationum* fer. 5. *Pascha* fer. 7. & sic de reliquis.

Aduertendum autem est, Auctores, qui tradunt huiusmodi symbola, aliquando variare, nec omnes in vnum conuenire perpetuò. Tres istorum symbolorum Tabulas totidem Auctorum vidi, & inter vtrasque discrimina obseruaui, eaque retuli in Tabula sequenti. Auctores istarum Tabularum sunt *Chija Gabriel, Mardochaus Iaphe, & Gabriel de Sorano*, cuius est Tabula, quam suprà pagina 415. exhibui. Discrimina inter vtrosque Auctores in figendis, tam Neomenia mensis *Tisri*, quàm *Paschatis* festo, & qualitate mensium *Chasuàn* & *Chislèu* Tabula hæc ostendit.

Explicatio Tabulæ.

Recurrendum est suprà ad paginam 415. vbi habetur *Tabula perpetua decennouennalis Cycli Lunaris &c.* & ibi accipiendum est *symbolum* anni quæsiti, quod idem postea reperies in fronte Partis I. vel II huius Tabulæ; in fronte primæ si symbolum fuerit anni embolismici, in fronte secundæ si annus fuerit communis; & in cellulis infrà positis sub columella symboli inuenti reperies Neomenias, Festa, & Ieiunia Hebræorum, prout in parte dextera annotantur. Exempli gratia: Anno תלז 5437. Christi 1677. *Symbolum* ipsius est גכן vt notatur in suprà citata Tabula pag. 415. Idem symbolum גכן inuenies in prima Parte

exclusó vtriusque anni die ingressus. Quòd si inter vtrumque anni principium intercedant quatuor dies,, annus subsequens habebit menses שלמים *Scelamim perfectos*; at annus של״ג ingressus est fer. 2. & annus subsequens של״ך ingressus est fer. 7.; inter autem feriam 2. & Sabbathum intercedunt quatuor dies exclusis terminis à quo, & ad quem. Igitur annus של״ך erit שלמים *Scelamim*, mensium perfectorum, qui indicari debebant per literam ש. Ergo mendum erit apud alios duos subsequentes Authores, quorum symbola per literam ח indicant eundem annum esse *mensium cauorum*. Et eodem modo possent alia loca notata secundùm hanc regulam examinari, dummodo dubium sit in media tantùm litera. Quòd si sit in prima, vel vltima, alia via incedendum est, quia prima litera significat ingressum anni noui, & tertia litera feriam Paschę. Experimentum de his fieri debet per inuentionem Neomeniæ *Tisri*, & diei *Paschalis*, de quibus nil aliud in hoc loco agemus cùm satis abundè suprà actum sit. Vide pag. 400. col. 2. & pag. 406. col. 2.

Circa aliam Tabulam suprà positam pag. 471. aduerte; Quòd feriæ ibi indicatæ non semper respondent regulis Alphabeti את״ בש״, de quibus videndum est quod diximus pag. 419. vt exempli gratia, אר״ך significat eodem die hebdomadæ *Ie-*

Quis autem ex istis tribus Auctoribus in assignando hæc symbola aberret, non audeo iudicare. Attamen si secundùm regulam *Rambàm* in *Kiddùsc Hachòdesc* cap. 8. num. 7. qua docet, quomodo cognoscendi sint anni, vtrum illorum menses *Marchesceuàn* & *Chislèu* sint *pleni* vel *caui*, aut *secundùm illorum ordinem*, iudicium ferre voluerimus, dicendum est, symbolum זש״ה primò loco positum nulli subesse errori, sed mendum reperiri in Tabulis Mardochæi, & Chijæ, quæ notant זח״ג. Dubitatur autem, an media litera in hoc symbolo זש״ה debeat esse ש, aut ח, quod idē est ac si diceretur: num annus, qui huiusmodi symbolum habet, habeat etiam duos post *Tisri* subsequentes menses *Marchesceuàn* & *Chislèu* שלמים *Scelamim perfectos*, id est *plenos*, aut חסרים *Chaserim cauos*; tantundem enim significant hæ literæ ש & ח, sed secundùm doctrinam *Rambam* dicendum, annum של״ך 5334. Christi 1574. notatum in Cyclo רפ״א, & in 14. anno Cycli habere prędictos menses perfectos & plenos, non autem cauos. Quia *Rambàm* loco cit. docet, quòd si voluerimus scire, vtrum annus subsequens habeat menses prænominatos plenos, aut cauos, debemus obseruare diem ingressus anni pręsentis, & diem anni subsequentis, & numerare dies, qui inter vtriusque anni principium intercedunt,

gulæ ſtabiles & firmæ ſemper ſunt.

Cæterùm, poſſet quiſpiam curioſus quęrere: Cùm Hebræi in figendis ſuis feſtiuitatibus vtantur Cyclo Hilleliano, ac propterea aliquando intercalent annum, qui minimè intercalandus eſſe videtur, quo fit vt nonnunquam per integram Lunationem ſeriùs quàm oporteat, ſuum Paſcha celebrent; an, niſi fuiſſet correctum Calendarium, id ipſum faceremus & nos; & quænam eſſet differentia inter vtrumque Paſcha?

Reſp. Quo menſe, & quo menſis die celebraretur à nobis Paſcha, niſi fuiſſet correctum Calendarium, apparet ex Tabula ſuprà poſita pagina 465. in qua per annos 38. habetur, quo die menſis tunc Paſcha accidiſſet; & ibi apparet differentia inter Paſchà Hebræorum, & Veteris noſtri Calendarij. Quoniam autem quiſpiam vltra annos ibi notatos vellet fortè indagare Paſcha Veteris Calendarij, quod quidem ad multa conducere, & quam plurimas inde vtilitates ſubinferre poſſe ſine dubio aſſerendum eſt; ideò nos in hoc loco modum illud inueniendi oſtendemus.

De modo inueniendi Paſcha Latinorum ante correctionem Calendarij.

PAſchæ feſtum eſt inueniendum non ex ſcrupuloſis, aculeatis, & omninò ſpinoſis Aſtronomicorū calculis, de quibus fortaſſis intellexit Baſilius lib. 1. Hexamer. quando Aſtronomiam vocauit *occupatiſſimam Vani-*

iunium die 9. *Ab* cadere, quo euenit Paſcha, & ita ſi feria 3. fuit Paſcha, fer. 3. erit Ieiunium *Tiſcà beàu 9. Ab*. Excipe, quando Paſcha venerit die Sabbathi, ne enim cogantur Iudęi ieiunare die Sabbathi, tunc transferunt Ieiunium in diem ſubſequentem in Dominicam. Sic inuenies in *Tabula perpetua Neomeniarum &c.* ſuprà ad pag. 472. n. 27. in cellula 'א pro 'ז. Eſt enim regula Rabbinica, quòd –

כל ד' צומות הללו (ר"ל ט"ב : י"ז בתמוז : ושלשה בתשרי : ועשרה בטבת) אם חלו לחיות בשבת נדחין לאחר בשבת :

Quatuor Ieiunia, quæ ſunt 1. Tiſcà beAu 9. menſis Ab: 17. menſis Thamùtz; 3. Tiſcri; & 10. menſis Teuèth; ſi euenerint in Sabbatho transferuntur in feriam primam. Orach *Chaiim Halachòth Tiſcà beàu* numero 550. §. 3.

Hoc quoque obſeruant in נ"ך, ne transgrediantur regulam, אד"ן *Non Addò Ingreditur Initium anni*. Et in alijs prout in Tabula occurrit. Verū ſi ritè obſeruentur regulę ibidem traditæ, nullus error ineſſe deprehendetur. Itaq; incipiendum eſt à Paſchate dati anni, quod ſi feria 'ז 7. exempli gratia incidat; *Tiſcà beAu* cadet feria 'א 1. Pentecoſtes etiam eadem fer. 'א 1. Neomenia verò *Tiſcri*, ſeù *Initium anni* ſubſequentis erit fer. 'ב 2. *Simchà Thorà Lætitia Legis* eiuſdem anni inſequentis fer. 'ג 3. *Chippùr Dies Expiationis* fer. 'ד 4. *Feſtum Mardochæi* ſeù *Purrìm* quod iam præteriJt ante Paſcha, eſſe debuit fer. 'ה 5. quę re-

Tabella Cycli Solaris 28. annorum, quibus suæ literæ Dominicales correſpondent ſecundùm ſtylum veterem.

Anni Cycli Sol.	1	2	3	4	5
Literę Dominic.	F	E	D	C	A
Anni Cycli Sol.	6	7	8	9	10
Literę Dominic.	G	F	E	C	B
Anni Cycli Sol.	11	12	13	14	15
Literę Dominic.	A	G	E	D	C
Anni Cycli Sol.	16	17	18	19	20
Literę Dominic.	B	G	F	E	D
Anni Cycli Sol.	21	22	23	24	25
Literę Dominic.	B	A	G	F	D
Anni Cycli Sol.	26	27	28		
Literę Dominic.	C	B	A		

Vnde Verſus illi antiqui eò tendebant, vt ſingularum dictionum primæ literę per ordinem numeros Cycli Solaris indicarent, hoc pacto.

Verſus antiqui, de literis Dominicalibus correſpondentibus numeris Cycli Solaris.

1 2 3 4 5 6
Fallitur Eua Dolo, Cibus Adæ Gaudia Finit,
7

8 9 10 11 12 13
Et Cùm Botrus Adhuc Germinet, Eua Dolet;
14

Chri-

nitatem, ſed ad motum luminarium regularem, facilem, expeditum, & ab omnibus etiam ignaris, & à rudi plebe perceptibilem, vti facit Eccleſia, quæ Paſchale feſtum per Cyclos regulandū ſemper propoſuit. Per eoſdem ergo & nos ſequentes ſtylum ante correctionem vſitatum, ac ſi decem dies ab anno exempti non fuiſſent, Vetus Paſcha adinuenire curabimus.

Sed quia fatendum eſt, totum hoc negotium à Cyclo Solari, à quo eſt litera Dominicalis; & à Cyclo Lunari, à quo eſt Aureus numerus, prorsùs pendere, ideò de vtroque hìc.

De Cyclo Solari.

Cyclus Solaris, qui & literarum Dominicalium Cyclus vocatur, eſt reuolutio 28. annorum, qua completa reditur ad vnitatem. Dicitur etiam Cyclus literarum Dominicalium, quia cùm literæ Dominicales ſint ſeptem ſecundum dies ſeptem vnius hebdomadæ; ſi multiplicentur 7. per 4. fiet ſumma 28. numerus Cycli literarum Dominicalium, ſecundùm hunc numerum ita diſponuntur literæ Dominicales, vt completo Cyclo, factoque iterum initio ab vnitate eodem ordine in orbem redeant & ipſæ literæ, vt in ſequenti Tabella apparet.

numerat 60. Cyclos completos, qui hactenus à Natiuitate Domini vsque ad hunc diem transierunt; & fractionis numerator 6. ostendit sextum annum ex Cyclo 61. hoc an. 1677. currere; seù, quòd idem est, quia post diuisionem remanent 6. dicendum, quòd Cyclus Solaris huius anni sit 6. Hæc regula certa est, & valet tàm ante correctionem, quàm post correctionem Calendarij.

Vt autem à tædio diuisionis numerorum eximamus Lectorem, apponemus hic Tabellam perpetuam Cycli Solaris cum suis literis Dominicalibus correspondentibus annis Domini, prout ante correctionem erat in vsu. Itaque cùm anno Domini proposito ingredere in Tabellam, & è regione illius habebis Cyclum Solarem, & literam Dominicalem illi correspondentem. In anno verò Bissextili, qui litera B notatur, quia intercalatur vnus dies, duplex litera Dominicalis apponitur, quarum prima valet à principio Ianuarij vsque ad festum S. Matthiæ, & secunda à die 25. Februarij, quo anno celebratur festum S. Matthiæ Apostoli vsque ad finem anni.

Tabula perpetua Cycli Solaris cum suis literis Dominicalibus secundùm stylum veterem.

	Anni Dom	Cyclus Sol	Lit. Dom.
B	1672	1	G.F
	1673	2	E
	1674	3	D

15 16 17 18 19 20
Christus Bella Gerit, Finitur Eo Duce
21
Bella,
22 23 24 25 26 27
Ad Grauidam Fit Dux, Cuncta Beauit Aue.

Vnicuique anno vnus ex his numeris competit, cuius Dominicalis litera est prima litera dictionis. Sed quomodo inueniatur numerus Cycli Solaris mox dicemus.

Quolibet anno Christi dato numerum Cycli Solaris eidem competentem adinuenire.

DAto Christi anno addentur 9. Aggregatum diuidatur per numerum totius Cycli Solaris nempè per 28. id quod post diuisionem relinquetur, erit numerus Cycli anni currentis: quòd si nihil relinquatur, ipse partitor 28. erit numerus anni currentis. Vnde Versus:

Annis adde nouem Domini, partire per octo
Viginti; Cyclus sic sibi notus erit.

Exemplum.

Volo scire hoc anno Domini 1677. numerum Cycli Solaris: ei addo 9. quia anno primo Domini iam iste Cycli numerus antecesserat. Summam 1686. diuido per 28. numerum totius Cycli. In Quotiente reperietur $60\frac{6}{28}$. Integer numerus 60.

nam 411. colum. 1. tradidimus modum illum inueniendi, hic nihilominus regulam repetemus, quæ est: Anno Domini oblato adde vnitatem, quia anno primo Domini iam præcesserat 1. Cycli Lunaris. Summam partire per totum Cyclum puta per 19. id quod in *Quoto* inuenies erit numerus Cyclorum perfectorum Lunarium, qui à primo anno Domini vsque ad annum datum transierunt, & fragmenti, si quod superfuerit, *numerator* ostendet Cyclum currentem anni oblati: quòd si nihil superfuerit ipse *denominator*, seù numerus *partitor* 19. erit numerus Cycli Lunaris quæsiti.

Exemplum detur præsens annus 1677. cuius Cyclus Lunaris inquiratur, addatur ei vnitas, fiet 1678. Partitor per 19. veniet in *Quoto* $88\frac{6}{19}$ Itaque 88. Cycli Lunares perfecti & integri transierunt hactenus à Natiuitate Domini ad hunc vsque annum 1677. & hic annus est sextus Cycli 89. modo currentis, id est, hoc anno 1677. Cyclus Lunaris est 6.

Itaque si Pascha adinuenire voluerimus secundùm stylum antiquum, in sequentem Tabellam cum Cyclo Lunari, seù Aureo numero, quod idem est, conueniente anno oblato ingrediemur, quo in Tabella reperto, inueniemus literam Dominicalem eiusdem anni infra eundem Aureum numerum primò occurrentem, & statim è regione illius inueniemus Pascha antiquum, quo die mensis Martij, vel Aprilis eueniet. Vt præsenti an. 1677. litera Dominicalis ex Ta-

Anni Dom.	Cyclus Sol.	Lit. Dom.
1675	4	C
B 1676	5	B A
1677	6	G
1678	7	F
1679	8	E
B 1680	9	D C
1681	10	B
1682	11	A
1683	12	G
B 1684	13	F E
1685	14	D
1686	15	C
1687	16	B
B 1688	17	A G
1689	18	F
1690	19	E
1691	20	D
B 1692	21	C B
1693	22	A
1694	23	G
1695	24	F
B 1696	25	E D
1697	26	C
1698	27	B
1699	28	A

Cùm perueneris ad annum 1699. iterum reuertere ad principium Tabellæ, & loco anni 1672. 1673. &c. appone 1700. 1701. &c. & sic prosequere vsque in infinitum. Hac arte inuenta litera Dominicali seruanda est pro vsu vt infrà.

Deinde inueniendus est Cyclus Lunaris, qui coincidit cum Aureo numero; & quamuis suprà ad pagi-

Aureus Numerus.	Literæ Domin.	Paſcha Vetus Aprilis.
17	A	9
6	B	10
	C	11
14	D	12
3	E	13
	F	14
11	G	15
	A	16
19	B	17
8	C	18
	D	19
	E	20
	F	21
	G	22
	A	23
	B	24
	C	25

D habet ſuum Aureum Numerum 5. vt in principio, cui correſpondet Paſcha 22. Martij.

Aliud exemplum, Romæ apud S. Euſebij Eccleſiam Monachorum Cæleſtinorum extra fores ad dextrum latus in pariete infixa eſt Tabula lapidea, cui inſculpta reperitur hæc memoria -

Anno Domini 1238. *Indictione XI. menſe Martij, quarta feria maioris hebdomadæ Quadrageſima, Dominus Gregorius PP. Nonus conſecrauit hanc Eccleſiam in honorem Beatorum Euſebij & Vincentij cum tribus Altaribus; quorum maius Altare Confeſſoris Christi manibus proprijs conſe-*

Ooo *cra-*

Tabula Cycli Solaris ſuprà poſita eſt G. Aureus numerus eiuſdem anni, vt ſuprà inuentus, eſt 6., quo reperto in Tabella Aurei numeri ſtatim apponenda, & infra ipſum litera G Dominicali reperta, è regione huius 15. Aprilis, quo die celebrandum fuiſſet Paſcha niſi Calendarium fuiſſet caſtigatum.

Tabella perpetua Aurei Numeri, quo vnà cum litera Dominicali inuenitur Paſcha, ſecundùm ſtylum veterem.

Aureus Numerus.	Literæ Dom.	Paſcha Vetus Martij.
16		
5	D	22
	E	23
13	F	24
2	G	25
	A	26
10	B	27
	C	28
18	D	29
7	E	30
	F	31
		Aprilis
15	G	1
4	A	2
	B	3
12	C	4
1	D	5
	E	6
9	F	7
	G	8

& Lunari ad inuentionem Paschalis festi concurrebant. Huiusmodi Cyclus periodo tantùm 7. numerorum concludebatur secundùm numerum feriarum hebdomadæ, quæ quater replicatę attingunt numerum Cycli Solaris 28. sicut & isti numeri *Concurrentes* faciunt. Et quemadmodum septem numeris feriarum attribuuntur septem literæ, quæ Dominicales dicuntur, ita & isti *Concurrentium* Cyclo septem pariter literę associantur, quę sunt eædem ac Dominicales videlicet A, B, C, D, E, F, G, & eodem modo in Bissextili anno intercalantur, licèt numerorum in vtroque Cyclo *Concurrentium*, & literarum Dominicalium non idem seruetur ordo: nam in literis Dominicalibus naturali numerorum serię proceditur, vt A tribuitur 1. B 2. C 3. &c. at literis *Concurrentium* 1. datur literæ F, 2. E, 3. D, 4. C, 5. B, 6. A, 7. G. Quare inuenta litera Dominicali cuiuscunque anni notus remanet numerus *Concurrentium* eiusdem anni. Vnde cùm in præsenti anno 1677. litera Dominicalis secundùm vsum antiquum sit G *Concurrens*, erit 7. quia hic numerus 7. literæ Dominicali G tribuitur. Literæ autem Dominicales, iam docuimus, quomodo numeris Cycli Solis vniantur: nam sicut reperto Cyclo Solis suprà in Tabula perpetua eiusdem cum suis literis Dominicalibus annexis, eædem literæ innotescunt; sic eodem Cyclo Solari reperto, in sequenti Tabella eandem Dominicalem literam cum suo *Concurrente* inueniemus. Ta-

crauit, statuens vt omni anno à quarta feria maioris hebdomadæ Quadragesimæ vsque ad octauam Dominicæ resurrectionis hanc Ecclesiam visitantes, mille annis, & centum viginti dierum de iniuncta sibi pœnitentia Indulgentiam consequantur.

Quæritur, quarta feria maioris hebdomadæ cum eo anno mense Martio, & Indictione XI. inciderit, quo die eiusdem mensis Martij occurrerit? Quærendum est, quo die mensis Martij, vel Aprilis eo anno celebratum fuerit Pascha. Quo agnito, statim scietur, qua die Martij consecrata sit Ecclesia S. Eusebij. Itaque Anno Domini 1238. Cyclus Solaris erat 15. litera Dominicalis C, Cyclus Lunaris, seu Aureus Numerus 4. Quære in eadem Tabella Aureum Numerum 4. & infrà dextrorsùm literam Dominicalem C, è regione ipsius habebis diem Paschæ 4. die Aprilis; vnde feria 4. maioris hebdomadæ eo an. incidit 31. Martij, quo die consecrata est Ecclesia S. Eusebij. Quòd si hunc diem ad normam noui Calendarij reducere volueris, addendi sunt dies decem, qui à veteri Calendario detracti fuerunt, & sic incidet consecratio prædictæ Ecclesiæ ad diem 10. Aprilis noui Calendarij.

Præter hos Cyclos Solarem & Lunarem, quorũ auxilio Pascha ab antiquis perpetuò inueniebatur, ad idẽ Pascha inueniendum quodam alio paruo Cyclo ijdem vtebantur antiqui Calculatores, & Cyclus *Concurrentium* ab eis vocabatur, quia numeri in eo contenti vnà cum Cyclo Solari

Vſus huius Tabellæ eſt,vt per eam inueniantur *Concurrentes* in quolibet anno propoſito. Quære itaque Cyclum Solarem illius anni, & ſtatim è regione ipſius habebis literam Dominicalem, & ſiniſtrorſum numeris Latinis occurrent *Concurrentes* eiuſdem anni.

Exemplum: Anno Domini 1677. Cyclus Solaris eſt 6. litera Dominicalis eſt G, igitur *Concurrentes* erunt VII. & annus eſt primus poſt Biſſextum, vt ſuperior litera B indicat.

Item anno 1672. Cyclus Solaris 1. litera eſt duplex. quia annus eſt Biſſextilis, reiecta prima litera G, quę deſeruit à Ianuario vſque ad 24. Februarij ſumitur ſecunda, quæ Paſchalis eſt, & eſt F. Itaq; numerus *Concurrens* erit I. ſtylo veteri.

Iterum anno 1680. qui item eſt Biſſextilis Cyclus Solaris eſt 9. litera Dominicalis eſt C, *Concurrentes* ſunt IV.

Ex diſpoſitione igitur huius Tabellæ apparet, quomodo numeri *Concurrentes* attribuantur literis Dominicalibus, & numeris Cycli Solaris. Primus enim numerus *Concurrens* tribuitur Cycli Solaris num. 1. & anno Biſſextili G F, quia eſt ille dies qui ſuperfluit ex anni hebdomadibus 52. Annus ſiquidem cùm conſtet diebus 365. integris, & horis 6. & ampliùs vnius diei, ſi diuidantur per 7. numerum hebdomadæ, & Cycli *Concurrentium*, fient hebdomadæ 52. & vnus dies, & horæ 6. In annis 4. ſunt dies 4. & pro horis 6. reiectis minutis ſunt horæ 24. id eſt vnus dies,

Tabella Cycli Solaris, cum ſuis literis Dominicalibus, & numeris Concurrentibus eiſdem attributis.

Cyclus Solaris.	Literæ Dominicales.	Numeri Concurrentes.	Anni Biſſextiles.
1	G F	I	B
2	E	II	
3	D	III	
4	C	IV	
5	B A	VI	B
6	G	VII	
7	F	I	
8	E	II	
9	D C	IV	B
10	B	V	
11	A	VI	
12	G	VII	
13	F E	II	B
14	D	III	
15	C	IV	
16	B	V	
17	A G	VII	B
18	F	I	
19	E	II	
20	D	III	
21	C B	V	B
22	A	VI	
23	G	VII	
24	F	I	
25	E D	III	B
26	C	IV	
27	B	V	
28	A	VI	

lem, & quia hic ex his tribus constituebatur Cyclis, & 532. annorũ spatio concludebatur, ideò Cyclum magnum Paschalem vocare consueuerunt, quo in perpetuum omnes dies festos mobiles facillimè inueniebant. Horum quamplurimi in vetustis Codicibus Ecclesiasticis inueniuntur, inter quos insignis ille existimatur, qui in principio Chronici Ecclesiastici Mariani Scoti inuenitur. Habetur hic vetustus Codex msc. in fol. Pergameno inter reliquos Bibliothecæ Palatinæ apud Vatic. sub num. 830. Hunc vt potè lectu difficillimum ob abbreuiaturas, & characterem valdè antiquum, legit tamen, intellexit, & exscribere fecit Adm. R. P. Franciscus Haroldus Hibern. Ord. Min. Strict. Obseru. vt illum Annotationibus illustratum publicæ luci & vtilitati exponeret, vt propediem Deo volente faciet. De eodem Cyclo aliquando idem Pater mecum verba faciens, & aliquot difficultates circa illius intelligentiam proponens, quoniam eas ad metam vsq; singulas ex tempore tunc perducere fas non erat, efflagitauit, vt cùm maiorem commoditatem nactus fuissem, eundem clarè & planè exponerem. Illius suasu admoui ad opus manus, & per partes, vt licuit, explicaui, vt post Cyclum, quem tibi ob oculos hic appono, videre poteris.

qui ideò intercalatur omni quadriennio, vt vltra diem integrum annus in fragmentis dierũ non exuberet; dies verò *Concurrentes* concurrunt in hac intercalatione, vt in toto Cyclo Solari æquentur 7. Bissextilibus, qui septies intercalantur. Hinc primo Cyclo tribuitur I. Concurrens. 2. Cyclo II. Concurrentes. 3. Cyclo III. Concurrentes. 4. Cyclo IV. Concurrentes. 5. Cyclo, quia est Bissextilis, tribuuntur duo Concurrentes, ideò prætermisso V. Concurrente ponitur VI. & sic in reliquis vsque ad finem Cycli. Hinc etiam patet, cur potiùs vnus numerus concurrens tribuatur vni literæ Dominicali quàm alteri; affixus enim est numerus Concurrens suæ literę Dominicali, ne vagari extra ipsam vllo modo possit. Quin si de *Concurrentibus* nostram sententiam sine aliquo verborum circulo aperire velimus, absolutè dicimus: Concurrẽtes numeros nil aliud esse, quàm ipsas literas Dominicales, ideòque *Concurrentes* appellari, quia loco literarum Dominicalium, ad Paschale tempus indicandum, vnà cum Cyclis Solaribus & Lunaribus simul concurrunt.

Porrò antiqui Calculatores Cyclorum Ecclesiasticorum miro quodam artificio solebant ex his tribus Cyclis Lunari scilicet, Solari, & Concurrentium componere Cyclum Pascha-

Cy-

Cyclu Magnam Tabulam

		1	2	15	16	17	18	19	
B	IV	B	h	h	i	b	h	i	1
	V	g	h	h	o	g	h	a	2
	VI	g	u	n	f	g	u	f	3
	VII	t	en	e	f	t	e	f	4
B	II	c	d	d	r	c	d	r	5
	III	c	q	q	k	c	q	b	6
	IV	p	h	i	b	p	q	b	7
	V	p	a	A	o	p	a	o	8
B	VII	t	r	m	n	T	m	n	9
	I	l	n	e	s	l	m	S	10
	II	l	[illegible]	r	k	l	r	k	11
	III	q	[illegible]	i	k	q	i	k	12
B	V	g	h	h	o	g	h	o	13
	VI	g	[illegible]	n	f	g	n	f	14
	VII	t	m	n	f	m	e	f	15
	I	d	m	e	l	m	e	l	16
B	III	c	[illegible]	i	k	c	q	k	17
	IV	p	a	i	B	h	i	b	18
	V	p	a	a	g	h	A	o	19
	VI	V	[illegible]	f	g	u	f	g	20
B	I	l	[illegible]	e	s	l	e	s	21
	II	l	[illegible]	r	c	d	r	k	22
	III	q	[illegible]	b	c	q	i	k	23
	IV	h	[illegible]	b	p	h	b	p	24
B	VI	g	[illegible]	n	o	g	n	f	25
	VII	m	n	n	t	m	n	f	26
	I	m	h	S	l	m	e	l	27
	II	d		k	I	R	k	l	28

ur, & in vnoquoque
s incipiunt.

I nentur, & in Vnoquoque
ipiunt.

literæ secundùm numerum decennouennalis Cycli Lunaris, & in vno quoque ex his 28. Cyclis præter literas minusculas reperitur vna litera maiuscula, qua indicatur ab ea Cyclum decennouennalem incipere. Exempli gratia. in primo Cyclo tam Lunari, quàm Solari simul concurrente in angulo primo reperitur litera B maiuscula minio scripta, à qua incipit 1. Cyclus decennouennalis, & terminatur in angulo numeri lateralis 19. ad literam minusculam p rubram, post quam sequitur litera V maiuscula & nigra, à qua incipit secundus decennouennalis Cyclus, & finit in secunda columella ad numerum 10. collateralem, & ante R maiusculum, vbi incipit tertius decennouennalis Cyclus, & hoc modo procedendo peruenies tandem ad vltimam literam S nigro pictam, vbi incipit 28. & vltimus decennouennalis Cyclus. Vnde patet 28. literas maiusculas esse in tota Tabula, quia 28. Cycli decennouennales in hoc magno Paschali Cyclo continentur hoc ordine:

1 In concursu numerorum à fronte, & ad dexterum latus Tabulæ incipientium 1. & 1. *B*.

2 In concursu num. 1. & 20. V.

3 In concursu num. 2. & 11. R.

4 In concursu num. 3. & 2. *A*.

5 In concursu num. 3. & 21. S.

6 In concursu num. 4. & 12. *C*.

7 In concursu num. 5. & 3. V.

8 In concursu num. 5. & 22. R.

9 In concursu num. 6. & 13. *A*.

10 In concursu num. 7. & 4. T.

11 In

Explicatio Cycli Magni Paschalis, seù Magnæ Tabulæ Codicis Mariani.

In fronte huius magni Cycli nouemdecim sunt loca secundùm numerum decennouennalis Cycli Lunę, quæ 19. numeris replentur. Sub vnoquoque ex his 28. literæ vna sub altera reperiuntur secundùm numerum 28. annorum Cycli Solaris. Hi Cycli incipiunt in fronte Tabulæ, & sub numeris ibi notatis, à litera ibidem primo loco reperta; vt Primus Cyclus incipit à B rubro; 2. ab h nigro, & sic de reliquis. Ante primum Cyclũ, & ante primam literam B rubram sinistrorsum in primo ordine notatur numerus IV. minio cum litera B pariter miniata. Numerus IV. & alij numeri in reliquis locis inferioribus positi sunt numeri *Concurrentes*, seù literæ Dominicales numeris tectæ, quæ eo anno simul concurrunt cum Cyclis decennouennalibus & Cyclo Solis ad festa indicanda. Litera B rubra sinistrorsum in primo loco posita, sicut & reliquæ infernè per 4. annorum interualla distributæ, sunt literæ Bissextiles correspondentes numeris *Concurrentibus*, qui pariter eo anno intercalantur. Hinc intelligitur prima rubrica Mariana, qua dicitur *Cycli Solares decem & nouem sunt isti, qui in Cyclo magno Paschali continentur &c.*

Ad dexteram Cycli magni Paschalis sunt 28. numeri secundùm numerum 28. annorum Cycli Solaris; sub vnoquoque ex his, id est in transuersum à dextera ad sinistram sunt 19.

ſperſæ ſunt, aliæ ſunt nigro colore, ſeù atramento ſcriptæ, aliæ minio pictæ. Atræ literæ ſunt num. 19. vti eſt Cyclus ipſe Lunaris; Rubræ ſunt 16. omnes ſunt 35.

Nigræ literæ incipiunt à B, & per Alphabetalem ſeriem procedunt vſque ad V, incluſiuè.

Rubræ incipiunt ab *a* eodem ordine vſque ad *q*, incluſiuè. Ideò 35. numero comprehenduntur, vt 35. dierum, intra quos vagari Paſcha deprehenditur, numerum expleant. Paſcha ſiquidem ex Sac. Nicæni Concilij decreto intra latitudinem temporis recluſi ab XI. Kal. Aprilis vſque ad VII. Kal. Maias incluſiuè celebrari poteſt. Iſtis diebus, qui ſunt numero 35. attribuuntur prædictæ literæ, ſecundùm quod diſponuntur infrà in *Tabula latitudinis Paſchalis*.

His ita diſpoſitis, inuenienda eſt litera, quę *Paſchalis* à nobis dicitur, & competit anno, cuius diem menſis vel Martij, vel Aprilis cupimus indagare, in quo Paſcha ſit celebrandum.

Sed antequam vlteriùs progrediamur, ſciendum eſt, huiuſmodi Cyclum magnum Paſchalem potuiſſe incipi à quocunque numero *Concurrentium*, ſecundùm Auctoris beneplacitum, quia Cyclus idem eſt ac Circulus; at in Circulo deſignari poteſt initium ab hac, vel ab illa parte Artifici benè viſa. Placuit tamen Auctori à *Cōcurrente* IV. incipere *Biſſextili*, vt omnes Cycli tam *Concurrentes*, quàm *Lunares*, & *Solares* correſponderent anno Domini 1. vel 532. vel 1064. vel 1596. quo Cyclus hic magnus

11 In concurſu num. 7. & 23. *C*.
12 In concurſu num. 8. & 14. V.
13 In concurſu num. 9. & 5. R.
14 In concurſu num. 9. & 24. *B*.
15 In concurſu num. 10. & 15. T.
16 In concurſu num. 11. & 6. *C*.
17 In concurſu num. 11. & 25. V.
18 In concurſu num. 12. & 16. S.
19 In concurſu num. 13. & 7. *B*.
20 In concurſu num. 13. & 26. T.
21 In concurſu num. 14. & 17. *C*.
22 In concurſu num. 15. & 8. *A*.
23 In concurſu num. 15. & 27. S.
24 In concurſu num. 16. & 18. *B*.
25 In concurſu num. 17. & 9. T.
26 In concurſu num. 17. & 28. R.
27 In concurſu num. 18. & 19. *A*.
28 In concurſu num. 19. & 10. S.

Numeri verò, qui ad ſiniſtram Tabulæ partem ipſam Tabulam pręcedunt, & literis Latinis notati ſunt, iam diximus eos eſſe numeros *Concurrentes*, ſeù literas Dominicales tectas, qui quidem numeri alio modo incipiunt ab eo, quē ſuprà poſuimus in Tabella. Incipiunt enim in Cyclo magno Paſchali à num. IV. Biſſextili, & deſcendunt per V. ad VI. VII. &c. vſque ad finem Tabulæ, vt paulo poſt in Tabula Cyclorum omnium &c. oſtendemus.

Hiſce tribus lateribus Cycli magni cognitis, procedendum eſt ad notitiam literarum per aream eiuſdem Cycli diſperſarum.

Notitia literarum Cycli magni Paſchalis Codicis Mariani.

Literæ, quæ per Cycli aream di-

tem *Concurrentes*, & alij Cycli cum literis Dominicalibus per subsequentes annos inter se conueniebant vsque ad finem Cycli Solaris, seù per annos 28. incipiendo ab anno 1064. vsque ad annum 1083. in sequenti Tabella demonstrabitur.

gnus Paschalis exordium acceperat, & quo tempore Marianus Scotus viuebat. Anno enim 1064. Cyclus Solaris erat 9. Cyclus Lunaris erat 1. *Concurrentes* IV. Litera Dominicalis D C, quia annus erat Bissextilis; ideò ab hoc *Concurrente* Bissextili IV. incæpit, & non ab aliquo alio. Quomodo au-

Tabula Cyclorum omnium ab anno 1064. Epocha tertia Cycli Magni Paschalis Cod. msc. Mariani vsque ad finem Cycli Solaris 1083. spatio annorum 28.

Anni Domini	Concurrentes	Literæ Dominicales.	Anni Cycli Lunaris	Anni Cycli Solaris	Anni Indictionis
1064	B IV	D C	1	9	2
1065	V	B	2	10	3
1066	VI	A	3	11	4
1067	VII	G	4	12	5
1068	B II	F E	5	13	6
1069	III	D	6	14	7
1070	IV	C	7	15	8
1071	V	B	8	16	9
1072	B VII	A G	9	17	10
1073	I	F	10	18	11
1074	II	E	11	19	12
1075	III	D	12	20	13
1076	B V	C B	13	21	14
1077	VI	A	14	22	15
1078	VII	G	15	23	1
1079	I	F	16	24	2
1080	B III	E D	17	25	3
1081	IV	C	18	26	4
1082	V	B	19	27	5
1083	VI	A	1	28	6

Anni Domini	Concurrentes		Literæ Dominicales	Anni Cycli Lunaris	Anni Cycli Solaris	Anni Indictionis
1084	B	I	G F	2	1	7
1085		II	E	3	2	8
1086		III	D	4	3	9
1087		IV	C	5	4	10
1088	B	VI	B A	6	5	11
1089		VII	G	7	6	12
1090		I	F	8	7	13
1091		II	E	9	8	14

mella 19. ſint literæ, ſicut & in reliquis columellis, quænam ex his aſſumenda erit, vt tandem ea duce Paſcha inueniamus?

Quomodo ſit inuenienda litera Paſchalis pro anno oblato in columella per regulam iam traditam in Cyclo magno Paſchali reperta; & quomodo per ipſam Paſcha inueniatur.

Iam inuenimus *Concurrentes* anni oblati 1677. in columella Cycli Solaris numeri 26. modo inuenienda eſt columella Cycli Lunaris, ſeù decennouennalis, id eſt inueniendus eſt numerus competens huic an. 1677. ex numeris 19. poſitis in fronte Cycli magni Paſchalis ſeù Tabulæ magnæ, eo ſiquidem numero inuento, in communi concurſu numeri Lunaris & Solaris Cycli, habebitur litera Paſchalis.

Columellam autem iſtorum 19. numerorum in fronte Tabulæ deſcripto-

Ex hac Tabula medio Cyclo Solari faciliter inuenire poterimus cuiuſcunque anni poſiti *Concurrentes*, *& literam Dominicalem*; quibus cognitis, ſciemus in qua columella Cycli Solaris repoſita ſit litera Paſchalis eiuſdem anni. *Exempli gratia*: Præſenti anno Domini 1677. Cyclus Solaris eſt 6. litera Dominicalis eſt G, itaque *Concurrentes* erunt VII. quia iſti correſpondent literæ G, non cuicunque ad lubitum, ſed illi quæ ſequitur immediatè poſt annum Biſſextilem, vti apparet in vltima cellula è regione anni 1089. annus enim præſens 1677. ſecundùm hanc analogiam conuenit cum anno Domini 1089. Anno igitur 1677. primo poſt Biſſextum rribuuntur *Concurrentes* VII. poſiti in Tabula Cycli magni Paſchalis, in columella Cycli Solaris 26. Itaque vna ex literis Paſchalibus in eadem columella deſcriptis aſſignanda eſt huic anno pro litera Paſchali; Paſchalem enim eam vocamus, quia per eandem Paſcha adinuenitur. Sed cùm in eadem colu-

1288	9
1316	10
1344	11
1372	12
1400	13
1428	14
1456	15
1484	16
1512	17
1540	18
1568	19

Tabula secunda expansa quarti Cycli magni Paschalis.

Anni Domini	Numerus Columellæ
1596	1
1624	2
1652	3
1680	4
1708	5
1736	6
1764	7
1792	8
1820	9
1848	10
1876	11
1904	12
1932	13
1960	14
1988	15
2016	16
2044	17
2072	18
2100	19

ptorum faciliter inueniemus, facto initio ab anno 1064. in quo concurrunt duo isti Cycli tam Lunaris in fronte, quàm Solaris ad latus dexterum, concurrunt enim ambo in prima litera maiuscula B rubro picta in *Concurrent.* IV. anni Bissextilis in columella prima, quam hic vocamus numeri Cycli Lunaris, quia sub numero 1. ex 19. incipit, licèt inter 1. & 2. numerum, seu primam & secundam columellam 28. annorum spatium intercedat. Itaque prima columella incipit ab anno 1064. Secunda incipiet ab anno 1092. Tertia ab anno 1120., & sic prosequendo semper cum additione 28. annorum vsque ad n. 19. Cycli decennouennalis; cùm enim perueneris ad Cyclũ quo annus oblatus incidit, illa erit columella quam quærebas. Vt annus 1677. incidit in columella tertia, quia in ipsa incipit annus 1652. vt in sequenti Tabula expansa Cyclorum magnorum Paschalium intueri quiuis potest.

Tabula prima expansa tertij Cycli magni Paschalis.

Anni Domini	Numerus Columellæ
1064	1
1092	2
1120	3
1148	4
1176	5
1204	6
1232	7
1260	8

dem periodo composuit suum. Secundus ab anno 532. vsque ad annum 1064. quo viuebat Marianus Scotus. Tertius ab anno 1064. vsque ad annum 1596. sub quo Cyclo viuebant nostri parentes. Quartus ab anno 1596. vsque ad an. 2128. exclusiuè sub quo nos modo viuimus. Et quintus ab anno 2128. vsque ad annum 2660. exclusiuè, sub quo viuent nasciturі, & qui nascentur ab illis. Itaque duo Cycli in antecedentia ita ordinantur.

Tabula quarta expansa primi Cycli magni Paschalis.

Anni Domini	Numerus Columellæ.
1	1
28	2
56	3
84	4
112	5
140	6
168	7
196	8
224	9
252	10
280	11
308	12
336	13
364	14
392	15
420	16
448	17
476	18
504	19

Tabula tertia expansa quinti Cycli magni Paschalis.

Anni Domini	Numerus Columellæ
2128	1
2156	2
2184	3
2212	4
2240	5
2268	6
2296	7
2324	8
2352	9
2380	10
2408	11
2436	12
2464	13
2492	14
2520	15
2548	16
2576	17
2604	18
2632	19

Et sic in infinitum. Quòd si retro in antecedentia progredi voluerimus, deueniemus ad Cyclum magnum secundum; & inde rursus ascendendo perueniemus ad primum magnum Cyclum; & sic scandendo peruenie- mus vsque ad primum annum Natiuitatis Christi. Inde habebimus quinque Cyclos magnos Paschales, quorum quilibet ex annis 532. componetur. Horum primus incipiet à 1. anno Domini vsque ad annum 532. quo Dionysius Exiguus Romanus ea-

annum proximè minorem propofito, & ftatim è regione illius dextrorfum inuenies numerum columellæ,in quo ipfe annus incipit, & ab eo anno defcendendo, & numerando annos, vfque dum peruenias ad annum propofitum,vbi terminatur numerus, ibi inuenies literam Pafchalem ipfius anni, vel nigram, vel rubram; hanc reperies in *Tabula latitudinis Pafchalis fefti* infrà pofita, intra literas nigras, fi fuerit nigra, vel rubras fi fuerit rubra, parum curando fi maiufcula fit, aut minufcula, & ibi è regione illius habebis diem menfis Martij, vel Aprilis, quo celebrabitur Pafcha.

Exemplum: Volo fcire literam Pafchalem præfentis anni 1677. Cyclus Solaris huius anni eft 6. numeri *Concurrentes* funt VII. primi anni poft Biffextum; ifti in Tabula magna dant columellam lateralem 26.

Deinde in *prima Tabula expanfa tertij Cycli magni*, in quo nos modò fumus, inuenies annum proximiorem & minorem anno 1677. Ifte erit annus 1652. E regione ipfius inuenies 3. numerum columellæ, à qua incipies numerare 1652. & defcendendo per literas eiufdem columellæ vfque ad annum 1677. inuenies hunc terminare in litera columellæ lateralis numeri 26. hoc eft in concurfu n. 3. & 26. ibi enim inuenies *f* rubram literam Pafchalem huius anni 1677. qua reperta infrà in *Tabula latitudinis Pafchalis fefti* è regione ipfius inuenies Pafcha celebrandum effe XVII. Kalendas Maij, hoc

Tabula quinta expanfa fecundi Cycli magni Pafchalis.

Anni Domini	Numerus Columellæ.
532	1
560	2
588	3
616	4
644	5
672	6
700	7
728	8
756	9
784	10
812	11
840	12
868	13
896	14
924	15
952	16
980	17
1008	18
1036	19

Si cupis fcire, quænam litera Pafchalis inferuiat cuicunque anno propofito pro inuentione Pafchæ, Primo quære *Cyclum Solarem* illius anni. Secundò, ex eo vide in Tabulâ Cyclorum omnium cuinam *Concurrenti* refpondeat: nam *Concurrens* oftendet in Tabula magna Cyclorum magnorum Pafchalium columnam tranfuerfalem feu lateralem Cycli Solaris,

Poftea in Tabulis expanfis Cyclorum magnorum Pafchalium inuenies

licet anno 1577. & absoluitur tertius Cyclus magnus Paschalis ad annum 1595. A quonam verò anno quælibet maiuscula litera incipiat, ostenditur in sequenti Tabella.

Prima Tabella complectens annos tertij magni Cycli Paschalis correspondentes suis maiusculis literis.

Anni Domini	Numerus literarum.	Literæ maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
1064	1	B	1	1
1083	2	V	1	20
1102	3	R	2	11
1121	4	A	3	2
1140	5	S	3	21
1159	6	C	4	12
1178	7	V	5	3
1197	8	R	5	22
1216	9	A	6	13
1235	10	T	7	4
1254	11	C	7	23
1273	12	V	8	14
1292	13	R	9	5
1311	14	B	9	24
1330	15	T	10	15
1349	16	C	11	6
1368	17	V	11	25
1387	18	S	12	16
1406	19	B	13	7
1425	20	T	13	26

An-

est 15. Aprilis secundùm stylum veterem.

Hactenus partes singulas Cycli magni Paschalis explicauimus, docuimusque, qua industria litera Paschalis inter tot literas permixta pro quolibet anno dato indaganda sit, & subinde per eam inueniendũ Paschale festum. Restat modò vt declaremus, quid sibi velint, vel significent illæ literæ maiusculæ, quæ seriatim & triplici ordine dispositæ, eoque scalari in Cyclo magno cernuntur. Circa has literas meminisse debemus eorum, quæ iam suprà diximus: maiusculas has literas indicare Cyclorũ decennouennalium initium, & incipere à primo *B* rubro, à quo & ipse Cyclus magnus Paschalis incipit; & quia Cyclus hic magnus incipit ab anno 1064. vti superiùs ostendimus, consequens est, vt & ipse primus Cyclus decennouennalis ab eodem an. 1064. incipere debeat. Vnde descendendo per primam columellam eidem *B* magno suppositam numerando minusculas literas infrà descriptas vnicuique ex illis vnum annum tribuendo vsque ad 19. inueniemus ab anno 1064. vsque ad annum 1082. inclusiuè interuallum 19. annorum, quod ad literam V maiusculam nigro scriptam terminabit. Itaque ab V magno incipiet secundus Cyclus decennouennalis, & desinet in literam R. Ab R inchoabit tertius, & desinet in *A* rubrum, & sic de alijs vsque ad S vltimam literarum maiuscularum, in qua incipit vltimus Cyclus 19. literarum, vide-

Anni Domini	Numerus literarum	Literæ maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
1900	17	V	11	25
1919	18	S	12	16
1938	19	B	13	7
1957	20	T	13	26
1976	21	C	14	17
1995	22	A	15	8
2014	23	S	15	27
2033	24	B	16	18
2052	25	T	17	9
2071	26	R	17	28
2090	27	A	18	19
2109	28	S	19	10

Tertia Tabella complectens annos quinti Cycli magni Paschalis respondentes suis maiusculis literis.

Anni Domini	Numerus literarum	Literę maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
2128	1	B	1	1
2147	2	V	1	20
2166	3	R	2	11
2185	4	A	3	2
2204	5	S	3	21
2223	6	C	4	12
2242	7	V	5	3
2261	8	R	5	22
2280	9	A	6	13
2299	10	T	7	4
2318	11	C	7	23
2337	12	V	8	14

Anni Domini	Numerus literarum	Literæ maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
1444	21	C	14	17
1463	22	A	15	8
1482	23	S	15	27
1501	24	B	16	18
1520	25	T	17	9
1539	26	R	17	28
1558	27	A	18	19
1577	28	S	19	10

Secunda Tabella complectens annos quarti Cycli magni Paschalis respondentes suis maiusculis literis.

Anni Domini	Numerus literarum	Literę maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
1596	1	B	1	1
1615	2	V	1	20
1634	3	R	2	11
1653	4	A	3	2
1672	5	S	3	21
1691	6	C	4	12
1710	7	V	5	3
1729	8	R	5	22
1748	9	A	6	13
1767	10	T	7	4
1786	11	C	7	23
1805	12	V	8	14
1824	13	R	9	5
1843	14	B	9	24
r862	15	T	10	15
1881	16	C	11	6

532	1	B	1	1
551	2	V	1	20
570	3	R	2	11
589	4	A	3	2
608	5	S	3	21
627	6	C	4	12
646	7	V	5	3
665	8	R	5	22
684	9	A	6	13
703	10	T	7	4
722	11	C	7	23
741	12	V	8	14
760	13	R	9	5
779	14	B	9	24
798	15	T	10	15
817	16	C	11	6
836	17	V	11	25
855	18	S	12	16
874	19	B	13	7
893	20	T	13	26
912	21	C	14	17
931	22	A	15	8
950	23	S	15	27
969	24	B	16	18
988	25	T	17	9
1007	26	R	17	28
1026	27	A	18	19
1045	28	S	19	10

Quinta Tabella complectens annos primi Cycli magni Paschalis correspondentes suis maiusculis literis.

An-

Anni Domini	Numerus literarum	Literę maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
2356	13	R	9	5
2375	14	B	9	24
2394	15	T	10	15
2413	16	C	11	6
2432	17	V	11	25
2451	18	S	12	16
2470	19	B	13	7
2489	20	T	13	26
2508	21	C	14	17
2527	22	A	15	8
2546	23	S	15	27
2565	24	B	16	18
2584	25	T	17	9
2603	26	R	17	28
2622	27	A	18	19
2641	28	S	19	10

Quòd si in antecedentia ab anno 1064. quo incæptus est tertius Cyclus magnus Paschalis, ad alios duos priores magnos Cyclos retrogrediendo deuenire volueris, ascendendũ est per saltũ 19. an. quousque peruenias ad annum 1. Christi, hoc pacto:

Quarta Tabella complectens annos secundi Cycli magni Paschalis respondentes suis maiusculis literis.

Anni Domini	Numerus literarum.	Literæ maiusculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis

Si autem pro inueniendo Paſchate his Tabellis vti volueris, operari oportet eodem prorsùs modo, ac factum eſt ſuprà. Inuento enim numero *Concurrente*, inuenienda eſt litera maiuſcula cōpetens anno quem deſideras, quem ſi in Tabula non inueneris, accipies annum proximè minorem deſignato: nam ipſe annus oſtendet literam maiuſculam; numerum ipſius à prima; numerum Cycli frontalis, hoc eſt in qua columella Cycli 19. reperiatur; & communé concurſum cum Cyclo laterali. Incipies enim numerare ab ipſa litera maiuſcula cum annis illi competentibus, & deorſum deſcendendo, quouſque pertingas ad annum, quem deſideras; ibi enim habebis literam Paſchalem, quam iterum reperies in ſequenti Tabula latitudinis Paſchæ, inter nigras ſi nigra, vel inter rubras ſi rubra: atque illicò è regione illius habebis diem feſtum Paſchæ. Exemplum ponitur poſt Tabulam latitudinis Paſchæ.

Ta-

Anni Domini	Numerus literarum	Literæ maiuſculæ	Cycli frontalis	Cycli lateralis
1	1	B	1	1
19	2	V	1	20
38	3	R	2	11
57	4	A	3	2
76	5	S	3	21
95	6	C	4	12
114	7	V	5	3
133	8	R	5	22
152	9	A	6	13
171	10	T	7	4
190	11	C	7	23
209	12	V	8	14
228	13	R	9	5
247	14	B	9	24
266	15	T	10	15
285	16	C	11	6
304	17	V	11	25
323	18	S	12	16
342	19	B	13	7
361	20	T	13	26
380	21	C	14	17
399	22	A	15	8
418	23	S	15	27
437	24	B	16	18
456	25	T	17	9
475	26	R	17	28
494	27	A	18	19
513	28	S	19	10

Tabula latitudinis Paschæ, cum Aureo Numero, literis Dominicalibus, Concurrentibus, & Epactis reformatis.

Numerus Litera-rum	Literæ Paschales	Pascha Vetus	Dies Mensis Martij	Aureus Num. 16	Literæ Dom.	Concurrentes	Epacta Reform. 23
1	b	XI. Kal. Aprilis.	22	5	D	III	22
2	c	X. Kal. Aprilis.	23		E	II	21
3	d	IX. Kal. Aprilis.	24	13	F	I	20
4	e	VIII. Kal. Aprilis.	25	2	G	VII	19
5	f	VII. Kal. Aprilis.	26		A	VI	18
6	g	VI. Kal. Aprilis.	27	10	B	V	17
7	h	V. Kal. Aprilis.	28		C	IV	16
8	i	IV. Kal. Aprilis.	29	18	D	III	15
9	k	III. Kal. Aprilis.	30	7	E	II	14
10	l	Pridie Kal. April.	31		F	I	13
11	m	Kalendis Aprilis.	1. Apr.	15	G	VII	12
12	n	IV. Nonas April.	2	4	A	VI	11
13	o	III. Nonas April.	3		B	V	10
14	p	Prid. Non. April.	4	12	C	IV	9
15	q	Nonis Aprilis.	5	1	D	III	8
16	r	VIII. Iduũ April.	6		E	II	7
17	s	VII. Iduũ April.	7	9	F	I	6
18	t	VI. Iduum April.	8		G	VII	5
19	u	V. Iduum April.	9	17	A	VI	4
20	a	IV. Iduum April.	10	6	B	V	3
21	b	III. Iduum April.	11		C	IV	2
22	c	Pridie Id. April.	12	14	D	III	1
23	d	Idibus Aprilis.	13	3	E	II	*
24	e	XVIII. Kal. Maij.	14		F	I	29
25	f	XVII. Kal. Maij.	15	11	G	VII	28
26	g	XVI. Kal. Maij.	16		A	VI	27
27	h	XV. Kal. Maij.	17	19	B	V	26 .5
28	i	XIV. Kal. Maij.	18	8	C	IV	25 XXV
29	k	XIII. Kal. Maij.	19		D	III	
30	l	XII. Kal. Maij.	20		E	II	
31	m	XI. Kal. Maij.	21		F	I	
32	n	X. Kal. Maij.	22		G	VII	

33	o	IX. Kal. Maij.	23		A	VI	
34	p	VIII. Kal. Maij.	24		B	V	
35	q	VII. Kal. Maij.	25		C	IV	

nigrum esse literam Paschalem. Cum eadem accedo ad *Tabulam latitudinis Pascha*, & inuenio è regione literæ S nigræ Pascha VII. Idus Aprilis, id est 7. Aprilis, quo anno celebratum fuisset Pascha, nisi Calendarium extitisset castigatum.

Quòd autem Pascha secundùm hanc explicationem ritè inueniatur per Tabulam hanc magnam tot testes adhiberi possunt, quot regulæ de Pascha Veteri inueniendo traduntur à Computistis, eundẽ quippè diem assignabunt, vt nos per hunc Cyclum magnum Paschalem assignauimus. Quin & ipsemet Marianus testimonium perhibet, nos ritè explicasse hunc magnum Cyclum, ac per eum verum diem mensis adinuenisse, quo Pascha celebrandum esset. Quandoquidem ipse pag. 18. sui Chronici manu scripti suprà citati viginti octo decennouennales Cyclos expansos exhibet, quibus, secundùm quod priùs fecerat Dionysius Exiguus Romanus, Paschæ diem mensis assignat, incipiendo à Cyclo 1. & *Concurrente* IV. Bissextili, vti in *Tabula magna*, cuius Pascha ad III. Idus Apr. refert. Et in secundo decennouennali Cyclo incipiente à *Concurrente* VI. tertio post Bissextum, cui in *Tabula magna* correspondet V magnũ positũ in communi concursu 1. & 20. & eidem in *Tabula latitudinis Pascha* correspondet Pascha V. Idus Aprilis, vt

Cupio itaque scire per hanc Tabulam quænam sit litera Paschalis præsentis anni 1677. Mediante Cyclo Solari inuenies *Concurrentem* numerum & columellam lateralem, *Concurrentem* VII. & columellam 3. lateralem, vt suprà pag. 501. Postea ex secunda Tabella IV. Cycli magni Paschalis p. 505. inuenies an. 1672. proximè minorem anno præsenti 1677. è regione enim illius habebis S literam maiusculam existentem in concursu communi columnarum 3. & 21. adeas *Tabulam magnam* paginæ 495. & ibidem inuento eodem S, incipias ab eo numerare annum 1672. & infernè descendendo inuenies præsentem an. 1677. cadere in literá f rubro picta, vt priùs; hanc assumes pro litera Paschali; si cum ea te conferas ad *Tabulam latitudinis Pascha*, habebis Pascha XVII. Kal. Maij, siuè 15. Aprilis.

Aliud exemplum: Volo scire quo die mensis siuè Maij, siuè Aprilis celebrandum erat Pascha nisi correctum fuisset Calendarium an. 1667. Quæro Cyclum Solarem istius anni, & inuenio esse 24. Literam Dominicalem F, *Concurrentem* I. In secunda Tabella quarti Cycli magni Paschalis inuenio annum 1653. minorem 1667. & quartam literam A magnam in communi concursu 3. & 2. Numero deorsum ab A inclusiuè 1653. vsque ad 1667. & inuenio S

ſignauimus Paſcha XV. Kal. Maij ſuum calculum adijcit idem Marianus in tertio ſuo Cyclo decennouennali expanſo, cuius primus annus correſpondet primo magno Cyclo Chriſti anno 38. quia quælibet pagina huius Cycli continet duos Cyclos decennouennales. In ſecundo magno Cyclo eſt annus quingenteſimus ſeptuageſimus. In tertio magno Cyclo eſt milleſimus centeſimus ſecundus. In quarto magno Cyclo eſt milleſimus ſexcenteſimus trigeſimus quartus. Igitur 1636. erit tertius annus huius Cycli, quære in tertio anno, & habebis Paſcha XV. Kal. Maij, vti docuimus ex *Cyclo magno Paſchali*, ſeù *Tabula magna*. Nullus itaque ſcrupulus relinquitur, quin idem magnus Cyclus Paſchalis non ſit ritè explicatus.

Et quia incidenter probationem noſtræ explicationis Cycli magni Paſchalis attulimus ex Cyclis decennouennalibus expanſis eiuſdem Mariani; operæ pretium eſt hic breuiter oſtendere, quomodo ex eiſdem Cyclis expanſis Paſchæ feſtum adinuenire poſſimus. Quòd ſi hoc ſcire cupias, adinuenire oportet *Concurrentem* anni propoſiti, eumque in Cyclo ſibi appropriato inquirere, quo inuento è regione ipſius ſtatim Paſcha inuenies.

Exemplum. Cupio ſcire Paſcha anni 1730. cuius *Concurrentes* ſunt III. ſecundi anni poſt Biſſextum. Illius Cyclus expanſus eſt quartus, cuius primus annus incipit ab anno 1710 Inquire in columna Concurrentem,

vt notatur etiam in 2. Cyclo expanſo eiuſdem Mariani. Quare cum anno 1677. aſſignauerimus Paſcha XVII. Kal. Maij, ſiuè 15. die Aprilis, eundem diem inueniemus aſſignatum à Mariano in ſuo quinto Cyclo decennouennali expanſo, qui eidem anno 1677. reſpondet: nam primus annus huius quinti Cycli expanſi, eſt annus 76. à Chriſto, multiplicato enim numero 4. per 19. fiunt 76. In ſecundo magno Cyclo eſt ſexcenteſimus octauus, quia magnus Cyclus eſt 532. annorum, quibus additis annis 76. fit ſumma annorum 608. Et in tertio magno Cyclo eſt milleſimus centeſimus quadrageſimus, ſecundùm quòd ibidem dicit idem Marianus, & benè quidem, quia numerò 608. additis alijs 532. annis Cycli magni conflatur ſumma annorum 1140. At ego huic ſummæ addo alium magnũ Cyclum annorum 532. vt fiat ſumma 1672. vbi incipiat quartus magnus Cyclus ſecundùm hanc epocham, à quo incluſiue vſq; ad præſentem an. 1677. ſunt 6. anni. Numerando igitur ab anno 1. huius quinti Cycli expanſi id eſt ab an. 1672. & deſcendendo vſque ad præſentem annum 1677. inueniemus eum cadere in XVII. Kal. Aprilis, quo die celebrandum Paſcha inſinuat. Hic autem quintus Cyclus expanſus correſpondet literæ maiuſculæ S notatę in *Tabula magna* in concurſu num 3. & 21. vbi idem annus 1672. incipere deprehenditur.

Alteri exemplo anni 1636. cui aſ-

Ex his, quæ præmonet Marianus, clarè habemus, quòd ipſe in hoc Cyclo magno Paſchali conſtituendo ſequatur opinionem Dionyſij Romani, licèt aliàs ab eo diſſentiat, & 22. annis prior Dionyſio Chriſti Æram inchoet. Hoc quidem ideò facere videtur, ne in Paſchate aſſignando diſcrepet ab vniuerſali Eccleſię ſententia. Itaque huic Cyclo magno Paſchali tria principia aſſignantur à Mariano. Primum ab anno o. Chriſti, ſiuè ab anno 1. ante ipſius Natiuitatem vſque ad annum 532. quo viuebat Dionyſius Abbas Romanus. Secundum ab anno 532. vſque ad annum 1064. quo tempore viuebat Marianus Scotus: nam ipſe de ſeipſo in ſuo Chronico lib. 3. pag. 163. anno rubro ſcripto M. L. & nigro anno M. XXVIII. dicit: *Ego miſer Marianus in peccatis fui in hoc anno natus*. Et pag. 165. ad annum rubrum M X C I. & ad annum nigrum M. LXIX. ait: *Ego miſer Marianus iuſſione Epiſcopi Moguntini, & Abbatis Fuldenſis fer. 6. ante Palmas III. Non. April. poſt annos decem meæ incluſionis ſolutus de Clauſola in Fulda ad Mogontiam conductus*. Et mox: *Dedicatio Capellæ Clauſolæ Monaſterij S. Martini in Mogontia in honore S. Bartholomæi Apoſtoli VI. Id. Iulij fer. 6. Sanctorum ſeptem Fratrum in feſtiuitate, in qua Clauſula eodem die ego Marianus pro peccatis meis ſecundò includor*. Et p. 166. anno rubro MCIX. & nigro MLXXXVII. diuerſo tamen charactere, ſed valdè vetuſto legitur: *Obijt Marianus in-*

rentium *Concurrentes* III. ſecundi anni poſt Biſſextū, quos inuenies etiam numerando 20. annos à principio Cycli 1710. vſque ad 1730. & inuenies illos cadere in III. *Concurrentem* ſecundi anni poſt Biſſextum. Inſpicias in columna Paſchali, cui titulus eſt *Paſcha*, & occurret tibi IV. Kal. Aprilis, hoc eſt 29. Martij, quo die eo anno 1730. incidet Paſcha.

Sed tota difficultas huius operationis videtur conſiſtere in hoc, quomodo inquirendus ſit Cyclus appropriatus anno, de quo inſtituitur quæſtio. Cùm enim Cycli expanſi ſint 14. totius Cycli magni 532. annorum, & quilibet ex his contineat duos Cyclos decennouennales, hoc eſt 38. annos, difficile admodum videtur poſſe determinari, quinam ex his 14. Cyclis competat anno, de quo quæritur Paſcha. Huic difficultati occurro dicendo, à primo Cyclo hæc omnia petenda eſſe: nam primus Cyclus Mariani expanſus hanc præmonitionem in fronte habet.

Primus annus magni huius Paſchalis Cycli, in cuius ſecundo anno iuxta Dionyſium natus eſt Dominus, Indictione erat tertia.

Primus autem annus ſecundi magni Paſchalis Cycli, qui eſt Cyclus Dionyſij Indictione erat decima, & Incarnationis quingenteſimus trigeſimus ſecundus ſecundùm Dionyſium,

Primus item tertij magni Cycli, in quo ſumus modo, Indictione erat ſecunda, & Incarnationis milleſimus ſexageſimus quartus iuxta Dionyſium.

in quo hodie nos sumus. Quartus Cyclus 38. annorum incipiet anno 1710. ad quem recurrendum, dum anni propositi 1730. Pascha inuenire cupimus. Hoc duplici via inuestigare possumus, aut incipiendo numerare 1710. à primo numero huius Cycli descendendo vsque ad annum 1730. hoc est per 20. annorum spatium, quo expleto sistendum est ad IV. Kal. Aprilis, quo celebrandum esset Pascha; aut recurrendo ad *Concurrentes* eiusdem anni 1730. qui quidem *Concurrentes* sunt III. & annus est secundus post Bissextum. Inueniantur igitur *Concurrentes* III. secundo anno post Bissextum, occurrent tibi in linea IV. Kal. Aprilis vt priùs.

Idem ex Tabula magna habebis: nam cùm quartus Cyclus 38. annorum idem sit ac octauus Cyclus 19. annorum, si in *Secunda Tabella* suprà posita pagina 505. inuenias annum proximiorem & minorem anno 1730. qui est annus 1729. habebis octauam literam maiusculam *Tabulæ magnæ*, quæ est R, qua significatur ab ea incipere annus 1729. vt notatur, itaque litera sequens, quæ est i nigrum, erit litera Paschalis anni 1730. qua reperta in *Tabula latitudinis Paschæ* pag. 508. habebis Pascha IV. Kal Aprilis vt suprà. Ex hac omnium Tabularum, & Cyclorum vniformi conspiratione ad eundem diem Pascha celebrandi euidentissimè ostenditur ritè & rectè prædictum Cyclum magnum Paschalem, & reliquos 28. Cyclos expansos, à nobis esse opti-

clusus. Minio notati sunt anni Mariani, & atramento scripti sunt anni Dionysiani, vt ex eodem Codice lib. 3. cap. 1. pag. 101. apparet.

Anno itaque Domini 1028. nascitur Marianus, recluditur Fuldæ anno 1059. Fulda egreditur & recluditur secundò Moguntiæ anno 1068. vbi Chronicon Ecclesiasticum, quod in Clausula Fuldensi forsan incæperat, perficit. Moritur anno 1087. ætatis 59.

Tertium siquidem principium Cycli magni Paschalis quod assignatur ab anno 1064. potuit etiam esse principium suorum Chronicorum, cùm eo anno 36. ætatis annum ageret, & 5. reclusionis Fuldensis. Sed de principio scriptionis Chronicorū suorum nihil certi statuere possumus, nisi tantùm in sua prima Fuldensi reclusione exordium sumpsisse tertium principium Cycli magni Paschalis videlicet ad annum 1064. & perdurasse vsque ad annum 1596. vlterius non prosequitur Marianus.

Sed nos his tribus principijs adijcimus quartum, quod erit ab anno 1596. perdurabitque vsque ad annum 2128. In hoc enim Cyclo nos hodie sumus, & secundùm ipsum regulandum est Pascha. Hic itaque Cyclus incipit à primo Cyclo Mariani expanso pag. 18. qui complectitur duos Cyclos decennouennales, hoc est annos 38. vnde cùm primus ex his Cyclis incipiat anno 1596. Secundus Cyclus 38. annorum incipiet 1634. & tertius Cyclus 38. annorum incipiet anno 1672.

3. Est *n* in concursu 5. & 25. corrige & repone *v*.

4. Est *f* in concursu 5. & 27. corrige in *e* rubrum.

5. Est *o* in concursu 7. & 14. corrige *g* rubrum.

6. Est *i* in concursu 8. & 5. corrige *l* rubrum.

7. Est *e* in concursu 9. & 28. corrige *c*.

8. Est *i* in concursu 10. & 4. corrige *r*.

9. Est *d* in concursu 10. & 11. corrige *c*.

10. Est *f* in concursu 14. & 14. corrige *g* rubrum.

11. Est *i* in concursu 16. & 26. corrige *r*.

12. Est *o* in concursu 17. & 3. corrige *g* rubrum.

13. Est *b* in concursu 19. & 24. corrige *p*.

Has literas in Cyclo Paschali Bedæ mendosè illapsas non indicare verum Pascha, ex eo patet, quia litera *e* rubra num. 1. & 19. in Cyclo nostri æui 1596. quę incidit in annum 1614. indicaret Pascha ad XVIII. Kal. Maias, cùm tamen eo anno veteris Calendarij Pascha, de quo hic agimus, incidit VIII. Kal. eiusdem mensis Maij: nam eo anno Cyclus Solaris fuit 27. litera Dominicalis B, Aureus Numerus 19. Igitur ex *Tabula latitudinis Paschæ* &c. Pascha est VIII. Kal. Maij, cuius litera Paschalis est *p* rubrum, vti notatur in Cyclo magno Paschali Codicis msc. Mariani, secundùm quem est corrigendus locus Cycli Bedæ.

2. Li- optimè explicatos.

Dices; Hanc cautelam traditam de subsiliendo ab vna ad aliam consimilem literam, quando prima è regione Epactæ occurrit, ne eo anno Pascha celebretur cum Iudæis, non esse sufficientem, cum aliquando extra hunc casum de concursu literæ Dominicalis in eadem linea cum Epacta, videamur nos celebrasse Pascha cum Iudæis, vti occurrit in hoc præsenti anno 1677. in quo saltem secundum aliquam diei partem concurrimus cum Iudæis, & Pascha cum ipsis celebrauimus.

Resp. Absolutè negando, nos aliquando concurrere cum Iudæis in celebratione Paschæ, & cautelam additam regulæ de descensu ad aliam consimilem literam, quando ipsa in laterculo è regione Epactæ occurrerit, sufficere ad euitandum concursum cum Iudæis in celebratione Paschæ. Quod autem subiungitur pro exemplo, nos in hoc anno 1677. celebrasse Pascha cum Iudæis, licet litera Dominicalis infra Epactam in laterculo extiterit; respondeo negando eiusmodi exemplum verum esse: nam vt verum esset exemplum, ostendere debuisset, nos celebrasse Pascha decima quarta, vel decima quinta Luna: cùm enim nos prima Dominica post

Vsus huius laterculi est, vt per ipsum Pascha Calendarij Gregoriani perpetuò inueniatur.

Si quis autem cupiat inuenire Pascha secundùm Calendarium reformatum; cum Epacta anni oblati, accedere debet ad laterculum, eaque reperta in prima columella Cycli Epactarum, inuenire etiam debet literam Dominicalem eiusdem anni oblati in columella literarum Dominicalium, non quamcunque ad libitum, sed eam, quæ infra Epactam primò occurrit: nam è regione illius statim habebit diem mensis vel Martij, vel Aprilis, quo celebrandum erit Pascha. Si autem litera Dominicalis anni oblati è regione Epactæ fuerit, ea relicta, sumenda est eadem litera proxima infra Epactam, & hoc ideò fit, ne Pascha celebretur cum Iudæis; nam eo anno 15. Luna post Æquinoctium occurrit die Dominico, quo Iudæi suum Pascha celebrare solent. Res *exemplis* fiet manifestior.

Quæratur Pascha anni 1677. Epacta est 26. Litera Dominicalis est C. In laterculo infra Epactam 26. statim occurrit C, è cuius regione notatur 18. Aprilis. Igitur Pascha hoc anno celebratur 18. die Aprilis.

Aliud exemplum: Scire cupio quoto die Martij, vel Aprilis an. 1680. celebrabitur Pascha. Epacta anni 1680. est 29. Litera Dominicalis est G & F, quia annus est Bissextilis. Reiecta litera G, quæ inseruit vsque ad 24. Februarij, accipio literam F, quæ inseruit à die 25. Februarij vsque ad

deprehensi fuerint à nostris Computistis, nos in hoc, & similibus annis nihil immutauimus in Paschatis celebratione, sed iure nostro vtimur, vt primo die Dominico post primum Plenilunium primi mensis Pascha celebremus. Et hæc de Paschate reformati Calendarij sufficere videntur.

Quæres insuper: Quid sibi velit * Asteriscus in Cyclo Epactarum appositus, & illi duo numeri 25. & xxv. extra seriem numerorum collocati?

Resp. Si huic quæsito adæquatè & exactè respondendum esset, necesse foret totius Calendarij Gregoriani compositionem explicare, quod nimis prolixum esset, & præter institutũ diuagaretur oratio; nonnihil tamen dicemus, vt ex his aliqualis notitia de huiusmodi * Asterisco, & numeris extra ordinem positis habeatur. Quoad * Asteriscum dicimus, eum positum esse in Calendario Gregoriano, vt numerum 30. occupet: nam cùm Epactę ad trigesimum numerum peruenire non possint, ad quem Nouilunia aliquando attingunt, loco Epactæ 30. vt Nouilunium indicaretur, positus est * Asteriscus. Quoad numeros 25. & xxv. extra seriem Epactarum collocatos, dicimus; necesse fuit eos ita collocare, vt Epactæ per vniuersum Calendarium singulis mensium diebus distributæ æquarentur diebus 354. anni Lunaris: nam si Epactæ 30. per extensum duodecies repeterentur in anno, occuparent dies 360. qui numerus annum Lunarem communem sex diebus superat

post Plenilunium primi mensis Pascha celebrauimus, liquet profectò, nihil cum Iudæis habuisse commune in celebratione Paschæ. Si autem primum Pleniluniũ post Æquinoctium Vernum ante mediam noctem, quæ Dominicum diem præcedit, fiat, nihil obstat, quin Pascha eo ipso die Dominico celebrari possit, cùm Plenilunium iam præcesserat diem Dominicum; dies enim festus incipit à media nocte ad mediam noctem, vt obseruat Azor. *Instit. Mor.* Par. I. lib. 7. cap. 2. Sic quia præsenti anno 1677. fuit primum Plenilunium post Æquinoctium die 17. Aprilis hora 7. min. 30. P. M. id est H. o. min. 51. N. S. vt notant Tabulæ Astronomicæ, perspicuum est, Plenilunium præcessisse diem Dominicum H. 4. min. 30. Ritè igitur nos præsenti anno 1677. Pascha celebramus die 18. Aprilis, nihil curantes, quod Iudæi suum Pascha celebrent in ipso Sabbatho Sancto, sed quàm benè, ipsi viderint. Aduertat tamen Mathematicus Iudæus, ipsorum Pascha celebrandum esse eo die, quo fit 15. Luna; hoc autem anno 1677. Luna 15. fit H. o. m. 51. die 17. Aprilis, igitur Iudæi Pascha celebrant Luna decima quarta, non decima quinta vt par esset. Quòd si dicant; Ideò hoc facere, ne concurrant cum Christianis in celebratione Paschæ. Libenter hanc eorum responsionem admittimus, ex ea enim infringitur Lex Mosaica nostri causa. Sed reuera hoc euenit ex prauis ipsorum Cyclis Paschalibus, qui cùm tales

Epactam 1. aliud signum non collocarat, licet Calendarium suum à Lilio surripuisset, in maximos & intollerabiles errores incurrit, qui quidem euitantur ex assumptione alterius Epactæ, vt ibidem annotatur.

Quæres tandem: Quænam differentia sit inter vtrumque Pascha; hoc est, quot dierum interuallum existat inter Pascha veteris Calendarij & noui. Vt v. g. præsenti an. 1677. secundùm veteris Calendarij vsum Pascha celebratum fuisset 15. Aprilis, secundùm vsum noui Calendarij celebratur 18. die eiusdem. Quæritur itaque differentia dierum inter vtrumque Pascha?

Resp. & explico quæsitum. Quando dicitur nisi fuisset correctum Calendarium Pascha hoc anno 1677. fuisset celebratum 15. Aprilis, non intelligitur de die 15. Aprilis noui Calendarij, alioquin cùm 15. Aprilis noui Calendarij cadat in feriam 5. Pascha celebraretur die Iouis, quod est absurdum, sed intelligitur de die 15. Aprilis veteris Calendarij. Cùm enim in correctione Calendarij exempti fuerint 10. dies, hi sunt restituendi si velimus indagare diem mensis ante correctionem, & differentiam inter Pascha vetus & nouum; itaque diei, quo Pascha vetus incidit, addere debemus 10. dies, & ab his subducere dies mensis Paschæ post correctionem. *Residuum* enim erit differentia inter vtrunque Pascha. Vt quia hoc præsenti anno 1677. Pascha vetus celebratum fuisset 15. Aprilis, eidem adde 10. fiunt 25. Pascha

perat. Vt autem Lunationes alternis 29. & 30. dierum existerent, necesse fuit sex locis binas simul Epactas collocare; sexies enim 29. ascendit ad summam 174 & sexies 30. ad 180. simul iunctæ fit numerus 354. vti totidem dierum est annus Communis Lunaris.

Porrò potuerat Auctor reformati Calendarij quamlibet Epactarum extra ordinem deijcere; contigit autem amoueri ab ordine Epactæ 25. quia hæc in Calendario occupabat locum diei 5. Aprilis, in quo hæc æquatio rationabiliter facienda erat, vt hic dies conspicuus & notabilis redderetur, cùm in eo sistatur longissimus terminus Paschalis Nouilunij, sicut & breuissimus eiusdem octauo die Martij inchoetur. Cùm enim ex decreto Sacri Concilij Nicæni Pascha celebrari non debeat nisi à die 22. Martij vsque ad diem 25. Aprilis inclusiuè: inde sequitur, quòd quando Pascha celebratur die 25. Aprilis; tunc necessario Nouilunium Paschale cadet ad diem 5 Aprilis, vt contigit anno Domini 1666. & continget annis futuris 1734. 1886. 1943. 2038. & aliàs quandoque. Qui autem plura de huiusmodi Epactis extra seriem descriptis, & præcipuè de Epact. 24. & xxv. diuerso charactere notatis scire voluerit, adeat Clauium in Calend. Gregor. cap. 10. n. 3. & seqq. qui de huiusmodi Epactis fusè pertractat. Vide etiam cap. 27. eiusdem num. 3. contra Scaligerum, qui quoniam signi ★ significationem & necessitatē non intellexerat, & apud

rij emendati, & Sabbatho ante Dominicam secundam Quadragesimæ Calendarij veteris; si autem eodem die peruenisset ad locum, vbi Calendarium nouum est in vsu; profectò ipso die Sabbathi Sancti peruenisset, quia eo anno Pascha secundùm Calendarium correctum incidit die 28. Martij, & sic totam ferè Quadragesimam vnico tantùm die absoluisset; & Officium Diuinum, si ad recitationem ipsius teneretur, à secunda Dominica Quadragesimæ ad Paschatis festum ab eo transuolasset: nam an. 1660. secundùm stylum veterem dies Cinerum fuit 7. Martij, & Pascha 22. Aprilis, quæ correspondent emendato Calendario die 17. Martij, & 2. Maij. Et secundùm stylum nouum dies Cinerum fuit 11. Februarij, & Pascha 28. Martij.

Simile quid contigit cuidam amico meo, qui ex Anglia in Belgium veniens vna nocte triginta quatuor dies vitæ suæ transegisse mihi per ænigmatis speciem aliquando proposuit. Is, vt aiebat, Anno Dom. 1636. fer. 3. post Paschæ Resurrectionis festum vesperi sub Solis occasum in portu Douerensi in Anglia aquatilem Veredum, seù Verederiam Nauiculam conscendens, vulgo Anglico *Packet boate*, ac passis per eam noctem velis secundo vento summo mane Dunkerkam in Flandria tenens (nempè fer. 4. Paschali) profestum diem seù Vigiliam Ascensionis inuenit. Eo siquidem anno 1636. Pascha noui Calendarij incidit 23. Martij, & veteris Calendarij 17. Aprilis. Cùm Pascha nouum celebratur 18. Aprilis, subtrahe 18. à 25. *residuum* erit 7. & hæc est differentia inter vtrumq; Pascha. Septem itaque diebus seriùs celebratum fuisset Pascha hoc anno 1677. nisi Calendarium fuisset castigatum, quàm celebretur Pascha nouum; non verò vt aliqui imperiti existimant, tribus diebus priùs quàm nos celebremus, celebratum fuisset Pascha hoc anno, si Calendarium non fuisset correctum.

Item, Quia futuro anno 1678. stylo veteri celebraretur Pascha die 31. Martij, adde 10. dies, peruenies ad diem 10. Aprilis. At secundùm reformatum Calendarium celebrabitur Pascha 10. die Aprilis, subtrahe vnum ab altero, *residuum* est 0. Ergo nulla anno futuro erit differentia inter vtrumque Pascha.

Hæc autem differentia inter vetus & nouum Pascha ita excrescere potest, vt aliquando ad diem fermè 35. pertingat, vti sæpè contigit retro elapsis annis 1660. 1663. 1671. 1674. & in futurum continget anno 1690. 1693. & alijs quàm plurimis. Quamobrem dari potest casus, vt aliquis liberetur à ieiunio quadragesimali per 35. dies, veluti si quis discederet ab aliqua Prouincia, vbi Calendarij Gregoriani correctio non sit recepta, & eodem die se transferret ad aliam Prouinciam, vbi eadem correctio seruaretur, vti v. g. contigisset anno 1660. si enim is iter cæpisset die 17. Martij stylo veteri, hoc est 27. Martij stylo nouo, discessus incidisset Sabbatho Sancto Calenda-

res enim spectat in Anglia vti Calendario veteri, & in Belgio nouo; neque hanc diuersitatem celebrandi Pascha citiùs, vel seriùs, anteuertit verum motum Solis, quo dies physicè constituuntur. Vnde amicus meus discessit Sole scandente 9. partem Tauri, quà noctes ad eleuationem Poli grad. 52. vti Cosmographi assignant Douerensi & Dunkerkensi portubus, habent horas 9. minuta 30. Itaque non 34. aut 35. vitæ suæ dies vna nocte transegit amicus meus, sed vna nocte horarum $9\frac{1}{2}$. totidem vitæ suæ horas nauigando insumpsit. Neque transeundum est de morali ad physicum, nec vice versa; sed de morali ad moralem, & de physico ad physicum, ne suppositio mutetur in alium vsum. Vnde si ex Anglia nouo ritu discessisset amicus, non 19. Aprilis, sed 25. Martij fuisset illius discessus, & sic 26. die eiusdem peruenisset in Belgium, nimirum fer. 4. post Pascha; sic quia discessit 19. die Aprilis veteri ritu, ideò 20. eiusdem Dunkerkam applicuit pariter veteri ritu. Sed quia ibidem noui Calendarij ritus seruabatur, ideò, non 20. sed 30. diem eiusdem mensis Aprilis inuenit propter exemptos decem dies à Calendario veteri. Non itaque hic dies accessus debuit esse 29. vt in quæstione proponitur; quia dies 19. Aprilis vet. Calendarij correspondet 29. eiusdem noui Calendarij, & dies 20. veteris respondet diei 30. noui, vt in sequenti laterculo patet. Sed non est opus, vt diutiùs in his quæstiunculis immoremur.

Cùm enim illud obseruent Belgæ vt cæteræ Catholicæ Prouinciæ, hoc Angli, & omnes Britannici Regis subditi tàm Orthodoxæ, quàm Heterodoxæ professionis; isti quidem, quòd Gregorij Summi Pontificis correctionem admittere nolint; illi ne in re ad fidem non pertinente Rempubl. festorum dierum difformitate turbent; istud idem obseruabat amicus meus Vir quidem Catholicus & pius; licèt Regi Angliæ subditus. Discessit igitur ex portu Douerensi die 19. Aprilis post Solis occasum, & sequenti die ante Solis ortum Vigilia nempè Ascensionis appulit Dunkerkam; certum est enim, quòd inter fer. 3. post Pascha vsque ad Ascensionis Vigiliam numerentur triginta quinque dies solidi.

Hinc mihi aliam quæstionem proponebat dierum immobilium: nam (dicebat) si in vtraque Prouincia nouum Calendarium sequamur, cùm dies discessus mei ex Anglia nouo ritu fuerit 25. Martij, cur sequens in Belgio eundem ritum non fuerit potiùs 26. eiusdem mensis, quàm vltimus Aprilis?

Iterum, cùm idem discessus dies fuerit 19. Aprilis, dies proximè sequens accessus in Belgium debuit nouo ritu esse 29. eiusdem mensis, & non vltimus Aprilis: additis nimirum diebus decem, quot in immobilibus, & non plures per nouam Calendarij correctionem ablati sunt. Ad hæc respondeo breuiter. Transitum hunc ab vno ritu ad alterum fuisse moralem non physicum; ad mo-

Postea quam dies mensis, quo celebrandum sit Pascha, inuentus fuerit, haud difficile erit adinuenire alia festa mobilia, & dies celebriores, de quibus in Calendario Ecclesiæ Catholicæ specialis fit memoria. Hi enim à Pascha dependent. Vt ante Pascha.

Prima Dominica proximior est Dominica Palmarum.

Secunda Dominica ante Pascha est Dominica Passionis.

Tertia Dominica est Dominica *Lætare*: ita vocatur, quia incipit Introitus Missæ, *Lætare Ierusalem &c.* solemnis est, & à qua antecedentes Dominicæ à Septuagesima vsque ad primam Dominicam Quadragesimæ numerantur: *Septuagesima*, quia ab hac ad Dominicam *Lætare* septem sunt Dominicæ: *Sexagesima*, quia sex. *Quinquagesima*, quia quinque. Prima *Quadragesimæ*, quia quatuor vsque ad *Lætare* numerantur Dominicæ. A Septuagesima ad Pascha decem sunt Dominicæ.

Feria autem quarta post Dominicam Quinquagesimæ est dies *Cinerum*, initium Ieiunij Quadragesimalis, & abstinentiæ à carnibus, ouis, & lacticinijs, ideoque inuenimus aliquando hunc diem vocatum fuisse *Carnisprivium*.

Post Pascha. Prima Dominica est Dominica in *Albis*, ob album colorem, quo omnes Ecclesiæ Ordines eo die solemniter vtuntur.

Dominica quinta post Pascha est Dominica *Rogationum*; quia fer. 2. 3. & 4. post hanc Dominicam fiunt pu-

1636 Martius Stylo veteri			1636 Stylo nouo Aprilis		
	22			1	
	23			2	
	24			3	
	25			4	
	26			5	
B	27		E	6	
	28			7	
	29			8	
	30			9	
	31			10	
Aprilis					
	1			11	
	2			12	
B	3		E	13	
	4			14	
	5			15	
	6			16	
	7			17	
	8			18	
	9			19	
B	10		E	20	
	11			21	
	12			22	
	13			23	
	14			24	
	15			25	
	16			26	
B	17	Pascha	E	27	
	18			28	
	19	Discessus		29	
	20	Accessus		30	Vigilia Ascens.
			Maius		
	21			1	Ascens. Domini

Item, Quando Paſcha celebratur 7. Aprilis, vſque ad feſtum S. Georgij ſunt duæ Dominicæ, has adde Dominicis 24. erunt Dominicæ 26. & tot Dominicæ erunt inter Pentecoſten & Aduentum.

Quando verò Paſcha celebratur die 17. Aprilis, quia tunc nulla intercedit Dominica inter Paſcha & feſtum S Georgij, ſed ipſum feſtum cadit infra octauã Paſchæ, nulla eo anno ſuperadditur Dominica num. 24. ſed is erit numerus Dominicarum inter Pentecoſten & Aduentum. Idem numerus Dominic. erit, ſi feſtum S. Georgij cadet in ipſo die Paſchæ. Si in Dominica in Albis, erunt Dominicæ 25. quia tunc numero 24. additur vna Dominica, quæ eſt poſt Paſcha.

Si verò Paſcha celebretur poſt feſtum S. Georgij, tunc vna Dominica adimitur à numero 24. & inter Pentecoſten & Aduentum erunt Dominicæ 23. quæ terminantur ante Dominicam eiuſdem Aduentus Domini.

Aduentus autem *Domini* incipit illa Dominica, quæ vicinior eſt feſto S. Andreæ Apoſtoli, nempè à 27. Nouembris incluſiuè vſque ad diem 3. Decembris incluſiuè; itaque litera Dominicalis, quæ inter hos ſeptem dies reperitur, erit prima Dominica Aduentus. Quòd ſi feſtum S. Andreæ incidat in Dominica, ipſa erit prima Dominica Aduentus.

Ieiunia verò, quæ per quatuor anni tempora ſeruantur ſemper & perpetuò cadunt. In Autumno; Fer. 4. 6. & Sabbatho immediatè poſt feſtũ S. Crucis, quod celebratur 14. Sept. In publicæ ſupplicationes pro frugibus terræ, & alijs Eccleſię neceſſitatibus.

Fer. 5. poſt hanc quintam Dominicã poſt Paſcha eſt *Aſcenſio Domini*.

Dominica ſeptima poſt Paſcha eſt Dominica *Pentecoſtes*.

Dominica octaua poſt Paſcha, & 1. poſt Pentec. eſt feſtum *SS. Trinit.*

Fer. 5. poſt hanc Dominicam eſt feſtum *Corporis Chriſti*.

Poſt Pentecoſten vſque ad Aduentum ſequuntur Dominicæ, quæ *poſt Pentecoſten* dicuntur, quæ quidem pauciores 23. vel plures 28. eſſe non poſſunt, & regulantur à feſto Paſchæ, vt quo citius Paſcha celebratur, eò plures ſunt Dominicæ poſt Pentecoſten, & quò ſerius, eò pauciores eſſe deprehendantur.

Datur autem breuiſſima & facillima regula ad inueſtigandum numerum Dominicarum inter Pentecoſten & Aduentum, ea verò eſt. Vt numerentur Dominicæ, quæ ſunt poſt Paſcha vſque ad feſtum S Georgij M. hoc eſt vſque ad 23. diem Aprilis incluſiuè. Iſtæ Dominicæ ſi addantur ad numerum 24. prodibit numerus Dominicarum poſt Pentecoſten vſque ad Aduentum.

Vt quando cadit Paſcha die 26. Martij, tunc numerantur quatuor Dominicæ vſque ad feſtum S. Georgij incluſiuè, quia tunc litera Dominicalis eſt A, & ipſum feſtum S. Georgij cadit in Dominica, his quatuor Dominicis additis ad 24. fiunt Dominicæ 28. Igitur eo anno Dominicæ inter Pentecoſten & Aduentum erunt 28.

rum vtcunque eruere valeant, eaque in Matrem suam vibrare in Romanam Sanctamque Ecclesiam. Sed non raro in Auctores redeunt scelerum pœnæ, & -

חרבם תבוא בלבם וקשתותם תשברנה׃
תלים לז׳ טו׳

Hinc Rodulphus Hospinianus *De Monachis* lib. 3. cap. 10. *De rasura barbæ Sacerdotum & Monachorum*, hanc fabulam de Ioanna Papissa, dicit, notam esse *ex historia, quæ a fide dignissimis, iisque quam plurimis Auctoribus citatur, &c.* Quinam vero sint isti Auctores, qui hanc fabulam citant vel referunt, & quænam fides sit eis adhibenda, videndi sunt Auctores, qui eandem refellunt, videlicet Onuphrius Panuinius ad Platinam hic. Gilbertus Genebr. in Chronograph. lib. 4. ad annum Domini 855. Baronius Annal. Tomo 10. an. 853. pag. 109. b. Bellarminus Tom. 1. Controuers. lib. III. c. 24. Iacobus Gretzerus in defens. Bellarmini Tom. 2. lib. 3. cap. 24. Ioannes Gualterus in Tabula Chronolog. ad annum Christi 853. pagina 253. Seuerinus Binius in Concil. Tom. 3. Par. I. Sect. poster. pag. 401. Petrus Maturus Annot. in D. Antonini Chronic. post Leonem IV. Simeon Majolus Colloq. 3. *Mulier*. §. *Hæc sunt commemoranda semper &c.* Iacobus Gordonius lib. 8. Chron. an. 853. pag. 269. Nicolaus Sanderus *De Visibili Monarch. Eccles.* lib. 7. Franciscus Longus a Coriolano in Breuiar. Chronolog. an. 853. pag. 255. Flo.

In Hyeme: Fer. 4. 6. & Sabbatho immediatè post festũ S. Luciæ, 13. Dec. In Vere; Fer. 4. 6. & Sabbatho immediatè post Cineres. In Æstate: Fer. 4. 6. & Sabbatho immediatè post festum Pentecostes; vnde dant symbolũ *Post Cru Lu-Ci-Pen* id est post *Crucẽ, Luciam, Cineres, & Pentecosten.*

Cognito loco Paschatis secundùm regulas generales suprà positas, poteris scire omnes festiuitates, quas in suis tramitibus tradit Marianus Scotus post Cyclum magnum Paschalem existentem in principio sui Chronici Ecclesiastici msc. Bibliothecæ Vaticanæ suprà laudati, de quo nil aliud dicemus. Solùm obseruabimus malitiam & imposturam eorum, qui præfuerunt editioni huius Codicis Basileæ anno Domini 1559. apud Io: Oporinum, qui licèt Anacephalum euulgarint, malignè tamen inseruerunt inter Leonem IV. & Benedictum III. Romanos Pontifices fabulosam illam Ioannam Papissam, de qua in supradicto Codice msc. Palatino Mariani Scoti in Bibliotheca Vaticana asseruato nec verbum quidem reperitur, vt videre est numero 380. pag. 159. vbi *Leonem Papam CII. à Petro* anno DCCCLXXV. recenset, & post Leonem immediatè *Benedictum Papam CIII. post Petrum* annumerat. Hoc annotatum esse volo, vt animaduertat pius & Catholicus Lector, quanta sit quorundam Hæreticorum nequitia in deprauandis antiquorum Auctorum, & illustrium Catholicorum Codicibus, vt inde tela nequissimorum argumento-

tus est, sepultus in Pantheonis Templo anno 1476.

De correctione eiusdem Calendarij oblatæ sunt propositiones in Concilio Lateranensi sub Leone Decimo annis 1513. & 1518. à Paulo Mildelburgensi Episcopo Forosempronienſi, qui obijt die 14. Decembris 1534. ætatis 89.

De restitutione Calendarij egit Albertus Pighius, & Ioannes Stoeflerinus, Ioseph Moletius, Fabritius Alphonsus, Petrus Ciruelus. Cyprianus Beneti Parisiensis scripsit Tractatum de non mutando Paschate, & contra seruile pecus Iudæorum aculeum. Reperitur in Bibliotheca Vaticana Cod. 2462. pag. 259.

Alia eiusdem *Correctionis Compendia* habentur ibidem pag. 237. & sub num. 333. pag. 364.

De eadem emendatione Calendarij videndus est Antonius Possevinus in *Notis Diu. Verbi*. Item Ioannes Lucidus.

Hæc autem ad pristinam formam restituendi Calendarij gloria reseruata est Aloysio Lilio Vmbriaticensi, qui nouum Epactarum Cyclum excogitauit, ad certam ipsius Aurei Numeri normam directum, atque ad quamcunque anni Solaris magnitudinem accommodatum, & sic omnia, quæ in Calendario collapsa erant, constanti ratione, & seculis omnibus duratura restitui posse ostendit, vt Calendarium ipsum nulli vnquam mutationi imposterum expositum esse videatur. Hoc nouum correctionis genus laudauit Gregorius XIII. Summus Pon-

Floremundus Remondus. Et inter postremos omnium Cl. V. Leo Allatius. De Sigiberto autem, & Martino Polono, quibus etiam eadem fabula tribuitur, videndus est Myræus in Chr. Sigiberti, Alanus Copus Dial. 1 c. 8. pag. 37. Suffridus Petrus Annot. in Chron. Martini Poloni, & Nicolaus Serrarius in rebus Moguntiacis lib. 1. cap. 41. Iodocus Coccius in Thes. Cathol. Tom. 1. lib. 7. art. 14. anno 855. pag. 899. Papirius Massonus *De Episcopis Vrbis* pag. 139. & Ioannes Auentinus Annal. lib. 4. p. 474.

Porrò veteris Calendarij Romani vitium detectum fuisse iam inde ab anno 1260. plerique affirmant.

De illius correctione agere cœperunt Ioannes à Sacrobosco egregius Mathematicus, & deinde Ioannes de Saxonia, Robertus Lingolniensis Episcopus in Anglia, cognomento *Grossetesle Capito* circa annum Domini 1240. Petrus Philumena, Nicolaus Gregoras, & anno 1372. Isaacius Argyrus, & in Concilio Constantiensi Petrus de Aliaco Cardinalis, & Episcopus Cameracensis anno 1414. In Concilio Basileensi Nicolaus de Cusa Cardinalis an. 1436, 1439. & 1460. sub nomine *De reparatione Calendarij Romani*, vt in suis Operibus Basileæ excusis in fol. pag. 1155. qui cùm esset Episcopus Brixinen. obijt die 11. Aug. 1464.

Ioannes de Regio monte insignis Astronomus Romam euocatus fuit à Sixto IV. Sum. Pont. vt Calendarium Romanum corrigeret, sed opus intermissum est eò quòd morte præuen-

Sed inter tot, qui de Calendario Romano emendato scripserunt, nullus Christophori Clauij Bambergensis Soc. Iesu sedulitatem superauit; is enim egregiam præstitit operam in ipsius Calendarij correctione explicanda, de qua insigne Volumen iussu Clementis VIII. Pontificis Maximi edidit, cui addita est Refutatio Calendarij Francisci Vietæ, qui sub nomine Calendarij Gregoriani Parisijs anno Domini 1600. nouam formulam Calendarij proposuit omninò insolitam; hanc solidè refellit Clauius cap. 24. & tribus prolixis Capitibus absoluit.

Post confutationem Calendarij Vietæ in eadem Calendarij explicatione sequitur alia confutatio eorum; qui Calendarium Gregorianum impugnarunt, inter quos est Ioseph Scaliger, qui & ipse aliud Calendarium à Gregoriano diuersum condidit: huius vitia & errata disertè ostendit Clauius, eaque refutat cap. 27.

Deinde eidē Operi annectit *Computum Ecclesiasticum* per digitorum articulos, & tabulas traditum. Excusum Romæ anno 1603. In fol.

Idem P. Clauius scripsit *Noui Calendarij Romani Apologiam* aduersus Michaëlem Mæstlinum Geppingensem in Tubingensi Academia Mathematicum duobus libris explicatam.

Contra Calendarium Gregorianum nonnulli alij scripserunt, vti Sethus Caluisius, qui scripto Elencho Calendarij Gregoriani, postea editus fuit opera Dauidis Origani Francofurti 1612.

Pontifex in sua Bulla de reformatione Calendarij, incipien. *Inter grauissimas Pastoralis officij nostri curas &c.* Datum Tusculi anno Incarnationis Dominicæ 1581. sexto Kal. Martij; & in Breui directo Antonio Lilio Aloysij fratri incip. *Cùm nos nuper &c.* Dat. Romæ die 13. Aprilis 1582. Hos Pontifex vocat Vmbriaticenses; vnde corrigendus est Ricciolius lib. 1. Chronolog. reform. cap. 28. qui eos reformat in Veronenses.

Publicata *reformatio Calendarij* ab vniuersa Catholica Ecclesia recepta est, atque in eam multi Viri Catholici & eruditi ad maiorem ipsius elucidationem scripserunt.

Eodem anno, quo promulgata fuit reformatio, hoc est anno 1582. in eam scripsit Alexander Canobbius, ediditque *Discursum Italicè* Romæ excusum apud Franciscum Zanettum in 8.

Nicolaus Massuccius alium consimilem Discursum valdè eruditum eadem lingua Italica subsequente anno 1583. Romæ apud eundem Zanettum de eadem correctione Calendarij publicauit. In 8.

De Computo Ecclesiastico secundùm eandem nouam reformationem scripsit Lusitanicè Leander de Figueiroa Faxardo. Conimbricæ anno 1604. In 4.

De eodem Hispanicè, Benedictus Monter. Barcinonæ 1612.

Explicationem eiusdē cum Computo Ecclesiastico eodem Idiomate Hispano edidit Rodericus Alphonsus de Auila Granatæ 1630. In 4.

Domini 1390.

Robertus Leueſtrius Anglus Ord. Min. ſcripſit de Computo Hebræorum lib. 1. & de Computo Latinorum lib. 1.

Ioannes Salon Hiſpanus Ord. Minor. ſcripſit *De emendatione Romani Kalendarij, & de Paſchalis ſolemnitatis ad propriam diem reductione* iuſſu Gregorij XIII. Excuſ. Florentiæ 1576.

Theodorus Moretus Soc. Ieſu ſcripſit *de Luna Paſchali, & Solis motu*, Wratiſlauiæ 1666. In 4.

Gaſpar Schottus Soc. Ieſu in Encyclopædia Par. III. lib. XI. Chronograph. cap. V. & ſeqq. de Computo Eccleſiaſtico per Arithmeticam clarè & ſuccinctè ſcripſit.

Et Dionyſius Petauius Aurelianenſis eiuſdem Soc. Ieſu Tom. I. *De Doctrina temporum* lib. 2. c. 27. & ſeqq. de Computo Eccleſiaſtico ſecundùm Calendarij Gregor. reformationem doctiſſimè agit. Hi ex noſtratibus ſunt.

De *Tekuphis* verò Hebræorum præter vnum aut alterum ex noſtris Orthodoxis, puta Petauium *De Doctrina Temporum* lib. 2. cap. 31. 42. 44. 45. & lib. 4. cap. 20. & 21. & Ricciolium in *Chronolog. reform.* lib. 1. cap. 11. & ſeqq. Et ex Heterodoxis verò Sebaſtianum Munſterum in Calendario Hebraico, excuſo Baſileæ anno 1527. apud Frobenium, & Ioſephum Scaligerum *De emendatione temporum* lib. 4. pag. 246. 279. & lib. 6. pag. 635. vix alios, qui de his ſecundùm Iudæorum ſtylum egerint,

1612. cui reſpondit Paulus Guldin Soc. Ieſu in ſua Refutatione eiuſmodi Elenchi, in qua non ſolùm à calumnijs Caluinianis idem Calendarium Gregorianum vindicatur, ſed insimul illius explicator Clauius egregiè defenditur. In eadem agitur etiam de Calendario Iudaico, & reijciuntur Pſeudo-Calendaria Caluiniana. Adduntur inſuper Paralipomena ad Refutationem prædictam. & exhibentur 29. exempla Paſchatum ex S. Cyrillo Alexandrino nunquam antea edita. Moguntiæ 1616.

Contra idem Calendarium ſcripſit quidam Latoſius Polonus Mathematicus, cui reſpondit Albertus Rozciſzewski Soc. Ieſu, ſcripta defenſione, quam Polonicè inſcripſit *Latoſia Ciele*, hoc eſt *Latoſij Vitulus* ob ineptias hominis, quem confutabat.

Ioannes Baptiſta Ricciolius eiuſdem Soc. Ieſu ſcripſit *Vindicias Calendarij Gregoriani* aduerſus Franciſcum Leueram. Excuſæ Bononiæ anno 1666. In fol.

Pro eodem Calendario Gregoriano aduerſus Iacobum Herbrandum Lutheranum Tubingenſem *Diſputationem Apologeticam* ſcripſit Ioannes Buſæus. Excuſa Mogunt. 1585. In 4.

Cæterùm de Computo Eccleſiaſtico ſcripſere quàm plurimi ante, & poſt correctionem Calendarij.

Alexander de Villa Dei de eo librum edidit, habetur hic mſc. in Bibliotheca Vaticana ſub n. 3111.

Ioannes Somerius, ſeù Summer Anglus Ordinis Minorum *Calendarij caſtigationes* ſcripſit. Clatuit anno

Machazòr gadòl Cyclum magnum Solis esse 28. annorum, & septem Machazorrim kettanìm Cyclos minores in eo existere, ex singulis quatuor annis conflatos. Compuṭum dierum anni Solaris esse 365. dierum, & quarta partis dici. Quartò -

תקופות שנת החמה ארבע מתשעים ואחד יום ושבע שעות ומחצה ׃

Tekuphòth Aequinoctia & Solstitia simul esse quatuor, quodlibet ex his constare 91. diebus; septem horis cum dimidia parte hora. cap. 6. pag. 7. Quintò -

ימות חדש הלבנה כ״ט ימים ומחצה וב׳ ידות שעה ועג״ חלקים ׃

Dies mensis Lunaris esse 29 Horis 12. cum dimidia, & Chelakìm punctis 73. cap. 7. pag 8. col. 2. in ipso medio. Quomodo ergo dicit infrà col. 4. quòd -

אין בין מולד למולד אלא שלשים ושש שעות וב׳ ידות שעה ועג״ חלקים ׃

Inter Nouilunium & Nouilunium sint dies 30. hora sex cum dimidia, Chelakìm puncta 73.?

Resp. Hic loqui de Nouilunio quod per duos dies celebratur. Sextò -

כל שעות של חדש הלבנה תר״קח שעות ושני ידות השעה ׃

Omnes horas Vnius mensis esse horas 708. cum dimidia. Ibid. pag. 8. col. 4. cap. 7. pag. 8. col. 4. paulò ante medium. Septimò -

rint, inuenies. Inter Hebræos autem quàm plurimos, non solùm de *Tekuphis*, sed & de Cyclis Solaribus, & Lunaribus, Embolismis, annorum & mensium periodis reperies pertractasse.

R Eliezer Haggadòl Hircani filius Rabbinorum antiquissimus; qui non diù post Christi mortem inter Hebræos floruit, in suis פרקים *Perakim* cap. 6. 7. & 8. de his fusè loquitur. Huius Auctoris doctrinam videtur sequi *Mar Samuel*, quam molliorem, & captu faciliorem reddidit: nam R. Eliezer sub Rabbinicis figmentis & inuolucris eam in suis capitulis tradiderat, licèt nonnulla plana sint & clara, vt quando dicit -

כל הכוכבים המולות ושני המאורות נבראו אתחלת ליל רביעי ולא קדם זה לזה אלא שתי ידות שעות ׃

Omnes Stellas & signa Zodiaci, atque duo Luminaria in initio quartæ noctis fuisse creata; neque Vnum alterum præcessisse, nisi tantùm dimidia hora. cap. 7. pag. 8. colum. 1. non longè à principio. Secundò -

ימות חדש החמה שלשים יום ועשר שעות ומחצה ;

Mensem Solarem esse dierum 30. horarum decem cum dimidia. cap. 6. pag. 7. col. 2. paulò ante medium. Tertiò -

מחזור גדול של חמה שמונה ועשרים שנה ושבעה מחזורים הקטנים יש בו מארבע ארבע שנים חשבון ימות שנות החמה שס״ה ימים ורביע יום ׃

כל שעות של שנת הלבנה שמונת אלפים ותק״ד
וארבע שעות ׃

Omnes autem horas totius anni Lunaris esse horas 8504. Ibidem in ipso medio columnæ.

In hoc calculo supersunt duæ horæ: nam si multiplicentur horæ vnius mensis Lunaris, cui assignantur horæ 708 [2/3], per 12. menses anni Lunaris communis efficietur summa horarum 8502: minor duabus horis. Quin et si addentur *Chelakim puncta* 73. eaque in 12. menses ducantur, non efficient nisi summã 876. *Chelakim punctorum*, quæ nec integram horam efficiunt. Vna siquidem hora 1080. *Chelakim punctis* constat, vt aliàs dictum est. Octauò -

חשבון ימות שנות הלבנה שלש מאות וחמשים
וארבע ימים ושליש יום ותתע״ו חלקים ׃

Numerum dierum anni Lunaris esse dierum 354. *horarum* 8. *& Chelakim punctorum* 876. Ibidem pagina 8. col. 4. paulò ante medium. Neque hæc summa exactè colligitur, si quantitas vnius mensis Lunaris ducatur in 12. menses. Nonò -

הלבנה מתחדשת בכל מולד ומולד אחת בלילה
ואחת ביום וזה האות שלהם ויהי ערב ויהי בקר ׃

Lunam innouari perpetuò in quolibet Nouilunio, prima vice in nocte, altera interdiu, cuius rei signum datur illud (Gen. 1.) [Et fuit vespera, & fuit mane.] cap. 7. pag. 8. col. 2. non longè post medium. Decimò -

אין בכל מולד לראש מולד לשנה הבאה אלא
ד׳ ימים ושמונה שעות ותתע״ג חלקים ׃

Non esse in quolibet Nouilunio vsque ad exordium Nouilunij in anno subsequente nisi 4. dies, horas 8. & Chelakim puncta 873. Ibidem longè post medium. Vndecimò -

עשרה ימים וכ״א שעות ור״ד חלקים יתרון ימות
החמה על ימות הלבנה ׃

Decem diebus, hor. 21. *& Chelakim punct.* 204. *annum Solarem superare Lunarem*. Ibidem col. 3. longè ante finem. Hæc est *Epacta* Iudæorum. Duodecimò -

והעבור נכנס לחשוות ימות שנות החמה עם
ימות שנות הלבנה ׃

Intercalationem adhiberi vt dies anni Solaris æquales fiant cum diebus anni Lunaris. Imò è contra -

והחמה והלבנה מתחילין מראש חדש ניסן ׃

Et tunc Solem & Lunam incipere ab exordio mensis Nisàn Martij. Ibidem immediatè. Decimo tertiò -

מחזור הגדול של לבנה כ״א שנה ז׳ מחזורים
קטנים יש בו מג׳ ג׳ שנים ׃

Machazòr haggadòl Cyclum magnum Lunarem circumduci spatio 21. *annorum; septem Cyclos minores in eo esse, qui singuli tribus annis complentur*. cap. 7. pag. 8. colum. 2. paulò ante medium. Decimo quartò -

החמה מהלכת לפנים (ללבנה) בתקופת
(ניסן) ומלת מתחיל לשרת לפניו ביום ׃

So-

nus verò tertium annum, sextum, octauum, vndecimum, decimum quartum, decimum septimum, & decimum nonum embolimæum facit, daturque regula *Ter, Ter, bis; Ter, Ter, Ter, bis*, vt suprà annotauimus.

Volunt Iudæi hunc Cyclum Hillelianum dici ab *Hillele Hannasi*, qui, vt ait Auctor *Iuchasin* pagina 90. floruit anno 670. Contractuum, id est Christi Dom. 360 in quo calculo existimo peccatum fuisse, cùm iste Hillel tempore Constantini Magni obierit circa an. Dom. 330. vt videbimus infrà in *Hillele Hannasi*. Congruum igitur est, vt dicamus paulò ante an. Domini 330. Hunc Cyclum decennouennalem cum annis suis embolimæis, vt suprà, dispositis ab Hillele Hannasi fuisse compositum, & à suo nomine *Hillelianum* vocatum, neque solùm ab vniuersa Synagoga approbatum, sed & in Ecclesiam Christianã inuectum esse, ex Cyclis antiquis, qui modò supersunt, certum est. Celebrata enim Nicæna Synodo anno 325. & Alexandrinæ Ecclesiæ, eiusque Successoribus commissa cura conficiendi Cyclos Paschales, hi, adhibitis secum Viris Solis & Lunæ cursum calculandi peritissimis, munus hoc sibi commissum præstiterunt, & diem, quo singulis annis celebrandum Pascha foret, primùm Pontifici Romano significauere, à quo reliquæ omnes Ecclesiæ certiores redditæ, eodem die omnes sine vlla prorsùs diuersitate hoc stylo seruato Sacrum Pas-

Solem precedere ante (Lunam) *in Tekupha* (Nisàn Martij) *& Arietem incipere ante eam inseruire interdiù*. cap. 7. pag. 8. col. 3. circa finem. Decimo quintò -

כשם שאין אור החמה מושל באור הלבנה ולא אור הלבנה באור החמה כך אין מונים לא מנין חמה בלילה ולא מנין הלבנה ביום ולא ישיגו גבול איש את רעהו׃

Sicut lumen Solis non dominatur in lumen Lunæ, neque Luna in Solis lumen; sic quoque non supputant calculum Solis noctu, neque computum Lunæ de die, ne etiam quis inuadat limitem proximi sui. cap. 7. pag. 9. col. 1. longè post principium. Hinc patet duplex fuisse antiquitùs diei naturalis exordium. Decimo sextò -

מחזור העיבור מ״ט שנה וז׳ מחזורין קטנין יש בו יש מהם משלש ויש מהם משתים שלש ושתים שלש ושלש ושלש ושתים׃

Machazòr haibbùr Cyclum embolismicum 19. annorum esse: & septem Cyclos minores in eo contineri, quorum aliqui sunt trium (annorum) *& alij duorum* (annorum) *hoc ordine: Trium & duorum; Trium & trium & trium & trium, & duorum*. cap. 8. pag. 9. col. 4. non longè à fine.

Ex hoc loco manifestè apparet alia ratione in Cyclo decennouennali antiquos illos Hebræos interposuisse 7 annos embolimæos, ac interponantur in Cyclo Hilleliano, illi enim tertium annum, quintum, octauum, vndecimum; decimum quartum, decimum septimum, & decimum nonum embolimæũ faciebant. Hillelia-

Post Alexandrum Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopum, quamdiù Catholicæ communionis illic sederunt Antistites, perseuerauit mos iste in eadem Ecclesia Alexandrina, vt illius Episcopi singulis annis, quo die potissimùm celebrandum Pascha foret, Romanæ Ecclesiæ Episcopis significarent: postquam verò Hæresiarchæ in eam intrusi sunt, interceptum quoque eiusmodi officium fuit.

Theophilus item Alexandrinus Episcopus anno Domini 380. alium Cyclum Paschalem annorum centum inchoauit, teste S. Leone Papa Epist. 62. ad Marcianum Imperatorem, & Epist. 63. ad Eudoxiam Augustam, sed cùm extra verum diem aliquando Pascha ostenderet, illum improbauit Summus Pontifex. Hunc eius nepos Cyrillus pariter Alexandrinus Episcopus castigauit anno Domini 380. Gennadius dicit, Theophilum inuenisse Cyclum 95. annorum, vocatur autem centum annorum à Leone Papa, vt numerus rotundus exiret; non enim Summus Pontifex mathematicè disserit de Cyclo, & illius periodo; sed ostendit per eum multoties Pascha non ritè suo tempore celebrari, parum deinde ei facessisset negotij, si Cyclus fuisset 95. aut centum annorum. Videtur compositus ex 5. Cyclis decennouennalibus.

Tempore autem Hilarij I. Papæ Victorinus Aquitanus, quem Beda Victorium vocat, hortatu eiusdem Pontificis Rom. anno Domini 463. aliam conscribendi Cycli Paschalis periodum valdè ingeniosam excogita-

Pascha celebrarunt: nam ante Nicænam Synodum præter Hippolytum, cuiusdam Ecclesiæ Episcopum; vt ait D. Hieronymus de Scriptoribus Ecclesiasticis, qui rationem Paschatis, temporumque Canones scripsit vsque ad primum annum Alexandri Imperatoris, & sexdecim annorum circulum, quem Græci ἑκκαιδεκαετηρίδα vocant, reperit; & Eusebio, qui pro eodem Paschate Canones decem & nouem annorum circulum, id est ἐννεακαιδεκαετηρίδα composuit, occasionem dedit, vt habet idem Hieronym. nullus alius, quod sciam, eam rem aggressus est. Volunt autem nonnulli, hunc Hippolytum Episc. Portuensem fuisse, cuius marmoreum simulacrum circa annum Domini 1545. ex ruderibus illius Ciuitatis effossum, in Biblioth. Vaticana collocatum est à Marcello Ceruino Cardinali tunc S. R. E. Bibliothecario, qui postea in Pontificatu priori nomine retento, Marcellus II. nuncupatus est. In sede enim illius Græcis literis Cyclus Paschalis sex & decem annorum insculptus, ad læuam Bibliothecæ ab ingredientibus etiam hodie visitur. Hunc fuisse Arabiæ Metropolitanum, discipulum olim Clementis Alexandrini, eiusque persuasione Romam venisse, & à Callisto Romano Pontifice Episcopum Portuensem creatum refert Baronius ad ann. 229.

Hippolyti Portuensis exemplum secutus Eusebius, Cyclum Paschalem decennouennalem circa eadem tempora composuit. Idem Diuus Hieronymus.

Miror itaque, cur Victor iste Capuanus Dionysij Abbatis Romani nullam fecerit mentionem, cùm tamen Dionysius prior Capuano Cyclum Victorinianum emendauerit, & quoad Paschatis celebrationem, & quoad inchoationis illius: nam reiecto principio à Christi Baptismate, Cyclum suum orsus est à Christi Natiuitate, continuauitque totam periodum ad annum 1063. solidum. Hinc Beda, & Marianus Scotus eandem ad annum 1596. perduxit, & nos eandem ad annum 2128. dilatauimus. Et quamuis superfluum videatur quatuor periodos 532. annorum continuare, cùm vna tantùm possit sufficere; attamen vt anni, qui in vnaquaque periodo includuntur, faciliùs inueniantur, optimè quidem consultum est, eas vlterius protrahere. Hinc annos, quibus iam nos viuimus, esse in secunda periodo cognoscitur; immò addidimus etiam quintam periodum ab anno Domini 2128. ad annum 2660. vt inde intelligatur Dionysianus hic Cyclus magnus Paschalis nullum finem habiturus.

Porrò Dionysius Abbas Romanus cognomine Μικρὸς *Exiguus*, scripsit Cyclum suum, seù potiùs castigauit Cyclum Victorini Aquitani anno Domini 526. nam ipse hoc modo ait: *Præsentis anni monstremus exemplum: Indictio quippè quarta est, & Lunaris Cyclus vndecimus &c.* hæc enim concurrunt in annum 526. Aduertendum autem est, quod quando dicitur Lunaris Cyclus vndecimus, intel-

tauit 532. ann. ex ductu Cycli Solaris in annos Cycli Lunaris compositam, quorum orbe feriç & termini Paschales ad initium suum recurrebant, facto initio à Kalendis Ianuarij anno, in quem incidit baptismus Christi 15. Imperij Tiberij Cæsaris. Sed in eo quamplurimis erroribus deprehensis, anno Domini 545. Victor Episcopus Capuanus illum castigauit, vt ad hunc annum tradit Baronius; vel fortasse veriùs, id accidit anno 550. vt ex verbis ipsius Victoris colligi potest, ait enim: *Cùm Paschalis veneranda solemnitas, quanam die potissimùm proueniret, per anni præsentis Indictionem tertiam decimam, à nobis solicitè quæreretur, & iuxta Patrum venerabilia constituta octauo Calendarum Maiarum diceremus Resurrectionem Domini proculdubio celebrandam &c.* Hæc enim contingere non poterant nisi an. Dom. 550. nam Indictio huius anni per regulam, quam suprà assignauimus, est 13. Cyclus Solaris eiusdem anni est 27. Litera Dominicalis est B, ex Tabula p. 489. Cyclus Lunaris, seù Aureus Numerus est 19. Itaque ex *Tabella perpetua Aurei Numeri vnà cum literis Dominicalibus &c.* quam habes suprà pag. 491, inuenies Pascha anno Domini 550. incidere in diem 24. Aprilis, hoc est VIII. Kal. Maiarum. Congruit itaque dies Paschæ à Victore assignatus vnà cum Indictione 13. anno 550. non autem 545. Verosimiliùs igitur est, quòd anno Domini 550. non verò 545. Victor Capuanus manum apposuerit Cyclo Victoriniano, eumque castigauerit.

alijſque ad Paſchalis temporis computum ſpectantibus; ſed omnes iſti Auctores, qui Cyclos ſuos Enneadecaeteridibus 28. aut Cyclis Solis 19. compoſuerunt, ab *Hillele Hannaſsì* ſuis *Machazorrìm* -

מחוורים של לבנה ומחוורים של חמה ,

facem præbente lumen acceperunt; etenim omnium Latinorum Cycli decennouennales Paſchales, ſi rectè perpendatur, ſunt Cycli Hilleliani, & variant tantùm in diſpoſitione annorum: nam qui primus eſt in Hilleliano Cyclo, decimus ſeptimus eſt in Cyclo Latinorum; & primus Latinorum quartus eſt Hilleliani, vnde fit, vt non omnes Hilleliani embolimæi correſpondeant annis Cycli Latinorum, ſic annus 8. & 19. Hilleliani Cycli ſunt embolimæi, cùm tamen in Latinorum Cyclo ſint communes. Et anno 6. & 17. Latinorum ſint embolimæi, & in Cyclo Hilleliano ſint communes, vt in ſequenti laterculo proſpicitur.

telligitur de vndecimo Cyclo ex nouemdecim Cyclis Solaribus, qui in Cyclo magno Paſchali continentur, vt oſtenditur ſuprà in prima Rubrica *Cycli magni Paſchalis* pag. 495. Attamen, quia Beda *de ſex ætatibus* dicit Dionyſium ſcripſiſſe Cyclos Paſchales ſub Iuſtiniano, eoſque incæpiſſe ab anno Dominicæ Incarnationis 532. Iuſtinianus autem cæpit imperare anno Domini 527. hinc Baronius eodem anno 527. Dionyſium ſuos Cyclos compoſuiſſe aſſerit. Idem Baronius ibidem eundem Dionyſium Exiguum natione Scytham facit, cùm omnes ferè Auctores eum Romanum faciant. In Præfatione *cuiuſdam Studioſi* ſuper Circulos Cyrilli, Dionyſij, & Bedæ, quæ habetur in I. Tomo Operum Bedæ in ipſo exordio, dicitur: *Dionyſius Abbas genere Romanus Paſchales Circulos mira breuitate compoſuit &c.*

Tandem Aurelius Caſſiodorus anno 562. ſcribebat de Indictione adinuenienda currente, ac de Epacta,

Laterculum Cycli Hilleliani & Latinorum.

Cyclus Hillelianus		Cyclus Latinorum		Cyclus Bedæ	
	1	Embol.	17		12
	2		18		13
Embol.	3	Embol.	19	Embol.	14
	4		1		15
	5		2		16
Embol.	6	Embol.	3	Embol.	17
	7		4		18
Embol.	8		5	Embol.	19

Cy-

Cyclus Hillelianus		Cyclus Latinorum		Cyclus Bedæ.	
	9	Embol.	6		1
	10		7		2
Embol.	11	Embol.	8	Embol.	3
	12		9		4
	13		10		5
Embol.	14	Embol.	11	Embol.	6
	15		12		7
	16		13		8
Embol.	17	Embol.	14	Embol.	9
	18		15		10
Embol.	19		16	Embol.	11

illam ab Hillele excogitatam ſeruandam eſſe (aiunt) עד שיבוא משיח בן דוד *quouſque veniat Meſſias Ben Dauid.* quem fruſtra expectant. *Iuchaſsin* p. 90. Non defuerunt tamen quamplurimi ex doctioribus Rabbinis, qui de מחזורים *Machazorrim Cyclis,* deque toto Iudæorum Calendario egerunt, vel etiam de eodem integros libros compilarunt *Cyclum Hillelianum* elucidando, vti

R. Moſes Bar Maijmonis cognomento *Aegyptius* in libro ח״יד *Haijàd* Parte I. libro 3. זמנים *Zemanim* הלכות קידוש החדש *Halachòth kiddùſc Hachòdeſc.*

R. Moſes מקוצי *De Kòtzi* libro ס״מג *Samàgh,* id eſt ספר מצות גדול *Sèpher Mitzuòth gadòl Liber Præceptorum magnus,* Part. II. de Præceptis affirmatiuis, Præcepto 46.

Mardachæus Iaphè in לבושין *Leuuſcin,* לבוש החור *Leuùſc hachùr;* *Halachòth* ר״ח *Roſc Chòdeſc* num. 417. & ſeqq.

Imò ſecundùm quod habetur in Ephemeride Bedæ Tom. I. Cyclus decennouennalis tali modo eſt diſpoſitus, vt quamuis anni Latinorum non correſpondeant annis Hillelianis, nihilominus anni embolimæi omnes inter ſe ita concurrant, vt nulla ſit prorsùs diuerſitas inter Latinos & Hillelianos Cyclos, quod patet in laterculo in columella Bedæ. Dum enim ſepties in toto Cyclo fiant anni embolimæi, eodem modo quo fiunt in Cyclo Hebraico Hilleliano neceſſariò ſequitur, quod eadem ſit prima Luna vtriuſque anni tam Iudaici, quàm Latini, & per conſequens eodem Plenilunio erit Paſcha Iudæorū, & Chriſtianorum, ſeruata tamen cautela celebrandi Paſcha prima Dominica poſtquàm celebrarunt Iudæi.

Poſt *Hillelem Hannaſsi,* qui obijt circa an. Dom. 320. nullus Hebræorum nouam formam Cycli Iudaici componendi auſus eſt attingere, ſed

insigniorum rerum Epochæ, prout in mundi anno לפ״ק 435. min. supputationis, Christi 1674. quod pro exemplari assumimus, patebit. Ea enim, quæ in eo explicabuntur, norma & regula esse poterunt reliquorum annorum, exceptis paucis quibusdam, quæ pro anni variatione necessariò variari debent. Et quia quamplurima in hoc Iudaico Calendario inueniuntur, quæ vix aut nullo modo sine speciali explicatione intelligi possunt, ideò post Calendarium, illius explicationem adijciemus, seorsim quidem, & non permixtim cum Calendario, ne gignat confusionem; eamque, *Elucidationem Calendarij Iudaici* appellabimus.

Exemplum Calendarij Iudaici in anno תלה *435. min. supput. Christi 1674.*

אמת ומשפ״ט שלום שפטו בשעריכם.

Veritatem ומשפ״ט *Vmisceppàt & iudicium pacis iudicate in portis vestris*. Zachar, 8. v. 16. Literæ enim ומשפט in numeros resolutæ numerant 435.

שנת חמשת אלפי תלה לבריאת עולם.

Annus quinquies millesimus quadringentesimus trigesimus quintus à Creatione mundi.

An-

R. Isachàr Ben R. Mardochai Aben סוסאן *Susàn* integrum librum scripsit de Calendario Iudaico, quem vocauit ספר עיבור שנים *Sepher Ijbbùr sciànim Librum de annis embolimæis*. Excusus Venetijs apud Io. de Gara anno שנ״א 351. min. supput. Christi 1591. In 4.

R. Abraham צחלון *Tzahalòn de Saphèth* scripsit & ipse de Calendario Iudaico librum sub titulo יד חרוצים *Iad Charutzìm Manus sedulorum*. Excusus Venetijs apud Ioannem de Gara anno שנ״ה 355. min. supput. Christi 1595. In 4. & alij, quos in hac nostra Bibliotheca Rabbinica suis locis recensebimus.

His omnibus absolutis, quæ ad Computum Paschalem tam apud Hebræos, quàm apud Christianos pertinere videbantur, congruus ordo poscit, vt deinceps de Calendario, prout in menses & dies diuiditur, per integrum annum pertractemus.

De annuo Calendario Iudæorum.

Produnt Iudæi singulis annis suum Calendarium in expanso folio, aut inter paucas libelli chartulas inclusum, dispositum per menses, & mensium dies, quibus festa, stata, Ieiunia, Lectiones ex Pentateucho, & ex Prophetis, quæ per singula Sabbatha leguntur, ordinatim indicantur. Sed ante hæc omnia præmittuntur anni, qui hactenus transierunt ab exordio mundi vsque ad præsentis Calendarij annum, & insuper aliarum

Annus		
1	*Primus (annus) Cycli minoris*	א׳ למחזור קטן׃
287.	*Cycli Lunaris*	רפ״ז ללבנה׃
2	*Cycli maioris*	ב׳ למחזור גדול׃
195	*Cycli Solaris*	קצ״ה לחמה׃
3779	*A Diluuio*	ג׳ אלפים תשע״ט למבול׃
3439	*A Diuisione linguarum*	ג׳ אלפים תל״ט לפלגה׃
3487	*A natiuitate Patris nostri Abraha super eum sit pax*	ג׳ אלפים תפ״ז ללידת אאע״ה׃
3387	*A natiuitate Isaaci*	ג׳ אלפים שפ״ז ללידת יצחק׃
3327	*A natiuitate Iacobi*	ג׳ אלפים שכ״ז ללידת יעקב׃
3197	*A descensu Patrum nostrorum in Aegyptum*	ג׳ אלפים קצ״ז לרדת אבותינו למצרים׃
3067	*A natiuitate Mosis Magistri nostri super eum sit pax*	ג׳ אלפים ס״ז ללדת מרע״ה׃
2987	*Ab exitu de Aegypto, & data Lege*	ב׳ אלפים תתקפ״ז ליציאת ממצרים ומתן תורה׃
2947	*Ab ingressu in terram* (Chanaan)	ב׳ אלפים תתקמ״ז לביאת הארץ׃
2547	*A germinatione cornu Dauid* (id est vnctione in Regem)	ב׳ אלפים תקמ״ז לצמיחת קרן דוד׃
2507	*Ab aedificatione primi Templi*	ב׳ אלפים תק״ז לבנין בית ראשון׃
2231	*A captiuitate X. Tribuum*	ב׳ אלפים רל״א לגלות עשרת השבטים׃
2097	*A vastatione primi Templi*	ב׳ אלפים צ״ז לחרבן בית ראשון׃

Annus		
2046	*A principio Regni Medorum & Persarum.*	ב׳ אלפים מ״ו לראשית מלכות מדי ופרס:
2027	*Ab edificatione secundi Templi*	ב׳ אלפים כ״ז לבנין בית שני:
1992	*A principio Regni Graecorum.*	אלף תתקצ״ב לראשית מלכות יון:
1987	*A numero Contractuum, & obsignatione Visionis* (propheticę)	אלף תתקפ״ז לשטרות ולחתימת חזון:
1772	*Ab initio Regni Hasmonaeorum.*	אלף תשע״ב לראשית מלכות חשמונאי:
1674	*Ipse est annus secundùm eorum numerum* (scil. Christianor.)	אלף תרע״ד היא שנת 1674 להשבונם:
1607	*A vastatione Templi secundi*	אלף תר״ז לחרבן בית שני:
1534	*Ab obsignatione Miscnae*	אלף תקל״ד לחתימת משנה:
1401	*A Constantino* (Magno)	אלף ת״א לקוסטנטין:
1382	*A Fide* (Secta) *Manài* (Manichaeorum)	אלף שפ״ב לאמונת מאיני:
1196	*Ab obsignatione Ghemarae Babylonicae* (Talmudis)	אלף קצ״ו לחתימת גמרא בבלית:
1167	*Ab obsignatione Ghemarae Ierosolymitanae* (Talmudis)	אלף קס״ז לחתימת גמרא ירושלמית:
1104	*A natiuitate Muhamedis*	אלף ק״ד ללידת מחמד:
1080	*Ab exordio fidei Ismaelitarum*	אלף ע׳ לראשית אמונת ישמעאלים:
500	*Ab obsignatione libri Haijàd R. Mosis Bar Maijmonis, super eum sit pax*	ת״ק לחתימת הי״ד להרמב״ם ז״ל:

A trans-

Annus		
279	*A transmigratione Gallica*	רעט״ לגלות צרפת :
183	*A transmigratione Hispanica*	קפג״ לגלות ספרד :
175	*A transmigratione Portugallica*	קעה לגלות פורטונאל ;
3	*Anno* לשמיטה *Scemittà Intermissionis secundùm Rasci*	שנת ב׳ לשמיטה לרש״י :
2	*Anno Intermissionis secundùm Ri R. Isaacum*	שנת א׳ לשמיטה לר״י :

קביע *Keuiah* ὁρισμὸς *Terminus* (huius anni est) בש״. Annus est פשוטה *Pesciuttà Communis*.

Oremus coram Deo, Vt ædificet Aedem & Altare: Et veniet in Sion Saluator, & multitudo bonorum Domui Israël, Amen sic sit Voluntas (Dei).

תשרי *Tiscrì. Mensis Primus.*

Nouilunium תשרי *Tiscrì* fit die Dominico Hor. 10. Noctis antecedentis Chelakìm punctis 814. 30: Septembris secundùm motum medium.

Secundùm verum motum die Dominico H. 1. min. 20. sec. 16. eiusdem noctis die 30. Septembris. Existentibus Luminaribus in Libræ grad. 6. min. 22. sec. 2.

תקופתו לרב אדא *Tekuphà* Æquinoctium Autumnale *secundùm Ràu Ada* præcessit Fer. 2. Hor. 14. Chelakìm punctis 641. momentis 16. die 23. אלול *Elùl*, die 24. Septembris.

Anna Adonài hosciàh nna; ànna Adonài hatzlichà nna: Barùch habbà bescèm Adonài. Obsecro Domine saluum fac; obsecro Domine prosperare. Benedictus qui venit in nomine Domini.

Aduertendum tamen est, aliter scribi *Hosanna Rabbà*, de qua voce quærimus quid significet, quàm scribatur הושיעה נא *Hosciah-nna* Psalmi citati. Primo loco scribitur vnica dictione הושיענא *Hosciahnna*, seù corruptè *Osanna*; at secundo loco duabus dictionibus הושעה נא *Hosciàh nnà*, quæ sine vlla controuersia interpretatur *Salua quaeso*, vel *saluifica nunc*, aut *opem*

חג

De festo autem Tabernaculorum hic tantùm annotabimus. Illud esse vnum ex tribus solemnioribus festis, quæ Synagoga solebat celebrare. Et quamuis in Lege dicatur, Leuitic. cap 23. ver. 34.

בחמשת עשר יום לחדש השביעי הזה חג
הסכות שבעת ימים ליהוה:

In decimo quinto die mensis septimi huius, solemnitas Tabernaculorum septem diebus Domino. quod & repetitur Num. 29. 12. & Deuteron. 16. 13. 15. nempè septem diebus debere celebrari; Iudæi nihilominus per octiduum illud celebrant, addentes ei octauum diem, quem שמיני עצרת *Scemini atzèreth* appellant, de quo paulò post.

Die 21. *Tisri Arauà &c.* Septimus hic dies Tabernaculorum duplici vocabulo insignitur ערבה *Arauà*, & הושענה רבה ערבה *Hosannà rabbà*. ערבה *Ahrauà* propriè significat *Salicem*, & quia hoc die præter salicem in quodam fasciculo cum alijs ramulis colligatum, de quo alibi dicemus, alios salicum ramulos accipiunt, & eos gestantes septies suggestum processionaliter circumeunt, ideò hic dies nomine ערבה *Arauà* appellatur.

Vocatur etiam הושענא רבא *Hosannà rabbà*. Quid autem significet *Hosanna* paucis est videndum. D. Augustinus Tract. 51. in Ioan. de *Hosanna*, ait: *Vox autem obsecrantis est, Osanna, sicut nonnulli dicunt, qui Hebraam linguam nouerùnt, magis affectum indicans, quàm rem aliquam significans, sicut sunt in lingua Latina,*

פירוש להושענות *Pirùſc lehoſciaahnòth Expoſitio Hoſannarum* , intelligitur *Precum* diei feſti Tabernaculorum, & per totam hebdomadam recitandarum. Singulis enim diebus huius hebdomadæ recitant Preces, quæ per vocem הושענא *Hoſanna* , incipiunt, vel finiunt; vt -

הושענא למענך אלהינו הושע נא :

Salua quæſo propter te Deus noſter; ſalua quæſo.

למענך אדני האדונים הושענא :

Propter te Domine Dominorum ſalua obſecro. Propter te &c. בוראנו *Creator noſter* : גואלנו *Redemptor noſter*. דורושנו *Doctor noſter &c.* ſemper interponunt הושענא *Hoſanna* , quod per hebdomadam idem ſemper canunt. Ideoque huiuſcemodi Preces הושענות *Hoſaahnnòth* appellantur.

II. *Hoſanna* ſignificat feſtum, quod ſeptimo die Tabernaculorum celebratur, imò propter nonnullas ſpeciales ceremonias in hoc die addi ſolitas vocatur הושענה רבה *Hoſanna Rabbà Hoſanna magnum*. *Leuùſc Hachùr, Halachòth lulàu* num. 664. §. 1. habet -

יום חמישי של חול המועד שהוא שביעי של סוכות קורין אותו הושענה רבה :

Diem quintum interfeſtum; qui eſt ſeptimus Tabernaculorum, vocant illum Hoſanna Rabbà. Et addit; quia in eo ſuperaddunt ramulos ſalicis, præter illum, quem colligatum habent in faſciculo, & circumeunt ſuggeſtum ſeptem vicibus vnà cum faſciculo לולב *Lulàu Spatula Palmæ &c. & malo citreo*, & hoc, vel in memoriam Tem-

opem fer nunc: nam nullus eſt, niſi ſit omninò ignarus linguæ Hebraicæ, qui neſciat vocem נא *Nà* eſſe particulam deprecantis. Vnde ſecundùm hanc partem non malè dicebant illi apud Auguſtinum: *Oſanna vocem eſſe magis affectum indicantem quàm rem aliquam ſignificantem*; & hoc modo inter illas particulas, quas *interiectiones* vocamus, eam cum eodem Auguſtino referre poterimus. Et licèt vox הושענה *Hoſanna* vnica dictione exarata in duas reſolui poſſit, & ſic ſignificatum ipſius non differat à ſignificato הושיעה נא *Hoſciàh-nna*, quia vtraque vox ex eadem radice ישע *Iaſciàh* procedit; attamen הושענא vnica dictione prout in Calendarijs, & Ritualibus Hebræorum ſcribitur, alium omninò diuerſum ſignificatum habere deprehenditur.

Porrò ex Iudæorum libris Ritualibus vocem הושענא *Hoſanna* quatuor ſignificare inuenio. Primò, Preces ad feſtum Tabernaculorũ ſpectantes.

II. Septimam diem feſti Tabernaculorum.

III. Salicem, vel ſalicum ramulos geſtari ſolitos die ſeptimo eiuſdem feſti.

IV. Ramulum ſalicis incluſum in ſolemni illo faſciculo, vel etiam totum faſciculum compoſitum ex tribus ramorum ſpeciebus, videlicet ſpatula Palmæ, ſalicibus de torrente, & ramulis myrthi.

Sumitur pro precibus ſpectantibus ad feſtum Tabernaculorum, & ad totam eiuſdem feſti hebdomadam, vt quando in *Machazore* legitur

ולקחתם לכם ביום הראשון פרי עץ הדר כפות תמרים וענף עץ עבות וערבי נחל ושמחתם לפני יהוה אלהיכם שבעת ימים ׃

Et accipietis vobis in die primo fructum arboris pulcherrimæ, spatulas Palmarum, & ramum ligni densarum frondium, & salices torrentis; & lætabimini coram Domino Deo vestro septem diebus. Per fructum arboris pulcherrimæ intelligunt *malum Citreum*, quod אתרוג *Ethrògh* vocant, & volunt vt sit integerrimum, non maculosum, non rubiginosum, non aliqua ex parte acu, vel spina perforatum, sed perfectum cum suo petiolo; non passum, aut aridum, & sine succo. Idoneam etiam magnitudinem in eo requirunt, quæ si maioris oui minor fuerit פסול *Pasùl*, ineptum esse decernunt. Vide *O'rach chaiim* n. 648. Vniunt hunc fructum cum fasciculo, quando eundem ad quatuor mundi plagas propellunt. Ibid. n. 651. §. 11.

Per כפות תמרים *Cappòth Themarim spatulas Palmarum* intelligunt ramulum Palmæ Dactyliferæ. Hunc vocant לולב *Lulàu*, eumque *Rambàm Halachòth Lulàu* capite 7. in ipso principio cap. ita describit.

כפות תמרים האמורות בתורה הן חריות של דקל כשיצמחו קודם שיתפרדו העלין שלהן לכאן ולכאן אלא כשיהיו כמו שרביט והוא הנקרא לולב ׃

Cappòth Themarim, de quibus dicitur in Lege (Leuit. 23. 40.) *sunt rami Palmarum, quando germinant, antequam separentur, hinc inde folia, sed adhuc sunt veluti sceptrum; hi enim vo-*

Templi Ierosolymitani, in quo eadem ceremonia exercebatur, vt legitur in *Miscnà* cap. לולב וערבה *Lulàu & Arauà*, num. 5. vt paulò post referam: vel ob septem sphæras cælorum, vt dicitur in *Pirùsc Machazòr* ad hunc locum: vel ob memoriam *Jerico*, quam etiam septem vicibus circumierunt, vt ibidem. Sed vt vt sit, certum est; hunc diem cæteris intermedijs celebriùs à Iudæis coli. In eo quippè multiplicant Psalmos, addunt lucernas in Synagoga, easque ac si esset dies expiationum accendunt: existimant enim in hoc die à Deo decerni mensurā, & qualitatem pluuiæ, quæ in eodem anno descendere debet, ideò prolixiùs orant, atque ob hunc finem replicant הושענאות.

III. *Hosanna* sumitur pro ערבה *Arauà Salice*. Pro quo nota; hunc diem septimum Tabernaculorum vocari etiam ערבה *Arauà Salicem* metonymicè. Solent enim Iudæi primo die huius festi adhibere fasciculum compactum ex tribus speciebus ramorum, scilicet *Spatulæ Palmæ; Myrti; & Salicis de torrente*. Hunc dextera gerunt & sinistra *malum citreum*. & recitatis quibusdam Precibus, atq; Psalmo 118. *Confitemini Domino &c.* incæpto, concutiunt fasciculum, eumque ad quatuor plagas mundi impellunt, ter versus Orientem, ter versus Meridiem, ter versus Occidentem, ter versus Septentrionem, dein ter sursum in aëra, ter denique deorsum versus terram, vt hac gesticulationis ratione obseruare se credant id quod præcipitur Leuit. 23. 40.

vocantur לולב *Lulàu*. Est itaque *Lulàu* in prima eius significatione, Palmæ spathes, cuius folia spinæ dorsi ipsius hinc inde tenaciter inhærent, eo quia nouiter à trunco erumpunt Palmæ, nec ad maturitatem adhuc deuenerunt. De quo plurima inquirunt Rabbini ad hoc, vt idoneum euadat festi instrumentum. Volunt enim, vt folia gemina erumpant per spinę dorsum spatulę gradatim vnum super alterum. Cauent ne sint arida, aut scissa, vt vnũ duo folia appareat: non illorum summitas amputata, aut adeò curua, vt spina dorsi videatur luxata; si autem summitas *Lulàu* parumper curuetur, vt in omnibus Palmarum spatulis contingere solet, tanquam illegitimum non reijciunt, imò laudant. Plura de *Lulàu* vide in *Rambàm* loco citato, & in *Baàl Turim, O'rach chaiìm* num. 645.

Lulàu in secunda significatione sumitur pro toto fasciculo ramorum trium specierum arborum, de quo iam aliquid dictum est. In hac significatione vsurpatur in Rubricis Ritualium quando de eo legitur: *Solent in aliquibus locis tempore matutino surgere, & accipiunt.*

את הלולב קודם התפלה הלולב בידו הימינית והאתרוג בשמאלו וכו׳ :

Lulàu ante Preces (id est fasciculus) *Lulàu in manu dextera, & Citrum in* (manu) *sinistra &c.*

Pro ענף עץ עבות *Ahnàph ehez abnòth ramum ligni densarum frondium* intelligunt *myrtum*, quem communiter vocant הדס *Hadàs*, vel אסא *Asà*.

וערבי נחל *Veahrué nàchal Et salices torrentis*, est ramulus salicis specialis non excisus tantùm ex salicibus quæ in torrentibus crescunt, sed vt ait *Harambàm Halachòth Lulàu* cap. 7. num. 3.

אלא מין ידוע הוא הנקרא ערבי נחל עלה שלו משוך כנחל ופיו חלק וקנה שלו אדום וזה הוא הנקרא ערבה ורוב מין זה גדל על הנחלים לכך נאמר ערבי נחל ואפילו היה גדל במדבר או בהרים כשר :

Est species salicis nota Vocata Ahrué nàchal salices torrentis, cuius folia sunt protracta instar torrentis: os eius est lene, & calamus ruber, & hoc ipsum Vocatur ערבה *Ahravà: Vt plurimùm ista species crescit circa torrentes, idcircò dicitur salices torrentis; quæ si crescat in deserto, aut in montanis, idonea est.* Hactenus *Rambàm*.

Vocatur autem dies septimus festi Tabernaculorum ערבה *Ahravà*, non à ramulo salicis colligato in fasciculo *Lulàu*, sed ab alijs ramis salicum, quos antiquitùs parabant in hoc die pro honore Altaris Templi Domini, siquidem ex loco quodam propè Ierusalem מוצא *Motzà* nuncupato colligebant eiusmodi ramos virentibus folijs, quibus circumibant Altare: de qua functione hoc modo scribitur in משנה *Miscnà* Codice *Succà* capite 4. num. 5:

מצות ערבה כיצד מקום היה למטה מירושלם ונקרא מוצא יורדין לשם ומלקטין משם מורביות של ערבה ובאין וזוקפין אותן בצידי המזבח וראשיהן כפופין על גבי המזבח תקעו והריעו ותקעו בכל יום מקיפין את המזבח פעם אחת ואומר אנא יהוה הושיעה

non explicat illa verba: אני והוא *Anì Vehù* R. Iudæ, nec alia ליה ולך *Leiàh Velàch* R. Eliezeris. Glossator Codicis *Succà* cap. 4. in *Talmude* pagina 45. dicit -

אני והוא בגימטריא אנא יהוה׃

Anì Vehù per Ghematriam esse ac אנא יהוה *Anna Adonài*. At cùm אני והוא Vnitate excedat numerum אנא יהוה, commentum istud Cabalicum corruit, nisi fictitiam vnitatem, vt facere solent, addant. Aliud ibidem, alterius speciei Cabalæ, innuitur non maioris ponderis interpretamentum, deductum ex trium versiculorum Exod. cap. 14. ver. 19. 20. & 21. literarum certa combinatione, qua 72. nomina eliciuntur, sancta ab eis, licèt superstitiosè, existimata, quorum trigesimum septimum cùm sit אני, volunt R. Iudam huc respexisse, illudque pro Dei nomine vsurpasse, eique adaptant illud Ezechiel. 1. 1. ואני בתוך הגולה *Et Anì ego* (sum) *in medio transmigrationis*: Sicuti & והוא *VeHù* illud Ierem. 40. 1.

והוא אסור באזקים בתוך כל גלות׃

Vehù & ipse vinctus (est) *in catenis, in medio omnis transmigrationis*. Volunt enim Deum esse in captiuitate cum Iudæis, & ab ea liberatum iri, quando Iudæi liberabuntur: *Cùm ipso sum in tribulatione* (inquiunt) *eripiam eum & glorificabo eum &c.* Psal. 91. 15. Hinc est quòd in Precibus huius diei tam crebrò repetunt אני והוא הושיעה נא *Anì Vehù hosciah-nna*, vt in *Machazorim* ad hunc diem. De com-

הושיעה נא אנא יהוה הצליחה נא רבי יהודה אומר אני והוא הושיעה נא ואותו היום מקיפין את המזבח שבעה פעמים בשעת פטירתן מה הן אומרים יופי לך מזבח יופי לך מזבח רבי אליעזר אומר ליה ולך מזבח ליה ולך מזבח׃

Præceptum ערבה *Ahrauà quomodo* (fiebat)? *Locus erat infra Ierusalem, qui vocabatur Motzà, cò descendebant, & inde colligebant ramos salicis; afferebant & erigebant eos ad latus Altaris, & summitates eorum inclinatæ erant super Altare: clangebant & personabant, & clangebant tota die; circuibant Altare semel, & dicebant: Annà Adonài Hosciàhnna. Annà Adonài Hatzlichànna. Obsecro Domine salua quæso: Obsecro Domine, prospera quæso. R. Iudas dicit:* אני והוא *Ego, & ipse, salua quæso - Die autem illo* (id est septimo die festi) *circuibant Altare septem vicibus. Hora qua discedunt quid dicunt? Pulchritudo* (sit) *tibi ò Altare; pulchritudo sit tibi ò Altare. R. Eliezer dicit:* ליה ולך *Deo & tibi Altari; Deo & tibi Altari.* Idipsum clarius explicat *Rambàm in Halachòth Lulàu* cap. 7. num. 23. his verbis -

בכל יום ויום היו מקיפין את המזבח בלולביהן בידיהן פעם אחת ואומרין אנא יהוה הושיעה נא אנא יהוה הצליחה נא וביום השביעי מקיפין את המזבח שבע פעמים׃

Singulis (hebdomadæ Scenopegiæ) *diebus circuibant Altare, tenentes præ manibus fasciculum Lulàu, & dicebant: Obsecro Domine, saluum fac obsecro: Obsecro Domine prospera obsecro. In die autem septimo circuibant Altare septem vicibus.* Sed Ægyptius in hoc loco

הוה

ne vllo articulo יָהּ יָהּ *Iah Iah*, & ſecundùm Syram, vulgique tunc temporis pronunciationẽ *Ioh, Ioh*. Hinc forſan ſumpſere ſuum *Io* Latini, ad exprimendum lætitiæ affectum. Solebant enim Romani milites, & populus, dum Imperator triumphum ageret, cum ramis Lauri procedere, & acclamare *Io, Io Triumphe*. Huius rei teſtes ſunt Nummi, qui inter antiquitatis reliquias inuenti, annotati fuerunt ab Auctoribus. Vnus ex his exhibet Antonius Auguſtinus Dial. 1. in cuius verſa parte ramus Lauri viſitur cum Epigraphe; *Io, Io, Triumphe*; & in parte prorſa inſculptę cernuntur duæ armillæ in medio duorum anguium in orbem, & mutuò ſeſe reſpicientium. Eandem lætitiam oſtendebant quando in honorem Apollinis Pæana decantabant, vt innuitur ab Ouid. 2. De arte aman. *Dicite Io Paan, & Io bis dicito Paan*.

Itaque vocem *Io* ab Hebræis mutuati ſunt Gentiles, eaque cum diſcrimine vtebantur; Hebræi ſiquidem eam proferendo verum Deum laudabant; Gentiles falſis Numinibus, vel etiam impuris hominibus attribuebant. Et hæc incidenter de voce *Iah* & *Io*. Sed redeamus ad ערבה *Ahrauàh*, cuius nomine ſalices ſeptimo die Tabernaculorum parari ſolitos ita vocari perſpicuum eſt ex hactenus dictis. Quibus addi poterit auctoritas *Leuùſc Hachur Halachòth Lulàu* num. 664. §. 6. qua dicitur ואין אדם יוצא ידי חובתו בערבה שבלולב אפי׳ אם הגביה אותה שתי פעמים אחת לשם לולב ואחת commigratione Dei in exilium cum Iudæis vide quæ diximus de Deo Rabbinico in I. Par. §. 16. pag. 622. col. 2. Et de hac ſpecie Cabalæ ex ver. cit. deducta vide infra Par. III. in *R. Ioſeph Gigatella*. Sic torquentur Iudæorum Doctores dum duas voculas אני והוא explicare contendunt.

Non minùs laborant in explicatione alterius voculæ ליה R. Eliezaris: Nonnulli eam legunt לֵיהּ *Leei*, vt *Codex Miſcnicus Conſtantinopolitanus cum punctis*; vt per eam gratiæ Deo referantur Auctori remiſſionis culpæ præſtitæ, vt credunt, per Altare. Alij legunt לְיָהּ *Leijàh Deo* vt Amſtelodamenſis cum punctis, ſecũdùm quam expreſsè laudatur Deus & Altare; quæ lectio non ita libenter admittitur ab Auctore *Pirùſc* עץ חיים, cùm ex ea videatur coniungi nomen Diuinum cum re corruptibili, quod nefas eſſe volunt Rabbini. Vnde notant, nunquam in Codicibus *Miſcna* hoc Diuinum nomen יָהּ *Iah* reperiri, quin nec in ipſo Legis Libro, vnico tantùm loco excepto, Exod. c. 15. 2. עזי וזמרת יה *Fortitudo mea & laus mea Iah Dominus*. At ego ſine ſcrupulo vtramque approbarem lectionem, ſed ſecundam primæ præferrem, cùm in ea explicitè Deus laudetur; & veroſimilius eſt, completa Tabernaculorum feſtiuitate, populum reuerſurum ad propria, cum reliquijs ramorum ſalicum, feſtiuis vocibus, inclamare conſueuiſſe לֵיהּ לֵיהּ *Leiàh, Leiàh*; vel abſolutè ſi-

ואהת לשם ערבה דיומא ויש אומרים שיוצא בה אבל אין נוהגין כן אלא עושין ערבה בפני עצמה וקורין לה הושענה ע״ש שאומרים עליה ההושענות ולכך נוהגין ג״כ ליטול ז׳ בדים כנגד ז׳ ההושענות שאומרים עמה :

Et non egreditur homo à sua obligatione (si vtatur) *salice existente in fasciculo Lulàu, quamuis illam duabus vicibus eleuet, Vna nomine Lulàu, altera nomine Abrauà salicis festiui huius diei* (septimi Tabernaculorum). *Sunt qui dicant, quòd ea egrediatur* (ab obligatione) *Verùm non ita solent agere, sed parant sibi* ערבה *Abrauà peculiarem, eamque vocant* הושענה *Hosahnna, ex eo quòd super eam dicant* (Preces) *Hosahannòth, & ideò solent etiam accipere septem genicula* (rami salicis) *iuxta septem Hosahannòth, quas recitant super eam*. Ex qua auctoritare clarè apparet non solùm Hosanna sumi pro peculiari salicis ramulo festiuo huius diei septimi Tabernaculorum, sed etiam pro Precibus eiusdem diei, vt suprà ostensum est.

Quartò tandem הושענה *Hosanna* sumitur pro salicis ramulo incluso in fasciculo *Lulàu*, vel pro toto ipso fasciculo. Secundùm hunc sensum intelligendus est locus *Ghemaræ* in Codice *Succòth* cap. 3. pag. 33, lin. 3.

אסא מצראה כשר להושענא :

Myrthus Aegyptiaca idonea est pro Hosanna, id est vt colligatur cum reliquis ramulis in fasciculo, qui dicitur *Hosanna*. Posset etiam intelligi vt sit idonea pro festo nuncupato *Hosanna*.

Pressiùs forsan accipitur in alio loco *Ghemaræ* Codice eodem pagina 46. b. paulò post medium, vbi

אמר רבי זירא לא ליקני איניש הושענא לינוק ביומא טבא :

Dicit R. Zirà: Non comparabit quisquam Hosanna pro puero in die festo. Hosanna, id est ramulum salicis, vel totum ipsum fasciculum, in quo ramulus salicis colligatur.

Patet euidenter ex his auctoritatibus quòd *Hosanna* ab antiquis Hebræis, pro salicum & myrthorum ramulis, ac pro spatulis Palmarum, ex quibus conflabant fasciculos festiuos pro solemnitate Tabernaculorum, accipiebatur. *Hosanna* itaque si quis dicat, perinde esse ac si eiusmodi arborum ramos diceret, perspicuum est. Hinc igitur patet, quid de *Hosanna*, quod apud Euangelistas reperitur, sit dicendum. Æquè nempè interpretandũ est pro ramis arborum, ac pro *Obsecro quæso, salua obsecro*. Porrò loca Euangelistarũ, in quibus hæc vox *Hosanna* extat, sunt. Matth. 21. 8. *Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & sternebant in via: turbæ autem, quæ præcedebant, & quæ sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: Hosanna in altissimis*. Marc. 11. 8. *Multi autem vestimenta sua strauerunt in via: alij autem frondes cædebant de arboribus, & sternebant in via*. v. 9. *Et qui præibant, & qui sequebantur, clamabant, dicentes: Hosanna: Benedictus qui venit in nomine Domini: benedi-*

ſignificet, nec coarctari poſſit ad aliquod peculiare vocabulum Latinum, aut Græcum: nam ramus ſalicis extra faſciculum, itemque in faſciculo incluſus, totus quoque ipſe faſciculus, nomine *Hoſanna* frequenter venit, in quo cùm includantur aliarum ſpecierum arborum rami, vti Palmæ, & Myrthi, pro Palma & Myrtho nonnunquam etiam accipi *Hoſanna* perſpicuum eſt; cùm (inquam) non inueniatur aliqua Latina, aut Græca vox, quæ iſta omnia ſimul explicet, ideò conſultò Euangeliſtæ Hebræam vocem *Hoſanna* ſine interpretione reliquerunt. Hinc collige הושענה *Hoſanna* à turbis acclamatum, & relatum ab Euangeliſtis, non fuiſſe illud vocabulum, quod habetur in Pſal. 118. 25. הושיעה נא, licet ab eo deductum, ſed à vulgo efformatum ad prædicta ſignificandũ, quamuis corruptè & impropriè. Pronunciatũ verò fuit à turbis ſub vtraque ſignificatione, vulgari ſcilicet, & ſcripturali. *Vulgari*, quia acclamauerunt *filio Dauid Hoſanna*, in ſignum lætitiæ & exultationis, vti acclamare ſolebant milites Imperatori, *Io Io Triumphe*; *Scripturali*, quia addiderunt ver. 26. Pſal. 118. ברוך הבא בשם יהוה *Benedictus qui Venit in nomine Domini*.

Eodem die ſeptimo Tabernaculorum ſolemniùs præ cæteris diebus hebdomadæ fiebat antiquitùs ניסוך המים *Niſsùch Hammàim Libatio, ſiuè effuſio aquarum*. Hauriebant enim aquas de fonte Siloë, eamque ſuper Altare effundebant ſecundùm ritum ſummatim deſcriptũ in *Miſcnà* Co-

ctum quod venit regnum Patris noſtri Dauid: Hoſanna in excelſis. Luc. 19. 36. *Eunte autem illo, ſubſternebant veſtimenta ſua in via:* verſic. 37. *Et cùm appropinquaret iam ad deſcenſum montis Oliueti, cœperunt omnes turbæ Diſcipulorum gaudentes laudare Deum voce magna ſuper omnibus, quas viderant, virtutibus, dicentes: Benedictus, qui venit Rex in nomine Domini, pax in cælo, & gloria in excelſis.* Ioan. 12. 12. *In craſtinum autem turba multa, quæ venerat ad diem feſtum, cùm audiſſet, quia venit Ieſus Ieroſolymam: acceperunt ramos Palmarum, & proceſſerunt obuiam ei: & clamabant: Hoſanna, benedictus, qui venit in nomine Domini*. Turbæ, quæ præibant, & quæ ſequebantur Ieſum equitantem, ferentes ramos Palmarum, clamabant: *Hoſanna filio Dauid: Hoſanna, benedictus qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis*. Quaſi dicerent: Rami iſti ſint filio Dauid, Cui meritò acclamamus *Hoſanna*, & obſecramus vt nos ſaluet, iſte *qui venit in nomine Domini: Hoſanna in excelſis*. Rami iſti Palmarum, quos in manibus portamus, ſint in honorem Dei, qui in excelſis habitat. Solebant enim hæ acclamationes fieri Deo, vnde hæc audientes quidam Phariſæorum de turbis ſcandalizati ſunt, non intelligentes myſterium redemptionis futurum per Meſſiam Deum, & Hominem.

Quæres, Cur vox הושענה ὡσαννά *Hoſanna* non fuerit ab Euangeliſtis expoſita?

Reſp: Quia cùm *Hoſanna* plura

descendentes per vallem Iosaphath vsque ad puteum Ioab Ben Tzaruiàh (vt dicitur in Epistola itineraria Terræ Sanctæ) non longè ab Vrbe Ierusalem efformata parua lacuna, efficitur locus ad natandum aptissimus, qui ab illarum nomine *Natatoria Siloë* a Scriptura appellatur, ad quam missus est cœcus à Domino, vt lutum ex sputo factum ab oculis ablueret. Ad has aquas videtur respexisse Dominus, quando apud Ioann. 7. 37. *In nouissimo die magno festiuitatis stabat, & clamabat, dicens: Si quis sitit, veniat ad me, & bibat.* Erat enim dies septimus nouissimus Scenopegiæ Num. 29. 12. inuitans populum ad hauriendum aquas nobiliores cælestis doctrinæ de fontibus Saluatoris: eò quippe die totus populus erat occupatus circa cultum religionis ניסוך המים, processionaliter procedebat, associabatque amphoram aquæ libaminis. Cùm appropinquaret is, qui amphoram portabat, Portæ Templi aquarum nuncupatæ, tubis personabant in signũ lætitiæ. Ingressus in Templum, magna religione, super Altare effundebat. Quòd si extra Altare, vel casu effunderetur, id pro maximo piaculo reputabant. Accidit aliquando (referente *Miscnà* Cod. *Succà* cap. 4. num. 9.

נסך אחד על גבי רגליו ורגמוהו כל העם באתרוגיהן ׃

Vt effunderet quidam (aquas libaminis) *super pedes suos, & lapidauit eum omnis populus malis citreis.* In *Ghemarà* dice *Succà* capite 4. numero 9.

ניסוך המים כיצד צלוחית של זהב מחזקת שלשה לוגים היה ממלא מן השילוח הגיעו לשער המים תקעו והריעו ותקעו וכו׳ ׃

Aquarum libamen quomodo fiebat? Amphora aurea capiens ternos sextarios replebatur ex (aquis fontis) *Sciluàch Siloë*, [R. Salomon

השילוח מעיין הוא סמוך לירושלם ׃

Siloë est fons coniunctus Ierusalem] *pertingebant ad portam aquarum*, [R. Salomon: *Porta aquarum erat vna ex portis atrij ita vocata; quia per eam introducebant* צלוחית של מים של ניסוך בחג *amphoram aquarum, quæ libandæ erant in die festo*]. *clangebant, & vociferabantur, & clangebant* [R. Salomon

משום שמחת דכתיב (ישעיה יב׳ ׃ ג׳ ׃) ושאבתם מים בששון וגו׳ ׃

propter lætitiam S. S. (Isai. 12. 3.) *Et haurietis aquas in gaudio &c.* Idipsum habetur in *Ghemarà* ibidem

מנא הני מילי אמר רב עינא דאמר קרא ושאבתם מים בששון ממעיני הישועה ׃

Vnde sunt hæ res? Vnde probantur ista? Dixit Rau Ihnà: Quia sic dicit Scriptura (Isaiæ 12. 3.) *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salutis.*

Commendantur aquę Siloë ab Isaia 8. 6. ob לאט *lenitatem*, quia fluunt leniter: nam inter sentes & fruteta delitescentes istæ aquæ, quietè & cum silentio erumpunt: & in decliuiori parte

ומי השלוח יורדין בעמק יהושפט עד באר יואב בן צרויה ׃

Ghemarà ad hunc locum dicitur, hunc fuisse hæreticum Sadducæum, & incredulum aquis libaminum. Hanc solemnitatem vtcumque retinere credunt Iudæi etiam hodie, ideò dicit *Rambàm Halachòth Lulàu* cap. 7. num. 23.

וככר נהגו ישראל בכל המקומות לחניח תיבה באמצע בית חכנסת ומקיפין אותה בכל יום כדרך שהיו מקיפין את המזכח זכר למקדש :

Quod etiam nunc soleant Israëlitæ vbique locorum sistere Arcam siuè suggestum in medio Synagogæ, illudque circumire per singulos dies (hebdomadæ Tabernaculorum) *iuxta ritum priscum circumeundi Altare, & hoc in memoriam Sanctuarij*. Singulis quidem hebdmadę diebus solebant olim Altare circuire, sed die septimo festiuitatis septies replicabant per gyrum Altaris processionales incessus, teste eodem *Rambàm* loco citato -

בכל יום היו מקיפין את המזכח בלולביהן בידיהן פעם אחת ואומרין אנה יחוה חושיעה נא אנא יחוה חצליחה נא וביום השביעי מקיפין את המזכח שבע פעמים וכו׳ :

Singulis diebus hebdomadæ solebant (antiquitùs) *semel circuire Altare, Lulàu* (fasciculum festiuum) *præ manibus ferentes, & dicebant: Obsecro Domine saluum fac obsecro. Obsecro Domine prosperare obsecro. In die autem septimo circumibant Altare septem vicibus*. Idipsum hodie facere affectant, licèt Ædes & Altare iam diù diruta sint atque euersa. Completa enim oratione מוסף *Musiaph auctaria* extrahunt ab Arca omnes

libros Legis: etsi mille in ea fuissent, omnes in honorem festi depromunt. Et subinde incipiunt הקפות *Hakaphòth circuitiones* circa suggestum, & quamlibet ex his attribuunt vni ex Patriarchis, vel alijs antiquis Viris religione & pietate insignibus, videlicet *Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Iosepho, Mosi, Aharoni, & Dauidi*, quia dicunt in מסכת *Massèchcth* דרך ארץ זוטא *Dèrech èretz zuttà* cap. 1. longè post medium -

שבעה אבות כרותי כרית אלו הן אכרהם ויצחק ויעקב משה ואחרן ופנחס ודוד :

Cum septem Patribus percussum fuisse fœdus, cum Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Mose, Aharone, Phinees, & Dauid. Ideò ob fœdera facta cum istis, ijsdem viris attribuunt suas circa suggestum obambulationes: mutant autem *Phineem* in *Iosephum*, ob Cabalisticas quasdam rationes, quas tædet me hic referre, ne tempus & chartam sine fructu teram.

Die 22. *Scemini ahtzèreth Octaua Tabernaculorum* ex Num. 29. 35. -

ביום השמיני עצרת תהיה לכם וגו׳ :

In die octaua ahtzèreth retentio erit vobis &c. עצרת *Ahtzèreth* à עָצַר *claudere* deducitur, quasi fuerit festi solemnis clausula. Exponi potest etiam *detentio*, vel *collecta* ab eadem radice; *detentio* quidem, quia adhuc vno die detinebatur populus, non secùs ac amicum hospitem per septem dies hospitio recipiens amicus, maioris amicitiæ affectum exprimere volens octauo adhuc die

apud

sto Tabernaculorum dies festus non est, licet in eo opera seruilia non permittantur, vt maiori cum veneratione tota hebdomada Tabernaculorum absoluatur. Hinc Iudæi, quamuis hoc octauo die in Tabernaculis prandeant, non tamen præmittunt benedictionem Tabernaculi, & vt idipsum Tabernaculum iam profanum esse redditum ostendant, immundas ollas, aliaque sordida vtensilia in illud inferunt. Nihil igitur festiuum ex Legis præcepto in hoc octauo die vnquam fuit in vsu etiam tempore, quo Dei Templum adhuc Ierosolymis extabat. Vnde patet, diem illum apud Ioan. 7. 37. appellatum *nouissimum magnum festiuitatis*, nempè Tabernaculorum cùm stabat Iesus, & clamans populum inuitabat, vt veniret ad suæ doctrinæ fontem: *Si quis sitit, veniat ad me, & bibat*, non potuisse esse hunc diem octauum Collectarum, vt putat Toletus cum alijs; sed potiùs dicendum cum Theophylacto fuisse diem septimum. Neque probari potest quòd octauus fuerit æquè *celeberrimus*, ac primus: nam quod affertur ex Leuit. 23. 27. non sonat *festiuitatem*, sed tantummodo *celeberrimū*; atq; ideò *sanctissimus* à Vulgata vocatur, proptereà quod omne opus seruile in eo prohibeatur.

Die 23. *Simchàth Thorà. Lætitia Legis*. Orditur à vespera diei huius, hoc est à primis Vesperis post Solis occasum diei 22. duratque per totum hunc diem 23. Non est festum indictum à Scriptura, sed ex Rabbino-

rum

apud se retinere peroptat. *Collecta* verò, vel ob collectionem frugum serotinarum, ex quibus primitiæ afferrebantur; vel ob collectionem pecuniarum & eleemosynarum in vsus Sacrificiorum: vel denique quòd adhuc populus collectus esset, nec dimissus.

Et quamuis in hac die prohibitum esset aliquid operari ex Legis statuto Leuit. 23. 36.

עצרת היא כל מלאכת עבודת לא תעשו ׃

Ahtzèreth retentio est ipsa, omnem functionem seruitutis non facietis; atque ideò à Vulgata *Dies sanctissimus* appelletur: attamen in textu Hebraico nomine חג *Chàgh festiuitatis* non insignitur, vti fit septem diebus antecedentibus. Nam Leuit. 23. 34. dicitur.

בחמשה עשר יום לחדש השביעי הזה חג הסכות שבעת ימים ליהוה ׃

In quinta decima &c. festiuitas Tabernaculorum septem diebus Domino. & ver. 39.

אך בחמשה עשר יום לחדש השביעי באספכם את תבואת הארץ תחגו את חג יהוה שבעת ימים ׃

Verumtamen in quinta decima die mensis septimi, in colligendo vos prouentum terræ, festiuitatem celebrabitis, festiuitatem Domini septem diebus. Quando autem de hoc octauo die Scriptura loquitur ibid. ver. 26. non dicit ביום השמיני חג עצרת *In die octauo festiuitas Ahtzèreth retentionis*, sed tantùm עצרת היא *Ahtzèreth hi Retentio est*, quasi diceret: Dies octauus à fe-

rum decreto institutum: vnde ceremoniæ, quæ in ipso obseruantur, omnes ex cerebro Rabbinorum prodierunt. Vocant *Lætitiam Legis*, quia lætantur & conuiuantur Iudæi ob absolutam annuam lectionem totius Pentateuchi Mosis. Epulantur opiparè, secundùm illud quod de Rege Salomone afferunt, qui venit Ierusalem, stetit coram Arca, obtulit holocausta, & fecit conuiuium vniuersis famulis suis, 1. Reg. 3. 15. Hoc exemplo ducti, secundùm quod docet R. Isaac apud Auctorem *Leuùsc Hachùr* num. 669. §. 1. postquam hoc die coram armario constiterint Iudæi in Synagoga, Preces recitauerint, Lectionem Legis, lecta *Parascià* ברכות *Berachòth*, compleuerint; Officia per insequentem annum exercenda sub hasta vendiderint, & domum repetierint, parato ibi conuiuio lætanter epulantur.

Scribit *Harrambàm Halachòth Lulàu* cap. 8. & vltimo num. 12. quòd licèt omnes festiuitates anni sint dies lætitiæ, festiuitas autem Tabernaculorum præ cæteris lætior esse debeat, totaque transigi in lætitia, quia dicitur de ea: Deuteron. 12. 12.

ושמחתם לִפְנֵי יְהֹוָה אֱלֹהֵיכֶם שִׁבְעַת יָמִים ׃

Et lætabimini coram Domino Deo vestro septem diebus. Quomodo autem tempore secundæ Domus fieri hæc lætitia solebat, describit idem *Rambàm* eodem loco his verbis.

ערב יום טוב הראשון היו מתקנין במקדש מקום לנשים מלמעלה ולאנשים מלמטה כדי שלא יתערבו אלו עם אלו ומתחילין לשמוח ממוצאי יום

טוב הראשון וכן בכל יום ויום מימי חולו של מועד מתחילין מאחר שיקרבו תמיד של בין הערבים לשמוח לשאר היום עם כל הלילה ׃ יג״ ׃ והיאך היתה שמחה זו החליל מכה ומנגנין בכנור ובנבלים ובמצלתים וכל אחד ואחד בכלי שיר שהוא יודע לנגן בו ומי שיודע בפה בפה ורוקדין ומספקין ומטפחין ומפזזין ומכרכרין כל אחד ואחד כמו שיודע ואומרים דברי שיר ותושבחות ושמחה זו אינה דוחה לא את השבת ולא את יום טוב ׃ יד״ ׃ מצוה לחרבות בשמחה זו ולא היו עושין אותה עמי הארץ וכל מי שרצה אלא גדולי חכמי ישראל וראשי הישיבות והסנהדרין והחסידים והזקנים ואנשי מעשה הם שהיו מרקדין ומספקין ומנגנין ומשמחין במקדש בימי חג הסוכות אבל כל העם האנשים והנשים כולן באין לראות ולשמוע ׃ טו״ ׃ שהשמחה שישמח אדם בעשיית המצוה ובאהבת האל שצוה בהן עבודה גדולה היא וכל המונע עצמו משמחה זו ראוי להפרע ממנו שנאמר (דברים כ״ח ׃ מ״ז ׃) תחת אשר לא עבדת את השם אלהיך בשמחה ובטוב לבב ׃ וכל המגיס דעתו וחולק כבוד לעצמו ומתכבד בעיניו במקומות אלו חוטא ושוטה ועל זה הזהיר שלמה ואמר (משלי כ״ה ׃ ו׳ ׃) אל תתהדר לפני המלך ׃ יו״ ׃ וכל המשפיל עצמו ומקל גופו במקומות אלו הוא הגדול המכובד העובד מאהבה וכן דוד מלך ישראל אמר (ב׳ ׃ שמואל ו׳ ׃ כ״ב) ונקלותי עוד מזאת והייתי שפל בעיני ואין הגדולה והכבוד אלא לשמוח לפני ה׳ שנאמר (ב׳ שמואל ו׳ ׃ יו״ ׃) והמלך דוד מפזז ומכרכר לפני יהוה וכו׳ ׃

Vespere primi diei festi parabant locum in Sanctuario, pro mulieribus superiùs, & pro Viris inferiùs, ne hi miscerentur cum illis, & incipiebant lætari ab exitu diei festi primi, & prosequebantur omnibus profestis diebus (huius hebdomadæ). *Incipiebant post iuge Sacrificium, quod fiebat inter duas Vesperas, lætabantur diu noctuque.* v. 13. *Quomodo autem fiebat hæc lætitia? Tympanum pulsabant, Cythara canebant,*

6.22.) Vilior fiam ampliùs præ hoc, & ero humilis in oculis meis. *Neque vlla est magnificentia & gloria, nisi coram Domino lætari. S. D.* (2. Sam. 6. 16.) Et Rex Dauid viriliter agebat, & saltabat coram Domino &c.

Notandum est in hac *Rambami* narratione, vsum semper fuisse apud Hebræos, quòd in Synagoga, aut alijs publicis locis mulieres non miscerentur cum hominibus. Locum separatū mulieribus assignabant, vel superiorem à viris, vt hic dicitur & statuitur in *Ghemarà* Cod. *Suceà* cap. 5. pagina 51 b. circa finem.

שהיו נשים יושבות מלמעלה ואנשים מלמטה

Quod mulieres sedebant superius, & viri inferius; vel vt in eodem Cod. sequitur de hac lætitia (de qua nos aliquid diximus suprà ad pag. 195. colum.2.) quòd trabes in muris eminentes per circuitum domus quotannis in festo Tabernaculorum, & per ipsius octauam ponebant, vt ex meniano & tabulato omnes cernerent solemnitatem diei festi, sed.

תנו רבנן בראשונה היו נשים מבפנים ואנשים מבחוץ והיו באין לידי קלות ראש התקינו שיהו נשים יושבות מבחוץ ואנשים מבפנים ועדין היו באין לידי קלות ראש דהתקינו שיהו נשים יושבות מלמעלה ואנשים מלמטה.

Tradunt Doctores, quòd primò stabant mulieres intus, & homines stabant foris (extra tabulatum) *& tamen incidebant in leuitatem capitis* (id est leuitates gestu corporis ostendebant) *Ordinauerunt, vt mulieres starent extra* (tabulatum) *& viri intus, & nihilo.*

bant, Nablijs quoque, & Tintinnabulis personabant. Vnusquisque secundùm artem, qua pollebat, vel pulsu, vel flatu, Musica instrumenta tractabat. Subsiliebant, plaudebant manibus, complodebant, saltabant; quilibet, prout sciebat, saltabat, & cantica, atque laudes canebat. Hæc autem lætitia Sabbathum non impellebat, aut diem festum. 14. *Præceptum erat exercere hanc lætitiam, ad quam non admittebantur plebeij, aut alij sine delectu, sed Magnates, Sapientes, Academiarum Rectores, Synedrij Assessores, Viri pij, Seniores, & factores bonorum operum. Isti subsiliebant, complodebant, instrumenta Musica tractabant, & lætabantur in Sanctuario in diebus profestis Tabernaculorum. Verùm toti populo, viris, & mulieribus permissum erat visu frui hac lætitia, eamque audire.* 15. *Quoniam lætitia, qua homo lætatur, dum præceptum adimplet ob Dei amorem, qui præcepit illud, seruitus magna est, & omnis, qui prohibet seipsum ab hac lætitia, dignus est, vt ea denudetur, S. D.* (Deuteron. 28. 47.) Pro eo quòd non seruiuisti Domino Deo tuo in lætitia, & in bonitate cordis. *Et omnis qui effert mentem suam, & attribuit gloriam sibi ipsi, & gloriosus est in oculis suis in locis istis peccator, & stultus est. Et super hoc admonet Salomon, & dicit* (Prouerb. 25. 6.) Ne decorum ostendas te coram Rege. 16. *Et omnis, qui humiliat seipsum, & in istis locis vile reddit corpus suum, iste est magnus, honorabilis, inseruiens præ amore. Sic enim dicit Dauid Rex Israël* (2. Sam.

Cæterùm, quod ad horum Senatorum magni Synedrij, Academiarum Rectorum, & aliorum Magnatum Israëlitici populi spectat, quis non miretur tantorum virorum קלות ראש *leuitatem capitis*, si vera sunt ea, quæ *Harrambàm* ex Talmude exscribit? Verùm, quantacunque sit, tota hæc narratione nihil est insulsiùs, nihil fabulosiùs. Quis vnquam credet grauissimos viros, ætate maturos, dignitate illustres, sanctimonia venerabiles, diu noctuq; choreis insistere; Testudine, Lyra, Cythara, Tympanis, Tibijs, Tubis, Nablis, alijsque omnium generum Musicis instrumentis lusisse, inflasse, percussisse, & inter percussiones dulcisona carmina immiscuisse? Hisce siquidem characteribus deprehenditur *Harrambàm*, atque ipsius Talmudis fabulæ falsitas. Falsum tamen non est id, quod hodie Iudæi de lætitia Legis docent & faciunt. Nulla in toto anno maior hac lætitia apud eos exercetur in Synagogis, propterea quòd absoluant lectionem totius Pentateuchi. Hanc Legis lætitiam hoc modo peragunt, secundùm quod scriptum inuenitur. in *Leuùsc Hachùr* num. 669. §. 1.

Die 23. Mensis huius summo mane surgentes Iudæi in Synagogam se conferunt, & recitatis quibusdā Precibus.

מפקן כל הספרי תורות שבארון׃

educunt de Armario omnia Volumina Legis. Æditus vnum ex his Voluminibus accipit inter brachia, & intonat.

hilominus hi ab ijsdem leuitatibus non abstinebant: ideò ordinauerunt, vt mulieres supra tabulatum existerent, & Viri inferius. Fulcirine potest huiusmodi separatio virorum à mulieribus aliqua Scripturæ auctoritate? Vtique. Adinuenit illam רב *Ràu* in Zachar. Prophetam cap. 12. 12.

וספדת הארץ משפחות משפחות לבד משפחות בית דוד לבד ונשיהם לבד אמרו והלא דברים קל וחומר ומה לעתיד לבא שעסיקין בהספד ואין יצר הרע שולט בהם אמרה תורה אנשים לבד ונשים לבד עכשיו שעסיקין בשמחה ויצר הרע שולט על אחת כמה וכמה׃

Et planget terra familiæ, familiæ seorsum, familiæ Domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum. Dixerunt: Et nonne hinc est argumentum à minori ad maius? Si enim tempore futuro (Messiæ) *occupabuntur in fletu, nec fomes malus dominabitur in eos, & tamen Lex dicit: Viri seorsum, & mulieres seorsum; modò quia occupamur in lætitijs, & fomes malus dominatur, quantò magis?*

His de causis decernunt in *O'rach chaiim* num. 93. §. 2. quòd dum viri orant in Synagoga, stare debeant cum timore & humilitate, & non risu, aut gestu corporis ostendant capitis leuitatem, neque verba otiosa proferant, neque ex conspectu mulierum ad hæc procliues iuuenes reddantur, sed meminisse debeant id quod Propheta dicit Psalmo 145. ver. 19. רצון יראיו יעשה וגו׳ *Voluntatem timentium se faciet &c.* & שמר יהוה את כל אהבו *Custodit Dominus omnes diligentes se.* Ideò studuerunt separare mulieres à viris in Synagoga.

quem appellant חתן בראשית *Cathàn Bereſcìth Sponſum Bereſcìth*, incipit legere principium Geneſis בראשת ברא אלהים *In principio creauis Deus &c.* & percurrit vſque ad finem verſiculi 5.

ויהי ערב ויהי בקר יום אחד ׃

Et fuit veſpera, & fuit mane dies Vnus. In tertio autem libro *Hammaphtìr* legit ex *Paraſcià Pinchàſs* ביום השמיני *In die octauo &c.* Et deinde legit *Haphtoram* ex Ioſue 1. 1.

ויהי אחרי מות משה ׃

Et fuit poſt mortem Moſis &c. vſque ad finem capituli רק חזק ואמץ *Tantùm confortare & eſto robuſtus.* Author *Sciulchàn arùch Halachòth Lulàu* numero 669. vult vt legatur à principio Geneſis vſque ad finem verſic. 3. cap. 2.

אשר ברא אלהים לעשות ׃

Quæres, Cur Iudæi hodie legunt vltimam *Paraſciam*, & ſtatim principium primæ Sectionis Pentateuchi?

Reſpondent Rabbini. Cùm æquum ſit lætari ob abſolutam Legis lectionem, ſi Satan Iudæos vidiſſet lætantes, poſſet eos accuſare coram Deo, ac dicere

רבש״ע כבר סיימו אותם ואינם רוצים לקרות עוד׃

Domine mundi iam abſoluerunt (Legem) *ſed nolunt ampliùs eam legere.* Ideo ſtatim incipiunt legere: *In principio creauit Deus Cælum & terram, &c. Leuiſc Hachùr* num. 669. §. 1. De minimis & leuiſſimis timent Iudæi accuſari à Satana.

Quæres ſecundò: Quare abſol-

הג

אנא יהוה הושיענא אלהי הרוחות ׃

Obſecro Domine ſalua obſecro Deus ſpirituum. Et occinunt nonnullos rhythmicos verſus circumeuntes ſuggeſtum ferentes omnes libros Legis, Ædituo præeunte cæteris de populo ſubſequentibus, & alta voce cantantibus. Completa proceſſione tres libros Legis ſuper ſuggeſtum expandunt. In primo præparant vltimam *Paraſciam* וזאת הברכה *Vezòth habberachà* ex cap. 33. Deuteronomij. In ſecundo parant primam *Paraſciam* בראשית *Bereſcìth* ex Gen. 1. 1. Et in tertio *Paraſciam* קרבנות *Korbanòth*, quæ habetur in *Pinchàſs* cap. 29. 35. Numer. ביום השמיני *In die octaua &c.* In primo ex his Voluminibus Legis legunt quinque viri. Quartus vir terminat lectionem ſuam (ſecundùm Italos) ad fin. ver. 26. c. 33. Deuter. ובגאותו שחקים *Et in magnificentia ſua cælos*; & ſecundùm Hiſpanos ad fin. v. 29. & totius cap. ואתה על במותימו תדרוך *Super excelſa eorum calcabis*. Quintus autem ex his viris vocatur חתן תורה *Chathàn Thorà Sponſus Legis*. Is ſecundùm vſum Italorum, incipit legere à ver. 27. מעונה אלהי קדם *Habitaculum Deus*, & finit totam *Paraſciam*, & ipſum librum Legis. Sed antequam lectionem compleat, cùm peruenerit ad v. 29. אשריך ישראל *Beatus tu es Iſraël*, totus cœtus incipit cantare quatuor Alphabeta, id eſt quatuor rhythmicas compoſitiones ordine Alphabetico digeſtas, harum prima tota diffunditur in laudem Iſraëlis, reliquæ in laudem Moſis, & mortis eius. His abſolutis ſtatim alius

וגו׳ ׃העלה איוב עולות וגו׳ אולי חטאו בני ותו׳ חז״ל הואיל וימי המועדות הם ימי המשתה ושמחה חוששין אולי חטאו ׃

Alia ratio cur (fer. 2. 5. & 2.) *ieiunant respicit præteritum. Forsan his diebus solennitatum, qui sunt dies conuiuij & lætitiæ, peccauerunt* (Iuuenes) *Fulcitur hæc ratio auctoritate Scripturæ* (Iob 1. 5.) Et factum est cùm circumuoluti essent dies conuiuij &c. Et offerebat (Iob) holocausta &c. forsitan peccauerunt filij mei &c. *Sic etiam. Cùm enim dies solennitatum sint dies conuiuij & lætitiæ, soliciti sunt; forsitan peccauerunt.* Ideò plerumque partes, vel matresfamilias his diebus ieiunant, quàm reliqui.

Sed cur non ieiunant mense *Tiscrì?*

Respon. idem Auctor *Leuùsc* ibid.

לפי שהוא מרובה במועדות לכך מתענין אח״כ ׃

Quia mensis Tiscrì diebus solennibus est repletus, ideò post hunc mensem ieiunant.

Chisleù die 3. *Petitio pluuiæ*, nempè *tempestiuæ*, & *autumnalis*, quæ יוֹרֶה *Iorè* dicitur, ad differentiam alterius *serotinæ* dictę מַלְקוֹשׁ *Malkòsc*, quæ mense Martio descendens messem promouet; de vtraque in Deuteron. 11. 14. *Et dabo pluuiam terræ vestræ in tempore suo* יורה ומלקוש *Iorè & Malkòsc temporaneam & serotinam &c.* Cur autem pluuia tempestiua *Iorè* dicatur, redditur ratio in *Talmude* Cod. תענית *Taanìth* cap. 1. pagina 6. in principio.

שיורד בנחת ואינו יורד בזעף ׃

Quia

uunt lectionem Legis, & eam incipiunt in vltimo die *Succòth Tabernaculorum*, & non idem faciunt in principio anni cùm ille sit primus dies?

Respondent ijdem Rabbini, ideò hoc fieri.

להטעות את השטן שלא ידע מתי יהיה ראש השנה שהוא יום הדין ולא יקטרג על ישראל וכו׳ ׃

Vt decipiatur Satan ne agnoscat quando sit Caput anni, & dies Iudicij, neuè Israëlitas accuset &c. Ita in eodem *Leuùsc* loc. cit. Valdè imperitus est Astronomiæ, & calculi Ecclesiastici iste Satan Iudaicus, qui ignorat diem anni noui.

Sequenti Sabbatho legunt *Parasciam* בראשית *Bereścìth*, vt moris est, per hebdomadas, vti in Calendario notatur.

Chascuàn die 20. incipiunt ieiunare fer. 2. &c. De his Ieiunijs fit mentio in *Leuùsc Hachùr* num. 492. §. 1. vbi institutionem horum Ieiuniorum duplicem rationem assignatam inuenimus. Prima est Autumni qualitas: cùm enim in Autumno sensibiliter immutetur aër, ne per hanc immutationem aliquod creaturis inferatur damnum, per corporis afflictionem, Ieiunio à Deo exauditum iri expetunt, & hæc ratio respicit futurum. Secunda ratio respicit præteritum, & est illa, quæ in ipso Calendario indicatur, de qua in laudato *Leuùsc* hoc modo dicitur.

הטעם שמתענין על העבר שמא חטאו בימי המועדים שהם ימי המשתה ושמחה וסמכו אקרא דאיוב (איוב א׳ ׃ ה׳ ׃).ויהי כי הקיפו ימי המשתה

Quia descendit quietè & non turbulenter. Et licèt ex eodem loco videatur verna pluuia, quæ in mense *Nisàn* Martio descendit, dici יורה *Iorè*; attamen ibidem concluditur, quòd *Iorè* sit pluuia autumnalis mensis *Chasceuàn Octobris*, & מלקוש *Malkòsc* sit pluuia verna mensis *Nisàn*. Verba *Talmudis* sunt.

אמר ליה רב נחמן לרבי יצחק יורה בניסן יורה במרחשון הוא דתנן יורה במרחשון ומלקוש בניסן וכו׳:

Dixit Ràu Nachmàn R. Isaaco: Iorè pluuia temporanea in Nisàn. Itemque: Iorè in Marchescuàn. Ipse verò docebat: Iorè in Marchescuàn, & Malkòsc in Nisàn: id est pluuia temporanea in Octobri, & serotina in Martio. Ista duo tempora pluuiarum; autumnale scilicet, & vernale dicuntur à Scriptura tempora sua: *Dabo pluuiam vestram* בעתם *in tempore suo*. Leuit. 26. 4. Somniant tamen Talmudistæ intelligentes pro tempore pluuiarum noctem fer. 4. & Sabbathi, dicuntque: Quòd si in his noctibus super segetes pluuiæ descendant, producent grana tritici vt renunculos, hordei vt oliuas, lentis vt numos aureos. Referunt hæc portenta in Cod. *Taanith* cap. 3. pagina 23. in ipso principio paginæ, dum explicant eandem vocem בעתם *Beittam In tempore suo*, ex Leuit. 26. cit. nam inquiunt.

בעתם בלילי רביעיות ובלילי שבתות שכן מצינו בימי שמעון בן שטח שירדו להם גשמים בלילי רביעיות ובלילי שבתות עד שנעשו חטים ככליות ושעורים כגרעיני זתים ועדשים כדינרי זהב וצררו

מהם דוגמא לדורות להודיע כמה החטא גורם שנאמר (ירמיה ה׳ : כ״ה :) עונותיכם הטו אלה וחטאותיכם מנעו הטוב מכם : וכן מצינו בימי הורודוס שהיו עוסקין בבניין בית המקדש והיו יורדין גשמים בלילה למחר נשבה הרוח ונתפזרו העבים וזרחה החמה ויצאו העם למלאכתן וידעו שמלאכת השמים בידיהם :

In tempore suo: *Id est noctibus quartis, & noctibus Sabbathinis; quia sic inuenimus in diebus Simeonis Ben Sciattàch, quòd descenderunt eis pluuiæ in quartis noctibus, & in noctibus Sabbathinis, donec grana tritici facta sunt veluti renunculi, & hordea quasi oliuæ, & lentes sicut denarij aurei, & collegerunt ex eis, & seruauerunt in exemplum posterorum, vt cognoscerent quanti mali sit causa peccatum, S. D.* (Ierem. 5. 25.) Iniquitates vestræ declinare fecerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. *Et sic inuenimus in diebus Herodis; qui dabant operam ædificando Sanctuario; & descenderunt aquæ in nocte, in crastinum perflauit ventus, & dispersæ sunt nubes, ortus est Sol, & populus exijt ad opus suum, & cognouerunt, quòd opus Dei esset in manus eorum.* Non verò approbant pluuias, quæ descendunt in Vigilijs Sabbathorum, quia dicunt.

גשמים בערבי שבתות אינן אלא סימן קללה:

Pluuiæ in vesperis Sabbathorum, non sunt nisi signum maledictionis. Eodem Cod. *Taanith* cap. 1. pag. 8. b. longè post medium explicat R. Sal.

סימן קללה שבני אדם צריכים לחזור בשוק לקנות סעודת שבת :

Signum maledictionis; quia coguntur homines exire per plateas ciborum emendorũ gratia pro refectionibus Sabbathi. Laudantur tamen pluuiæ ibidem, quia magno sunt emolumento hominibus, ita vt ex eis etiam numi, qui in crumena sunt, multiplicentur, & hoc ob benedictionem pluuiarum. Legitur loc. cit.

אמר רבי יצחק גדול יום הגשמים שאפילו פרוטה שבכיס מתברכת בו שנאמר (דברים כח״ : יב״) לתת מטר ארצך בעתו ולברך את כל מעשה ידך : ואמר רבי יצחק אין הברכה מצויה אלא בדבר הסמוי מן העין שנאמר (דברים כח״ : ח׳ :) יצו יהוה אתך את הברכה באסמיך ; תנא דבי רבי ישמעאל אין הברכה מצויה אלא בדבר שאין העין שולטת בו שנאמר (שם) יצו יהוה אתך את הברכה באסמיך ; תנו רבנן הנכנס למוד את גרנו אומ׳ יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו שתשלח ברכה במעשה ידינו התחיל למוד אומר ברוך השולח ברכה בכרי הזה מדד ואח״כ בירך הרי תפלת שוא לפי שאין הברכה מצויה לא בדבר השקול ולא בדבר המדוד ולא בדבר המנוי אלא בדבר הסמוי מן העין :

Dixit R. Isaac: Magnus est dies pluuiarum, quia etiam numi, qui sunt in crumena, benedicuntur. S. D. (Deuteron. 28. 12.) Vt det pluuiam terræ tuæ in tempore suo, & benedicat omni operi manus tuæ. *Et dixit R. Isaac. Non inuenitur benedictio nisi in re* סמוי *Simùi cæca abscondita ab oculis, S. D.* (Deuter. 28. v. 8.) Præcipiet Dominus tecum benedictionem in horreis tuis. *Est traditio Domus R. Ismaël; Non inuenitur benedictio nisi in re, in quam oculi non dominantur, S. D.* (Ibidem) Præcipiet Dominus benedictionem in horreis tuis. *Docent*

Rabbini: Qui ingreditur vt mensuret aream suam, dicat: Sit beneplacitum coràm te Domine Deus noster, quòd mittas benedictionem in opera manuum nostrarum. Incipit mensurare (Aream) *dicat: Benedictus qui mittit benedictionem in hoc cumulo. Mensurat* (priùs frumentum, quod est in area) *& postea benedicit; frustanea est oratio, quia non inuenitur benedictio in re, quæ iam est ponderata, aut mensurata, sed in re quæ abscondita est ab oculis.* Sed quia numi absconditi sunt in crumena nec numerati, ideò pluuiarum benedictione, qua fructus terræ multiplicantur, multiplicari etiam argentum in crumenis, quod nec ponderatum, aut numeratum est, existimant.

Sed si quæras, vnde originem ducant aquæ pluuiales secundùm Rabbinos?

Resp. Ex Oceano, vel etiam ex aquis quæ sunt super firmamentum. Audias quid de his dicant in Codice *Taanith* cap. 1. pag. 9. b. post medium.

תניא רבי אליעזר אומר כל העולם כולו ממימי אוקינוס הוא שותה שנאמר (בראשית ב׳ : ו׳ :) ואד יעלה מן הארץ והשקה את כל פני האדמה אמר לו ר׳ יהושע והלא מימי אוקינוס מלוחין הן אמר לו ממתקין בעבים ר׳ יהושע אומר כל העולם כולו ממים העליונים הוא שותה שנאמר (דברים יא : יא :) למטר השמים תשתה מים אלא מה אני מקיים ואד יעלה מן הארץ מלמד שהעננים מתגברין ועולין לרקיע ופותחין פיהן כנוד ומקבלין מי מטר שנאמר (איוב לו : כז״ :) יזקו מטר לאדו ומנוקבות הן ככברה ובאות ומחשרות מים על גבי קרקע שנאמר (ב׳ שמואל כב : יב״) חשרת מים עבי שחקים ואין בין טיפה לטיפה אלא

כמלא

sideret, deinde de fœce residua bibere reliquas terras. Has ineptas Rabbinorum doctrinas legimus in eodem Cod. *Taanith* cap. 1. pag. 10. in ipso principio.

ת״ר ארץ ישראל נבראת תחילה וכל העולם כילו נברא לבסוף שנאמר (משלי ח׳ : כו׳ :) עד לא עשה ארץ וחוצות : ארץ ישראל משקה אותה הקב״ה בעצמו וכל העולם כולו על ידי שליח שנאמר (איוב ה׳ : י׳ :) הנותן מטר על פני ארץ ושלח מים על פני חוצות : ארץ ישראל שותה מי גשמים וכל העולם כולו מתמצית שנאמר (שם) הנותן מטר על פני ארץ וגומ׳ : ארץ ישראל שותה תחילה וכל העולם כולו לבסוף שנאמר הנותן מטר על פני וגומר :

Tradunt Magistri: Terra Israëlis creata est primùm, & totus mundus creatus est in fine, S. D. (Prou. 8. 26.) Adhuc non fecerat terram, & plateas. *Terram Israël Deus sanctus benedictus per se irrigat tempore suo; & reliquum mundum per Ministros, S. D.* (Iob 5. 10.) Qui dat pluuiam super faciem terræ; & mittit aquas super facies platearum. *Terra Israël bibit aquas pluuiarum, & reliqua tellus de residuo fæcis, S. D.* (Ibidem) Qui dat pluuiam super facies terræ &c. *Terra Israël bibit primùm. & reliquus mundus* (bibit) *in fine, S. D.* (Ibidem) Qui dat pluuias super facies &c.

Gloriantur Iudæi priscos suos Rabbinos Talmudistas impetrauisse has pluuias orationis & meritorum vi, ita vt quidam Pedagogus Iudæus hoc solo merito, quod eadem diligentia doceret tam filios pauperum, quàm diuitum, dignus extiterit elicere pluuias. Ita in Talmude Cod. *Taanith* cap. 3. pag.

במלא ניסה ללמדך שגדול יום הגשמים כיום שנבראו בו שמים וארץ וכו׳ :

Est traditio: R. Eliezer dicit: Vniuersus mundus ex aquis Oceani bibit, S. D. (Gen. 2. 6.) Et vapor ascendebat de terra, & irrigabat vniuersam faciem terræ. *Dixit ei R. Iosue: Et nonne aquæ Oceani salitæ sunt? Respondit: Dulcescunt in nubibus. R. Iosue dixit: Vniuersus mundus ex aquis superioribus bibit, S. D.* (Deuteron. 11. 11.) De pluuia cælorum bibes aquas. *Sed quomodo ego firmabo illud* (Gen. 2. 6.) Et vapor ascendebat de terra? *Ostendit, quòd nubes inualescunt & ascendunt in firmamentum, & aperiunt os suum veluti vter, & recipiunt aquas pluuiales, S. D.* (Iob 36. 27.) Stillabunt pluuiam ad vaporem eius. *Sunt* (nubes) *perforatæ instar cribri, & cribrant aquas* (id est guttatim stillant aquas) *super terram, S. D.* (2. Sam. 22. 12.) Cribrans aquas de nubibus cælorum; *neque est inter guttam & guttam nisi fili crassities, vt ostendatur quòd tanta est præstantia diei pluuiarum, quanta est diei, quo creati fuerunt cæli & terra &c.*

Huiusmodi autem pluuiarum donum primò attribuunt Terræ Israëlis, secundò reliquis Terris mundi. Volunt autem Terram Israëlis primò fuisse creatam, deinde reliquas mundi Prouincias. Illam custodiri à Deo per seipsum & immediatè, reliquum mundum per suos Ministros Spiritus, ideòque Deum per se pluuijs irrigare terram Israël, reliquas terras per Ministros. Itaque Terram Israëlis primùm bibere de pluuijs quantum de-

ciebat super ea dumtaxat loca, quæ egebant aquis. In Cod. *Taanith* capit. מאימתי pag. 9. b. ante medium.

רבי דניאל בר קטינא הוה ליה ההוא גינתא כל יומא הות אזיל וסייר לה אמר הא מישרא בעיא מיא והא מישרא לא בעיא מיא. ואתא מיטרא וקמשקי כל חיבא דמיבעי ליה מיא

R. Daniel Bar Kattinà habebat hortum, eumque quotidie perlustrabat. Dicebat: Hæc porca indiget aqua, hæc autem non indiget, & veniebat pluuia, eamque, quæ aquam postulabat, irrigabat. Eadem in *En Israël* Par. P. pag. 131. num. 30. Quid si aquæ per canales ductæ, & in porcas arefactas immissæ easdem irrigauerint, & quod arte factum est, miraculo sit attributum?

In eodem Cod. *Taanith* cap. 3. pag. 24. b. longè post medium inducunt alium Rabbinum nomine רבא *Rauà* orantem pro pluuia, sed quia non exauditur, questubus replet omnia; conuersus autem ad Deum.

אמר לפניו רבונו של עולם (תלים מ״ד: ב׳) אלהים באזנינו שמענו אבותינו ספרו לנו פועל פעלת בימיהם בימי קדם ואנו בעינינו לא ראינו אתא מטרא עד דשפוך מרזבי דצפורי לדיגלת:

Dixit coram eo: Domine mundi (Psal. 44. 2.) Deus auribus nostris audiuimus, Patres nostri narrauerunt nobis: opus operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis, *& nos oculis nostris non vidimus; venit pluuia, donec effunderent canales* (Vrbis) *Tzippura* (aquas) *in* (fluuium) *Digl॰ath Tygrim*. Idem legitur in *En Israël* Par. I. pag. 138. num. 65. vbi emen-

pag. 24. in fine. De quodam Rau Iuda fabulantur ibidem versa pagina non longè à principio; quòd quotiescunque vellet vt pluuiæ descenderent calceum sibi soluere faciebat, & quòd aliquando cùm ex magna terræ ariditate fames extitisset.

אמר ליה לשמעיה שלוף לי מסאני שלף ליה חד מסנא ואתא מיטרא כי מטא למשלף אחרינא אתא אליהו ואמר ליה אמר הקדוש ברוך הוא אי שלפת אתריכנא ליה לעלמא (מחריב כולי עלמא מרוב גשמים):

Dixit Ministro suo: Solue mihi calceamenta; soluit ei calceum vnum, & venit pluuia. Cùm admonuisset (manus) *vt solueret alterum, venit Elias & dixit:* (Siste ne soluas) *nam Deus sanctus benedictus dixit: Si solueris aliud calceamentum, destruetur mundus.* (Glossa: *Ob pluuiarum multitudinem*:) Vide etiam in *En Israël*. P. Par. pag. 135. num. 64.

Inducunt Magos & Incantatores Rabbinos inclusos in circulis puluere designatis, ex quibus, nisi pluuiæ descenderent, non exibant. Inter eos insignis artifex censetur quidam חוני המעגל *Choni Hammaabghel Oni* רב *Circuli*. Hanc magicam circularem artẽ non verentur attribuere Prophetæ Habacuc, à quo volunt eam didicisse Choni; & de hoc magico Circulo intelligunt illud על משמרתי אעמדה *Super custodiam meam stabo*. cap. 2. 1. De quo infra suo loco. Ista referuntur etiam in *En Israël* Par. I. pagina 136. num. 56.

Alius insuper Rabbinus, dicunt, quòd pluuias in agro descendere fa-

rationem pluuiæ. R. Eliezer vult pluuiarum memoriam fieri posse à primo die festi Tabernaculorum, & R. Iosue à die vltimo eiusdem festi, & sic continuari per totum annum. *Petitionem* autem pluuiarum fieri debere secundùm R. Iudam post prædictum festum vsque ad octauam Paschæ completam, & secundùm Rabbi Meir vsque ad finem mensis *Nisàn*, quod auctoritate Scripturæ comprobare contendit Ioel. 2, 23. -

ויורד לכם גשם מורה ומלקוש בראשון :

Et descendere faciet Vobis pluuiam temporaneam & serotinam in primo (subintelligitur *mense*) nempè *Nisàn*. Communis autem vsus, secundùm quod in Ritualibus libris habetur, est, vt incipiant postulare pluuias in die vltimo superaddito festiuitati Tabernaculorum, siuè in שמיני עצרת ante orationem *additiam* מוסף *Musàph*, & continuatur hæc pluuiæ petitio vsque ad aliam orationem *Musàph*, quam recitant die primo post Pascha. *O'rach chaiim* n. 114. §. 1. vnde 171. dies, qui in anno communi intercedunt inter octauam Tabernaculorum, & primum diem Paschatis vocantur ימית הגשמים *Iemòth haghesciamìm dies pluuiarum* id est *hyemales siuè brumales*, reliqui verò dies 183. dicuntur ימות החמה *Iemòth hachammà*, *Dies Solis* id est *æstatis*.

Non licet cuiquam hanc pluuiæ postulationem inchoare, nisi priùs inclamatum fuerit à Præcentore Synagogæ משיב הרוח ומוריד הגשם *Redit Ven-*

emendatur vox צפורי *Tzippurì*, quæ Vrbs Terræ promissionis est, cuius aquę influere in Tygrim non possunt, ideò substituerunt vocem דמחו, quæ *portum*, vel *terminum* significat.

Omnia præfata Talmudistarum portenta fabulosa esse apparent ex ijs, quæ ipsi Talmudistæ docent in eodem Cod. *Taanith* cap. 1. pag. 7. b. longè post principium -

אמר רבי תנחום בר חנילאי אין הגשמים יורדין אלא אם כן נמחלו עונותיהן של ישראל שנאמר (תלים פ״ה ׳ ב׳ :) רצית יהוה ארצך שבת שבות יעקב נשאת עון עמך כסית כל חטאתם סלה:

Dixit R. Tanchùm Bar Chanilài: Pluuia non descendunt, nisi ignoscantur iniquitates Israëlis, S D. (Psal. 85. 2.) Complacuisti Domine terræ tuæ: reduxisti captiuitatem Iacob. Sustulisti iniquitatem populi tui: operuisti omne peccatum eorum, semper. Idem in *En Israël* Par. I. pag. 129. num. 16. Si pluuiæ non dantur nisi priùs ignoscantur iniquitates Israëlis, ob quas in captiuitatem abacti sunt; cùm autem in captiuitate adhuc detineantur, liquet profectò, hactenus Deum eis non pepercisse, neque ob orationes, & ipsorum Rabbinorum merita pluuias in mundum intulisse. Ergo ea, quæ mirificè prædicant de Rabbinis, figmenta sunt & fabulæ.

Quæres, An pro petitione pluuiæ assignent etiam aliud tempus præter iam annotatū in Calendario ad diem 3. *Chisleu*?

Respon. In *Misnà* Cod. *Taanith* cap. 1. distinguunt Rabbini inter להזכיר. & לשאול *petitionem*, & *memo-*

tio apud Ierem. cap. 36. 4. Constat ex eodem ver. 22. & 23. lectum coram Rege mense nono, & combustum fuisse, sed dies mensis non indicatur: vnde mirum non est, si omnes Auctores non conueniant in die; in *Leuùsc Hachùr* numero 580. §. 2. dicitur.

כבסליו כ״ח בו שרף: יהויקים את המגילה
אשר כתב ברוך מפני ירמיה ׃

In (Mense) *Chisleu* 28. *die eiusdem combussit Ioakim Volumen quod scripserat Baruch ex ore Ieremiæ.* Ijsdem verbis idem legitur in *Sciulchàn arùch halachòth Taaniòth* num. 180. §. 2. à quo exscripsit Auctor *Leuuscim*. Qui autem huiusmodi Ieiunium reponit ad hunc diem 7. *Chislèu* (inter alios) est Auctor מגילת תענית cap. 12, circa finem.

Chislèu die 25. *Chanuccà Encænia &c.* De *Chanuccà*, vide quæ dicta sunt in I. Par. huius Bibliothecæ pag. 400.

Teuèth die 8. *Ieiunium ob scriptam Legem Gracè &c.* Fusè egimus de translatione Legis à LXX. Interpretibus in I. Par. pag. 437. & de hoc Ieiunio ibidem pag. 439. col. 1. & sequentibus.

Die 9. eiusdem *Ieiunium, cuius Doctores non indicarunt &c.* Ignota omninò est causa huius Ieiunij, neq; de ea aliqui (quod sciam) loquuntur Rabbini, ideò nihil pro certo asserere nos debemus; sed si diuinare liceret, audacter dicerem, Rabbinos eiusmodi Ieiunium in odium Saluatoris Domini instituisse, quia cùm cir-

ventus, & descendere facit pluuiam. Quòd si quis cognouerit indictam fuisse à præcone communitatis pluuiæ petitionem, licèt ipse non audierit, permittunt eidem pluuiam posse postulare. *O'rach chaiìm* num. 114. §. 2. Inchoata hac pluuiæ petitione, inchoatum esse censetur tempus hyemale vulgare, de quo intelligendus est Apostolus scribens ad Timotheum 11. cap. 4. 21. *Festina ante hyemem venire*, id est antequam celebretur festum Tabernaculorum.

At dicet nonnemo, Cur in hoc anno 5435. Christi 1674. reijcitur שאלת מטר *Sceelàth mattàr Petitio pluuiæ* ad diem 3. *Chislèu*, cùm ex dispositione Misenæ, & Ritualium indicari debeat octaua die Tabernaculorum?

Respon. Ex Rabbinorum regula hoc dependere responsum. In *Leuùsc hachùr* num. 669. dicitur.

כסליו ראש חדש שלו בא מימי אב״גרה לעולם:
כמה ימים שהיתה התקופה בתשרי כל כך ימים
תהיה השאלה בכסליו וכו׳ ׃

Neomenia Mensis Chislèu perpetuò cadit Vel fer. 1. 2. 3. 4. vel 5. & quot dies intercedunt à Neomenia Tiscrì ad eius Tekupham, tot etiam dies dantur pro postulatione pluuiæ in mense Chislèu &c. vt quia hoc anno *Tekuphà Tiscrì* secundùm Samuel. fuit die 4. & tres dies completi transierunt à Neomenia *Tiscrì*, ideò die 3. *Chislèu* cæperunt postulare pluuias hoc anno 1674.

Chislèu die 7. Ieiunium quòd combusserit &c. De Volumine quod scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, fit men-

chùr. Et in מגילת תענית *Meghilàth Taanìth*, quam nos secuti sumus, refertur ad diem 8. huius.

Die 23. eiusdem *Ieiunium, quod omnes Israëlitæ &c.* Omnes præcitati Auctores ad hunc diem de hoc Ieiunio agunt.

Adàr die 7. *Ieiunium, quod &c. mortuus sit Moses &c.* Id affirmant omnes Auctores Iudæi. *Sèder olàm rabbà* cap. 10. *Meghilàth Taannìth* cap. 12. circa finem, *Sciulchàn arùch in òrach chaijm* num. 580. §. 3. *Leuùsc hachùr* ibidem, & alij, quibus adstipulari videtur Ioseph Hebræus in fine lib. 4. Antiquit. dum ait: Mosen mortuum esse vlt. mense anni, qui à Macedonibus *Dystrus*, ab Hebræis *Adàr* appellatur. Quòd autem Moses mortuus sit die 7. *Adaris*. Probant hoc modo in eodem *Sèder olàm* cap. 10.

ויצו יהושע את שטרי העם לאמר עברו בקרב המחנה וצוו את העם לאמר הכינו לכם צדה כי בעוד שלשת ימים אתם עברים את הירדן לרשת את הארץ אשר יהוה נותן לכם לרשתה והעם עלו מן הירדן בעשור לחדש הראשון ויחנו בגלגל בקצה מזרח יריחו צא מהן שלשים ושלשה יום לספרע ואתה לסר שכשבעת באדר מת משה רבינו :

Præcepit autem Iosue Præfectis populi dicendo: Transite per medium castrorum & imperate populo ac dicite: Præparate vobis (cibarium) *Viaticum, quoniam post tres dies transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram, quam Dominus Deus noster dat nobis ad possidendum eam.* (Ios. 1. 10. 11.) *Populus verò ascendit de Iordane, decimo* (die) *mensis primi, & castrametati sunt*

circa eundem diem natus sit Saluator Iesus Christus (nam Natiuitas Domini sine vlla controuersia statuitur in Solstitio hyemali) & *Tekuphà Teuèth* eadem tempestate occurrat; non mirùm si circa eandem Natiuitatem Domini per ieiunium tristentur Iudæi, cùm putent per ipsam in vltimum exterminium suæ sectæ populum redactum esse. Nec malè putarent, aut incongruè loquerentur, si rectè perpenderent ac intelligerent verba Euangelij Luc. 2. 34. *Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum in Israël, & in signum cui contradicetur*. Signum redemptionis & salutis, ideòque lætitiæ, Christi Natiuitas, est cui contradicunt Iudæi per animi mœrorem, & corporis ieiunium.

Die 10. *Teuèth Tzòm haassirì Ieiunium decimi* Mensis anni Ecclesiastici. Est vnum ex quatuor solemnioribus Ieiunijs, de quo Zachar. cap. 8. 19. וצום העשירי *Et ieiunium decimi*. Ieiunant autem, quia vt dicit *Harrambàm Halachòth Taaniòth* cap. 5. n. 2.

שכו סמך מלך בבל נבוכדנצר הרשע על ירושלם והביאה במצור ובמצוק :

Quia in eo accedit Rex Babel Neuucadnetzàr impius ad Ierusalem. Et Venit (ciuitas) *in obsidionem & in angustiam*. Confer historiam 2. Reg. 25. 1. & Ierem. 52. 4. & 5.

Sceudt die 8. *Ieiunium, quod eò die mortui sunt iusti &c.* De hoc Ieiunio ad diem quintum huius fit mentio in *Sciulchàn arùch Tur. 1. O'rach chaiim* num. 580. & ibidem in *Leuùsc ha-*

ſis *Adàr* ſeù Februarij, qui eſt vltimus menſis anni Eccleſiaſtici. Hinc quia principium menſis Septembris eſt vltima pars vltimi menſis anni Politici, forſan Latini pro vltimo menſe anni, quo mortuus eſt Moſes, intellexerunt menſem vltimum anni Politici non Eccleſiaſtici; nam omnia Martyrologia Latina, & Menologium Græcum reijciunt mortem Moſis ad diem 4. menſis Septembris.

Die 9. eiuſdem *Ieiunium, quòd diuiſæ ſunt &c. Sciammài & Hillel* Auctores fuerunt *Schola Sciammai*, & *Schola Hillelis* ſic ab Auctoribus vocatæ. Famoſæ olim fuerunt hæ Scholæ in Terra Sancta, & tempore, quo Chriſtus in terris ambulabat, maximè floruerunt. Aliquando pacificè, & citra vllam controuerſiam dubia Legis Moſaicæ pertractarunt, ſed ortis hinc inde diſſidijs in varias, & plerunque in oppoſitas atque pugnantes inter ſe opiniones, circa reſolutiones dubiorum Sacræ Scripturæ, Legiſque Moſaicæ abierunt, non ſine graui literatorum ſcandalo, & Reipub. Hebraicæ damno. Pro expiatione huius facinoris in die, quo hæc acciderunt, Ieiunium inſtituerunt. Plura vide infrà in *Hillèle Hazakèn*.

Die 13. *Adàr Tzòm Eſthèr &c.* De feſto Eſtheræ & Mardochæi agemus abundè in ſpeciali Diſſertatione de פורים *Purrim* Iudæorum ſuo loco. Hic prælibabimus, tantùm duo feſta apud Iudæos reperiri, quorum pridiè vigilias agere & ieiunare ſolent; horum primum eſt חנוכה *Channuccà Encaniorum* feſtum; & ſecundum eſt Mar-

ſunt in Ghilgal in extremo Orientis Iericho (Ioſ. 4. 19.) *Subducito ex eis ſurſum verſus triginta tres dies, tunc diſces quod ſeptimo* (die) *Adaris mortuus ſit Moſes.* Non incongrua probatio, ſi eo ipſo die, quo mortuus eſt Moſes, Ioſue præceperat Moderatoribus, ſeu Præfectis populi, vt tranſirent per caſtra, & imperarent populo præparationem cibariorum pro viatico trium dierum. Volunt etiam Iudæorum Chronologici Moſen eodem die mortuum, quo natum, quod probare exiſtimant ex vocula illa היום *Haijòm hodie*, quam protulit ipſe Moſes Deuteronomij c. 31. v. 2. ויאמר אלהם *Dixit enim* (Moſes) *ad eos*

בן מאה ועשרים שנה אנכי היום ·לא אוכל עוד לצאת ולבוא וגו׳׃

Filius centum & viginti annorum ego (ſum) *hodie, non potero amplius egredi, & ingredi &c.* Si illo die, quo hęc dixerat, compleuerat Moſes 120. annos. & ille dies (vt ſupponitur) erat 7. *Adaris*, ergo 7. die *Adaris* natus eſt Moſes: vnde in *Sèder Olàm* loc. cit. hoc modo concluditur.

שאין תלמוד לומר היום ומה תלמוד לומר היום מלמד שבשבעה באדר נולד משה ובשבעה באדר מת שנ׳ וימת שם משה עבד יהוה וגו׃

Quid ſi Scriptura non dixiſſet היום *Haijòm hodie? Et quare Scriptura dixit* היום *Hodie? Vt doceat, quòd* (die) *ſeptimo Adaris Moſes ſit natus, & die ſeptimo eiuſdem ſit mortuus, S. D.* (Deuteron. 34.) Et mortuus eſt ibi Moſes ſeruus Domini &c.

Firmant itaque Rabbini Moſen natum, & mortuum eſſe die 7. men-

Potato vino ingressi sunt Sanctuarium: idcircò post mortem eorum monuit posteros ne ingrederentur (Sanctuarium) *potato vino*. Ibidem ver. 9. Hausit huiusmodi commentum R. Salomon ex ויקרא רבה *Parascià* 12. סדר שמיני Et habetur in editione Amstelodamensi cum comment. in fol. pag. 178. col. 3. post medium, vbi quanta mala euenerint ob nimiam vini potationem quamplurimis exemplis comprobatur.

Die 10. *Nisan*. *Ieiunium, quòd in eo die mortua sit Maria Prophetissa &c.* Est constans traditio apud Hebræos, quòd tria miracula, quæ facta fuerunt Israëlitis, dum per desertũ 40. annis errauerunt, nempè *putei, columnæ nubis, & manna* ob meritum Mariæ, Aaronis, & Mosis facta fuerint. Et quòd recesserint post mortem singulorum, quamuis ob meritũ eorum, qui superuixerunt, redierint. De hac Iudaica traditione hoc modo legimus in *Sèder olàm rabbà* c. 10.

שלשה פרנסין טובים עמדו להן לישראל ואלו הן משה ואהרן ומרים ושלש מתנות טובות ניתנו על ידיהם ואלו הן באר ועמוד ענן והמן: מן בזכות משה עמור ענן בזכות אהרן באר בזכות מרים מתה מרים נסתלקה הבאר וחזרה להן לישראל בזכות משה ואהרן: מת אהרן נסתלק עמוד הענן הזר להן בזכות משה מת משה נסתלקו שלשתן ולא חזרו שנ׳ (זכריה יא : ח׳ :) ואכחיד את שלשת הרועים בירח אחר: וכי בירח אחד מתו והלא בשנה אחת מתו: מתה מרים בעשרה בניסן: ואהרן באחד באב: ומשה רבינו בשבעה באדר אלא יום שמת משה נסתלקו שלשתן ולא חזרו:

Tres Gubernatores optimi præfuerunt Israëlitis; hi sunt Moses, Aharon, &

Mardochæi & Estheræ 14. *Adaris*, in cuius peruigilio nempè die 13. huius ieiunant. Quòd si huiusmodi Ieiunium cadat in Sabbatho, anticipant illud & ieiunant fer. 5. antecedente: non in fer. 6. ante Sabbathum משום כבוד תשבת *propter honorem Sabbathi*; ne cogantur, dum ieiunant, parare cibaria pro Sabbatho, *Leuùsc hachùr* num. 686. §. 2. Solent, præsertim ex mulieribus nonnullæ in hoc Ieiunio triduo abstinere ab omni cibo & potu, quam abstinentiam vocant *Ieiunium Estheræ*, & hoc in memoriam Ieiunij ipsius Estheræ. cap. 4. v. 16. מגילת אסתר. Cætera, quæ ad festum *Purrìm* sequentis diei attinent, in Dissertatione de *Purrìm* referemus.

Nisàn die 1. *Ieiunium, quòd in eo mortui sunt filij Aaron*. Licèt in Leuit. cap. 10. in ipso principio assignetur delictum Nadab & Abiu filiorum Aaron, ob quod mortui sunt, quia scilicet obtulerunt אש זרה *Ignem alienum*, nempè profanum, ideòque igne deuorati sunt: At R. Salomon ad hunc locum aliam assignat caussam ex Rabbinis; præsertim ex R. Eliezer qui dicit -

לא מתו בני אהרן אלא על ידי שהורו הלכה בפני משה רבן:

Non mortui sunt filij Aharon ob aliam causam, nisi quia docuerunt Halachà (nescio quam Talmudicam) *lectionem antequam Moses Magister noster* (docuisset illam). Rabbì verò Simeon dicit -

שתויי יין נכנסו למקדש תדע שאחר מיתתן הזהיר הנותרים שלא יכנסו שתויי יין:

lendarij Iudaici, absoluemus. Modò ad diem 16. mensis *Nisàn*, quo manipulum spicarum olim offerebant, properemus; de quo ea, quæ Rabbini dicunt in Talmude, referam.

Solebant antiqui Iudæi ex Dei præcepto manipulum spicarum hordei quem *Hòmer* vocabant die secundo Paschatis, hoc est 16. die mensis *Nisàn* demetere, quia in terra Israëlis paulò post Æquinoctium Vernum maturescebant spicæ hordei, easque torrebant igni, molebant, & super similam oleum infundebant, adhibito thure: Sacerdos pultem agitabat; & ignitionem Domino faciebat. Munus hoc erat primitiarum segetum, nec de frugibus terræ vesci licebat, nisi priùs munus ex manipulo hordæi Deo datum fuisset. Extat de eo Lex in Leuit. cap. 2. 14. *Si autem obtuleris munus primarum frugum tuarum Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis igni, & confringes in morem farris &c.* Et cap. 23. 10. *Cùm ingressi fueritis, terram, quam ego dabo vobis, & messueritis segetem, feretis manipulos spicarum, primitias messis vestræ, ad Sacerdotem: qui eleuabit fasciculum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbathi, & sanctificabit illum.* Agunt Talmudistæ de hac ceremonia in Talmude Cod. מנחות *Menachòth Pèrek* ר׳ ישמעאל *R. Ismaël* cap. 6. pag. 64. 65. & 66. & R. Moses Ægyptius in suo libro הי״ד *Haiiàd Halachòth* תמידין *Thamidin* cap. 7. eam eleganter refert, sicut & facit R. Moses מקוצי *De Kotzi* in li-

& Maria. Et tria insignia dona per eorum manus data sunt, nempè Puteus, Columna nubis, & Manna. Manna meritis Mosis; Columna nubis Aharonis; Et Puteus meritis Mariæ. Moritur Maria aufertur puteus; reuertitur postea ob meritum Mosis & Aharonis. Moritur Aharon recedit Columna nubis, reuertitur de inde ob meritum Mosis. Moritur Moses auferuntur tria ista, nec amplius reuertuntur S. D. (Zachar. 11. 8.) Et succidere feci tres pastores in mense vno. *Et quid in mense vno mortui sunt? Nonne in anno vno mortui sunt? Maria mortua est decimo Nisàn; Aharon primo Ab; Moses Magister noster decimo Adaris. Attamen quia die, quo mortuus est Moses sublata sunt tria ista & non reuersa sunt.* Ideò tres Pastores vno mense succisi dicuntur. Mortua itaque Maria sublatus est puteus aquarum, qui populum sequebatur per desertum quocunque iret, & ab Apostolo 1. Corinth. 10. 4. vocatur *Petra, consequente eos Petra*, quam alloqui debuerat Moses, vt aquas in se reconditas à se fluere secundùm consuetudinem permitteret, vti præceperat Dominus Num. 20. 8. Huiusmodi Mariæ puteus, etiam hodie Iudæi dicunt asseruari in medio aquarum Maris Tiberiadis, vt notauimus in I. Par. pag 419 col. 1. Ob obstructionem huius putei, & Mariæ mortem hodie ieiunant Iudæi.

Die 15. *Nisàn Pèsach Pascha.* De hac solennitate Paschali, præcipuè in præsenti Dissertatione agimus; eam tamen in fine *Elucidationis Ca-*

affert probationem à primo Paſchate celebrato in Galgalis à Ioſue, cap. 4. 19. libri Ioſue.

וְהָעָם עָלוּ מִן הַיַּרְדֵּן בֶּעָשׂוֹר לַחֹדֶשׁ הָרִאשׁוֹן וגו׳ :

Et populus aſcendit de Iordane, decimo (die) *menſis primi*. Et c. 5. 11.

וַיֹּאכְלוּ מֵעֲבוּר הָאָרֶץ מִמָּחֳרַת הַפֶּסַח מַצּוֹת וְקָלוּי בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה :

Et comederunt de frumento terræ à craſtino Paſchatis infermentata, & toſtum ipſo die. Subinde infert *Kotzenſis*

ליסד שחמשה ימים לא אכלו ישראל מעבור הארץ מפני שהיתה תבואה חדשה עד שהקריבו העומר ממחרת הפסח וכן תמצא בר״ה ויה״ו וסוכות שכתוב בהן שבת לפי שיש בהן שביתת מלאכות:

Inde docemur, quòd per quinque dies non comederunt Iſraëlitæ de frumento præteriti anni, propterea quòd eſſet prouentus terræ nouus, quouſque obtuliſſent Hòmer manipulum à craſtino Paſchatis, Ita quoque inuenies vocem Sabbathi attributam feſtiuitatibus ר״ה *Roſc haſcianà Initij anni;* יה״כ *Iom hakippurrìm Diei expiationum, & Succòth Tabernaculorum, atque de eis ſcriptum eſt Sabbathum, quia in eis fit ceſſatio ab operibus ſeruilibus*. Vide etiam *Moſen Aegyptium Halachòth* תמידין ומוספין cap. 7.

Cùm autem præceptum *Habòmer manipuli* affixum fuiſſet loco & tempori determinato לפיכך *Idcircò* (inquit idem Ægyptius loco citato)

דוחה את השבת ואת הטומאה

Pellebat Sabbathum & immunditiam. id

lib. סמ״ג *Samàgh*, præcepto affirmat. 199. ex qua nonnullas concluſiones ex doctrina Talmudica eliciunt, inter quas ſunt iſtæ –

I. Præceptum de manipulo עומר *Hòmer* offerendo, affixum fuiſſe loco determinato, nempè terræ Iſraëlis, quia dicitur –

כי תבאו אל הארץ אשר אני וגו׳.

Cùm ingreſſi fueritis terram quam ego &c.

II. Intelligendum eſſe de meſſe eiuſdem terræ, & non de meſſe extra terram, quia dicitur וקצרתם את קצירה *& meſſueritis meſſem*, quæ refertur ad meſſem terræ promiſſæ.

III. Idem præceptum de manipulo offerendo fuiſſe affixum tempori ſtatuto, id eſt die ſecundo poſt Paſcha: nam dicitur ממחרת השבת *Altero die Sabbathi*, id eſt die inſequenti feſtum Paſchatis, quod per excellentiam ſolennitatis, quia in eo ceſſabant ab operibus ſeruilibus Paſcha *Sabbathum* dicitur. Sic ממחרת השבת *à craſtino Sabbathi* pro ממחרת הפסח *à craſtino Paſchatis* omnes Rabbini intelligunt contra ביתוסין *Baithuſæos* hæreticos, qui ממחרת השבת intelligebant במוצאי שבת בראשית *De exitu Sabbathi Bereſcith*, id eſt primi Sabbathi naturalis ſubſequentis feſtum Paſchatis. *R. Moſes de Kotzi* præcepto affirmat. 199. probat ex antiquioribus Rabbinis ex Cod. *Menachòth* cap. *R. Iſmaël*, & ex Iunioribus, vti ex *R. Meſciallàm Ben R. Kalonimòs*, *à craſtino Sabbathi* intelligi debere ממחרת הפסח *à craſtino Paſchatis*, &

אביב *eò quòd hordeum esset* אביב *Auiu Virens, spicatum.* In Ægypto & terra Israëlis mense Martio hordeum ad maturitatem ferè perducitur; vnde sicut in Ægypto disertè *Auiu* de hordeo intelligitur; sic & alibi, vti & Leuit. 2. 14. אביב קלוי באש *De hordeo spicato tosto igni* intelligi debet, tamquam nouarum frugum primitijs. Vnde Hieronymus deceptus non est quando vertit בחדש האביב *Mense nouarum frugum*, expressit enim non mensem *Iulium*, vt perperam ei imponit Mercerus ad rad. אבב Pagnini, sed intellexit & expressit mensem *Martium*, seù mensem ניסן *Nisàn*, quo manipulus hordei tanquam nouarum frugum primitiæ Domino offerendæ erant. Itaque sine vlla prorsùs controuersia manipulus iste hordeaceus, siuè ex spicis hordei cum culmo compactus esse debebat. *Rābàm*, & *Samàg* ex Cod. *Menachòth* citato.

Sed quo ritu & ceremonijs colligendus, siuè metendus erat *Hòmer*? Mittebantur 3. שלוחים *Missi* seù *Legati* à Domo Iudicij à Senatu Ierosolymitano ad metendū *Hòmer manipulum*, & egrediebantur secundo vespere Paschatis; hoc est ab occasu Solis diei Paschatis, pergebant ad segetem hordei, & ligabant tres manipulos spicarum, quantum pugno includi poterant, tam prope spicas, quàm prope terrenum, vt resecati consisterent. Quamplurimi ex circumuicinis Vrbibus concurrebant, vt eiusmodi functio solemniori pompa celebraretur. Paratæ erant ibi tres sportæ, & totidem

dem

id est licitum erat soluere Sabbathū, & immundis Sacerdotibus operari ob manipulum offerendum. Vnde idem Ægyptius subiungit.

מצותו לחקצר בלילה בליל ששה עשר בין בחול בין בשבת וכו' ׃

Preceptum est Vt metatur (manipulus) *de nocte, id est in nocte decima sexta tam si cadat in profesto, quàm si cadat in Sabbatho &c.* Licebit igitur operari in Sabbatho ob manipulum colligendum, totamque illam noctem ad hoc opus peragendum idoneam constituunt ואם קצרוהו ביום כשר *quòd si demeterent de die, rectum esse decernunt.*

IV. Præceptum erat, vt ex locis circumuicinis Ierusalem adducerent manipulum, quod si fieri non poterat, adducebant illum ex quacunque regione terræ Israëlis. Cod. *Menachòth* cap. *R. Ismaël* pag. 64.

V. Præceptum erat manipulum afferendum ex segete in culmum erecta, eaque viridi, quòd si fieri non potuisset, afferebant ex manipulis spicarum aridarum. Ibid. pag. 71.

VI. Habent pro traditione non interrupta à Mose vsque ad euersionem Templi secundi quòd *Hòmer manipulus* fuisset ex spicis hordei; de quo vide Disputationem inter Rabbinos. Ibid. pag. 68. b. circa fin. Conueniunt tamen in intelligentia illius vocis אביב, quæ de hordeo volunt intelligi; quia dicitur Exod. 13. 4. *Hodie egredimini mense* האביב *Haauiu nouarum frugum.* Et cap. 9. 31. *Linum ergo & hordeum læsum est*, כי השערה

bi

Vas perforatum, Vt ignis, vel calor penetraret Vndique. Ita in ה״מ *Halachòth* מוספין num. 199. ex *Mifcnà* Cod. *Menachòth* cap. 10. num. 4. Poftea molebant farinæ fata tria, tredecim cribris agitabant, & quod excuffum erat, agitabatur & comedebatur. Huius decima pars feruabatur pro מנחה *munere*, infundebant ei oleum, & thus, & agitabant, addebant ei fal & fuffumigabant, & quod refiduum erat à Sacerdotibus comedebatur. Vide in *Mifcnà & Ghemarà*, *Mofe Aegyptio*, & *Samàgh* locis citatis. Hortabantur antiqui Iudæi vt quàm libenter vnicum *Hòmer* hordei offerrent Deo in fingulos annos, cùm ipfe tot Homeros Angelici panis in fingulos dies Ifraëlitis diftribuiffet in deferto, referente *Mofe Kotzenfi* in *Halachòth Muffaphin* in fine numeri 199. ex *Peffichtà*.

שנינו כפסיקתא אמר לחם הקב״ה לישראל כמה עומרים נתתי לכם במדבר לפיכך הביאו לי עומר אחד ולא עוד שאינו של חיטן אלא של שעירין.

Quòd in fenfu tantundem fonat:

Eadem nocte decima fexta menfis *Nisàn*, feù ab altero die Pafchatis, quò offerebatur *Hòmer*, incipiunt numerare quinquaginta dies, feù feptem hebdomadas completas; ex Leuit. 23. 15.

וספרתם לכם ממחרת השבת מיום הביאכם את עומר התנופה שבע שבתות תמימות תהיינה ׃ עד ממחרת השבת השביעית תספרו חמשים יום וגו׳

*Et numerabitis vobis à craftino Sab-*dem falces. Quilibet ex his tribus viris fuam fportam & falcem accipiebat. Cùm tenebræ iam factæ fuiffent, dicebat meffor ijs qui aderant -

בא השמש אומרין לו הן בא השמש אומרין לו הן בא השמש אומרין לו הן ׃

Occubuitne Sol? Refpondebant: Occubuit. Occubuitne Sol? Refpondebant: Occubuit. Occubuitne Sol? Refpondebant: Occubuit. Iterum dicebat quilibet mefforum -

מגל זה אומרין לו הן מגל זה אומרין לו הן מגל זה אומרין לו הן ׃

Falx ifta (eftne idonea ad metendum?) *Refpondebant: Eft*: tribus vicibus. Iterum meffores alta voce ter clamabant :קופה זו אומרים לו הן *Sporta ifta* (eftne idonea ad recipiendum manipulum?) *Refpondebant: Eft*. Et fi extitiffet Sabbathum clamabant שבת היום *Eftne Sabbathum hodie?* Refpondebant: הן *Eft*. שבת זו *Eftne Sabbathum?* Refpon. הן *Eft*. שבת זו *Eftne Sabbathum?* Refpon. הן *Eft*. Subiungebant meffores: אקצור *Demetam?* *Refpondebant omnes*: קצור קצור קצור *Demete, demete, demete*. Et fic vnufquifque metebat fuum manipulum, immittebat in fportam, adducebant omnes fportas in atrium Templi (Cod. *Menachòth* pag. 66.) excutiebant ibi manipulos, ventilabant, & purificabant grana hordei, colligebant ea, & reponebant לאבוב *in Abùb Sartagine* fupra ignem propter præceptum קלי *Tofti* Leuit. 23. 14. *Abub* enim erat -

בלי מנוקב כדי שתהא האור שולטת בכולו ׃

Et (Exod. 31. 15.) Et in die ſeptimo Sabbathum Sabbathòn. *Et* (Leuit. 23. 8.) In die ſeptimo conuocatio ſanctitatis. *R. Iudas Ben Bethirà dicit*: à craſtino Sabbathi, *à craſtino diei feſti*, *S. D.* (Deuter. 16. 9.) Septem hebdomadas numerabis tibi.

Sanè quidem, ſi numerandum eſſet à craſtino die Sabbathi naturalis, vltra quinquaginta dies addendi eſſent dies, qui intereſſe poſſent inter Paſcha & Sabbathum poſt Paſcha. Incipiunt itaque numerare dies ab oblatione *Hòmer*; & quia dies incipit ab occaſu Solis antecedentis, ideò incipiunt numerare hos dies in nocte decimæ ſextæ diei menſis *Niſàn*, quod nimis ſcrupuloſè peragunt.

Tribus enim modis hanc ספירת העומר *Sephiràth Habòmer Homeris numeratione* inſtitui poſſe, volunt. Aut enim הימים עם השבועות *Dies cum hebdomadibus*, quouſque perueniant ad nonum & quadrageſimum diem, numerant: aut numerant dies primæ hebdomadæ ſeorſim; & poſt hebdomadam numerant hebdomadam & diem ſuperabundantem. Vel etiam numerant hebdomadam ſolummodo quando ad eam deuenitur.

Primo modo pronunciant היום יום אחד *Hodie eſt dies primus* ab *Hòmer*. Secundo die dicunt: Hodie eſt dies ſecundus &c. Cùm deueniunt ad diem ſeptimum dicunt

היום שבעה ימים שהם שבוע אחד

Hodie ſeptem aguntur dies, qui conſtituunt hebdomadam Vnam. Octa-

uo

Sabbathi, à die qua adduxiſtis Hòmer agitationis ſeptem hebdomadas, perfectæ erunt. 16. *Vſque ad craſtinum Sabbathi ſeptimi numerabitis quinquaginta dies, &c. Et numerabitis Vobis*, Hinc deducunt Rabbini, quòd כל אחד ואחד *Vnuſquiſque* teneatur ad numerationem. *Peſikthà Paraſcià* אמור pag. 29. col. 2. circa principium.

A craſtino Sabbathi; explicat *Peſikthà* ibidem, ממחרת יום טוב *à Craſtino diei feſti*: Si autem intellexeris de *Sabbatho* בראשית *Bereſcith Chronico temporali & naturali*, inquit *Peſikthà*

אם שבת של פני החג ואם שבת שבתון בהחג ואם שבת שאחר החג והתורה אמרה תספרו חמשים יום ולא אחד וחמשים ולא ב׳ ונ׳ ולא ג׳ ונ׳ ולא ד׳ ונ׳ ולא ה׳ ונ׳ ולא ו׳ ונ׳: הא מה מקים ממחרת השבת: ממחרת יום טוב שכן מצאנו ליום טוב נקרא שבתון: ואין הפרש בין שבת שבתון לשבתון שנא׳ ביום הראשון שבתון וביום השביעי שבתון ואומר וביום השביעי שבת שבתון מקרא קדש: רבי יהודה בן בתירה אומר ממחרת שבת ממחרת יום טוב שנא׳ שבעה שבוע׳ תספר לך:

Aut erit Sabbathum ante feſtum, aut Sabbathum Sabbathòn diei feſti, aut Sabbathum poſt feſtum (ſcilicet Paſchatis) *Lex autem dicit* (Leuit. 23. 16.) Numerabitis quinquaginta dies, *& non Vnum & quinquaginta dies, aut duos & quinquaginta, aut tres & 50., aut 4. & 50., aut 5. & 50., aut 6. & 50. En quomodo firmatur* à craſtino Sabbathi, *id eſt à craſtino diei feſti; ſic enim inuenimus quòd dies feſtus Vocatur Sabbathòn. Neque Vlla eſt differentia inter Sabbathum Sabbathon, & Sabbathon S. D.* (Leuit. 23. 39.) In die prima Sabbathon.

:iem pergunt vſque ad finem hebdomadarum. -

Tertio modo dicunt : *Hodie eſt dies primus; ſecundus, tertius &c.* vt in primo modo, ſed nunquam nominant hebdomadam niſi ad illam deuentum fuerit. Vt v. g. ſeptimo die dicunt -

היום שבעה ימים שהם שבוע אחד :

Hodie ſeptem aguntur dies, qui hebdomadam vnam conſtituunt. Octauo die dicunt היום שמנה ימים *Hodie octo dies aguntur &c.* vſque ad diem 14. quem ita pronunciant -

היום שבעת עשר ימים שהם שני שבועות :

Hodie quatuordecim aguntur dies, qui duas hebdomadas conſtituunt. Et ſic vſque ad finem hebdomadarum. Videſis ספר אגור *Sèpher Agùr* n. 825. Sed hodie primum modum communiter vſurpant, vti videre eſt in *Machazore Italico Bononienſi* cum Comment. vbi de ספירת העומר *Sephiràth haòmer*, hæc habet: *Nocte ſecunda Paſchatis ingrediuntur Synagogam, & orant ſecundùm quod fecerant in nocte prima. Poſt orationem dicunt* קדיש *benedicunt ſuper* ספירת העומר *Sephiràth hàhòmer vſque ad noctem quintam Siuàn, quæ eſt veſpera Pentecoſtes, & benedicunt benedictionẽ Hòmer ſtantes.*

Recitata benedictione, & pronunciato primo die *Homeris*, orant pro reſtauratione Templi & Legalium rituum, quæ omnia his verbis exprimunt -

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם אשר קדשנו במצותיו

uo die dicunt -

היום שמנה ימים שהם שבוע אחד ויום אחד :

Hodie octo aguntur dies, qui hebdomadam vnam, & diem vnum conſtituunt. Et in hunc modum pergunt vſque ad diem decimum quartum, quem hoc modo pronunciant -

היום יד' ימים שהם שני שבועות :

Hodie quatuordecim aguntur dies, qui duas hebdomadas conſtituunt. Et ſecundùm hunc modum pergunt vſque ad noctem diei quintæ סיון *Siuàn*, quæ veſpera eſt diei Pentecoſtes.

Secundo modo dicunt. היום יום אחד *Hodie eſt dies primus ab Hòmer &c.* vt in primo modo, quouſque perueniant ad diem ſeptimum. Tunc enim illum ita pronunciant -

היום יום שביעי שהם שבוע אחד :

Hodie dies eſt ſeptimus, qui conſtituit hebdomadam vnam. Octauo die dicunt -

היום שבוע אחד ויום אחד :

Hodie hebdomada vna agitur, & dies vnus: Neque enim neceſſe exiſtimant numerare octo dies, qui hebdomadam vnam, & vnum diem conſtituunt, cùm iam in prima hebdomada numerati fuerint dies. Eodem ordine pergunt vſque ad alios ſeptem dies. Cùm enim deuenerint ad 14. diem illum pronunciant, vt in primo modo: Sed ad decimum quintum diem dicunt -

היום שני שבועות ויום אחד :

Hodie duæ hebdomadæ aguntur & dies vnus. Et ſecundùm hunc ordi-

dendo, non improbat. *Halachòth Thamidim &c.* cap. 7. circa finem.

Idem ibidem vult vt omnis Israëlita in omni loco & tempore teneatur ad numerationem *Homeris*; Mulieres tamen & seruos absoluit ab hoc præcepto.

De *Hòmer* agunt etiam *Leuùsc ha. chùr* num. 489. כל בו *Col bò* num. 55. & alij suprà citati cum *Miscnà*.

Die 24. *Nisàn* legunt *Pirkè Auòth Capitula Patrum*. Quid sint *Capitula Patrum* vide I. Par. pag. 8.

Die 26. eiusdem *Ieiunium, quòd in eo mortuus sit Iosue Ben Nun*. Excessum Iosue filij Nun Martyrologium Romanum Bedæ & Adonis referunt ad diem primum Septembris. Eius sepulchrum vsque ad tempora Diui Hieronymi extabat in monte Ephraim, vti idem Hieronymus scribit in Epitaphio Paulæ Epistola 17.

Sepulchra quoque (inquit) *in monte Ephraim Iesu filij Naue, & Eleazari filij Aaron Sacerdotis, è regione* (S. Paula) *venerata est: quorum alter conditus est in Tammathsare à Septentrionali parte montis Gaas, alter in Gabaa filij sui Phinees.* Hactenus Hieronymus. Iudæi in...

אגרת מספרת יחסותא דצדיקי דארעא דישראל,

Sepulchrum Iosue collocant in כפר חרס *Chephar chères*, sed vbi sit huiusmodi villa non indicatur. In eadem *Epistola Itineraria* tit. קדש dicitur. In קדש fuisse Academiam Iosue filij Nun. קדש autem potest legi קֶדֶשׁ *Kèdesc*, & קָדֶשׁ *Kàdesc*

במצותיו וצונו על ספירת העמר. היום לעומר יום אחד: יהי רצון מלפניך יהוה אלהינו ואלהי אבותינו שתשב עבודת בית המקדש למקומה במהרה בימינו ותן חלקנו בתורתך:

Benedictus tu Domine Deus noster Rex mundi, qui sanctificauisti nos præceptis tuis, & præcepisti nobis super numeratione Hòmer: Hodie dies est vnus. Sit beneplacitum coram te Domine Deus noster, & Deus Patrum nostrorum, vt restituas cultum Domus sanctitatis in locum suum citò in diebus nostris, & da portionem nostram in lege tua.

Sunt adeò superstitiosi in numeratione dierum *Hòmeris*, vt non audeant pronunciare quot dies præterierint à *Hòmer*, nisi priùs formulam hanc benedictionis recitauerint: si enim dum in Synagoga orant has preces, quis accedat ad socium suum, & petat, quot dies transierint à numeratione *Hòmer*? Respondebit: Heri tot, vel tot transierunt. Quòd si dixerit: Hodie quatuor, vel quinque, vel alij quidpiam transierunt dies à prima numeratione *Hòmer*, non poterit ampliùs numerare dies *Hòmer* cum benedictione. Si autem ante orationem eundem interrogauerit, poterit respondere vt ei placuerit, quia adhuc non peruenit tempus numerandi *Hòmer* cùm functio precaria *Homeris* adhuc non sit incæpta. Ita *O'rach chaìm* num. 489. §. 4.

Benedicunt initio noctis post Stellarum exortum, & incipiunt numerare. Quòd si obliuiscantur, & non numerent de nocte, *Rambàm* permittit vt numerere possint de die, sicuti si stando non numerant, sed se-

obtulerunt sacrificia, vnde & diem festum egerunt, & ideò non licebat illis diebus ieiunare, sicut nec vespera Paschatis, quia in ea offerebant sacrificium Paschatis, vnde vnicus tantùm dies 13. vacuus remanebat, qui cùm antecedat solennitatem Paschalem, ieiunassent pro delictis committendis quòd esset impertinens. Tempore solennitatis, nempè per septem dies interdictum erat Ieiunium, sicut & in octaua Paschatis, vnde vsque ad 23: diem mensis ieiunare non licuisset, & cùm ex tribus partibus duę sint partes mensis *Nisàn*, in quibus Ieiunium interdictum erat, ideò regulam constituerunt -

ומאחר שיצא רובו של חדש בקדושה נוהגין קדושה ויט בכל החדש שאין מתענין בו ;

Postea quam maior pars mensis egreditur cum sanctitate, solent totum mensem transigere in sanctitate & festo, neque in eo ieiunant. Ita Auctor *Leùùsc hachùr* num. 429. §. 2.

Addemus in hoc loco alterius Ieiunij notitiam, quo nonnulli putant ex Rabbinorum decreto ieiunandum qualibet 2. & 5. feria hebdomadæ; de quo vide in *Sciulchàn arùch* in *Orach chaiìm* num. 580. §. 3. & in *Leùùsc hachùr* eodem numero, de quo sic legitur -

עוד גורו חכמים ז״ל תענית בכל שני וחמישי מפני ג׳ דברים על חרבן הבית ועל התורה שנשרפה ועל חילול השם ; מפני שאלו הב׳ ימים הם ימי רצון שבארבעים יום האחרונים שעמד משה כחר שעלה בר״ח אלול וירד ביום הכיפורים ונתקבלה תפלתו שאמר לו הש״י סחלתי כדברך

Kèdesc est Vrbs in Tribu Nephtali in montanis Galilææ, Iosf. 21. 32. *Kàdesc* verò est Vrbs in deserto Sin, in finibus Idumæorum. Numer. 20. 1. Non autem est verisimile, Iosue habuisse Academiam extra terram promissam, in deserto; nec in terra promissa extra sortem Ephraim; de cuius Tribu ipse erat; habuisset tamen extra propriam Tribum, si eam habuisset in Vrbe *Kèdesc*, quæ est Tribus Nephtali, Iosue 21. 32. vel Tribus Issachar; 1. Paralip. 6. 72. Ideò credendum est D. Hieronymo indicanti sepulchrum Iosue filij Nun in monte Ephraim in Tamathselo, id est in תמנת שלה *Thanàth scilò Thanathselo*, qui locus est in sorte Tribus Ephraim, Iosue 16. 6.

Die 10. *Iàjr incipiunt ieiunare* בה״ב *fer.* 2. 5. & 2. De consimili Ieiunio dictum est suprà ad diem 20. *Chascuàn Nouembris*.

Sed cur non ieiunant in mense *Nisàn*? Cùm enim excessus commissi sint occasione solennitatis eo mense celebratę, congruum videtur, vt pariter eo mense statim post commissam culpam, de ea doleant per Ieiunium.

Resp. Licèt permittant Ieiunium priuatæ personæ ob aliquem sinistrũ euentum Israëli occursum, vti ob mortem filiorum Aaron, Mariæ, vel Iosue filij Nun; non tamen eo mense licitum faciunt toti cœtui ieiunare, & hoc ob sanctitatem ipsius mensis *Nisàn*, in quo erectum & dedicatum fuit Tabernaculum, & Principes singularum Tribuum singulis diebus

עלה ביום ה' מרד; ביום ב' לכך קבעו ג"כ לחתענות אלו השני ימים שיקבל תפלתינו ::

Ampliùs Ieiunium decreuerunt Sapientes b. m. secunda & quinta feria propter tria quæ acciderunt: propter desolationem Templi: Legem combustam; & profanationem nominis Dei. Ieiunant autem his duobus diebus, quia sunt dies beneplaciti, quoniam vltimis quadraginta diebus, quibus stetit Moses in monte (ascendit enim in montem in principio mensis Elùl Augusti, & descendit in die Hachippurrìm Expiationum) *accepta fuit oratio illius, quoniam dixerat ei Deus* (Num, 14. v. 20.) Peperci secundùm verbum tuum. *Ascendit itaque fer. 5. & descendit fer. 2. Ideò statuerunt ieiunium in his duobus diebus vt oratio nostra exaudiatur.*

Eodem die 10. *Ijàr. Ieiunium quod in eo mortuus sit Eli Sacerdos &c.* Duo filij Eli Ophi & Phinees erant scelesti, & filij Belial absque iugo effrœnati, vel vt ait *Radàk, Impij*. Et in *Daràsc*, quòd confundebant nomen Dei, ipsumque Deum negabant, erant Athei, quia -

אמרו אין מלכות בשמים וזהו שאמר לא ידעו את יהוה ׃

Dicebant: Non est regnum in cælis, (idest, non est Deus) *& hoc est quod dicit* (Scriptura 1. Samuel. 2. 12.) Non cognoscebant Dominum. Sanè quidem ex Scriptura luculenter ostenditur eos fuisse iniquos, iniustos, adulteros, nec à patre suo Eli, alioquin bono viro, fuisse correptos,

quare Deus tam filios, quàm patrem morte violenta perire permisit; vnde præpostera, & temeraria est Rabbinorum *Salomonis, Radàk, & Ralbàg* ex Rabbinis interpretatio versic. 21. capit. 2. 1. Samuelis, qua eos excusare volunt ab adulterijs, & quod Scriptura apertè dicit: *Quòd dormiebant cum mulieribus, quæ obseruabant ad ostium Tabernaculi;* ipsi verò dicunt: *quòd moras trahebant in offerendis nidulis earum* (id est) *Columbis, seù Turturibus, & illa expectabant donec viderent fieri oblationem de eorum nidis*, ob quam rem cogebantur dormire extra proprias domus -

מעלה עליהם הכתוב כאילו שכבום ׃

Tribuit eis Scriptura ac si concubuissent cum illis.

Huius Ieiunij meminit Auctor *Seiulchan arùch in O'rach chaiim* numero 580. *Leuùsc hachùr* ibidem, & *Meghilàth Taanìth* cap. 12.

Die 18. *Ijàr, Lagh Laòmer &c.* ל"ג *Lagh* est nota numerica numeri 33. indicans triginta tres dies transiisse ab oblatione *Hòmer*. Signanter notant hos dies; quia in his prohibentur nuptiæ solemnes, licet non prohibeantur matrimonia sine solennitate & conuiuijs. Ratio cur prohibeant Iudæi solennitatem nuptiarum his diebus, id est à Paschate vsque ad 33. diem inclusiuè, est, quia dicunt

שבאותו זמן מתו תלמידי ר' עקיבה ׃

Quòd per id temporis interuallum obierint discipuli R. Akiba. Vidimus in Prima Parte huius Bibliothecæ pa-

gi-

dem pag. 67. col. 4. editionis Amstelodamensis in fol. cum comment, habetur -

יב אלף תלמידים הוו לרבי עקיבא מעכו ועד אנטיפרים וכולם כפרק א' מתו למת שתית' עיניהם צרת אלו כאלו וכו' ;

Duodecim millia discipulorum fuerunt ipsi R. Akibæ ab Acco ad Antiparis, & omnes Unico momento mortui sunt. Quare? Quia oculi eorum inuiderant in alterutrum, id est sibi inuicem inuiderent. Inconstantia & varietas testis, signum est eum mendacium protulisse. Iudæi verò hanc veluti Sacram historiam recipiunt, luctum his diebus agunt, vt nec audeant in eis barbam tondere, aut pilos radere. *O'rach chaiìm* numero 493. §. 2. Transacto die לג' לעומר 30. *post Hòmer*, hoc est י"ח 18. mensis *Ijàr*, ac deinceps matrimonia solenniter celebrare, barbam radere, & alia ad lætitiam spectantia facere permittunt; symbolum quoque de his tradunt desumptum, vbi de iuuenis ætate, qua vxorem ducere debeat, decernitur his verbis: בן י"ח לחופה *Filius 18. annorum ad Thalamum*, quasi diceret: Post 18. diem *Ijàr* licitum est matrimonia contrahere. Ita Auctor libri חסכתם.

Quoad rasuram, sunt nonnulli qui eam permittunt in Neomenia *Ijàr*, sed *O'rach chaiìm* loco citato improbat; eiusmodi rei assignant causam in *Leuùsc hachùr* num. 493. §. 3. שאין ר"ח מבטל אבילות *Quia Neomenia non intermitit luctum*. Permittunt tamen eam eo die, quo circumci-

gina 422. ex *Epistola itineraria Terræ Sanctæ* R. Akibà habuisse viginti millia discipulorum, qui omnes sepulti sint per circuitum Vrbis Tiberiadis; sed in *Talmude* Cod. כתובות *Pèrek* אף עלפי pag. 63. circa princip. dicitur: discipulos R. Akibæ fuisse עשרים וארבעה אלפים *Viginti quatuor millia*, & in Cod. יבמות *Pèrek* הבא על יבמתו pag. 62. b. paulò post medium. -

אמרו שנים עשר אלף זוגים תלמידים היו לו לרבי עקיבא מגבת עד אנטיפרס וכולן מתו בפרק אחד מפני שלא נהגו כבוד זה לזה ;

Dixerunt, duodecim millia paria discipulorum fuerunt ipsi R. Akiba, à Gabbàth vsque ad Antiparas, & omnes mortui sunt eodem momento, eo quòd sese inuicem, secundùm quod conueniens erat, non honorarent. Et paulò post,

תנא כולם מתו מפסח ועד עצרת.

Est traditio, quòd omnes mortui sint inter Pascha & Pentecosten. Sed quo mortis genere mortui sint? *R. Auin* testatur ibidem.

כולם מתו מיתה רעה.

Omnes mortuos esse morte maligna. *Ràu Nachmàn* explicat, אסכרה *Ascharà Angina Squinantia*. Fabulis Talmudicis credunt Iudæi ac si veræ historiæ essent, fabulosum esse huiusmodi portentosũ exercitum 24000: discipulorum inde patet, quòd numerum enormem istum 24000. discipulorum, in *Bereschith Rabbà Parascià 61. Sèder* חיי שרה ad illa verba Gen. 25. 1. *Et addidit Abraham &c.* per medietatem secarint, ibi siqui-

mortuus sit Samuel Propheta. Sub hac die mortem Samuelis Prophetæ reponunt omnes Auctores Iudæi. Latini verò & Græci eam ad diem 20. mensis Augusti reijciunt, de qua videnda sunt Martyrologia Romanum, Bedæ, Vsuardi, Adonis, & Menologium Græcorum. Eius sepulchrum collocatur à Iudæis in רמה *Ramà* -

בכנסית של גוים שם שמואל הרמתי הנביא ואלקנה אביו וחנה אמו והם תחת המערה׃

In Ecclesia Christianorum, ibi sepultus est Samuel Propheta Haramathæus vnà cum Elkanà patre suo, & Anna matre ipsius, & sunt infra speluncam. Epist. itiner. Terræ sanctæ. Cuius reliquiæ tempore Arcadij Imperatoris translatæ fuerunt Constantinopolim, & locatæ in Templo propè Septimum. *Martyrologium Roman.*

Die 6. *Siuàn Sceuuoth Festum Septimanarum*. id est Pentecostes. Quæ de festo Pentecostes dicenda essent, reseruantur in alio loco.

Die 23. *Siuàn Ieiunium, quia in eo prohibitæ sunt primitiæ &c.* De hoc Ieiunio in *Meghilàth Taanìth* cap. 12. In *O'rach chaiìm* num. 580. §. 2. & *in Leuùsc hachùr* eodem numero.

Die 25. eiusdem *Ieiunium, quoniam in eo occisus est Rabbàn Simeon Ben Gamalielis &c.* Decem Rabbinos numerant Iudæi, qui omnes occisi fuerunt, propter Regnum, ideò vocantur הרוגי מלכות *Harroghè Malchùth occisi Regni*; putant tamen quòd non propter Regnum cæleste, sed mundanum perierint, Politicam Hebræorum defendentes contra Ro-ma-

cidendus puer, eiusdem pueri patri, quia apud eum dies est lætitiæ. Ibid.

Solent enim mulieres Iudææ per idem tempus, id est à Paschate ad festum vsque Pentecostes non laborare post Solis occasum, huius rei duas causas assignant, vnam, quia discipuli R. Akibæ mortui sunt (vt dicunt) in ipso puncto *occasus Solis* לשקיעת החמה & sepulturæ traditi אחר שקיעת החמה *post Solis occasum*, cessauitque populus ab operibus seruilibus, vt ad sepulturæ officium exercendum expeditus & promptus esset; ideò mulieres vt virorum pietatem imitarentur, post Solis occasum cessarunt ab operibus seruilibus. Alteram, quia numerant dies *Hòmer* post occasum Solis, & hoc quia scriptum est (Leuit. 23. 15.) *Septem Sabbatha perfecta erunt*. Et scriptum est in occasione שמיטה *Scemittà* (Leuit. 25. 8.) *Et numerabis tibi septem Sabbatha annorũ*: hinc deducunt quòd necesse erat summo Senatui numerare annos השמיטה *Hascemittà* sicut solent Iudæi hodie numerare Sabbatha *Habòmer*, ideò relatiua est hæc numeratio cum priori; at cùm in Sabbatho *Hascemittà* prohibitum est aliquid operari, pari modo prohibitum est operari tempore quo numerantur dies *Habòmer*, sed isti numerantur de nocte, ergo prohibitum est eo tempore aliquid operari; Ita *Leuùsc hachùr* n. 493. §. 4. Sed secundùm hanc ratiocinationem nec homines deberent per idem tempus aliquid operari, quod tamen non obseruant.

Die 28. *Ijàr Ieiunium, quòd in eo*

Isti omnes passi sunt ætate R. Simeonis Bar Gamalielis secundi, si Auctori *Scialscèleth hakkabalà* pag. 31. credere velimus.

R. Chaninà Ben Chachinài videtur esse idem ac *R. Chaninà* סגן הכהנים *Vicarius Sacerdotum*. de quo videndus est liber יוחסין litera ח pag. 57. vbi fusè tractat de significatu vocis סְגַן.

Notandum est circa *R. Ismaëlem Ben Elisæi*; & *R. Iudam Ben Bauà*, eos fuisse sepultos in Terra sancta. Ita *Epistola itineraria Terræ Israëlis*. Vbi in שיזור legitur -

שיזור סמוך לכפר שם קבורת רבי שמעון שיזורי ועליו ציון ואילן זית : ובסמוך ר' ישמעאל בן אלישע כ"ג מעשרה הרוגי מלוכה :

Scizùr (locus est) *coniunctus Villæ. Ibi* (reperitur) *sepulchrum R. Simeonis Scizurrai, & super illud est monimentum sepulchrale & arbor oliuæ. Eidem coniunctus est R. Ismaël Ben Elisæi Sacerdos magnus ex decem interfectis Regni*. Et in שפרעם -

שפרעם בה בית הכנסת בנוי, ובין אושא לשפרעם שם קבורת רבי יהודה בן בבא מעשרה הרוגי מלוכה :

Scepharhàm : Ibi reperitur Synagoga ædificata. Et inter Vscià & Scepharhàm sepultus est R. Iudas Ben Bauà (vnus) *ex decem interfectis Regni*. Cùm enim isti interfecti fuerint non eodem loco, neque eodem tempore, congruum est credere non vnà simul sepultos, sed in diuersis locis sepositos fuisse; mirum itaque est, illud quod legitur in Itinerario R. Beniamin

manorum potentiam. Ex his, quatuor volunt occisos esse sub Tito, reliquos sex sub Adriano Cæsare. Qui sub Tito interfecti creduntur, sunt -

1 רבן שמעון בן גמליאל הזקן :

Rabbàn Simeon Ben Gamalielis Senioris.

2 רבי ישמעאל בן ר' אלישע כהן גדול :

Rabbi Ismaël Ben R. Elisæi Sacerdos magnus.

3 ר' חנינא בן תרדיון :

R. Chaninà Ben Thardiòn,

4 ר' חנינת בן חכיני :

R. Chaninà Ben Chachinài.

Omnes isti fuerunt ætate Rabbàn Iochanàn Ben Zachài, tempore quo demolita fuit secunda Ædes secundùm quod scribit *Harambàm* in Præfatione super סדר זרעים.

Reliqui sex qui sub Adriano interfecti censentur, sunt -

1 ר' עקיבא בן יוסף :

R. Akibà Ben Ioseph.

2 ר' יהודה בן בבא :

R. Iudas Ben Bauà.

3 ר' יהודה בן תימא ע"ב שנים אחר החרבן :

R. Iudas Ben Thimà 72. annis post desolationem Templi,

4 ר' אלעזר בן שמוע :

R. Eleazar Ben Sciamùah.

5 ר' חוצפית התורגמן :

R. Chotzaphith Hattorgamàn, &

6 ר' יושבב הסופר :

R. Ioscenàu Hassophèr.

Ieiunium quarti. Dicitur Ieiunium quarti, quia celebratur quarto mense facto initio anni à mense *Adàr* Martio. Vocatur communiter *Ieiunium* שבעה עשר בתמוז *Sciubà hasàr bethamùz Septimi decimi* (diei mensis) *Tamùz Iunij*. Ex quatuor primarijs, & anniuersarijs Ieiunijs istud est primum in ordine, de quo olim locutus fuerat Zacharias cap. 8. 19. צום הרביעי *Ieiunium quarti, &c.* Ieiunant hac die Iudæi, quia dicunt cum eorum Magistro *R. Mose Bar Maijmonis Halachà* תעניות cap. 5. num. 2. in ea

חמשה רברים אירעו בו נשתברו הלוחות ובטל התמיד בבית ראשון והובקע ירושלם בחרבן שני ושרף אפוסטומוס הרשע את התורה והעמיד צלם בהיכל ׃

Quinque res olim accidisse. 1. Fracta sunt Tabulæ (Legis, Exod. 32. 19.) *2. Cessauit iuge Sacrificium in primo Templo. 3. Ierusalem fissa est in secunda vastatione. 4. Apostomus improbus combussit Legem. 5. Et posuit Statuam in Templo*. De his abundantiùs quando ex animo de Ieiunijs Hebræorum, Deo fauente, agemus.

Die 1. *Ab Iulij Ieiunium, quòd in eo mortuus sit Aaron Summus Pontifex*. Nostra Martyrologia de morte Aaronis Sacerdotis hac die etiam agunt. Idem Iosephus lib. 4. Antiq. cap. 4. Qui Scripturæ innituntur asserenti, Num. 33. 38. ascendisse Aharonem in montem הר *Hor*, ibique mortuum fuisse -

בחרש החמישי באחר לחרש ׃

min de decem istis Iudæis occisis, eos fuisse sepultos Romæ in monte prope Tyberim, puta in Vaticano, aut Ianiculo. Illius verba sunt -

וגם מערה אחת בהר על שפת הנהר טיברו ושם קבורים הצדיקים ול״ עשרת הרוגי מלכות ׃

Et etiam (est Romæ) *spelunca in monte iuxta ripam fluminis Tyberis, & ibi sepulti sunt decem Iusti h. e. interfecti Regni*. Sed cùm à mendacibus & fabulosis Iudæis Vrbem inhabitantibus id audierit, mirum non est si credulus vir Beniamin in suum *Itinerarium* hanc fabulam intulerit, sicut quamplurimas alias hausit, vt, De duabus columnis à Rege Salomone ære fusis, positis in Basilica S. Ioannis (vt ipse ait) -

ובכל עמוד ועמוד חקוק שלמה בן רוד ואמרו לי היהורים אשר ברומא כי בכל שנה ושנה בימי ט׳ באב נמצאה זיעה עליהם נגרת כמים וכו׳ ׃

Et in qualibet ex his sculptus sit (Salomon filius Dauidis). Et addit; *Retulerunt mihi Iudæi Romæ incolæ, quòd per singulos annos in die Tishà beAu* (id est in Ieiunio diei 9. mensis Au Iulij) *columnas illas sudorem aquæ similem stillare &c.* Nugæ omnes.

Die 27. *Siuàn Ieiunium, quia in eo combustus est R. Channinà Ben Tardiòn &c.* Auctor *Selalscèleth hakkabalà* pag. 31. ad diem 21. huius reponit hunc Rabbinum combustum cum libro Legis, sed omnes alij Auctores de eo in hac die agunt. Vide *Meghilàth Taanìth* cap. 12. *O'rach chaiim* num. 580. & alios.

Die 17. *Tamùtz, Tzòm hareuihì*

In

26. 18.) Sion ſicut ager arabitur. Hoc ieiunium maiori ſuperſtitione obſeruant quàm reliqua, de quo prolixiùs ſuo peculiari loco de Ieiunijs Iudæorum agemus, Deo propitio. Reliqua duo Ieiunia à Propheta Zacharia recenſita, id eſt

וצום השביעי וצום העשירי :

Et Ieiunium ſeptimi, & Ieiunium decimi. Vide ſuprà ſuis quibuſque locis, nempè die 3. *Tiſcrì*, & die 10. *Teuèth*.

Cæterùm, de Ieiunio *Tiſchà beàu* die 9. *Ab*, i. e. Luna nona menſis V. hoc animaduertendũ eſt: Eccleſiam Catholicam Dominica IX. poſt Pentecoſten, quæ plerumque cadit in hebdomada, vel etiam ipſo die תשעה באב *Tiſchà beàu*, ſolere legere Euangelium Luc. 19. 41. *Cùm appropinquaret Ieſus Ieruſalem, videns Ciuitatem, fleuit ſuper illam &c.* prædicens deſolationem ipſius, ita vt non eſſet relinquendus lapis ſuper lapidẽ. Et in teſtimonium prædictionis Chriſti, Eccleſia ipſoſmet Iudæos Chriſti inimicos adducit, vt dum illa alta voce per Diaconos ſuos verba Chriſti pronunciat, Iudæi eodem momento ob illius deſolationem actu ieiunent, vti fecerunt anno 1677. nam die 9. menſis *Ab* incidit in diem 8. Auguſti in Dominicam IX. poſt Pentecoſten; in qua Iudæi ob deſolationem Vrbis ieiunabant, & Chriſti lacrymas Eccleſia referebat, deplorans cum Chriſto Iudæorum cæcitatem, qui nolunt ad tam illuſtre teſtimonium oculos aperire & ſuam incredulitatem agno-

 ſce-

חג

In menſe quinto prima (die) menſis.

Die 9. *Ab*, *Ieiunium quinti*. Iſtud eſt ſecundum ſolenne Ieiunium quintum à menſe *Niſàn* primo Eccleſiaſtici anni, de quo Zacharias Propheta cap. 8. 19. וצום החמישי *Et ieiunium quinti*.

In hoc die ieiunant, quia dicunt: quinque res Iudæis infauſtas in eo occurriſſe, quas recitat Rabbì Moſes Bar Maijmonis loc. cit. num. 5. his verbis

וט׳ באב חמשה דברים אירעו בו נגזר על ישראל במדבר שלא יכנסו לארץ וחרב הבית בראשונה ובשנייה ונילכדה עיר גדולת וביתר שמה והיו בה אלפים ורבבות מישראל והיה להם מלך גדול ודמו כל ישראל וגדולי החכמים שהוא מלך המשיח ונפל ביד גוים ונהרגו כולם והיתה צרה גדולה כמו חורבן בית המקדש ובו ביום המוכן לפורענות חרש טורנוס רופוס הרשע ממלכי אדום את ההיכל ואת סביביו לקיים מה שנאמר ציון שדה תחרש :

Nona die Ab quinque res acciderunt: 1. Decretum eſt contra Iſraëlem in deſerto, ne ingreſſuri eſſent in terram (promiſſam). *2. Deſolatio facta eſt tam primi quàm ſecundi Templi. 3. Capta eſt Bithèr Vrbs maxima in qua erãt multa myriadũ millia Iſraëlitarum, & in ea regnabat Rex magnus, quem putauerant Iſraëlitæ, & Sapientum maiores, eum fuiſſe Regem Meſſiam. Cecidit in manus Gentilium, & omnes occiſi ſunt; fuitque hæc afflictio magna, veluti deſolatio Templi. Ideò firmatum eſt eo die eſſe ieiunandum. 4. Impius Turnus Rufus ex Regibus Idumeis* (Romanos intelligunt) *arauit Templi ſolum, & per circuitum eius, vt adimpleretur quod dictum eſt* (Ierem.

in Tribum aliam &c. Doctores autem Hebræorum decreuerunt contrarium, & declarauerunt -

שלא נצטוה דבר זה אלא לאותו הדור בלבד שהיו מכובשי הארץ בתחלה כדי שיוכר ויוחזק כל חלק וחלק של כל שבט ושבט אבל לדורות הבאים שכבר הוחזק כל שבט ושבט בנחלתו וחלקו אל תפקיד הכתוב משם ואילך ולמדוות ממה שכתוב בתחלת אותה הפרשה זה הדבר אשר צוה יהוה לבנות צלפחד וגו׳ וכל מקום שנאמר זה מיעוט הוא כלומר לא צוה הכתוב דבר זה אלא לדור של בנות צלפחד וכו׳ :

Quòd non fuerit hoc ordinatum, nisi pro illa tantùm prima generatione, in qua vixerunt illi, qui primò terram subiugarunt, & hoc vt faciliùs cognosceretur, & distingueretur qualibet portio vniuscuiusque Tribus: at subsequentibus generationibus, quia iam singula Tribus apprehenderant partem & hereditatem suam, non opus habet Scriptura ampliùs illas recensere; hoc perspicuum est ex eo quòd scriptum est paulò superiùs (Num. 35. 6.) Hoc est verbum quod præcepit Dominus filiabus Tzelophchàd &c. *Vbicumque enim hoc genus loquendi inuenitur* paucitatem *significat. Id est, non præcepit hanc rem Scriptura nisi tantùm pro generatione filiarùm Tzelophchàd &c.* Cùm autem hæc Sapientibus innotuisset sententia, conuenerunt in vnum, & decreuerunt hunc diem 15. *Ab* festum diem futurum.

Secunda causa huius diei festi est; quia in hoc die absoluerunt Tribum Beniamin, & permiserunt illi nubere cum filiabus cæterarum Tribuum; nam priùs ob scelus commissum in Ga-

scere, cùm hæc omnia mala eis acciderint ob crucifixionem sui Messiæ, ac Dei æterni.

Die 15. *Ab*. Hic dies est totus lætus apud Iudæos. In signum lætitiæ non ieiunant, non incuruant se, aut in faciem proni cadunt dum orant. Sed è conuerso lautè & opiparè conuiuantur, genio indulgent, & omne lætitiæ genus exercent; solent in hoc die noui Magistratus Viros extrahere, qui tamquam Consules sub nomine פרנסים Iudaicam plebem gubernant, quibus additur *Præfectus ærario*, quem ex Ezr. 1. v. 8. גזבר appellitant. In signum lætitiæ in Synagoga pro *Haphtorà* legunt Lectionem ex Isai. 40. v. 1. נחמו נחמו *Consolamini, consolamini &c.* & quia toti addicti sunt lætitiæ, ideò si hæc dies cadat in Sabbatho, volunt ne interrumpi liceat à quacunque extranea superueniente causa, vel accidente; vnde obtinere quandoque solent à Superioribus cessationem Concionis, qua fidei Christianæ articuli per singula Sabbatha à Viro pio, ac linguæ Hebraicæ perito ex suggesto Romæ explicantur. Huius lætitiæ causam non vnicam, sed quadruplicem in *Leuùsc bachùr* numero 580. §. 2. Doctores Hebræi assignant.

Prima est, Decisio illius maximæ quæstionis. An liceret nubilem filiam heredem matrimonio tradere filio alterius Tribus; nam hoc censetur prohibitū ex Lege Num. 36.9:

ולא תסב נחלה ממטה למטה אחר וגו׳ ׃

Et non gyretur hereditas de Tribu

Gabaa Beniamin, deletaque ferè tota Tribu Beniamin vnà cum omnibus mulieribus, iurauerunt filij Israël, non se daturos filias suas sexcentis viris relictis de Tribu Beniamin vxorem (Iudic. cap. 21. ver. 1.).

אבל מבניהם לא נשבעו ׃

Verùm de filijs suis non iurauerunt. Ideò in hac die illas permiserunt, & diem festum egerunt.

Tertia causa est, quia eo die cessauit mortalitas quædam mirabilis, quam in deserto extitisse referunt Rabbini. Dicunt enim, quòd cùm fuissent Israëlitæ quadraginta annis in deserto, & varijs modis tentassent Deum, Deus è contra eos omnes, qui ex Ægypto egressi fuerant, interfecit in deserto. Quomodo autem Hebræi in deserto interierint, hoc modo narrant fabulosi Rabbini.

היה הכרוז יוצא לפני משה כל ערב ט״ב ומכריז ואומר צאו הכל לחפור והיה כל אחד מישראל יוצא לחפור לו קבר בערב היה כל אחד לן בקברו למחר היה הכרוז יוצא ומכריז ואומר הבדלו החיים מתוך המתים וכל מי שהיה בו ממש היה עומד ויוצא ומי שהי׳ עתיד למות היה תולעת יוצא ממנו מטיבורו ונכנס לתוך פיו ומת והיו קוברין אותו וכן כל שנה ושנה לסוף ארבעים שנה היה גם כן הכרוז יוצא ומכריז הכל יצאו לחפור כו׳ ועמדו בולן וכן כל לילה עד ט״ו באב כיון שראו שלא נראית הלבנה חסרה כלומר שנתמלא עיגולה ידעו בודאי שכבר עבר ט׳ באב והרי הוא בחצי החדש ועדיין לא מת א׳ מהם וידעו שבטלה הגזירה וקבעו אותו היום ועשאוהו יו״ט וכו׳ ׃

Preco exibat coram Mose (singulis annis) *ad vesperam Tischà beàu noni diei mensis Ab, proclamabat, atque dicebat; Egrediantur omnes & sepulchrum sibi effodiant. Quilibet Israëlita egrediebatur, & effosso sepulchro in illo pernoctabat. Mane facto iterum proclamabat Preco: Separentur viui à mortuis. Qui verè viuere debebat, egrediebatur stans, qui autem morti destinatus erat, ex illius vmbilico egrediebatur vermiculus, & ingrediebatur in os eius, & moriebatur, & postea sepeliebant eum* (in sepulchro à se parato). *Sicquè faciebant singulis annis. In fine quadragesimi anni, secundùm consuetudinem egreditur Preco, & eodem modo clamat: Egredimini, & parate vobis sepulturas. Ita fecerunt & pernoctarunt in sepulchris vsque ad 15. diem mensis Ab. Quando viderunt circulum Lunæ perfectè rotundum, cognouerunt verè diem Tischà beàu 9. mensis transactum esse; & cùm transacta fuisset dimidia pas mensis, nec vllus ex eis mortuus erat, intellexerunt cessasse sententiam mortis decretam contra Israëlem, Ideò fixerunt hunc diem, & diem festum illum fecerunt, &c.*

Et caúsam quartam assignant.

שבו נתנו הרוגי ביתר לקבורה ׃

Quòd interfecti in Vrbe Bithèr sepulturæ traditi sint.

Præter has, siuè commentitias, siuè fabulosas causas, quas recensent in *Leuùsc hachùr* num. 580. §. 2. aliquot aliæ referuntur in *Meghilàth Taanìth* c. 5. quæ consultò hìc omittuntur. Has tantùmodo retulimus, vt sciat curiosus Lector, quibus de causis moueantur Iudæi hunc diem 15. huius mensis *Ab* cum lætitia celebrare.

Die 18. *Ab, Ieiunium, quòd in eo extincta sit Lucerna Occidentalis in diebus Achaz*. Septem Lucernæ continuò lucebant super Candelabrum aureum in Tabernaculo fœderis in Templo Domini, Figura huius Candelabri ostensa fuit Mosi in monte Sinai, & describitur in Exodi cap. 25. 31. & seqq. Ex his Lucernis quænam fuerit dicta Occidentalis, docet R. Salomon in Cod. יומא *Iomà* cap. 4. pag. 39. super illa verba Ghemaræ -

ארבעים שנה ששמש שמעון הצדיק וכו׳ והיה נר מערבי דולק מכאן ואילך פעמים דולק פעמים כבה׃

Quadraginta annis quibus functus est Sacerdotio Simeon Iustus &c. Lucerna vespertina, seù occidentalis ardebat, hinc & vltra sæpè ardebat, sæpè erat extincta. De ea siquidem ita loquitur R. Salomon -

והיה נר מערבי דולק לאחר שכבו שאר כל הנירות ואע״ג שממנו מתחיל להדליק ערבית בו היה מסיים הטבת נירות שחרית׃ והוא עדות שהשכינה שורה בישראל כדכתיב (שמות כז כא) מחוץ לפרוכת העדות ואמרינן במסכת שבת עדות היא לכל באי עולם שהשכינה שורה בישראל ואחרינן מאי עדות זה נר מערבי שנותנים בה שמן כמדת חברותיה וממנה היה מתחיל ובה היה מסיים׃ ואיזהו נר מערבי למאן דאמ׳ שבעת הנרות סדורי׳ מזרח ומערב קרי נר מערבי נר שני שסמוך לראשון שבמזרח כדתנן נכנס אחר ומצא שני נירות מזרחיי׳ דולקים וכו׳ למאן דא׳ כו׳ צפון ודרום נתונין היו אמצעיתן פניו מסובין כלפי מערב והוא קרוי מערבי ושאר הנירו׳ מצדדין פניהן כלפי אמצעי כדכתיב אל מול פני המנורה הוא אמצעית יאירו נירות של ששה קנים׃

Lucerna occidentalis ardebat etiam postquam reliquæ Lucernæ extinctæ fuissent: & quamuis incepisset ardere Vespere, in ea desinebat purgatio Lucernarum sequenti mane. Ipsa autem erat testimonium quòd Diuinitas inhabitabat in Israële sicut scriptum est (Exod. 27. 21.) Extra velum quod est iuxta Testimonium. *Dicunt autem in Cod. Sciabbàth. Istud erat Testimoniũ omnibus introeuntibus in mundum, quòd Diuinitas inhabitaret in Israële. Sed alij dicunt: Quid est istud Testimoniũ? Est Lucerna occidentalis, in quam ponebant oleum secundùm mensuram aliarum Lucernarum, & ex ea incipiebant, & in ea desinebant, & ista est Lucerna Occidentalis. Sed secundùm eos qui dicunt: Septem Lucernæ erant ordinatæ ad Orientem & Occidentem* (hoc est Candelabrum septem Lucernarũ ita fuisse collocatũ vt Lucernæ ab Oriente ad Occidentem respicerent) *Vocabatur Lucerna Occidentalis Lucerna secunda quæ coniuncta erat primæ, quæ erat in parte Orientali, sicut legimus in Misnà. Introiuit quidam, & inuenit duas Lucernas Orientales ardentes &c. Sed secundùm illum qui dicit &c. Ad Septentrionẽ & Meridiem posita erant, media ponebat facies suas versus Occidentem, & illa vocabatur Lucerna Occidentalis, & reliquæ Lucernæ ex lateribus ipsius è regione media vertebant facies suas Lucernæ* (i. e. vertebant flammam versus mediam Lucernam) *sicut scriptum est* (Num. 8. 3.) E regione facierum Candelabri. *Ipsa est Lucerna media* ✶ *Lucebant* (reliquæ) *Lucernæ super sex calamis*. Quia nesciunt Rabbini ad quam partem mundi facies Candelabri posita fuisset, nesciunt

etiam

media Lucerna ſecundùm quod determinatum eſt in conſtitutione Candelabri inter Septentrionem & Meridiem, ſed ex incertitudine poſitionis Candelabri manet omninò incerta, quænam ex his ſeptem Lucernis vocanda ſit Occidentalis. Occidentalis iſta Lucerna quæcunque illa cenſeatur, primò extincta inuenta eſt tempore Achaz Regis Iudæ, vt omnes Rabbini affirmant. At ego dicerem, non Lucernam Occidentalem tantùm, ſed omnes Candelabri Lucernas, tempore quo regnauit Acahz, extinctas fuiſſe. Quis non crederet Candelabri Lucernas omnes fuiſſe extinctas tunc temporis, cùm & ipſi Sacerdotes, Leuitæ, Cantores, & alij Miniſtri Templi Domini expulſi fuerint ne Templo & Altari miniſtrarent, & fores Templi toto tempore Regni Achaz fuiſſent clauſæ, eo ſic iubente? quæ deinde poſt eius mortem à filio ſuo Ezechia fuerunt reſeratæ, reuocatis Sacerdotibus, Leuitis, Cantoribus, & reſtituto omni Diuino cultu? Confer cap. 28. & 29. libri 2. Paralipomenon.

Cæterùm de hac Lucerna Candelabri extincta tempore Achaz omnes Auctores Hebræi, qui referunt numerum Ieiuniorum, agunt, inter quos eſt *Meghilàth Taanìth* c. 12. *Sciulchàn arùch* num. 580. *Leuùſc hachùr* numero eodem. *Col bò* num. 63. & alij.

Die 17. *Elùl* צ״ם בי כו מתו מוציאי דבת הארץ *Ieiunium, quòd in eo mortui ſint exploratores Terræ promiſſionis, qui eandem diffamauerant*. Num. 14. 37. Hæc

etiam determinare quænã ex ſeptem Lucernis in eo collocatis dicenda ſit Orientalis, vel Occidentalis. Secundùm eos, qui ponebant faciem Candelabri reſpicientem Meridiem, latera Candelabri neceſſariò reſpicere debebant Orientem & Occidentem, ingredientibus Tabernaculum, cuius oſtiũ ad Orientem poſitum, prima Lucerna, quæ occurrebat, vocabatur Orientalis, & ſecunda adiacens primæ, dicebatur Lucerna Occidentalis, tertia item Orientalis, quarta Occidentalis, quinta Oriẽtalis, & ſexta Occidentalis, media verò Lucerna dicenda eſſet Meridionalis, quia facies illius ad Meridiem verſa fuiſſet. Si verò Candelabri facies vertatur ad Orientem, latera ad Septentrionem & Meridiem: Lucerna Occidentalis vocabitur media inter ſeptem Lucernas (ſuppono enim ex Scriptura Exod. 25. 31. Candelabri formam ibi deſcriptam eſſe ſeptifidam, hoc eſt ex vno haſtili aſſurgere hinc inde tres calamos ſiuè ramos, & cum haſtili ſeptem ramos, in quorùm ſummitate tam haſtilis quàm cuiuſq; calami ſeptẽ Lucernæ fuerint aptatæ, quæ lucebant tota nocte *ex aduerſo*, id eſt omnes reſpiciebant medianam Lucernam; ſi autem conſtituatur Candelabrum in obliquum; vti vult Ioſephus lib. 3. Antiq. cap. 11. ita vt Lucernæ ad Orientem & Meridiem reſpicerent, non video quænam ex ſeptem illis Lucernis Occidentalis vocari poſſit, niſi ea, quæ magis ad Occidentem vergat, quæ nulla alia eſſe videtur, niſi vltima lateris Meridionalis, aut etiam ipſa

hinc instituta est præsens Dissertatio de Paschate Iudaico, ad cuius celebrationem duo requirebantur, *Expurgatio fermenti*, & *immolatio Agni Paschalis*. De vtroque typicè loquitur Apost. 1. Cor. 5. 7. *Expurgate vetus fermentum, Vt sitis noua consperfio, sicut estis Azymi. Etenim Pascha nostrum immolatus est Christus*. Expurgato enim fermento, Azyma comedere debebant Iudæi tempore Paschali, Exod. cap. 12. ver. 8. 15. 18. 20. Et Agnum Paschalem immolare & comedere. Ibid. ver. 3. 4. & seqq. Hodie affectant Iudæi Pascha celebrare contra præscriptum Legis, & licèt agnoscant se non posse extra Terram promissionis offerre Sacrificia, ideòque abstineant, ab immolatione Agni, attamen alias ceremonias, & præcipuè Azymorum vsum retinere & obseruare contendunt, exterminando è domibus suis omne fermentum. De his ceremonijs prout ipsi scribunt in suis Ritualibus, non quidem de omnibus, quia nimis longum esset omnes illas recensere, de aliquibus tantùm hic agemus.

I. Asserunt esse præceptum affirmatiuum exterminare fermentum è domo antequam adueniat tempus, quo illius esus prohibeatur, quia dicitur Exod. 12. 15. *In die prima cessare facietis fermentatum à domibus Vestris*. Et addit *Rambàm* cap. 2. num. 1. *Hal. Chamètz & Matzà*.

ומפי השמועה למדו שראשון זה הוא יום ארבעת עשר :

Et secundùm traditionem docemur; quòd

Hæc Historia de exploratoribus Terræ promissionis incipit à *Parascià* שלח לך Num. 13. 3. & continuatur ferè per totum cap. 14.

Die 24. *Elùl* incipiunt סליחות &c. Sunt Preces præparatiuæ ad pœnitentiam, vt digni reddantur consequi indulgentiam peccatorum in die הכפורים *Expiationum*, ideò quotidie vsque ad eundem diem, nempè 10. mensis sequentis *Tisrì* has Precatiunculas summo mane recitant. Quin sunt aliqui, qui idem incipiunt à Neomenia huius mensis, & perdurant ad diem *Expiationum* 10. *Tisrì*. Vnde Auctor *Sciulchàn arùch* in *Halachòth Rosc Hascianà* num. 581. §. 1. ait

נוהגים לקום באשמורת לומר סליחות ותחנונים מר״ח אלול ואילך עד יום הכפורים :

Solent surgere in Vigilia ad recitandum סליחות *Selichòth condonationes, &* תחנונים *Tachanunìm supplicationes à principio mensis Elùl, & deinceps vsque ad diem Hacchippurrìm Expiationum*. באשמורת *In vigilia*, intelligendum est de אשמורת הבקר *Vigilia matutina*, secundùm illud Exodi 14. 24. nam vt explicat R. Salomon

שלשה חלקי הלילה קרויין אשמורות ואותה שלפני הבקר קורא אשמורת הבקר :

Tres partes sunt noctis, quæ Vocantur vigiliæ; & illa quæ est ante mane, Vocatur Vigilia matutina.

Et quoniam de הגדה של פסח *Mystica narratione Paschatis* Hebræorum noster principalis est sermo, quæ vix intelligi potest, quin & ritus omnes Paschales Iudæorum intelligantur;

זא לֹא תִשְׁחַט הַפֶּסַח. ועדיין החמץ קיים ושחיטת הפסח הוא יום ארבעה עשר אחר חצות ׃

Non immolabis Pascha (id est Agnum Paschalem) *dum adhuc fermentum superest* (domi). *Ista autem immolatio Paschatis fit die decima quarta* (Nisàn) *post meridiem*, Quo tempore prohibitum erat aliquid fermentati domi habere; quare ipse Ægyptius eadem *Halachà Chamètz & Matzà* cap. 1. num. 8. docet -

אסור לאכול חמץ ביום ארבעה עשר מחצות היום ולמעלה שהוא מתחלת שעה שביעית ביום וכל האוכל אחר זמן זה לוקה מן התורה שנאמר (דברים ט״ז׃ ג׳) לא תאכל עליו חמץ כלומר על קרבן הפסח ׃

Prohibitum est comedere fermentatum in die decima quarta (Nisàn) *à meridie, & deinceps, hoc est à principio horæ septimæ diei; & omnes qui comederint* (fermentatum) *post huiusmodi tempus vapulant ex Lege, S. D.* (Deu. 16. 3.) Ne comedas super eum fermentatum, *ac si diceret, super Sacrificium Paschatis*. Et ne incurrerent in periculum comedendi fermentatum tempore Sacrificij Paschatis, quod à Lege prohibitum erat לתורה סיג *sepem fecerunt Legi*, statueruntq; Sapientes & Scribæ, ne vltra principium sextæ diei horæ comedere fermentatum liceret, vt refert idem Ægyptius loc. cit. num. 9. Imò consueuerunt abstinere à fermentato per totam horam quintam diei, vt magis certi essent abstinuisse à fermentato per totam horam sextam. Hinc docent, licitum esse vesci fermentato decima quarta die mensis primi vsque ad finem

חג

quòd huiusmodi prima dies sit dies decima quarta (mensis Nisàn). Itaque decima quarta dies includitur in hebdomada *Azymorum*, vt dicitur in *Ghemarà* Cod. *Pesachim* cap. 1. pag. 4. b. in fine.

כתיב (שמות י״ב, י״ט׃) שבעת ימים שאור לא ימצא בבתיכם וכתיב (שם פסוק ט״ו׃) אך ביום הראשון תשביתו שאור מבתיכם הא כיצד לרבות ארבעה עשר ׃

Scriptum est (Exod. 12. 19.) Septem diebus fermentum non inuenietur in domibus vestris. *Et scriptum est* (Ibid. ver. 15.) Verumtamen in die prima cessare facietis fermentum à domibus vestris. *En quomodo augetur* (dies) *decima quarta*. Hinc intelligimus illud Matthæi 26. ver. 17. Marci 14. 12. & Lucæ 22. v. 7. prima die Azymorum accessisse Discipulos ad Iesum, dicentes: *Vbi vis paremus tibi comederè Pascha?* Et Marci: *Primo die Azymorum quando Pascha immolabant &c. Quo vis eamus, & paremus tibi vt manduces Pascha?* Et Lucæ: *Venit autem dies Azymorum, in qua necesse erat occidi Pascha*. Dies autem ista prima Azymorum erat dies decima quarta in qua expurgandum erat fermentum, & immolandum Pascha, id est Agnus Paschalis. Ita R. Moses Aegyptius loco citato cap. 2. num. 1. quodque probat ex Scriptura Exod. 34. 25. -

לא תשחט על חמץ דם זבחי ׃

Non immolabis super fermentatum, sanguinem Sacrificij mei. כלומר *ac si diceret* (inquit Ægyptius)

na, & dies primus naturalis Paſchatis ingrediebatur, Chriſtus cœnauerit prorsùs cum Azymis. Primus autem dies Azymorum, eràt dies, quo Azyma è domibus ceſſabant, id eſt decima quarta dies menſis *Nisàn*, vt iam ex doctrina Rabbinorum dictum eſt. Sequitur inde, quòd Chriſtus Cœnam ſuam non anticipauerit, ſed cum Iudæis Cœnam fecerit cum Azymis, & cæteris Legalibus.

11. Die decima quarta, in principio noctis antecedentis incipiunt perquirere fermentum, & fermentatum panem per omnes angulos domorū, & vbi ſolitum eſt reſeruari. Non relinquitur foramen quin in eo non fiat huiuſmodi perquiſitio; & vt hæc inueſtigatio fruſtra fieri nō videatur ſi domi ſciant nullum adeſſe fermentū, aut panem fermentatum; de induſtria in reconditas domus partes micas aliquot veteres & duras ſpargere conſueuerunt, vt inter perquirendum caſu videantur incidere in eas, & recolligant, & ſic ſatisfeciſſe huic præcepto credunt. Inſtituunt hanc perquiſitionem non ad Solis lumen, aut Lunæ ſplendorem, ſed ad lumen candelæ, cùm huiuſmodi lumine etiam ipſæ rimulæ domus illuminari poſſint, quod radijs Solaribus, aut Lunæ ſplendori plerumque denegatur. Prohibent etiam vti maiori face, quia non cuique angulo, aut rimulæ æquè applicatur maior fax ſine aliquo periculo incendij. Non prohibent tamen per atria, aut magnam aulam illam deferre. *Bar Maijmon Halachà Chamètz & Matzà* ca-nem quartæ horæ diei: à principio autem quintæ horæ, & deinceps non comedunt ampliùs fermentatum; quòd ſi quis in ſexta hora fermentatum comedat, caſtigant caſtigatione מרדות *Mardùth eruditiua*; ſi autem comedat fermentatum ſeptima hora, flagellant illum graui flagellatione, *Aegyptius Halachà Chamètz & Matzà* cap. 1. num. 10. Eruit Ægyptius hanc doctrinam ex *Talmude* Codice פסחים *Peſachìm* cap. 1. pag. 4. b. circa finem; vbi R. Meir

אומר אוכלין כל חמש שורפין בתחילת שש:

Dicit: Solent comedere (fermentatum) *per totam horam quintam, & in principio horæ ſextæ comburunt*. Rabbi verò Iudas

אומר אוכלין כל ארבע ותולין כל חמש ושורפין בתחילת שש.

Ait: Comedunt (fermentatum) *per totam horam quartam, & ſuſpendunt illud per totam quintam horam, & in principio ſextæ horæ comburunt*. Permittunt tamen veſci fructibus, aut herbis, non autem ad ſatietatem, vt cum maiori auiditate Azymis in Cœna Legali veſcantur. *O'rach chaìm* num. 471.

Hinc patet error Græcorum, dum putant diem Iouis fuiſſe decimam tertiam Lunam, vt non in die Paſchę, ſed potiùs ante eum ipſum diem Cœnam Chriſtus fecerit, cùm reuera dies Iouis fuerit decima quarta, in qua poſt meridiem nullum fermentum reperiebatur, poſt cuius Solis occaſum, & in principio noctis, quo 15. Lu-

VII. Idipſum volunt fieri ſi poſt completam vniuerſalem viſitationem fermentati, quis videat murem fermentum ore deferentem, & domum ingredientem, volunt, inquam, vt iterum inſtituatur perquiſitio illius domus. Ibid. num. 8.

VIII. Si quis in aliqua parte reſeruauerit nouem aceruos Azymorum, & vnum fermentati, veneritque mus & abſtulerit aliquid, neque ſcire poſſit, an de fermentato, vel de Azymo ſurripuerit; ſi locum, vbi iam facta eſt perquiſitio, ingrediatur, volunt vt iterum per illum locum fiat perquiſitio. Ibid num. 10.

IX. Dentur duo aceruí, ſeù cumuli fermentati, & vnus cumulus Azymorum. Item duæ domus, quarum altera fuerit viſitata, & altera nequaquam, aduenerintque duo mures, vnus accipiat fermentatum, & Azymum, nec ſciatur in quam domorum ingreſſus ſit, an in qua facta fuit viſitatio, an in altera non viſitata; aut dentur duæ domus viſitatæ, & vnus cumulus fermentati, veniatque mus & accipiat de fermentato, & ingrediatur, nec quis ſciat, in quam ex his duabus domibus ingreſſus ſit; aut ſciatur, in quam domorum ſit ingreſſus, & poſt murem ingrediatur homo, & iterum facta perquiſitione, nihil inuentum ſit; aut inuenta fuerit placenta; aut fuerint nouem cumuli Azymorum, & vnus fermentati, & mus abſtulerit panem vnum, nec ſciatur an ſit ex cumulo Azymorum, vel fermentatorum, & ingrediatur mus in domum, in qua facta

capite 2. numero 3. & 4.

III. Foramina, quæ ſunt in medio parietis communis duabus domibus, & parietem totum perforant. Quilibet domus poſſeſſor foramen perquirit ſuũ, & manu, ſi ſit in eo fermentum, inueſtigat, eamque in illud extendit quantum poteſt. Ibidem num. 5.

IV. Foramina inferiora & ſuperiora quæ ſunt infra pauimentum, vel ſuprà tectum; item ſtratum, bouile, palearium, cellarium, promptuarium, horreum, macellum, & alia ſimilia loca, in quibus fermentatum reſeruari non ſolet, ſi certò ſciat fermentatum in his locis non adeſſe, abſoluunt à perquiſitione; ſi autem aliquo modo dubitant, perquirunt illa ſuperficialiter. Ibidem num. 6.

V. Nolunt vt perquiſitor fermentati ſit ſolicitus ac dicat de eo loco, in quo non ſolet exiſtere fermentum: forſan muſtela ibidem ruminauit fermentum. Quòd ſi experimentum circa hoc facere voluerit de domo in domum; idipſum faciendum eſſet de Vrbe in Vrbem, & ſic procedendum eſſet in infinitum. Quæ abſurda non admittuntur. Ibid. num. 7.

VI. Qui loca ſuſpecta de fermento nocte decimæ quartæ Lunæ primi menſis viſitauerit, & decem placentas fermentatas inuenerit, eaſque in loco ſeparato depoſuerit, ſi deinde nouem inueniat, hunc volunt eſſe ſolicitum de decima placenta. Forſan muſtela aut mus eam ſurripuerat. Ideò volunt vt pèrquiſitio repetatur. Ibid.

buccella, & nihil in ore muris, non esse iterandam perquisitionem docent, quia buccellam, quæ iam in ore muris erat, dicunt eandem esse modo in ore mustelæ. Si verò viderint Serpentem cum buccella panis fermentati in ore introeuntem in foramen domus visitatæ, non erunt soliciti eum extrahere, aut iterum perquisitionem instituere. Ibid. num. 13.

XII. Si decima quarta Lunæ mensis primi incidat in Sabbatho, præmittunt perquisitionem fermentati ad vesperam tertiæ decimæ Lunæ, comburunt vt suprà, & relinquunt portionem sufficientem pro cibo vsque ad horam quartam Sabbathi. Quòd si post prandium aliquid de fermentato reliquum fuerit, mente illud annihilant, postea recondunt in vase, cooperiunt diligentèr, & custodiunt vsque ad exitum primi diei festi Paschalis, postea comburunt. Ibid. num. 3.

XIII. Si quis perquisitionem initio noctis decimæ quartæ per obliuionem non fecerit, iubent vt illam perficiat tempore matutino eiusdem diei; quòd si obliuiscatur, eandem faciat tempore quo solent fermentata comburi. Obliuiosus est, ideò non fecit, volunt vt illam in ipso die Paschatis faciat, vel saltem non prætermittat post primum diem Paschatis, ne hebdomada Paschalis pertranseat sine huiusmodi perquisitione. Ibid. num. 5.

XIV. Antequam incipiant perquisitionem fermentati, præmittunt solitam benedictionem ב׳א׳י׳א׳מ׳ה אק׳ב׳ו &

cta est perquisitio. In omnibus huiusmodi casibus nolunt iterum fieri perquisitionem, quia in his non datur aliqua certitudo, aut stabilitas rei. Ibid. num. 11.

X. Si quis relinquat fermentatum ad magnitudinē Oliuę, inueniat verò ad magnitudinem alterius Oliuę; aut reponat in aliquo loco nouem placentas ibidē verò inueniat decem placentas; aut si erant nouem cumuli fermentatorum, & vnus Azymorum, & remoueat vnum panem ex eis, neque sciatur vtrum fuerit fermentatorum, aut Azymorum, veniatque mus & auferat panem illum iam separatum, & ingrediatur domum, in qua facta fuerat perquisitio; aut veniat mus & accipiat ex fermentatis, sed nescitur an ingressus sit in domum visitatam, nec ne; aut non est ingressus in aliqua ex his. Volunt nihilominus vt in omnibus his casibus iterum fiat perquisitio. Ibid num. 12.

XI. Si mus cum buccella panis fermentati in ore intrauerit domum in qua facta est perquisitio, & consimilis egrediatur cum buccella consimili; si adstantes dixerint: Is est qui introiuit, & qui exit; non est opus aliam perquisitionem instituere. Quòd si mus, qui primò introierat, erat niger, & qui exit sit albus, decernunt iterum fieri deberi perquisitionem fermenti. Sicut idem decernunt, si cum buccella fermentata introierit mus, & cum consimili exierit mustela; si autem vterque simul egrediantur, id est mustela & mus, & in ore mustelæ sit fermenti

terunt ea videri apud *Rambàm Halachòth* חמץ ומצה cap. 4. & 5. & in *O'rach chaiim* num. 431. & seqq.

XVIII. Vt autem ne odor quidem fermenti domi remaneat, instituunt generalem ablutionem omniũ vasorum & vtensilium domus, quam vocant געלת כלים *Ghealàth chelìm Expurgationem vasorum*. Hæc autem fieri solet biduo ante Pascha, quo expurgantur, & quàm diligentissimè abluuntur omnia vasa culinaria ex ligno, stamno, ære, ferro, vti sunt ollæ, scutellæ, cochlearia, veru, cultri. Quæ recipiunt fermentum, & quæ transire possunt per ignem igne magno succenso in eo ignescere faciunt, & sic purgantur; quæ igni admoueri non possunt, vt sunt lignea vtensilia, benè defricata eluuntur in aqua feruente in aheno magno; circa quæ multa scribunt Rabbini non sine superstitione. Vide *O'rach chaiim* numer. 451. & 452. Solent & Christianorum fœminæ tempore Paschatis omnem supellectilem domesticam mundare in honorem Resurrectionis Domini, sed sine vlla superstitione.

XIX. Præceptum item ex Lege constituunt debere vesci Azymis nocte decima quinta huius mensis *Nisàn* S. D. Exod. 12. 18. בערב תאכלו מצות *In vespera comedetis Azyma*. Si quis tantũ quanta est Oliuę moles, eo tempore comederit, exit ab obligatione. *Rambàm* Ibid. cap. 6.

XX. Decernunt, omnes obligari ad præceptum comedendi Azyma. Paruulos, qui comedere incipiunt, vt initient ad præcepta, gusta-

& addunt על ביעור חמץ *Super combustionem fermentati*. Quòd si perquisitio fiat post primum diem Paschatis; non benedicunt. Ibid. num. 6.

XV. Completa perquisitione, fermentum & fermentatum inuentum reponunt in capsa, aut alio loco tuto ne à muribus corrodi possit, reseruata pariter in loco tuto panis fermentati quantitate, quæ sufficiat familiæ ad vescendum vsque ad quintam horam diei decimæ quartæ. Si autem ante sextam huius diei horam fermentatum extraneo dederint, non improbant, nec obligant ad combustionem. Ibid. num. 12.

XVI. Postea paterfamilias Chaldaicè hoc modo effatur.

כל חמירא דאיכא ברשותי דחמיתיה ודלא חמיתיה ליבטל ולהוי כעפרא דארעא

Omnis panis fermentatus, siuè omne fermentatum, quod in mea potestate est, quod vidi, aut quod non vidi, nullum sit, vel sit veluti puluis terræ.

XVII. Die sequenti hora quinta comburunt illud, & iterum dicunt.

כל חמירא דאיכא ברשותי דחמיתיה ודלא חמיתיה דבערתיה ודלא בערתיה ליבטל ולהוי בעפרא דארעא

Omne fermentatum quod est in mea potestate, quod vidi, aut quod non vidi, quod sustuli, aut quod non sustuli, nullum sit, & reputetur sicut puluis terræ.

Hæc & multa alia requirunt, & resoluunt dubia circa fermentati perquisitionem & annihilationem, quæ breuitati consulens, relinquo. Po-

in Azymis. Ibid. num. 460. §. 7.

XXV. Prohibent figuras animalium, aut volucrum efformare in placentis quocunque instrumento id efficiatur typo, pectine, stylo. Ibid. num. 460. §. 4.

XXVI. Magnam diligentiam adhibent, vt triticum, & farina non calefiat, ideò triticum madidum reijciunt. Ibid. num. 553. §. 4.

XXVII. Siccum triticum molæ non submittunt, nisi sit ferro percussa, ita vt de nouo cæsa esse videatur. Ibidem §. 8.

XXVIII. Loca circum eandem optimè purgant, ne tantillum ex veteris farinæ puluisculis relinquatur. Idipsum faciunt in capsa, qua farina recipitur. Linteis mundis & albis intrinsecus circumducunt vt à puluere custodiatur Paschalis farina, neuè cum ea immisceatur. Ibid.

XXIX. Super nudum iumenti dorsum saccum farinæ Paschalis non imponunt, ne à calore iumenti farina incalescat. Ibid. §. 7.

Saccum, si in eo aliàs farina recondita fuerat, dissuunt, lauant, & iterum consuunt. Ibid. §. 6.

XXX. Farinam nouiter molitam non statim in massam redigunt, sed vno ad minimum die expectato vt refrigescat, postea depsunt. Ibidem §. 9.

XXXI. Aquam, quam adhibent ad Azymos panes conficiendos eam esse naturalem, volunt: eandem circa Solis occasum ex puteis, fonte, aut fluuio hauriunt. Per totam noctem seruant in cellario, si aër sit-

re faciunt de Azymis ad quantitatem Oliuæ. Stante Templo, omnes quidem tenebantur vesci Azymis, sed non itèm Agno Paschali: nam surdi, stulti, paruuli, mulieres, serui, claudi, cæci, ægroti, & senes absoluti erant ab hoc præcepto, quia non tenebantur proficisci Ierusalem, vbi Agnus comedebatur.

XXI. Sed si quæras, ex qua materia, & quomodo conficiant huiusmodi panes Azymos Iudæi? Respondet *Rambam* ibidem cap. 5. Ex tritico præstantissimo, vel eo deficiente, ex *hordeo*, vel *zea*, seù *spelta* altera tritici specie dicta כוסמת, vel ex vna ex duabus speciebus hordei *Auena* scil. quam vocant שבולת שועל vel *Secale* appellata שיפון. Itaque ex quinque istis speciebus frumenti, verum fermentum in Lege prohibitum, existimant tantùm prouenire posse, ideòque volunt, quòd Azymus panis ex eis confectus verus Azymus sit, & eo vti in necessitate possit tempore Paschali.

XXII. Pulmentum ex leguminibus, veluti ex milio, fabis, lentibus, & id genus alijs, permittunt comedi in Paschate, quia etsi incalescat, nunquam tamen acidum fiet, sed potiùs corrumpetur, & fœtorem emittet. *O'rach chaiim* n. 453. §. 1.

XXIII. Si massa triticea cum farina orizæ subacta fuerit, & ex ea efficiatur Azymus, si sapor tritici conseruetur, eo vesci in Paschate permittunt. Ibid. §. 2.

XXIV. Oua integra & indurata etiam ad ornatum non apponunt

Rabbenu Ascèr, qui proprijs manibus massam subigebat, depsebat, Azymos efformabat, & vt alij operarij idem diligenter efficerent, solicitè procurabat. Ibid. §. 2.

Azymus præcepti est ille, qui paratur & efficitur pro Cœna Paschali, & confici solet pridie, vel etiam biduo antequam cœnetur.

XXXVII. Mulier ex massa Azyma חלה *Challà placentam* illam legalem Numer. 15. 20. desumit, benedicit, & proijcit in clibanum, ibique relinquit quousque comburatur; postea placentæ Paschales in clibanum immittuntur. Quomodo benedicit? Pronunciat illa verba generalia ב'א'י א'מ'ה אק'ב'ו, & postea subiungit להפריש חלה או תרומה *Seponere placentam iussisti*. יורה דעה *Iorè deahà* num. 328. §. 1.

XXXVIII. Azymis placentis hoc modo paratis, volunt vt parentur & acetaria, quia dicitur Exod. 12. 8. *Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus*, quibus ex Rabbinorum placito addunt כרפס *Carpàs Apium*, & חרוסת *Charòseth Embamma*, de quibus in *O'rach chaiim* num. 473. §. 6. Et de his omnibus paulò infrà cùm de Ritibus, quos antiquitùs in Cœna Paschali seruabant Iudæi, & hodie seruant, narrabimus.

sit calidus; si verò aër nocturnus sit frigidus, quia tunc cellaria sunt calida, sub dio relinquunt, nec priusquam dies illucescat Azymũ depsunt. Ibid. num. 455. §. 1.

XXXII. Sal commisceri non solet in massa. Non prohibent tamen si in ea Nigella immisceatur, aut Saccarum, dummodo sapor Azymi retineatur. Ibid § 6.

XXXIII. Pro Infirmis & delicatis interdum Oua & Saccarum simul subigunt, vt gustu sint gratiora & morsibus faciliùs cedant, quod מצה עשירה *Matzà Ahascirà Azymum diuitẽ* appellant. Cætera condimenta, quæ calefacere possunt massam, vt Butyrum, Oleum, & his similia, prohibent. Ibid.

XXXIV. Massam longè ab ore clibani subigunt, ne ob ignis calorem fermentetur, statimque subacta conficiunt placentas vt plurimùm figuræ rotundæ, tenues & perforatas, vt calor, qui ex agitatione in massa gignitur, euaporare faciliùs possit. Foramina ista, dum has placentas efficiunt, digitis affabrè, & industriosè cito perforant, vt opus non sit aliquo ferreo pectine vti.

XXXV. Non permittunt, vt massa depsetur à Gentili (Christianum intelligunt) vel à surdo, stulto, vel puero. Ibid. num. 460. §. 1.

XXXVI. Laudant Rabbinos & viros חכמים *sapientes*, qui manus suas admouent ad opus Azymorum מצוה *præcepti*, & exemplum afferunt de quodam eximiæ doctrinæ Talmudicæ Rabbino הרא״ש *Harròsc*; id est

Re-

perpulchris, argenteis & pretiosis, si quæ sint, exornant. Ornant & Cœnaculum tapetibus, stromatibus, & puluillis sedilia, quæ circa mensam sunt, cooperiunt. In capite mensæ sellam reclinatoriam tapete, vel serico aliquo tegumento operiunt. Omnia enim in hac præparatoria Cœnæ functione faciunt דרך חירות *dèrech chirùth ad instar nobilis & ingenui viri*. *O'rach chaìm* num. 472. §. 2.

XL. Parant postea super mensam canistrum, seù fiscellam, vel etiam patinam, in qua tres מצות *Mazòth* Azymas placentas vnam super aliam imponunt.

XLI. Parant & duo cocta cibaria in disco, id est armum, seù זרוע *brachium* Agni, vel Hœdi assum igni in memoriam quòd ביד חחוקה *in manu valida* educti fuerint patres eorum de Ægypto, & aliud carnis elixatæ in memoriam Sacrificij חגיגה *Chagbigbà festiuitatis* diei decimi quarti.

XLII. Ex *Machazore Bononiensi* in fol. cum comm. I. Par. in Rubrica Paschatis hæc etiam addunt.

דג וביצה וקליות ואגוזים דג משום לויתן ביצה משום זיז בשר משום בהמות קליות ואגוזים בשביל הנערים שלא יישנו וישאלו:

Pisciculos, Ouum (firmiter coctũ) *Ciceres tostos, & Nuces. Pisces propter Leuiathanum; Ouum induratum propter Ziz Auem immanis magnitudinis; Carnem propter Behemòth; Ciceres tostos & Nuces propter pueros, ne dormiant.* Sed ad loquendum & interrogandum de his nouitatibus prouocentur. Nota: Quæ de Leuiathàn Pi-

Relatio Rituum, quos antiquitùs seruabant Judæi in Cœna Paschali celebranda, & eorum, quos hodie moderni Judæi vbique locorum seruant.

VT omnes Ritus, qui olim seruabantur, & hodie à Iudæis seruantur in Cœna Paschali celebranda, per ordinem numerentur, antiqui Rabbini adinuenerunt quatuordecim dictiones, quæ totidem ritibus & ceremonijs Cœnæ Paschalis correspondent, & in his duobus versibus comprehenduntur:

1 2 3 4
קַדֵּשׁ וּרְחַץ ׃ כַּרְפַּס יַחַץ ׃
5 6 7
מַגִּיד רָחְצָה ׃ מוֹצִיא מַצָּה ׃
8 9 10
מָרוֹר כּוֹרֵךְ ׃ שֻׁלְחָן עוֹרֵךְ ׃
11 12 13 14
צָפוּן בָּרֵךְ ׃ הַלֵּל נִרְצָה ׃

Horum singulas hic explicabimus. Sed antequam partium huius Cœnæ singillatim explicare rationes incipiamus, sciendum est, præcipuum munus fœminarum esse, dum viri in Synagoga officium מנחה *Minchà* persoluunt, quod fit circa vigesimam secundam horam vesperæ Paschatis, sternere mensam, quod in hoc festo faciunt magnificentiùs, quàm in alijs festis diebus faciant.

XXXIX. Istæ enim כפי כחו *secundùm suum posse* בכלים נאים *vasis*

Ibid. num. 13. Cui addunt כרפס *Carpàs Apium*, id est Apij ramulum. Et seorsim iuxta Scutellam cum aceto reponunt, eaque omnia intra canistrum, vel fiscellam recludunt; eamdem mantili mundo operiunt, & in conspectu patrisfamilias collocant.

Tandem ante locum vniuscuiusque discumbentium Cyathũ vacuum ponunt. His peractis expectant mulieres viros suos, qui è Synagoga reuertantur.

XLV. Nocte itaque 15. Lunæ mensis *Nisàn* patres, & filijsfamilias è Synagoga redeuntes inueniunt שלחן ערוך *Sciulchàn arùch Mensam paratam*, sed nihil eorum agunt, quę Christum fecisse refert Genebrardus lib. 2. Chron pag. 219. ibi enim de Christo loquens, ait: *Primò se zona præcingit ad id parata & dedicata, calceos certos induit, baculum tanquam pedum pastorale manu tenet, Exod. 12. deinde frontem coronamento quodam circumuoluit, Exod. 13. Tertiò, Manipulum in brachio sinistro &c. Quartò, Tunicam, siuè vestem quadrangulam &c. superimponit, &c.* Quæ de *Thephillin* & *Talèd* explicat, nihil horum in Cœna Paschali, stante Templo, fiebat: nec ea hodie fit ab Hebræis: nam ceremoniæ illæ in Exod. c. 12. recensitæ, vt stantes, calceati, renibus accincti, & baculos in manibus tenentes, manducarent festinanter, fuerunt ceremoniæ פסח מצרים *Paschatis Aegyptiaci*, non לפסח דורות *Paschatis generationum subsequentium*, vt diserte dicit *R. Abraham Aben Ezra* in illud Exod. cap. 12. ver. 11.

Pisce, Ziz aue, & Behemòth bestia, dicunt Rabbini; omnia volunt literaliter intelligi. Vide in I. Par. huius Bibliothecæ pag. 507. & seqq.

XLIII. Apponunt etiam in vasculo חרוסת *Charòseth* in memoriam luti Ægyptiaci. Sed si quæras quid sit חרוסת *Charòseth*, & quomodo efficiatur? Resp. esse Embamma compositum ad instar Mustaceæ, seù vt Itali loquuntur *Mustarde*. Quomodo autem antiquitùs illud conficiebant, ostendit *Rambàm Halach.* חמץ ומצה cap. 7. num. 11. Accipiebant Dactylos, aut Ficus arefactas, vel Vuas passulas & similia, terebant ea, aceto miscebant, additis condimentis, & spissabant ad similitudinem cœmenti, illudque super mensam nocte Paschatis apponebant. Hodie illud conficiunt ex pomis, pyris, castaneis siccis, & diligenter in mortario contusis, postea addunt condimenta & Saccarum. Omnia cum aceto confundunt & spissant ad instar cœmenti, cui superimponunt Cinnamomum crassè contusum, vt luti speciem, vel etiam cœmenti præseferat cum paleis, in memoriam luti & palearum, ad quas colligendas, & lateres conficiendos Hebræi erant destinati in Ægypto.

Hoc Embamma mensæ apponunt in paropside, & in eo מרור *Maròr herbas amaras* intingunt.

XLIX. Item, Acetarium parant è Lactuca, vel Intybo, aut Soncho, vel Marrubio, aut Hedera; & vnum ex his sufficere dicunt. Sed hodie solùm Lactucam adhibent,

Qui elegisti nos præ omni populo &c.
Et tertia *Benedictus tu &c.* שהחינו וכו׳ *Qui viuere fecisti nos &c.* Quas stantes recitant, sicut semper in omnibus benedictionibus faciunt. Facta benedictione paterfamilias sedet in capite mensæ in sella reclinatoria; cæteris per mensæ circuitum in scabellis, vel scamnis sedentibus. Tenentur omnes accumbentes ad præceptū הסבה *Hassibà Accubitus inclinationis* ad latus sinistrum; ob quam *discumbentes* vocabantur מְסֻבִּים *Messabbim*, quasi circumsedentes, quia *accubitus* isti fieri solebant in circuitu mensæ, qua voce indicatur mensam antiquitùs fuisse rotundam, per cuius circuitum discumbebant viri & mulieres. Subsellia ita erant aptata, vt ad sinistrum latus reclinare aliquantisper possent, pedibus ad terram vsque dimissis, quæ corporis reclinatio cum securitatis & libertatis argumentum sit, ideò eam instituerunt antiqui, vt per eam indicaretur, Hebræos hac nocte de Ægyptiaca seruitute in libertatem assertos fuisse: & vt tanti beneficij in eis memoria seruaretur, eandem ceremoniam ad sinistrum latus inclinandi inter alia præcepta Paschalia retulerunt. Ob eandem causam statuerunt Rabbini vt singuli in hac Cœna quatuor pocula euacuare deberent; sed antequā ea absorbeant, præmittunt benedictionē *Benedictus tu es &c.* ב״פ׳ הגפן *creans fructum Vitis*. Miscent etiam Vino, vt dixi, paululum aquæ, plùs minusuè secundùm maiorem, vel minorem Vini generositatem.

וככה תאכלו אתו *Et sic comedetis illum, &c.* eas omnes ceremonias intelligēdas esse לבדו פסח מצרים *solummodo de Paschate Aegyptiaco*, & inter Hæreticos connumerat eos, qui in memoriam exitus de Ægypto seruant ceremonias istas in Lege præscriptas, vti Carraitæ faciunt.

Adde, quòd de nocte gestare *Thephillin*, *& Pallio fimbriato* indui prohibetur ab antiquis Talmudistis, *Rambàm Halachòth* תפלין cap. 4. numero 10. *O'rach chaiim* num. 18. & 30. §. 2. & alij omnes, quos ego annotaui in I. Par. pag. 562. Ex alio enim capite probandum est; Sacris Vestibus nos vti debere, dum Sacra operamur, quàm imaginari Christum Dominum ea fecisse, quæ nunquam fecit.

Itaque paterfamilias iubet, vt omnes cyathi Vino generoso repleantur, & paululum aquæ in ijs permisceatur, vt sapor vini sit iucundior.

XLVI. Deinde incipiunt קידוש של פסח *Kiddùsc Paschatis* significatum per primam vocem primi versus קדש *Kaddèsc Sanctifica*, per quam intelligunt tres benedictiones, quas in hac Cœna præmittunt, vt ex his benedictionibus exordium sumat festiuitas. Quarum prima est benedictio Vini:

ברוך אתה יהוה אלהינו מלך העולם בורא פרי הגפן:

Benedictus tu Domine Deus noster Rex mundi creans fructum vitis.

Secunda & tertia est super populum, *Benedictus tu &c.*

אשר בחר בנו מכל עם וכו׳

Ab-

Semperne igitur debebunt caput inclinare dum Paschalem Cœnā manducant? Vtique si cæteris sanctiores existimari velint: de necessitate tamen non tenentur ad הסיבה *inclinationem* nisi tantùm. -

בשעת אכילת כזית מצה ובשתיית ארבע כוסות :

Quando manducant Matzà Azymum ad quantitatem Oliuæ, & bibunt quatuor pocula. *Rambàm* vt suprà cap. 7. num. 8.

Itaque paterfamilias reclinans super latus sinistrum manu dextera eleuans poculum idipsum facientibus omnibus per circuitum mensæ assidentibus, euacuant omnes primum poculum: Ex quo sanctificatur festum,& Cœnæ Paschalis functio exordium sumit.

XLVII. Secunda dictio versiculi est ורחץ *Vrchàtz Et laua*, per quam intelligunt נטילת ידים *Nettilàth iadàim Ablutionem manuum*. Facta enim benedictione super primum poculum, eoque hausto, statim omnes, nulla præmissa benedictione, lauant manus; & hic est secundus actus Cœnæ Paschalis Iudæorum..

XLVIII. Tertia dictio est כרפס *Carpàss Apium*. כרפס in Scriptura Esther capite 1. ver. 6. sumitur pro *Carbasino Velo*, sed apud Rabbinos retinet suum primæuum Arabicum significatum: nam كرفس *Apium* est; & quod in aquatico solo crescit *Petroselinum* est Talmudistis. Vide *Talmudem Ierosolymitanum* Codice שביעית cap. 9. חלכה 2. circa principiū

Abstemius, & qui Vinum bibere non potest absque nausea לדחוק עצמו ולשתות *licèt reluctans, bibat. O'rach chaiìm* num. 472. §. 10.

Quisque accliuis ad sinistrum latus ebibere debet. Quòd si aliquis præscriptum bibendi ritum non seruasset, perinde est ac si cyathos non euacuasset, & Cœnam non fecisset. Ibidem §. 8. Vnde *Rambàm* in *Halach.* חמץ ומצה cap 7. numero 8. decernit, quòd -

אפילו עני מישראל לא יאכל עד שיסב : אשה אינה צריכה הסיבה ואם אשה חשובה היא צריכה הסיבה ובן אצל אביו ותשמש בפני רבו צריכין הסיבה אבל תלמיד מפני רבו אינו מיסב אלא אם כן נתן לו רבו רשות ׃ והסיבת ימין אינה הסיבה וכן המיסב על ערפו או על פניו אין זו הסיבה וכו׳

Etiam pauper Israëlita comedere non debet nisi inclinauerit. Mulier non opus habet הסיבה *Hassibbà inclinatione: si autem fuerit mulier præclara, necesse est vt inclinet. Filius apud patrem suum, & famulus coram Domino suo inclinant. Sed discipulus coram Magistro suo non inclinat nisi facultatem à Magistro acceperit. Et inclinatio in latus dextrum non est inclinatio; & sic qui inclinat se super ceruicem, aut super faciem, non tamen est inclinatio.* In *O'rach chaiìm* num. 472. §. 4. Mulieribus quamuis præstantibus non permittitur הסיבה *Hassibbà Inclinatio*.

Qui ad הסיבה tenentur, si non inclinant dum manducant aut bibunt, volunt vt iterum manducent & bibant cum inclinatione, alioquin non exire ab obligatione decernunt. Ibidem §. 7.

Hic est panis afflictionis, quem manducauerunt Patres nostri in terra Aegypti; Omnis qui esurit veniat & manducet, quicunque opus habet veniat & faciat Pascha. Hoc anno hic sumus serui, anno futuro in terra Israëlis (erimus) *filij ingenui, gens libera*. Et hæc est prima pars Lectionis הגדה *Haghadà*, quæ est veluti totius *Haghadæ* Procœmium. Quo peracto amouetur canistrum, & in extremitate mensæ collocatur. Dehinc prosequitur Lectio *Haghadæ* ab illis verbis -

מה נשתנה הלילה הזה מכל הלילות שבכל הלילות אנו אוכלין חמץ ומצה והלילה הזה כלו מצה, שבכל הלילות אנו אוכלין שאר ירקות הלילה הזה מרור שבכל הלילות אין אנו מטבילין אפילו פעם אחת הלילה הזה שתי פעמים, שבכל הלילות אנו אוכלין בין יושבין ובין מסבין הלילה הזה כלנו מסובין ׃

Quanam est differentia inter hanc & alias noctes? Quia in reliquis noctibus nos comedimus panem fermentatum & Azymum, & in hac nocte totum Azymum. In reliquis noctibus nos comedimus qualibet olera, & in hac nocte olus amarum. In reliquis noctibus vnica tantùm vice abluimus manus, & in hac nocte duabus vicibus. In reliquis noctibus nos comedimus sedendo, aut accumbendo, & in hac nocte omnes accumbimus. Et dum filij interrogant patrem: Cur in hac nocte dum cœnatum itur tot insolentes ceremoniæ præmittantur, cùm in reliquis noctibus totius anni nil tale efficiatur? Pater respondet, & huiuscemodi differentias secundùm capacitatem filij declarat: & insuper refert,

pàgin. 38. columna 3. & inuenies

מהו כרפס שבנהרות ׃ ר׳ יוסי בר חנינה אמר פיטרוסילינון ׃

Quid est Carpàs quod in fluminibus reperitur (Carpass aquaticum)? *R. Iosè Bar Chaninà dixit: Est Petroselinum*. Accipiunt itaq; Petroselini, seù Apij paruam quantitatem & stans paterfamilias benedicit: *Benedictus tu Domine &c.* בפ׳ הארמה *Borè perì haadamà creans fructum terræ*. Postea eam in acetum omnes intingunt. *Orach chaiim* num. 473. §. 6. & absoluunt tertiam cermoniam Cœnæ Paschalis, quam sub vocabulo ירק etiam intelligunt.

XLIX. Quarta dictio est יחץ *Iachàtz Extrahit*. Tum paterfamilias ex canistro; seù fiscella extrahit mediam placentam, eamque in duas partes diuidit, minorem sub mantili in angulo mensæ recondit, & reseruat pro אפיקומן *Aphikomèn*, de quo paulò infrà; & maiorem reponit in locum suum inter alias duas integras Azymas placentas.

L. Quinta dictio est מגיד *Magghìd* id est *referens*: nam paterfamilias statim postquam dimidiatam placentam inter alias integras reposuit, iubet vt iterum singulorum pocula impleantur; deinde eleuat canistrum vnà cum reliquis circumstantibus, & alta voce omnes canere incipiunt -

הא לחמא עניא די אכלו אבהתנא בארעא דמצרים כל דכפין ייתי ויאכול כל דצריך ייתי ויפסח ׃ השתא הכא עבדי לשתא דאתיא בארעא דישראל בני חורין ׃

ebate tria hac verba פסח *Pèsach Pascha*, i. e. *Agnum Paschalem*; מצה *Matzà Azymum*; & מרור *Maròr amaras herbas non protulerit, ab obligatione sua non egreditur &c.* Ad illa verò -

מצה זו שאנו אוכלים וכו׳ ׃

Placentam hanc Azymam, quam nos comedimus &c. paterfamilias manu eleuat, & eam omnibus ostendit, vt viso Azymo hilarescant. Eodem modo facit ad מרור זה וכו׳ *Amaras has herbas &c.* ostendens lactucas omnibus discumbentibus. Et ad illa verba -

לפיכך אנחנו חייבין להודות לחלל וכו׳ ׃

Idcircò tenemur confiteri, laudare &c. omnes eleuant suum poculum Vino plenum, & recitatis Psal. 113. *Halleluia laudate serui Domini, laudate nomen Domini &c.* Ps. 114. *In exitu Israël de Aegypto*; atque benedicentes Domino, qui liberauit patres suos de Ægyptiaca seruitute, & eos peruenire fecerit ad noctem hanc Paschatis; eum quoque rogantes vt cum salute & pace ad alias festiuitates peruenire valeant; post illa verba בא״י גאל ישראל *Benedictus tu Domine redemptor Israël*, addunt benedictionem -

בא״י אמה בורא פרי הגפן ׃

Benedictus tu &c. creans fructum uitis. Et ad latus sinistrum reclinantibus exhauriunt secundum poculum. Et de hoc poculo intelligendus est Euangelista Luc. 22. 17. *Et accepto Calice gratias egit, & dixit; Accipite & diuidite inter vos.* In quo non facta fuit consecratio Sanguinis Domini: nam

fert: quomodo Deus in hac nocte eduxerit patres suos de Ægyptiaca seruitute &c. secundùm quod præcipitur Exod. 12. 26. & seqq. *Et cùm dixerint vobis filij vestri: quæ est ista religio &c.* Quòd si filij nulli sint, mulier interrogat maritum, discipulus magistrum, & deficientibus discipulis, alter alterũ sapientem interrogat; & ij, qui meliùs respondere sciunt, & longum satis de miraculis in Ægypto patratis, & mirabili eductione ex ea seruitute protrahere sermonẽ norunt, hi laude maxima digni existimantur. Quinimò & ipse בעל הבית *Bàal habbàith Pater familias* seipsum interrogare debet, memoriæ reducendo eadem miracula, & portenta à Deo facta in Ægypto ob salutem & libertatem Israëlitici populi. His completis secundò lauant manus, & deueniunt ad -

LI. Sextam dictionem רחצה *Rochtzà Ablue*. Hæc ablutio volunt, vt fiat præmissa benedictione, *Benedictus &c. qui præcipit &c.* על נטילת ידים *Super ablutione manuum*, & statim accedunt ad -

LII. Septimam dictionem notatam vocibus מוציא מצה *Motzì Matzà Eductionis placenta*, quam hoc modo peragunt. Præcipit paterfamilias, vt iterum canistrum ex angulo mensæ coram se afferant dum continuatur Lectio עבדים היינו לפרעה וכו׳ *Serui fuimus Pharaoni &c.* in qua agitur de seruitute Hebræorum sub Pharaone &c. Extrahit placentam de canistro; & cùm deuentum fuerit ad illa verba: *Rabban Gamliel dicit: qui in Pas-*

ב״אי אמ״ה המוציא לחם מן הארץ :

Benedictus tu &c. educens panem de terra. Postmodum accipit dimidiatam illam placentam, quam inter duas integras reseruauerat, benedicit super illam *Benedictus &c. qui praecepisti nobis* על אכילת מצה *comedere Azymum*. Etex vtraque placenta tam integra quàm dimidiata accipit quantum est Oliuæ quantitas, & comedit; dehinc ex eisdem tantundem Oliuæ quantitatem accipit, & distribuit ijs qui secũ in mensa accumbunt. *Rambam* loc. cit. num. 8. dicit ומטבל מצה בחרוסת *Et intingit Azymũ in Charòseth Embammate*. *O'rach chaiim* dicit במלח *In Sale*. num. 475. §. 1. De vtroque nihil in סדר הגדה של פסח *Rituali nouo* Veneto anni ש״ס״ט 369. min. supput. Christi 1609. in fol. cum figuris, cuius Ritus hodie obseruant Itali, sed tantùm in eo dicitur, quòd de vtroque comedi debeat ad quantitatem Oliuę, & distribui inter discumbentes.

LV. Octaua dictio est מרור *Maròr Amarum*, per quod Itali intelligunt *Lactucas*. Præmissa enim solita benedictione: *Benedictus &c. qui praecepisti nobis* על אכילת מרור *comedere herbas amaras*. Paterfamilias eas intingit in Embammate, de eis tantillũ manducat, & alijs recumbentibus manducandas præbet. Dum eas in Embammate intingit, subitò extrahit, ne si diutiùs in re dulci detinerentur, natiuum saporem amarum deperderent. *Ramb.* cap. 8. n. 8. His peractis.

LVI. Sequitur dictio nona כורך *Corrèch Inuoluit*. Accipit idem pater-

nam Christum in sua Cœna Paschali hunc ritum seruasse infrà videbimus.

LIII. Post hanc septimam functionem *Rambàm* ponit secundam ablutionem manuum, præfixa benedictione ע״נ״י *Al nettilàth iadàim*. Idipsum facit *Auctor Turrìm*, in *O'rach chaiim* num. 475. at in recenti Rituali Italorum huius *Hagada* Venetijs excuso cum figuris in fol. רחצה notatur ante מוציא מצה.

Interea (stante Templo) dum legeretur *Hagadà* (inquit Rambàm) recitabat paterfamilias benedictionẽ

ב״אי אמ״ה אקב״ו על אכילת הזבח :

Benedictus tu Domine Deus noster &c. qui praecepisti nobis comestionem Sacrificij, & comedebant de carne Sacrificij חגיגה *Chaghigha* diei 14. & deinde benedicebat

ב״אי אמ״ה אקב״ו על אכילת הפסח :

Benedictus tu Domine Deus noster &c. qui pracepisti nobis edere Agnum Paschalem, & comedebant מגופו של פסח *de corpore Agni Paschalis*. Neque benedictio Agni Paschalis liberat benedictionem carnis Sacrificij *Chaghigha*, nec vice versa. Hactenus *Rambàm* cap. 8. *Chamètz* & *Matzà* numero 7.

LIV. Hodie, quia euersa est Domus Sanctuarij, hoc pacto Iudæi prosequuntur suam Cœnam Paschalem. Paterfamilias educit de canistro primam placentam, quam suprà dimidiatam diximus fuisse seruatam, & stans benedicit super eam (nam semper stando benedictiones proferunt).

dextera accipiunt buccellã, in os immittunt, & licèt faturi ſint, nihilominus deuotè זכר לפסח in memoriam Sacrificij Agni Paſchalis comedunt. Hæc autem vltima comeſtio, poſtquam non eſt licitum quicquam aliud comedere, dicitur אפיקומן *Aphikomèn* quaſi diceres *Poſt paſtum*: ſiquidem ea, quæ in ſecundis menſis antiquitùs apponebantur, aut mellita, vel ſaccharata Bellaria, vel etiam fructus appellabant Hebræi *Aphikomèn* voce peregrina, ab Ἐπίκωμος, qua voce *comeſſatorem* intelligunt, & à qua deduci poteſt Ἐπίκωμον, vt ex ea intelligantur quæ ad comeſſationem pertinent, vti cenſentur Bellaria. *R. Samuel* in *Ghemarà* cap. ערבי פסחים pag. 119. b. 2. circa fin. intelligit אורדילאי *Fungos*, vel etiam גוזליא *pullos columbinos*, quos in fine menſæ plerique comedebant; & pro Rabbinico paradoxo habendum eſt id quod legitur in Codice סנהדרין cap. 11. pag. 94. b. circa med. *Phacee fil. Romeliæ* pro Bellarijs in fine menſæ comediſſe 40. ſata Columbarum, ſic enim refert R. Iochanàn -

אמר ר' יוחנן מאי דכתיב (משלי ג' ; לג.) מארת יהוה בבית רשע וגו'; זה פקח בן רמליהו שהיה אוכל ארבעים סאת גוזלות בקינוח סעודה :

Dixit R. Iochanàn: Quare ſcriptum eſt (Prouerb. 3. 33.) Maledictio Domini in domo impij &c. *Iſte eſt Pèkach filius Remaliàhu, qui comedebat quadraginta ſata* (ſatum, menſura quædam eſt aridorum) *pullorum Columbarum loco confectorum prandij*. Id eſt comedebat tot pullos Columbi-

terfamilias ex caniſtro tertiam placentam reſeruatam infra placentam dimidiatam; ex ea particulam frangit, eamque in folio lactucæ non madido inuoluit; & abſque benedictione manducat, & porrigit diſcumbentibus זכר למקדש *Zècher lamikdàſc In memoriam Sanctuarij* כהלל דאמר על מצות ומרורים יאכלוהו *Quemadmodum faciebat Hillel* (הזקן *ſenior*) *qui dicebat: Cum Azymis & herbis amaris comedent eum*. Exod. 12. 8. Igitur ex hoc loco ſecundùm interpretationem Hillelis non debent hic intingere in Embammate, licèt *Aegyptius in Halach. Chamètz & Matzà* cap. 8. num. 8. & *O'rach chaiìm* num. 475. §. 1. velit טובלים בחרוסת vt *intingant in Embammate*; ſed vſus iſte hodie receſſit à menſa Paſchali Iudaica Italorum.

LVII. Pro decima dictione ſunt duæ voces שלחן עורך *Sciulchàn orèch Menſam ſternit*, id eſt poſt has ceremonias legales ſequitur commune & vulgare conuiuium, in quo vnuſquiſque edit, & bibit quantum vult, & de qua re vult.

LVIII. Vndecima dictio eſt צפון *Tzaphùn Reconditũ*. Abſoluto communi conuiuio, ſtatim paterfamilias ex angulo menſæ, vbi ſub mantili dimidiam placentam iam reconditerat, vt in quarta dictione dictum eſt, extrahit, de ea particulam, quanta eſt Oliuæ moles, aufert, & nulla præmiſſa benedictione, ſed tantùm בחסיבת שמאל *Cum inclinatione in latus ſiniſtrum* manducat. Totidem particulas inter conuiuas diſtribuit, qui omnes accliues ad latus ſiniſtrum,

completa cœna communi, & manducato אפיקומן statim abluere manus debeant sine benedictione. Postea recitant benedictionem חמון Cibi, & subinde infundunt tertium poculum, quod confestim accliues euacuant. Postremò infundunt quartum & vltimum cyathum, & pergunt ad הלל *Hallèl*.

LX. Decima tertia dictio est הלל *Hallèl Hymnus*. Antequam Hymnum persoluant, priùs recitant duos versiculos ex Psalmo 79. ver. 6. -

שפוך חמתך על הגוים וגו׳ :

Effunde iram tuam in gentes &c. his dira imprecantur in eos, qui Iudęi non sunt. Addunt totum Psalmum 115.

לא לנו יהוה לא לנו וגו׳ :

Non nobis Domine, non nobis, &c. Item Psal. 116.

אהבתי כי ישמע יהוה :

Dilexi quoniam exaudiet Dominus &c. Psal. 117.

הללו את יהוה כל גוים וגו׳ :

Laudate Dominum omnes gentes &c. & Psal. 118.

הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו :

Confitemini Domino, quoniam bonus; quoniam in seculum misericordia eius. Et hic Hymnus vocatur etiam Hymnus Ægyptius, de quo vide suprà ad paginam 240. Quibus absolutis deueniunt ad -

LXI. Decimam quartam & vltimam dictionem נרצה *Nirtzà Acceptum sit*, qua innuere volunt Deo gratias referendas, cumque laudandū esse in omnibus operibus suis &c. Re-

binos, quot quadraginta eos capere possent sata. קינוח סעודה idem est ac אפיקומן inquit Elias in תשבי. *Aphikomèn* autem secundùm Ràu חיננא בר שילא ור׳ יוחנן *Chinanà Bar Scilà & R. Iochanàn* in Cod. *Pesachìm* loco nuper citato sunt תמרים קליות ואגוזים *Dactyli tosti, & nuces*, his vesci solent pauperes loco Bellariorum in fine refectionis. Hinc illud *Miscna* eodem Cod. cap. 10. & vltimo num. 8.

אין מפטירין אחר הפסח אפיקומן :

Non dimittunt post Pascha Aphikomèn explicatur à Ràu Iehudà, ibidem dixit R. Samuel -

אחר הפסח הוא דלא לאחר מצה :

Post Pascha post Agnum Paschalem; non comedit post Azymum panem, id est, nemo planè aliquid cum bellarijs comedit, postquam buccella Azymi sumpta fuerit: vnde canon Iudaicus extat in *O'rach chaìm* num. 478. §. 1.

אחר אפיקומן אין לאכול שום דבר :

Post Aphikomèn non est quicquam ampliùs comedendum. Non est igitur hæc vox אפיקומן secanda in duas, vt ex significatione Hebraica etymologiam illius habeamus, vt אפיקו מן *Aphikù man Educite cibum* cælestem scilicet *Manna*, cui assimilari volunt Paschale Azymum: Vel אפיקו מיני מזונות *Educite varietatem ciborum*, vt notat Elias in *Tisbì*; Vel quidquam aliud huic simile.

LIX. Duodecima dictio est ברך *Barrèch*, per quam significatur, quòd

mediam noctem functionem protrahere, secundùm quorundam opinionem, non liceret) omnes recedunt à mensa & dormitum eunt.

Quæres, An Christus Dominus in vltima Cœna Paschali, in qua sui Corporis & Sanguinis Eucharistiæ Augustissimum Sacramentum instituit, has ceremonias seruauerit?

Resp. Demptis quibusdam ceremonijs, quæ forsan à recentioribus Rabbinis additæ videntur, cæteras quæ ad essentiam Cœnę Paschalis spectabant, & vsu, ac pia consuetudine ab vniuersa Synagoga antiquitùs receptæ fuerant, ad vnguem eas seruasse, dicendum est: nam

Primò apud Lucam cap. 22. de duobus poculis fit mentio, ergo plura pocula in Cœna Domini fuerunt exhibita & hausta, quorum vnum ex his in Eucharistiæ Sacramento fuit consecratum. De primo poculo ver. 17. sic ait Euangelista: *Et accepto Calice gratias egit & dixit: Accipite, & diuidite inter vos*. Hoc non fuit poculum Sanguinis Domini, sed legalis mensæ, vt suprà notatum est in septima dictione. Circa quod aduertendum est antiquorum candor, & simplicitas, vt ex eodem Calice omnes discumbentes biberent: hodie vrbanitatem seculi sectantes Iudæi, statuunt in eorũ Ritualibus vt in hac Cœna, & in alijs conuiuijs vnusquisque suum peculiare poculum habeat & ebibat. *O'rach chaiim* 170. §. 16.

De secundo poculo idem Euangelista Lucas eodem cap. 22. 20. dicit: *Similiter & Calicem postquam* cæ-

Recitant itaque quandam precatiunculam, quæ incipit יהללוך יהוה וכו׳ *Laudabunt te Domine &c.* Qua completa, & facta super cyathum benedictione *Benedictus tu &c.* ב׳פ׳ה׳ג׳פ׳ *creans fructum vitis*; accliues, vt suprà, euacuant quartum poculum. Quo hausto, per reliquam noctis partem non licet eis quidquam ampliùs manducare aut bibere; permittunt tamen bibere aquam,

LXII. Vel si volunt quintum bibere poculum, necesse est vt הלל הגדול *Hallèl haggadòl Hymnum magnum* recitent; non tamen sub præcepto id præcipitur, sed permittitur vt illum qui voluerint, recitent, vel ad mensam stando, vel post mensam in triclinio, vel extra, sed bibentes ad הסיבה *Inclinationem* calixstanam, vt in reliquis, tenebuntur; ita vt qui sine ea, vel ex obliuione, vel fraude biberit, ad alterum poculum exhauriendum cum eadem ceremonia *Hassibbà* teneatur. Lecto tandem Hymno magno, qui componitur ex Psalmo 118.

הודו ליהוה כי טוב כי לעולם חסדו׃

Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. in quo viginti sex versiculi כי לעולם חסדו *Quoniam in seculum misericordia eius* pariter continentur; & quibusdam alijs prolixioribus Precibus, vt נשמת כל חי וכו׳ *Omnis anima viuens &c.* Postremò reassumitur vltima clausula יללוך יהוה וכו׳ *Laudabunt te Domine &c.* (nam quando dicitur *Hallèl gadòl* prætermittitur) & iam ferè media nocte instante (nam vltra

Christum celebrasse Cœnas, seù veriùs vnicam tantùm Cœnam in duas partes diuisas, nempè Cœnam legalem, & Cœnam vsualem, seù communem. In Cœna legali Christus seruauit Legis Mosaicę ceremonias; comedit enim Agnum Paschalem, sed sine illis ceremonijs descriptis in Exod. 12. quæ, vt suprà vidimus, pertinebant solummodo ad Pascha Ægyptiacum, & non ad Pascha *subsequentium generationum*, vt Hebræi loquuntur. In Cœna vsuali & communi, vel etiam in parua cœnula, dicta אפיקומן *Aphikomèn*, Corporis sui instituit Sacramentum, & in fine totius mensæ Vinum in Sanguinem consecrauit. Hoc ab Euangelistis disertè describitur; Ioannes enim cap. 13. 4. ita dicit: *Surgit* (Iesus) *à Cœna & ponit vestimenta sua &c. & cœpit lauare pedes discipulorum &c.* Et licèt de hoc pedilauio inter cœnandum nihil in ritibus Hebræorum habeatur, attamen Dominus præter manuum ablutionem in Cœna seruatam, voluit etiam citra consuetudinem pedes discipulorum lauare, nimirùm propter Sacrosanctum Eucharistiæ Conuiuium iamiam instituendum, vt mysticè nos inde doceret, ad Sacrum & Diuinum illud conuiuiū non esse illotis pedibus, hoc est immundis affectibus accedendum. *Postquam ergo lauit pedes eorum* (sequitur Euangelista ibidem versiculo 12.) *& accepit vestimenta sua: cùm recubuisset iterum &c.* Marcus cap. 14. 22. habet: *Et manducantibus illis, accepit Iesus panem: & cænauit dicens: Hic est Calix nouum Testamentum in Sanguine meo, qui pro vobis fundetur*, quod intelligendum est de secundo poculo in fine Cœnæ communis & vsualis consecrato. Etenim in Cœna illà communi, cœnula bellariorum, seù אפיקומן *Aphikomèn* includebatur. Porrò in fine huius Cœnæ Christus accipiens Calicem illum consecrauit, hoc est, Vinum in illo existens in Sanguinem suum pretiosissimū transubstantiauit, conuertendo substantiam Vini in substantiam Sanguinis sui. Igitur Dominus in sua Cœna Paschali seruauit ritum poculorum.

De alijs duobus poculis non fit mentio in Euangelio, quia illa non spectabant ad Cœnam nisi per accidens. Primum siquidem poculum erat tantùm præparatorium ad Cœnam, cùm per eum aperiretur ianua ad ritè peragendum Cœnæ officium; tempus enim profanum poculo isto diuidebant à Sacro, ante cuius sorbitionem nullam sacram functionem licebat operari; vnde Sabbatha, & alij dies festi initium sumebant post eiusmodi poculi potationem. Erat igitur istud primum poculum introductiuum ad festum, seù ad Cœnam Paschalem, sed non pars Cœnæ Paschalis. Idipsum dicendum est de quarto poculo, quod ad הלל *Hallèl Hymnum* propriè spectabat, & non ad Cœnam, quæ iam completa erat & absoluta per poculi secundi haustum.

Hinc ex istis duobus poculis in Euangelio indicatis, intelligimus duas

dixit ei; Ioan. 13. 26. *Ille est, cui ego intinctum panem porrexero. Et cùm intinxisset panem, dedit Iudæ &c.* Et ver. 30. *Cùm ergo accepisset ille buccellam, exiuit continuò.* Ex his verbis videtur non fuisse completa Cœna quando Iudas exiuit, nec consecratus Calix. Non completa Cœna, quia Iudæ dederat buccellam panis intinctam fortassis in חרוסת *Embammate*, quia ad finem vsq; Cœnæ seruabant Embamma super mensam. Hæc autem buccella non erat consecrata, nam priùs Christus panem consecrauerat, & omnibus discipulis dederat, dicente Euangelista Matthæo 26. 26. *Deditque discipulis suis*, inter quos erat etiam Iudas. Itaq; certum est Iudam accepisse Corpus Domini, sed non videtur ita certũ quòd acceperit Sanguinem Domini post Cœnam consecratum. Si Rabbinicis his ceremonijs omninò adhęrere vellemus, procul dubio dicendum esset Iudam non accepisse Calicem Domini consecratum; sed quia Marcus expresśe habet, quòd Dominus *Accepto Calice* (Marci cap. 14. 23.) *gratias agens, dedit eis: Et biberunt ex illo omnes*, inter quos includitur etiam Iudas, dicendum est; Iudam cum reliquis Apostolis accepisse Corpus Domini, & bibisse Sanguinem eius. Sed quid dicemus ad illud Ioan. 13. 26. Christum dedisse buccellam intinctam Iudæ, *qui cùm illam accepisset continuò exiuit*, cœnantibus adhuc discipulis? Ergo Calix adhuc consecratus non erat: nam post Cœnam Christus accipiens Calicem consecrauit.

benedicens fregit, & dedit eis, & ait: Sumite, Hoc est Corpus meum. Idipsum fermè dicit Matthæus cap. 26. v. 27. *Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditque discipulis suis, & ait: Accipite & comedite: Hoc est Corpus meum.* Hæc Corporis consecratio ad Cœnam vsualem pertinet: nam ferè completa hac Cœna, cœnantibus adhuc discipulis, Christus à Cœna surgit &c. ponit aquam in peluim, & pedes discipulorum mensæ assidentium & comedentium lauat, quibus lotis, reassumptis vestimentis iterum recumbit, & adhuc cœnantibus discipulis accepit Iesus panem, nempè placentam Azymam, & fortassis eam, quæ pro אפיקומן *Aphikomèn* reseruata sub mappa erat, benedixit, fregit, deditque &c. Vnde aduertendum, quòd Christus volens hanc partem placentæ efficere Corpus suum *benedixit*, quod non faciunt Iudæi dum אפיקומן frangunt, sed illud in frusta diuidunt, & sine benedictione ex eo communicant omnes assidentes ad mensam; Christus autem benedixit, vt εὐλογία prolata, per verba *Hoc est Corpus meum*, Εὐχαριστίαν Corporis sui sacratissimam conficeret. Idem circa Calicem, postquam cœnatum est, effecit. Vnde posset quis dubitare de Iuda proditore, quòd non biberit Calicem Domini, quia iam videtur foras exijsse: nam Dominus postquam communicauerat Corpus suum omnibus discipulis, inter quos erat Iudas Matth. 26. 26. volens indicare Ioanni quisnam esset proditor,

que sanè (Iudas) *bibere cum eo poterat, qui nō erat bibiturus in regno &c.* Huic responsioni occurrendum est; concedendo planè omnes discipulos, qui aderant, bibisse de Calice Domini, sed probandum est Iudam abfuisse, quod hactenus probatum non est: nam quod post buccellam continuò exiuerit, non euincit tempore consecrationis Calicis Iudam absuisse, vt suprà ostensum est. Hilarius autem non tantùm Calicem, sed neque Corpus Domini Iudam accepisse in Cœna Domini arbitratus est. Credidit enim, quòd buccella à Christo Iudæ tradita antecesserit consecrationem Corporis & Sanguinis Domini, & statim illa accepta, Iudas foras exierit. Verba enim S. Hilarij eodem loco citato, sunt: *Post quæ Iudas proditor indicatur, sine quo Pascha accepto Calice, & fracto pane conficitur. Dignus enim æternorum Sacramentorum communione non fuerat: nam discessisse statim hinc intelligitur, quòd cum turbis reuersus ostenditur &c.* Iuxta nos tamen buccella Iudę tradita fuit post consecrationem Corporis, & ante consecrationem Calicis, & post consecrationem Calicis, accepto Sanguine Domini, continuò exiuit.

Quæres secundò, Cur Christus Dominus in Institutione Sanctissimi Eucharistiæ Sacramenti potiùs vsus est his verbis: *Hoc est Corpus meum*, quàm alijs quibusdam? Poterat enim illud instituere prolata alia verborum formula; siquidem accepto Pane poterat dicere: *Hic panis est Caro mea*. Cur igitur dixit: *Hoc est Corpus meum?* Resp.

Resp. Quòd inter consecrationem Corporis, & consecrationem Calicis aliquod temporis interuallum extitit: nam Panis, cœnantibus adhuc discipulis, consecratus est, Calix non item, sed postquam cœnatum est: inter huiusmodi interuallum Christus Iudæ buccellam dedit. Sumpta buccella à Iuda, finita Cœna, & consecrato Calice, ex eo bibit etiam ipse proditor, qui cùm reus fuisset Corporis & Sanguinis Domini, iudicium quoque sibi manducauit & bibit, nec vllam de sui resipiscentia spem vlteriùs dedit. Tunc dixit ei Dominus: *Quod facis, fac citiùs*. Ex his patet, quod, postquam Iudæ porrexerat buccellam, Dominus adhuc sermonem habuit cum discipulis suis, antequam Cœna completa esset, qua absoluta, accepit Calicem, eumque consecrauit in Sanguinem suum. Illud autem, quod dicitur de Iuda proditore, Ioan. cap. 13. v. 30. *Cùm autem accepisset buccellam, exiuit continuò*, intelligendum est *continuò*, id est postquam Christus Calicem consecrasset discipulis omnibus distribuisset, & Iudæ dixisset, *Quod facis, fac citiùs*, nulla alia in his interposita mora. Illi autem, qui putant Iudam exijsse ante consecrationem Calicis, ac proinde nec Sanguinem sumpsisse Domini, ad verba Marci: *Et biberunt ex illo omnes*, respondent: Et biberunt ex illo Calice omnes illi discipuli qui tunc aderant, Iudas autem cùm abesset, de eo bibere non poterat. Et de hoc Calice intelligendum putant illud Hilarij Can. 30. in Matth. *Ne-*

pus; & vt Nouum & æternum institueret Testamentum, & nouum Corpus veri & immaculati Agni nobis manducandum præberet sub specie Panis, Panem ipsum accepit, & ad Corpus Agni Paschalis Veteris Testamenti alludens dixit: *Hoc est Corpus meum* tradens sub his verbis Sacerdotibus suis formulam conficiendi Augustissimum Corporis sui Sacramentum. Pariformiter post communem & vsualem Cœnam accipiens poculum, illudque ex Veteri in Nouum Testamentum transferens, Vinum in Sanguinem suum pretiosissimum consecrauit, præcipiens nobis Sacerdotibus, vt quotiescumque hæc fecerimus, in sui memoriam faciamus.

Collige ex his, quòd inter cœnandum in communi & vulgari mensa Christus instituerit Corporis sui Sacramentum; & in fine eiusdem mensæ Calicem consecrauerit.

Secundò, quòd in consecratione sui Corporis Sacratissimi alludere voluit ad corpus Agni typici; & in consecratione Sanguinis ad secundum poculum quod ebibere solebant in Cœna ista Paschali. (Non enim connumero in hoc loco primum poculum mensæ præparatiuum, nec quartum post הלל *Hallèl* potatum).

Hinc patet, quàm turpiter hallucinetur Ioseph Scaliger in suo *De emendatione Temporum* libro sexto, vbi totum ordinem Rituum Hebræorum, quos in celebratione Cœnæ Paschalis seruant, inuertit & peruertit: & quod in principio ponendum erat, vt הא לחמא עניא *Hic est panis*

Resp. Voluit his verbis Dominus alludere ad ceremoniam Agni Paschalis, quem in hac Cœna Iudæi comedebant, quique erat typus & figura Christi. Hunc assatum mensæ apponebant integrum, & גוף הפסח *Guph happèsach Corpus Paschatis*, siuè *Corpus Agni Paschalis* vocabant. Ita docent omnes antiqui Rabbini cum primario textu Talmudis videlicet משנה *Miscna* Cod. פסחים *Pesachìm* cap. 10. num. 3. vbi legitur. *R. Eliezer Bar Sadòch dicit*: -

ובמקדש היו מביאים לפניו גופו של פסח :

Et in Sanctuario (stante Templo) *afferebant coram eo* (id est patrefamilias) *Corpus Paschatis*, hoc est integrum Corpus Agni Paschalis assati, vt explicat *R. Moses Bar Maijmonis* in *Halachòth* חמץ ומצה cap. 8. num. 1. vbi enumerat ea, quæ solebant apponi super mensam in qua celebranda erat Cœna Paschalis, hoc ordine -

ומביא ן שלחן ערוך ועליו מרור וירקאה ומצת וחרוכת וגופו של כבש הפסח ובשר חגיגה של יום ארבעה עשר וכו' :

Et afferunt Mensam paratam; *& super eam imponunt amaras herbas* (id est lactucas agrestes) *& olera* (hoc est כרפס Apium) *Azyma, Embamma, & Ghuphò scel Chèues Pèsach Corpus Agni Paschalis, & Carnem Chaghigha* (i. e. Sacrificij) *diei decimi quarti &c.* Hoc Agni Paschalis corpus appositum fuit in mensa Domini, & esum à Christo & discipulis suis, in quo consummata fuit Veteris Testamenti ceremonia edendi Agni Paschalis cor-

in his verbis, quod consecrationem aliquam spiret, dignoscitur: nullus in eis est odor Eulogiæ, nullus Eucharistiæ sapor, cùm hæc sint tantùm præludiũ *Hagadæ*, non ipsa *Hagada*, neq; ad Cœnam Paschalem vllo modo pertineant; quare nullus respectus, aut typicum mysterium in eis inesse apparet, ad quod Dominus respicere debuisset. Vnde non possum non mirari, quomodo Eminentiss. Annalium Auctor idem *Hagadæ Paschalis præludium* Scaligerum secutus, intra alias Paschalis Cœnæ partes & in vltima illarum reposuerit, ac si ad eam respexisset Dominus in institutione Sanctissimi Sacramenti Eucharistiæ, quod tam longè abest, quàm finis à principio distat. Describit enim hunc inuersum ritum ad an. Chr. 34. n. 45. hoc modo, secundùm quod ferè apud Scaligerum inuenitur lib. 6. *De emendatione Temporum. In Paschali conuiuio* (inquit) *posterior quæ esset mensa, non vt in alijs dierum festorum secundis cœnarum mensis bellaria apponerentur, sed tantùm à Lege statutus cibus, nimirùm primo loco embamma ex Intybis & lactucis agrestibus factum, alijsque rebus conditum: inque eum primùm paterfamilias intingebat offam Azymam, mox cæteri, sicque consumebatur. Deinde paterfamilias Tortam Azymam*, (seù vt alij textus habent dimidiam) *sub mappa hactenus seruatam, in frusta frangebat, in tot particulas illas diuidens, quot essent in Cœna discumbentes, sicque diuisam singulis porrigebat. Quo facto, ipse poculum degustatum tradebat proximo, ille secundo,*

afflictionis &c. illud in fine mensæ ineptissimè & prorsùs ridiculè postponit. Videndi erant Rituales libri הגדה של פסח *Hagadæ Paschatis*, quos si vidisset, vtique inuenisset omnes incipere ab illis verbis הא לחמא עניא Legendi erant Abrauanelis Comentarij in זבח פסח, & ex eis didicisset causam, cur hæc verba in principio *Hagadæ* fuerint posita, & Chaldaica lingua concepta; nimirùm vt inuitarentur pauperes ad comedendum panem Azymum, qui Pascha ibidem vocatur; & vt faciliùs intelligerentur verba eorum, qui eos inuitabant, lingua vulgari, seù Chaldaica & Babylonica (nam in Babylone volunt hanc *Hagadam* fuisse compositam) loquebantur. Ita Abrauanel in זבח פסח pag. 10. b.

Enormiùs errat Ludouicus Cappellus Iosephi Scaligeri patrocinator in suis *Animaduersionibus* contra Buxtorfium *de Cœna Domini*, dum ineptissimè putat, Christum in consecratione panis in locum הא לחמא עניא *Hic est panis afflictionis &c.* substituisse hæc verba: *Hoc est Corpus meum*, quod falsissimum est: nam præterquam quòd Dominus non in principio Cœnæ Sacramentum Eucharistiæ instituerit, sed in medio, vel circa: nam surrexit à Cœna, posuit vestimenta sua; lauit pedes discipulorum, iterum accumbit mensæ, & instituit Sanctissimum Corporis sui Sacramentum. At prædicta verba recitabantur in principio mensæ, non verò in medio, aut alia parte conuiuij, vt probatum est. Nihil præterea

chim c. 10. n. 8. sed alium planè diuersum sensum habet quàm sub his Græcis vocibus insulsè illi attribuit, Μετὰ τὸ Πάσχα οὐκ ἀπολύουσι τὸ δεῖπνον ἐπικώμῳ. *Post Pascha non dimittunt Cœnā Epicomo*. Vide germanam huius loci interpretationem suprà ad paginam 744.

Præterea, Embamma non fiebat ex Intybis & lactucis agrestibus, sed ex alijs rebus, vt ex *Rambàm* annotauimus pagina 737. num. 43. Et tantùm abest, quòd huiusmodi חרוסת *Charòseth* siuè Embamma fieret ex herbis tristis, & amari succi, vt potiùs ex dulcissimis & odoriferis fructibus, & aromatibus, vti Dactylis, Ficubus siccis, Sacchiaro, Cinnamomo, & his similibus olim componeretur, & hodie à Iudæis pro Cœna Paschali componatur; cuius dulcedo & fragrantia talis in eo expetitur, vt si diutiùs quàm par sit, Intybum aut lactucæ agrestes, dum in tryblio intinguntur, relinquantur, ipsius dulcedo herbis illis amaris de facili communicari valeat; vnde volunt vt intinctis eiusmodi amaris herbis, subitò extrahi debeant, ne embammatis dulcedinē contrahere queant, vt vidimus suprà. Hinc patet Scaligerum confundere Intybum, seù herbas amaras; quæ in embammate intinguntur, cum ijs rebus quibus ipsum embamma componitur, quarum distinctio cùm ex omnibus Ritualibus Hebræorum sit clarissima, & nota etiam pueris, qui מחזורים *Machazorim* incipiunt legere, ideò vereor Scaligerum hos ritus non legis-*do*, *donec poculum per totum conuiuium circumferretur. Insuper quoniam secundæ illæ mensæ Iudæorum erant ob accepta beneficia ad gratias Deo agendas potissimùm comparatæ: cùm in cæteris secundis mensis esset visitata quædam communis benedictionis formula, in Paschali secunda mensa post illam benedictam cùm distribueretur Torta Azyma, hæc verba idem paterfamilias dicebat: Iste est panis ærumnæ, quem comederunt patres nostri in terra Aegypti: quisquis esurit, accedat & peragat Pascha. Post hæc idem accepto poculo benedicebat his verbis: Benedictus es Domine, qui fructum vitis creasti &c. sicque delibatum, vt dictum est, poculum tradebat proximo, ille secundo, & sic deinceps. Hæc ex Rituali Iudæorum*. Hactenus Auctor Annalium à Scaligero deceptus, qui ritum inordinatum Cœnæ Paschalis Iudaicæ celebrandæ in Orbem literariū inuexit, & quamplurimos etiam viros doctos in errorem induxit. Non in secundis mensis loco bellariorum hę ceremonię fiebant ab Hebræis, sed in ipso principio mensæ, vt vidimus suprà in *Relatione Rituum Paschalis Cœnæ*, pag. 740. n. 50. quòd si eos conferas cum inordinato hoc ordine mensæ Paschalis Scaligerianæ, quantum iste ab alio distet, procul dubio videbis. Quis vnquam peritorum in Rabbinicis dixerit, in Paschali epulo ipsi conuiuæ interdici omni genere bellariorum? Quod in Canone Ritualis Iudaici legi dicit

אין מפטירין אחר פסח אפיקומן׃

locum hunc ipse non citat; eum tamen inuenies in *Misenà* Cod. *Pesa-*

præſcriptum occaſionem dediſſet Iudæis eum accuſandi tamquam Legis præuaricatorem in re tam perſpicua & manifeſta; & Sacerdotes ac Pontifices, Scribæ & Phariſæi, inter alias accuſationes coram Pilato, hanc quoque connumeraſſent, & aliquam, ſaltem apparentem cauſam habuiſſent poſtulandi eum ad mortem trahendi, & crucifigendi. Sed Chriſti accuſatores nec verbum quidem de non obſeruato die Paſchatis protulerunt. Ergo ſignum eſt, eum ſtatuto & legitimo die Paſcha cum Iudæis celebraſſe.

Tertiò, Quia Chriſtus ſolemni die Paſchatis ſecundùm Legem celebrati Cruci affixus eſt: nam Chriſtus occiſus eſt eodem die, quo Barrabas liberatus, liberatus autem eo ipſo die feſto Paſchatis, Matth. 27. Luc. 23. Ergo Chriſtus die feſto Paſchatis occiſus eſt. Dies autem feſtus Paſchatis erat 15. Luna primi menſis. Ergo Chriſtus decima quarta Luna comedit Agnum & Paſcha celebrauit. Quia pridie quàm pateretur, & ex Apoſtolo ad Corinth. 11. 23. in qua nocte tradebatur, cœnauit. Ergo Chriſtus non anticipauit celebrationem Paſchatis, ſed ſtatuto & legitimo die vnà cum Iudæis celebrauit.

Græci vero moderni, vt ſuum panem fermentatum, in quo conficiunt defendant, & firment, dicunt: Chriſtum anticipaſſe celebrationem Cœnæ Paſchalis vno die, in quo fermentum è domibus non erat abiectum, ideòque in fermentato pane confeciſſe Corporis ſui Sacramentum. Fundant giſſe, aut certè non intellexiſſe ſi legerat. Et quia nimis longum eſſet, ſi ſingula eius ſphalmata caſtigare voluiſſem, ſolùm animaduertã, quòd non ſtatim poſt amarorum, & Azymi fruſtrũ eſum bibebant; ſed interuallum temporis non modicum intercedebat in hac Cœna inter cibum & potum; Primò enim infundebant poculum, poſtea preces recitabant, comedebant modicam quantitatem Apij, Azymi, amarorum, iterum benedicebant, poſtea bibebant. Itaque infundebant in principio, & bibebant in fine. Nulla itaque fides eſt adhibenda relationi Cœnæ Paſchalis à Scaligero inuentæ; & in ſuo 6. libro *De emendatione Temporum* affixæ.

Quæres tertiò, An Chriſtus Dominus vltimam Cœnam Paſchalem celebrando, eodem die cum Iudæis celebrauerit, vel vno die anticipauerit; aut Iudæi vno die poſtpoſuerint?

Reſp. Chriſtum Dominum decima quarta die menſis *Niſàn* cum Iudæis vltimam Cœnam Paſchalem celebraſſe.

Probatur, quia Chriſtus fuit Legis Moſaicæ exactiſſimus obſeruator, & ſi anticipaſſet vno die celebrationem Paſchalis Cœnæ, illam celebraſſet decima tertia die menſis *Niſàn* contra id quod præcipitur Exod. 12. 18. *Primo menſe, quarta decima die menſis ad veſperam comedetis Azyma*, quorum eſus incipiebat in ipſa Paſchali Cœna cum Agno Paſchali, & lactucis agreſtibus. Ibid. ver. 8.

Adde, quòd ſi Chriſtus Paſcha celebraſſet extra tempus à Lege

Cœnam celebrauiſſet ad veſperam, neceſſariò inde ſequeretur, diem paſſionis & mortis Chriſti fuiſſe diem feſtum ſolemnem primum Azymorum, cuius feſtiuitas nec minùs debuit obſeruari, quàm feſtiuitas ordinaria Sabbathi, & ſanè in omnibus (vnica excepta ciborum præparatione) Exod. 12. 16. *Nihil operis facietis in eis*, ait Lex, *exceptis his, quæ ad veſcendum pertinent*. Et tamen nullum eſt indicium in Scriptura, illum diem paſſionis feſtum fuiſſe, ſed profeſtum. Eo enim die Tribunalia Iudaica apud Annam & Caipham aperta erant, teſtes examinati in cauſa capitali fuerunt, pecunia Iudæ numerata, Chriſtus captus, & ligatus, ac condemnatus. Quòd ſi in ſuo conſilio Iudæi adeò timuerunt plebem, ſi in feſto caperent Ieſum, hoc eſt diebus illis Paſchalibus, & dicebant Matth. 26. 5. *Non in die feſto ne fortè tumultus fieret in populo*: quantò magis timuiſſent, ſi tam impudenter etiam diem adeò ſolemnem violare Satrapas illos populus vidiſſet? Sed quid cenſebimus de Viris iuſtis & optimis Ioſepho ab Arimathia, & Nicodemo, Legis profectò obſeruantiſſimis? Emunt lintea & aromata; officinę talia vendentium apertę ſunt, emitur, venditur, pecunia tractatur: ijdem Ioſeph & Nicodemus deponunt mortuum de Cruce, & ſepeliunt; quæ omnia erant Lege prohibita, ne feſtis diebus fierent: nam & propterea ipſi Iudæi ſoliciti ſunt, vt mors crucifixis crurium confractione accelerarετur, veſpera iam aduentan-

dant opinionem ſuam, eamque probant.

Primò ex verbis Ioannis c. 13. 1. *Ante diem feſtum Paſchæ &c.* Chriſtum cœnaſſe. *Et Cœna facta &c.* ver. 2. At primus dies feſtus Paſchæ incipiebat ad veſperam decimæ quartæ diei primi menſis, initiumque talis feſti erat ipſa Cœna Paſchalis. Ergo ſi Chriſtus ante diem feſtum Paſchæ cœnauit, neceſſe fuit vt cœnaſſet nocte diei decimi tertij, & ſic vno die anticipauit Paſcha Iudaicum.

Secundò ex eodem Ioanne 18. 28. habemus hæc verba: *Adducunt ergo Ieſum à Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipſi non introierunt in prætorium, vt non contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha*, id eſt Agnum Paſchalem, & non reliquos Paſchales cibos, vt aliqui exponunt: nam quotieſcunque in Sacra Scriptura fit mentio de comeſtione Paſchæ, ſemper intelligitur de Paſchali Agno, vt Exod. 12. 21. Prim. Eſdr. 6. 20. Tert. Eſdr. 1. 6. Marc. 14. 12. Luc. 22. 7. &c.

Tertiò, idem Ioannes cap. 19. 14. & 31. de eodem die paſſionis dicit: ipſum fuiſſe *Paraſceuen Paſchæ*, hoc eſt diem, quo pręparatio fiebat ad comedendum Paſcha ad veſperam, nempè quartum decimum diem primi menſis. Igitur, ſi Chriſtus in vltima Cœna Paſchalem Agnum manducauit, aut ipſe Dominus vno die præuenit verum diem, aut Iudæi vnum diem poſtpoſuerunt.

Quartò, Si Chriſtus vero die ſiuè decimo quarto die primi menſis ſuam

Hæc sunt argumenta Græcorum, & quorundam, qui apostatantes à fide Catholica, & in hæresim prolapsi in varios & enormes errores inciderunt, inter quos connumeratur Marcus Antonius de Dominis Archiepiscopus Spalatensis de Repub. Ecclesiastica Par. II. cap. 6. num. 260. & sequentibus, qui n. 275. & 276. impudenter negat, Christum Agnum Paschalem comedisse, atque Cœnam legalem celebrasse, sed comedisse communem & vsualem Cœnam. Et quod dicunt Euangelistæ de Pascha & Cœna Domini, de præparatione Cœnæ esse intelligendum, & non de ipsa vera Cœna Paschali, *præparasse quidem Apostolos Cœnaculum magnum stratum: sed nullus Euangelistarum* (inquit) *est, qui dicat in illa Vltima Cœna Christum cum discipulis Agnum legalem comedisse.* Et addit: *Neque vlla habemus in ipsis Euangelijs indicia comestionis dicti Agni; valida tamen habemus in contrarium: nam in hac Cœna Matth. 26. 20. discumbebat cum duodecim: Agnus verò Paschalis à stantibus, & baculos in manibus habentibus comedebatur: festinanter erat comedendum; at Cœna Christi fuit longissima Io. 13. 14. sermone Christi longo mixta, pedum lotione interrupta, & institutione Sacramenti Eucharistiæ insignis. In hac Cœna aderat ius aliquod carnium, in quo intinctus est panis Iudæ porrectus; at in Cœna Paschali nullum ius esse poterat, quia assus tantùm Agnus comedebatur* (Exod. 12. 9.) *In hac Cœna dictum est Iudæ* (Ioan. c. 13. v. 17.) *Quod*

tante, vt ante Solis occasum deponi possent, & sepeliri: alioquin totum diem Sabbathi immediatè sequentem oportuisset crucifixos illos in crucibus manere; ideò frangunt eorum crura, Ioann. 19. 31. *vt non remanerent in Cruce corpora Sabbato.* Ergo Christus non fuit crucifixus in die primo Paschatis, sed in Parasceue Paschæ, id est Vigilia Paschæ, in qua Iudæi comedebant Agnum Paschalem. Ergo Christus manducauit suum Agnum Paschalem biduo ante Pascha, videlicet pridie antequam pateretur. Ergo decimo tertio die celebrauit suum Pascha, de quo ipse dixerat apud Matthæum 26. 18. *Tempus meum prope est*, quasi diceret: decima quarta Luna huius primi mensis *Nisàn* iuxta Legis præscriptum, quod hoc anno propter suum מעבר non obseruant Iudæi, *prope est apud te facio Pascha cum discipulis meis &c.* Ergo Christus anticipauit celebrationem Paschæ, & Iudæi postposuerunt.

Quintò, idem Ioannes capite 19. 31. loquens de Paschate illius anni dicit: *Erat enim magnus dies ille Sabbati*, quia nimirum illo anno in Sabbathum incidit festum Paschatis, ac proinde à Iudæis celebratum fuit die Sabbathi, qui incæpit feria sexta antecedente post occasum Solis, quo tempore comederunt Agnum Iudæi; & Christus eadem fer. 6. ad horam nonam de Cruce pendens expirauit: pridie verò quàm pateretur cœnauit: ergo anticipauit esum Agni & Cœnam Paschalem, & Hebræi postposuerunt.

batum est pag. 729. & manducare Pascha non solùm est manducare Agnum Paschalem, vt ex locis suprà allatis, sed etiam est manducare Azymum panem, vt suprà probatum est ex Procemio הגדה *Hághada* הא לחמא עניא *Iste panis ærumnæ &c.* & כל דכפין ייתי ויפסח וכו׳ *Omnis qui esurit Veniat & faciat Pascha*, id est manducet Pascha, nempè *Panem ærumnæ*, seù *Azymum panem*, quem ex canistro omnes attollentes pauperibus offerebant, vt ex R. Isaac Abrauanel pag. 750. ostensum est. Ergo Christus veram Cœnam Paschalem celebrauit, & Agnum Paschalem cum Azymis suo vero & legitimo tempore cum Iudæis comedit.

Item, quòd Christus non anticipauerit Cœnam Paschalem, sed cum Iudæis illã celebrauerit, patet etiam ex ijs, quæ adducta sunt pro responsione ad tertium quæsitum.

Ad illud quod dicunt Græci ex Ioan. 13. *Christum cœnasse ante diem festum Pascha*, ideòque tempore à Lege statuto non celebrasse Cœnam Paschalem, quæ celebranda erat eodem die festo Paschatis, nempè die 14. post Solis occasum, quo festum incipiebat, respondeo primò, ibi diem sumi pro die artificiali, quo Sol super hemisphærium nostrum lucet. Cùm autem Christus cœnauerit nocte antecedente huius diei, liquet profectò, eum cœnasse ante diem festum Paschæ, vt Ioannes Euangelista scribit.

Resp. secundò; Festum Paschatis incipere à media nocte antecedente diem

Quod facis fac citius: *Et Apostoli intellexerunt ijs verbis à Christo significari*, Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum. *Nondum ergo dies erat festus, & adhuc emere licebat, & vendere, iam ad multam noctem*. Propter has rationes putat Spalatensis Christum nullam Cœnam Paschalem celebrasse. His non obstantibus iterum absolutè dico: *Christum veram Cœnam Paschalem celebrasse, in ea Agnum Paschalem comedisse, tempus Cœnæ vno die non anticipasse, neque Iudæos eandem Cœnam vno die postposuisse; sed tam Christum quàm Iudæos eodem die nempè 14. Nisàn primi mensis Ecclesiastici, comedisse, cumque Dominum die festiuo Paschatis, id est 15. die eiusdem mensis Cruci affixum fuisse.*

Hæc conclusio plures habet partes, quarum aliquæ ex iam dictis patent; aliæ ex dicendis contra obiectiones aduersariorum probabuntur. Interim verò -

Probatur, quòd Christus veram Cœnam Paschalem celebrauerit, & eandem suo vero & legitimo tempore comederit, auctoritate Euangelij: nam Matthæus capite 26. vers. 17. Marcus cap. 14. 12. & Lucas capite 22. 7. dicunt: Primum diem fuisse Azymorum, quando Iesus misit discipulos suos, vt pararent Pascha, & eodem die de nocte cœnauit, dixitque: *Desiderio desideraui hoc Pascha manducare vobiscum antequam patiar*. Primus autem dies Azymorum erat dies decimus quartus primi mensis *Nisàn*, vt ex Rabbinis suprà pro-

per anticipationem ipſa quoque Agni immolatio, & eſus dictus eſt פסח *Pèſach Phaſe*, id eſt *tranſitus Domini*. Ibidem ver. 11. Itaque à media nocte incipit feſtum Paſchatis, & quicquid operabatur ante mediam noctem ante feſtum Paſchæ, & ante diem feſtum Paſchæ fieri dicebatur. Sic quia Chriſtus cœnauit ante mediam noctem, quia dicitur Lucæ 22. 14. *Et cùm facta eſſet hora diſcubuit*. Et Matth. 26. 20. & Marci 14. 17. *Veſpere autem facto, diſcumbebat cum duodecim diſcipulis ſuis;* videlicet in principio noctis. Quo tempore licebat parare ea, quæ neceſſaria erant ad victum, & ideò exeunte Iuda è menſa poſt acceptam buccellam, putauerunt Apoſtolorum nonnulli, *quòd dixiſſet ei Ieſus: Eme ea quæ opus ſunt nobis ad diem feſtum: aut egenis vt aliquid daret*. Ioan. 13. 29.

Et quamuis in Ritualibus Hebræorum dicatur in Vigilia Paſchatis, hoc eſt die 14. poſt meridiem, & deinceps non licere aliquid operari, id intelligendum eſt de operibus ſeruilibus, non de his quæ ad cibum, vel ad opera pietatis pertinent: quoniam & in ipſo die Paſchatis ea licebant, vt obſeruat *Rambàm Halachòth Iom Tòu*, & nos infrà probabimus: Ergo quod Græci arguunt ex Euangeliſta Ioanne nihil concludit.

Ad ſecundum argumentum Græcorum, quòd deſumitur ex eodem Ioanne 18. 28. Iudæos non introijſſe in Prætorium ne contaminarentur, ſed vt manducarent Paſcha, id eſt Agnum Paſchalem, Reſp. pro τȣ̃ *Paſcha*,

diem Paſchatis; Chriſtus autem celebrauit Cœnã ante mediam noctem, ergo celebrauit Cœnam ante Paſchatis feſtum. Hoc innuere voluit Grecus textus Ioannis 13. 1. Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τȣ̃ Πάσχα, *Ante autem feſtum Paſchæ*, nihil de *die* habens, vt non totus dies naturalis 24. horarum intelligeretur pertinere ad feſtum Paſchatis, ſed dies artificialis & pars noctis antecedentis, quod Latinus textus expreſſit per *diem*. Quòd autem non liceret vltra mediam noctem protrahere Cœnam, inde patet, quòd hauſto quarto & vltimo poculo nihil ampliùs eis permiſſum erat per illam noctem guſtare: vnde Cœnam hanc etiam hodie ſolent Iudęi in longum protrahere ferè vſque ad mediam noctem, vt obſeruat Buxtorfius in Synagoga Iudaica cap. 13. Poſt Cœnam *media nocte inſtante* (inquit) *dimidiam placentam, quam abſconderat, profert paterfamilias &c.* Huius moroſitatis rationem reddunt, quia circa mediam noctem Angelus exterminator primogenita Ægyptiorum percuſſerit, vt dicitur Exod. 11. 4.

כחצת הלילה אני יוצא בתוך מצרים וגו׳ :

Circa medium noctis ego egredior in medium Aegypti &c. Et ibidem cap. 12. 29. dicitur: בחצי הלילה *In media noctis percuſſit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti &c.* tranſiliens Dominus Hebræorum domos illæſas reliquit, ex hoc enim tranſitu Domini in medio noctis peracto nomen פסח *Phaſe* & *Paſchatis* huic feſto inditum fuit, & ob cuius reſpectum, &

Christi exercuerunt. Hi Principes Sacerdotum, vel *Summi Sacerdotes*, vt dicit Marcus cap. 15. 1. *Vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato. Et ipsi non introierunt in Prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha*. Ioann. 18. v. 27. hoc est de Sacrificio Paschatis, vel etiam de Azymis, quæ nomine Paschatis veniunt, vt suprà probatum est.

Solutum igitur manet secundum Argumentum Græcorum & Spalatensis Archiepiscopi.

Ad tertium Argumentum, quòd Christus fuerit Cruci affixus Parasceue Paschæ, nempè die quo præparabant cibaria pro Pascha. Ergo non in die Paschatis, sed in vigilia ipsius fuit crucifixus Dominus. Ergo antequam Pascha comederent Iudæi. Ergo Christus suum Pascha iam comederat vno die priùs quàm Iudæi comedissent. Hoc argumentum ijs, qui ignorant vsus & ritus Iudaicos videtur insolubile; cùm tamen eius solutio sit facillima, sicut & omnes aliæ, quæ dependent ex eisdem Iudæorum ritibus, vt paulò post.

Vt autem solutio huius Argumenti de Parasceue Paschæ meliùs percipiatur, explicandum est quid sit *Parasceue*, cur dicatur *Parasceue Pascha*: & quid per ipsum vocabulum intelligatur. Habetur hoc vocabulum Παρασκευὴ apud Ioan. cap. 19. 14. quod *præparationem ciborum* propriè significat. Cùm enim fas non esset Iudæis die Sabbathi ignem accendere, nec circa cibos aliquid operari,

cha, dico debere intelligi in hoc loco non *Agnum Paschalem*, qui iam antecedenti Vespera immolatus fuerat, & in nocte esus, sed pro *Pascha* intelligendi sunt alij Cibi Paschales, Sacrificiorum scilicet carnes, quarum pars Sacerdotibus cedebat; & ipsi fuerunt, qui ingredi in Prætorium noluerunt. Nec dicat Spalatensis, eos non fuisse Sacerdotes, sed Sacerdotum Ministros ac satellites: *Cum Iuda enim* (inquit num. 264. cap. 6. Par. II. *de Republ. Eccles.*) *erat turba multa* (Matth. 26. 27.) *missi à Principibus Sacerdotum & Senioribus populi. Vnus ex his erat Malchus, cuius Petrus abscidit auriculam* (Io. 18. 10.) *seruus Principis Sacerdotum*. *Hi igitur adducunt Iesum à Caipha in Prætorium, & ipsi non introierunt, vt non contaminarentur &c.* Non aduertit Archiepiscopus de Dominis, id quod dicit Matthæus cap. 27. & Marcus cap. 15. quòd *mane Summi Sacerdotes, cum Senioribus, & Scribis, & vniuerso Concilio, vincientes Iesum, duxerunt, & tradiderunt Pilato*. Legit quidem Spalatensis locum Ioannis 18. 10. seruum Principis Sacerdotum fuisse illum, cuius auriculam Petrus absciderat, sed non legit consimilem locum apud Lucam c. 22. 50. 52. *Dixit autem Iesus ad eos, qui venerant ad se Principes Sacerdotum, & Magistratus Templi, & Seniores*. Igitur non satellites solùm & Ministri Sacerdotum venerunt ad capiendum Christum, sed & ipsi Principes Sacerdotum, Magistratus & Seniores, satellitum officium in captura

Scriptura ne opera seruilia fiant, videlicet, Primus & septimus dies Paschatis; Primus & octauus festiuitatis Tabernaculorum: festum Pentecostes; & primus dies mensis septimi, & vocantur Iamim Touìm dies boni festiui; horum cessatio ab operibus est aequalis, quia in ipsis prohibita sunt omnia opera seruilia, exceptis ijs, quae ad cibum pertinent S. D. (Exod. 12. 16.) *duntaxat quod comedetur ab omni anima &c.* Opera verò seruilia in eo prohibita quae ad cibum pertinent, vt idem *Maijmonis* ibidem refert; exempli gratia sunt *aedificare, destruere, texere*; & his similia.

Sunt & quaedam opera, quae cùm ad conseruationem corporis pertineant, ad cibum, seù ad ciborum praeparationē reduci existimant Rabbini. Vnde hoc nomine permittunt his diebus festiuis רחיצה וסיכה *ablutionem & Vnctionem* faciei, manuum, & pedum, atque aqúas igne calefacere, vt his calefactis aquis corporis partes abluantur, & inungantur. Idem *Rambàm* ibid. cap. 1. num. 16.

Quin & opera pietatis in his diebus festiuis permittuntur, vt sepelire mortuos, & quae ad funus necessaria sunt, parare, vt paulò post videbimus.

Hinc apparet non opus habere hos dies festos aliqua ciborum praeparatione, cùm in ipsis diebus festiuis cibos sibi comparare & coquere potuissent Iudaei. Ideòque nullam Parasceuen habere Pascha, nec reliquos consimiles festiuos dies suprà relatos.

No-

rari, pridie Sabbathi post meridiem cibaria omnia, quae necessaria erant ad esum Sabbathi, tam pro Coena noctis Sabbathi, quàm pro prandio diei parabant, pulmentaria cocta in clibano moderatè calido reseruabant, reliqua, quae calore non indigebant; mensae apponebant; quam sternebant ac si in ea statim & ante festum coenandum esset, crederetur. Has praeparatorias Coenas Tertullianus libro 5. aduers. Marcion. *Coenas puras* appellat ideò forsan; quia pura & sine vlla laesione post Coenam seruabatur tanta ciborū quantitas, quanta in crastinum sufficere posset pro futuro prandio, & secunda Coena diei Sabbathi: nam tres refectiones in die Sabbathi fieri debere, docent Rabbini in *O'rach chaiìm* numero 291. Praeter Sabbathum alios dies festos habebant Iudaei, quos חגים *festiuos*, vel ימים טובים *dies bonos* vocabant; Tertullianus loco citato *magnos dies* dixit. In eis quoque opera exercere non licebat, sed non ita strictè & rigorosè sicut in Sabbatho. *Rambàm* in *Halachòth* יום טוב cap. 7. sex huiusmodi dies connumerat, & quae opera in his permittantur exerceri, enumerat. Numero 1. sic ait -

ששת ימים האלו שאסרן הכתוב בעשיית מלאכה שהן ראשון ושביעי של פסח וראשון ושמיני של חג הסוכות וביום חג השבועות ובאחד לחדש השביעי הן הנקראין ימים טובים ושביתת כולן שוה שהן אסורין בכל מלאכה עבודה חוץ ממלאכה שהיא לצורך אכילה שנאמר (שמות יב . יו :) אך אשר יאכל לכל נפש וכו':

Isti sunt sex dies in quibus prohibet

fuit præparare cibaria pro ſequenti die Sabbathi, ideò ab Euangeliſta vocatur iſtud Paraſceue, *Paraſceue Paſcha*, quia in Paſcha incidit. Ex his manifeſtum eſt errare eos, qui pro *Paraſceue Paſchæ* intelligunt feriam ſextam cibi præparatoriam pro ſubſequente die Paſchæ, quando Paſcha incidit in Sabbatho: nam cùm Paſcha nullum ex ſe Paraſceuen habeat, fruſtra illi adiungitur ratione Sabbathi, cùm neceſſariò Sabbathum ex ſe ipſo Paraſceuen habeat ſine vllo reſpectu ad feſtum Paſchatis. Itaque ad locum Ioannis: *Erat enim Paraſceue Paſcha* quando Chriſtus crucifixus eſt, diſtinguo. Erat enim Paraſceue id eſt fer. 6. in qua Paſcha incidit in illo anno, concedo. Erat enim Paraſceue, id eſt fer. 6. qua præparabant cibaria pro ſequenti Paſchate, quod ſupponunt incidiſſe illo anno in ſubſequens Sabbathum, nego. Paraſceue autem Paſchæ ideò dicitur ab Euangeliſta, quia Paraſceue eo anno cum Paſchate coniungebatur, & ſecundùm quod Iudæorum Magiſtri certo modo per commixtionem ciborum decreuerant poſſe in die ſolemni Paſchatis præparari cibaria pro Sabbatho futuro, ideò alio in loco idem Euangeliſta, nempè capite 19.42. huiuſmodi Paſchatis Paraſceuen, *Paraſceuen Iudæorum* appellat, quaſi per hoc indicare velit, *Paraſceues Paſchæ* denominationem, non ex aliquo Legis Moſaicæ præcepto deduci, ſed ex Iudæorum vſu & conſuetudine fuiſſe introductam.

Ad

Notandum etiam eſt ex *Rambàm Halach. Iom Tòu* cap. 6. nu. 1. quòd quando *Iom Tòu*, ſeù vnus ex his ſuprà notatis diebus feſtiuis incidit in vigilia Sabbathi, ſeù, vt nos dicimus; feria 6. tunc non eſſe licitum præparare cibaria pro Sabbatho

יום טוב שחל להיות ערב שבת אין אופין ומבשלין ביום טוב מה שהוא אוכל למחר בשבת וכו׳ :

Iom Tòu (inquit Rambàm) *qui incidit fer. 6. non coquunt panem, nec elixant carnes in eo die feſto, Vt de ipſis edant in ſequenti Sabbatho &c.* Vnde illud Sabbathum deſtitutum erit Paraſceue; tradunt autem modum, vt v. g. in die Paſchatis, quæ incidit feria 6. poſſint parare, & coquere, ac elixare cibaria pro ſubſequenti die Sabbathi; quod faciunt media עירוב תבשלין *Iruù Theuaſcelin Mixtione ciborum*, de qua videndus eſt *Rambàm* loco cit. & ferè per totum c. 6. שביתת יום טוב puta Paſchatis, cui attribuunt priuilegium Paraſceues, & licitè permittunt eo die parari cibaria pro ſubſequenti Sabbatho; quo caſu vocatur illud Paraſceue, *Paraſceue Paſcha*, quia ratione עירוב תבשלין Paſchati coniungitur Paraſceue. Sic ſi feſtum Tabernaculorum, Pentecoſtes, aut Initij anni incideret fer. 6 illud Paraſceue diceretur Paraſceue Tabernaculorum, vel Pentecoſtes, aut Initij anni. Hac ratione, quia eo anno quo crucifixus eſt Dominus, Paſcha incidit in fer. 6. & ratione עירוב תבשלין *Iruù Theuaſcelin mixtionis ciborum* in eo Paſchatis feſto permiſſum

proditorem, qui iniquorum Sacerdotum, Templi Magistratuum, Seniorum, Ministrorum, ac satellitum factus erat dux & caput, circa medium noctis Christum capiunt, & captum ad Tribunalia trahunt, accusant, & vt reus mortis tumultuariè, nulloque iuris ordine seruato, damnari procurant & crucifigi.

Cæterùm, opera pietatis, vti deponere mortuum ex patibulo, aromata, & vnguenta, & linteamina ad cadauer inbalsamandum, vngendum, operiendum, & alia his similia in ipso primo die solemnitatis, vti erat primus dies Paschatis, exercere licebat, teste R. Iacobo Ben Iudæ לנדו *Landò* in suo libro אגור *Aghùr* numero 651. vbi sic habet -

מת המוטל לקוברו ביום טוב ראשון יתעסקו בו עממים אפילו מת בו ביום ואפילו שלא יסריח עד למחר ׃

Mortuus tollitur ad sepeliendum beiom tòu riscìòn in die primo festi solemnis, operantur circa eum, & cooperiunt etiam si mortuus sit ipsomet die, etiam si fœtorem non emitteret vsque ad diem crastinum. Et meritò quidem, quia si *Harambàm* in *Halach. Iom Tòu* cap. 1. num. 16. dicit, quòd -

רחיצה וסיכה הרי הן בכלל אכילה ושתיה ועושין אותן ביום טוב וכו׳ ׃

Ablutio, & vnctio comprehenduntur sub cibo & potu (quia his refocillatur homo) *easque permittunt in die solenni*: Cur eadem vnctio & ablutio, & alia pietatis opera erga defunctos fieri non debeant in diebus hisce fe-

sti-

Ad quartum. quo dicebatur. quòd si Christus passus fuisset die solemni Paschatis, siuè primo Azymorum, necessariò facienda essent in eo opera, quæ omninò prohibita erant, vti causam dicere in re capitali, mortuum sepelire, & ea, quæ ad funus necessaria erant, comparare, vti fecerunt Ioseph & Nicodemus &c. Resp. Opera, quæ in die Paschatis, quo Dominus crucifixus est, facta fuerunt, non omnia prohibita erant ex consuetudinibus & vsibus Iudæorum. Et quæ prohibita erant, non omnia facta sunt à Iudæis, sed multa facta sunt à Gentilibus, instigantibus tamen Iudæis, vt sententia mortis lata est à Pilato Gentili, qui Testes audiuerat, Iesum interrogauerat, & flagellauerat per manus militum, qui & ipsi Gentiles erant. Summos verò Sacerdotes, Magistratus Templi, Seniores, Ministros, & falsos Testes Iudæorum, qui manus adiutrices capturæ Christi facto vel consilio, auctoritate, vel præsentia dederunt, quique falsum testimonium protulerunt, petieruntque à Pilato vt Christus crucifigeretur, certissimum quidem est, non solùm grauissimè peccasse contra Innocentem, sed etiam violatæ solemnitatis Paschalis reos fuisse, dicendum est. Et quamuis in Concilio statuissent, ne esset capiendus Christus in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo, attamen oblata à Iuda proditore occasione tradendi Christum sine Turbis, mutauerunt consilium, & de nocte inter tenebras, sequentes discipulum

Ghemarà. Longissimum siquidem tractatũ de שבת *Sabbatho* instituunt Talmudistæ, & viginti quatuor capitulis absoluunt, in quibus de innumeris rebus, quæ licitum, aut illicitum est in diebus Sabbathi peragere, fusè pertractant. Ponitur hic Tractatus primo loco in סדר מועד *Sèder Moëd*. Tractatus verò יום טוב *Iom Tòu de die festo* præter Sabbathum, quem alio nomine à prima voce primi cap. vocant ביצה *Betzà*, in quo agunt de ijs, quæ licita, vel illicita sint operari in his diebus festiuis, qui, vt suprà retulimus, & ibidem docent, sunt tantùm sex. Primus & septimus dies Paschatis, primus & octauus Tabernaculorum; festum Pentecostes, & Capitis Anni seorsim ponitur in eodem *Corpore Iuris Iudaici*: vnde & distinguitur à Tract. de Sabbatho. Mulieres autem illæ pię & deuotę interfuerunt sepulturæ Christi, *& viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata, & Vnguenta*, Luc. 23. 55. quæ opera fieri poterant die Paschatis, vt probatum est. Sed superueniente nocte non licitum erat honestati mulierum de nocte reuerti ad sepulchrum, & Corpus Christi vngere; neque etiam fas erat huiusmodi pietatis opera die Sabbathi exercere, qui iam post Solis occasum ingressus fuerat, ideò *Sabbatho siluerunt secundùm mandatum*.

Duo alia, eaque magni ponderis argumenta in medium adducunt Aduersarij, quibus probare nituntur eo anno, quo crucifixus est Dominus, Pas-stiuis, vti est Pascha: nam & Pascha includitur in יום טוב *Harambàm* ibid. cap. 1. num. 1. Non igitur mirum est, si Ioseph & Nicodemus Christi corpus è Cruce deposuerint, illudque linteis ligauerint, & cum aromatibus sepeliuerint, cùm etiam ex Lege cautum fuisset (Deuter. 21. 22.) ne suspensi cadauer maneret in ligno, sed eadem die sepeliretur. Quid igitur oblatrat Marcus Antonius contra Bellarminum dicentem libro 4. cap. 9. *De Eucharist.* non fuisse diebus festis prohibita hæc opera charitatis, puta vngere & sepelire mortuos? Idem Spalatensis gloriatur se habere argumentum, cuius vim (dicit) Bellarminum non posse effugere, quo probare intendit opera huiusmodi charitatis & pietatis fuisse prohibita. Argumentũ ipsius est: Quia sanctæ illæ mulieres eodem die emunt aromata ante noctem, vt transacto Sabbatho statim vngere possent Corpus Christi in sepulchro, Luc. 23. v. 56. *Et Sabbatho quidem siluerunt secundùm mandatum*. Mandatum igitur cogebat eas ab his operibus charitatis in die festo abstinere. Ita Spalatensis *De Republica Ecclesiast.* Par. II. num. 268. Dum autem Archiepiscopus doctissimum Bellarminum hoc suo argumento credit conclusisse, ipse in suæ muscipulam ruit inscitiæ: nam Spalatensis nescit distinguere inter שבת *Sabbathum*, & יום טוב *diem festum*. Quorum distinctionem solemniter ponunt omnes Doctores Hebræi, in eorum *Iuris corpore*, scilicet in משנה *Miscnà*. & גמרא

tis, quo incipiebat dies naturalis primus post Pascha, hic enim dies aliquando incidebat in Sabbatho, & tunc Pascha fer. 6. fuisse celebratum necessariò dicendum est. Itaque si quando nocte Sabbathi metendus erat manipulus, interrogabat messor:

שבת זו אומרים הן שבת זו אומרים הןאקצור והם אומרים קצור שלשה פעמים:

Estne Sabbathum? Et ipsi respondebant: Est. Estne Sabbathum? Et ipsi: Est. Demetam? Et ipsi respondebant: Demete, demete tribus vicibus. Metebant vtique manipulum nocte Sabbathi. Ergo Pascha celebratum fuit fer. 6. antecedenti. Ergo manifestum est, Pascha antiquos Iudæos etiam in fer. 6. celebrasse, atque eo tempore regulam לא בד"ו פסח non fuisse in vsu.

Secundum argumentum desumitur ex consuetudine Ecclesiæ. Constans est & perpetua consuetudo Ecclesiæ celebrandi Pentecosten die Dominico, qua consuetudinem ab Apostolis originē habuisse credendum est; qui & ipsi ideò die Dominico celebrarunt, quia in eo descenderat Spiritus Sanctus in Apostolos. Hoc autem accidit, postquā completi sunt dies Pentecostes, id est 50. dies à Paschate, seù à numeratione עומר *Omer*; si autem à Dominica Pentecostes retro sursum numeremus 50. dies, inueniemus Pascha incidere in Sabbathum. Ergo eo anno, quo crucifixus est Christus, Pascha non incidit in feriam 6. Ergo Christus non crucifixus est die solemni Paschatis.

Resp. Pascha celebratum fuisse à Iudæis die Sabbathi; cùmque Christus feria 6. crucifixus fuerit, sequitur inde, quòd Christus mortuus non sit in die solemni Paschatis. Primum argumentum desumitur ex ritibus & consuetudinibus Synagogæ. Secundum ex ritibus & consuetudinibus Ecclesiæ.

Primum argumentum est, quòd ex consuetudine Synagogę nunquam Pascha celebrari possit in vno ex his tribus diebus hebdomadæ, nempè fer. 2. 4. & 6. hebdomadæ, vnde regula traditur לא בד"ו פסח, & cur in his diebus celebrari non possit Pascha, rationes depromunt ex alia regula לא אד"ו ר"ה, de qua videndum est suprà pag. 403.

Ad hæc respondeo, Tempore Christi huiusmodi regulas non fuisse in vsu, quia, stante Templo, anni per Cyclos non ordinabantur, sed anni Initium, & Neomenias היו מקדשין על פי הראייה *Sanctificabant ex Phasi; Leuùsc Hachùr* num. 428. §. 1. nec attendebant ad has regulas, vt testatur R. Abraham Aben Ezræ in Leuit. cap. 23. ver. 5.

כי במשנה גם בגמרא ראיות שהיה פסח בבד"ו.

Quod ex Miscnà, & ex Ghemarà multoties probetur Pascha in his ferijs בד"ו *2. 4. & 6. celebratum fuisse.* Et quidem ex *Miscnà* Cod. מנחות *Menachòth* cap. 10. n. 3. euidenter constat non raro Pascha celebratum fuisse fer. 6. quod ex incisione manipuli spicarū עומר *Omèris* colligitur: nam *Omer* incidendum erat prima nocte seù post Solis occasum diei Pascha-

In Hortum גי שמנים Gethſemani, paulò poſt capitur, hora nona noctis à Caipha & Anna morti adiudicatur, & quod ſuperfuit noctis in eorundem Tribunalibus detinetur; mane ante Pilatum ſiſtitur, ad Herodem mittitur, remittitur ad Pilatum, hora tertia linguis Iudæorum morti addicitur, hora ſexta crucifigitur, hora nona clamans emittit Spiritum; Veſpera de Cruce deponitur & ſepelitur, & tertia die, hoc eſt ſummo mane primi diei hebdomadæ reſurgit Dominus, de cuius nomine dies Dominicus appellatur.

Quæres quartò, qualis fuerit ille Hymnus quem Dominus cum diſcipulis ſuis, Cœna peracta, vt eſt apud Matthæum 26. 30, dixerit?

Reſpondeo, fuiſſe Hymnum illum, quem *Aegyptium* vocabant, & in fine huius Cœnæ Paſchalis canebant, vt iam dictum eſt, componebatur ex ſex Pſalmis, nempè 1. Pſalmo 113. *Laudate ſerui Domini &c.* 2. Pſalmo 114. *In exitu Iſraël de Aegypto &c.* 3. Pſalm. 115. *Non nobis Domine non nobis &c.* 4. Pſalmo 116. *Dilexi quoniam exaudiet Dominus &c.* 5. Pſal. 117. *Laudate Dominum omnes gentes &c.* 6. Pſ. 118. *Confitemini Domino quoniam bonus &c.* Ex his duo primi hodie recitantur poſt ſectionem illam,

לפיכך אנו חייבים להודות וכו׳

& reliqui quatuor decantantur in fine Cœnæ; hos omnes Pſalmos ſub nomine Hymni recitatos, ſeù etiam modulatos à Chriſto fuiſſe valdè pro-

Reſp. Hoc argumento non minùs probari noſtræ ſententiæ veritatem, quàm Aduerſarij ſuam opinionem ſtabiliendam putent. Pro corroboratione noſtræ ſententiæ aduertendum eſt, quòd Scriptura Actor. 2. 1. non dicit: Eo die Pentecoſtes Iudæorum factus fuit *repentè de Cælo ſonus tamquam aduenientis Spiritus vehementis &c.* quòd ſi ita dixiſſet, ſignificaſſet Spiritum S. deſcendiſſe in Apoſtolos die Sabbathi, quia à nocte prima *Omeris*, nempè Sabbathi poſt Paſſionē Domini numerando quinquaginta dies, numerus quinquageſimus terminatur in Sabbatho Pentecoſtes Iudæorum: ſed Scriptura dicit: *Cùm complerentur dies Pentecoſtes*, hoc eſt completo die Sabbathi Pentecoſtes Iudæorum, *factus eſt repentè de Cælo ſonus &c.* die videlicet Dominico, quem nos non ratione numerationis dierum & hebdomadarum à die Sabbathi *Omeris* legalis Pentecoſten dicimus, ſed quia à Reſurrectione Domini ad Spiritus Sancti deſcenſum in Apoſtolos quinquaginta dies numerantur, eundem diem, Pentecoſtes diem appellamus, qui & ſub vtraque ratione ſemper in diem Dominicum cadit.

Ex his, quæ hactenus diximus, ſoluta manent omnia argumenta, quæ fieri poſſunt contra diem Cœnæ Domini, & diem crucifixionis Chriſti. Cœnauit itaque Dominus 14. Luna primi menſis poſt Solis occaſum & de nocte, atque ideò Azymis vſus; circa mediam noctem egreditur de Cœnaculo, & Hymno dicto ſecedit

Reperitur quoque in alijs paruis libellis, qui ſub nomine סדור מברכה *Sidùr Miberachà Diſpoſitio benedictionis* circumferuntur, qui cùm multiplices ſint, & in dies Venetijs præſertim & Amſtelodami excudantur, ideò illorum impreſſionis formam & annum non notamus.

Eſt & alia הגדת פסח *Haggadàth Pèsach* Hebræo-Germanica Venetijs excuſa in gratiam Germanicæ nationis anno 369. min. ſupp. Chriſti 1609.

פס' **הגדה של יום שבועות** : ולא
הגדה כמנהג בבית ספרי של וואטיקאנו בכתיבת יד : ויש שם
פי' על עשרה דברות מצות עשה ולא תעשה ומובאין עליהן
שכר ועונש :

468 HAGADA' SCEL IOM SCEVVO'TH *Hiſtoria ſeù Myſtica narratio* feſtiuitatis hebdomadarum, id eſt *Pentecoſtes* in memoriam datæ Legis in monte Sinai. Reperitur mſc. in Bibliotheca Vaticana Papyr. in fol. vbi extat luculenta explicatio Decalogi Præceptorum Dei. Adducuntur etiam exempla nonnullorum qui ea obſeruarunt, & aliorum, qui ea tranſgreſſi ſunt, quibus & præmia, & pœnæ eis condignæ, vel demeritæ, coniunguntur.

פס' **הגדת שמו"ע** סוף מדרש שמואל דכתב
וכולן. בשלש עשרה פרשיות פרשה ראשונה מתחלה על
פסוק עת לעשות ליהוה הפרו תורתך : תהלים קי"ט : קכ"ו :
ופרשה י"ג : מתחלת מפסוק ויקן דוד את הגורן ואת הבקר
בכסף שקלים חמשים : ב' שמואל כ"ד : כ"ד : ונדפס בויניציאה
בבית דניאל בומבירגי על ידי קורנילייו אדיל קינד שנת
רננ"ו צדיקים ליהוה : בדרך פלם :

HA-

babile eſt; nec enim credibile eſt inſuetum Hymnum Chriſtum cecinisse, alioquin diſcipuli Chriſto accinere non potuiſſent. In hac igitur & alijs conſimilibus pijs & conſuetis ceremonijs Chriſtum conformaſſe ſeipſum ritibus Hebræorum procul dubio credendum eſt.

Cæterùm de Auctore הגדה של פסח *Hagghadàh ſcel Pèſach* nihil certi ſtatuere poſſumus, cùm & ipſe R. Iſaac Abrauanel, qui in eam præclaros Commentarios edidit, nullam de Auctore illius mentionẽ faciat; vnde ſine Auctoris nomine inuenitur in omnibus libris Precum inter מועדים *Temporalia feſta*. Frequenter ſeorſim etiam impreſſa paſſim cernitur, tam cum Commentis quàm ſine ipſis, vt Venetijs anno ש"ס 369. min. ſupput. Chriſti 1609. in fol. apud Ioan. de Gara Hebræo-Italica cum figuris exprimentibus portenta in Ægypto patrata; additis in fine quibuſdam cantiunculis à mulieribus & pueris in fine Cœnæ Paſchalis modulandis, compoſitis à R. Iuda Ariele de Modena, vt patet ex his verſibus in vltima pagina impreſſis, quorum initiales literæ componunt

יהודה ארית ממודנא ׳
ישמח הקירא ורואה דברי ההגדה :
אף רצוי יהי המעתיק מאודה :
מושיענו וכן ריר נא יבא אלינו : ויהי שלום
במלנו :

Cum Commento R. Iſaaci Abrauanel impreſſa eſt Venetijs apud Marcum Antonium Iuſtinianum anno ש"ה 305. min. ſup. Chr. 1545. in 4.

קעט' 469 HAGHADA'TH SCEMVE'L *Mysticus sermo Samuelis*, qui alio communiori nomine vocatur מדרש שמואל רבתא *Midràsc Scemuèl Rabbathà Sermo Samuelis maior*: de quo videndum est sub hoc eodem nomine suo loco. Interim hic sciendum, hos esse tredecim paruos Sermones antiquissimi Auctoris, qui sub nomine פרשיות *Parasciòth Sectionum* veniunt. Prima *Sectio* seù *Sermo* habet pro Themate illud Psalmi 119. ver. 126. *Tempus faciendi Domino: dissipauerunt Legem tuam*. Et decima tertia seù vltima habet illud 2. Samuel 24. *Et emit Dauid aream & boues in argento Siclis quinquaginta*. Excusus Venetijs apud Danielem Bombergum opera *Cornelij Adil Kenàd* anno mundi 306. minoris supputationis, Christi 1546. cuius symbolum est רנ֗נ֗ו צדיקים ex Psal. 33. v. 1. *Exultate Iusti*.

גא **הדרת קודש** שם הספר על הקבלה ולא נזכר שם המחבר:

470 HADRA'TH KO'DESC *Decor Sanctitatis*. Tit. desumptus ex Psalmo 29. 3. Liber est Cabalisticus excusus Lublini in 4. inquit Buxtorfius in sua Biblioth. Rabbin. Plantauitius quendam librum cum eodem titulo attribuit cuidam ר' אבר *R. Auàd*, at de illius argumento nihil habet. Vide in I. Par. in ר' אבר.

Est & הדרת זקנים *Hadràth Zekenìm Decor Senum*, cuius Auctor est *R. Azarias* מן הארומים *de Rubeis*, de quo suo loco.

הולך תמים הוא שם הספר ואומרים שהוא על תרי"ג מצות ויש סוברים שהוא פירוש על ספר ויקרא: ואני לא ראיתיהו:

471 HOLE'CH THAMI'M *Ambulans perfectè*, Tit. libri, quem dicunt agere de 613. præceptis Iudaicis. Alij, vti Hottingerus, dicunt, quòd sint Commentarij in Leuiticum. Ego illum non vidi.

קעל' **הושע בן בארי** נביא אמרו חכמי ישראל כי הוא היה משבט ראובן וקבל תורה שבעל פה מזכריה שקבל אלפא ין קודם שמת עשר שנים, שיואש המלך מת שנת ק"ל וזכריה קודם לו שנה אחת וזה הושע היה בזמן ד' נביאים שהיו בזמן אחד והם ישעיה ועמוס ומיכה והושע שכל הושע היה בתחלה שנאמר תחלת דבר יהוה בהושע וכלם נתנבאו בימיו כמו שנראה בנביאים כי הושע נתנבא בימי עוזיהו יותם אחז ויחזקיה: ועמוס נתנבא לבדו בימי עוזיה וקבל מהושע: וישעיה קבל מעמוס ונתנבא גם בימי עוזיה אלא שעמוס נתנבא לפני הרעש שלא היה כמוהו עד ומן הורדום בסוף בית שני שנתנו לו בירושלם חוץ משאר המדינות יותר מעשרת אלפים אנשים ונשים: וישעיה נתנבא ביום הרעש שנאמר (ישעיה ו': ח':) את מי אשלח וכו': אחר הושע ספרו: ואמר בעל ספר שלשלת הקבלה דף י"ח: כי הושע מת בבבל וזה לשונו: קבלתי מזקני הדור בשלוניקי שקבלה אצלם שהושע הנביא מת בבבל וצוה לפני מותו שיקברוהו בא"י ולפי שהדרך היה ארוך ומסוכן צוה שישימוהו בתוך הארון אחר מותו ויקשרו הארון על הגמל ויניחוהו שילך לו מאליו ובמקום שינוח הגמל שם יהיה קבורתו וכן עשו והגמל הלך בלי שום נזק ומוקש עד גליל העליון הוא צפת במקום בתי קברות של ישראל ועל פי המכתב שהיה בהארון הכירוהו יהודים ויקברוהו שם בכבוד: עד כאן לשונו: ולא כן עתה הושע הנביא נקבר בארץ ישראל:

472 HOSCE'AH OSEA FILIVS BEERI' de Tribu Ruben secundùm Hebræos (*Iuchasìn* pag. 11. *Scelscèleth hakkabalà* pag. 18. b.) eius Patria ignoratur, licèt Sixtus Se-

chim c. 8. pag. 87. non longè à fine

דבר יהוה אשר היה אל הושע וגו' בימי עזי' יותם אחז יחזקיהו מלך יהודה בפרק אחד נתנבאו ד' נביאים וגדול שבכולן הושע שנאמר תחילת דבר יהוה בהושע וכי בהושע דבר תחילה והלא ממשה עד הושע כמה נביאים א"ר יוחנן תחלה לארבעה נביאים שנתנבאו באותו הפרק ואלו הן הושע ישעיה עמוס ומיכה :

Verbum Domini quod factum eſt ad Hoſeam &c. *In diebus Oziæ, Iotham, Achaz, & Ezechiæ Regis Iuda in momento eodem prophetauerunt, & maior omnibus fuit Hoſea S. D.* Principio loquendi Domini in Hoſea. (Oſee 1. 2.) *Et nonne à Moſe ad Hoſeam tot tantique Prophetæ fuerunt? Dixit R. Iochanàn: Principio, ſcilicet quatuor Prophetarum, qui illo tempore prophetarunt, & hi ſunt, Hoſeas, Iſaias, Amos, & Micheas.*

Idem inuenies in Cod. בבא בתרא *Baua Bathrà* cap. 1. p. 14. b. longè ante finem; vbi de ordine Librorum Sac. Scripturæ agitur.

Sed dices: Si Propheta Hoſeas maior fuerat Iſaia, cur illius Prophetia poſt Ieremiam, Ezechielē & ipſummet Iſaiam reponitur?

Reſp. Prophetas, quoad dignitatem propheticam, omnes inter ſe eſſe æquales, quia omnes ab eodem Spiritu Sancto illuſtrantur, licèt gradus Prophetiæ maiores, vel minores eſſe poſſint, de quibus modò non loquimur. Maiores etiam vel minores poſſunt eſſe Prophetę, vel quoad tempus quo floruerunt, ita vt qui ætate antecesſerit, maior alio poſſit dici qui iunior ætate ſit; vel quoad molem Pro-nenſis in Biblioth. Sacra, quem ſequitur *Leuſden* in Philologo Hebræo Diſſert. 7. Sect. 1. eum ex quodam ignoto Oppido Belometh in Tribu Iſſachar oriundum faciat. Fuit σύγχρονος Prophetæ Iſaiæ, Amos, & Micheæ. A Zacharia Propheta recepiſſe volunt תורת שבעל פה *Legem oralem* anno mundi 3090. ante Chriſti Natiuitatem annis 670. & prophetaſſe priuſquam prophetaſſet Iſaias, quia dicitur (Oſee 1. v. 2.) החלת דבר יהוה בהושע *Principio locutus eſt Dominus in Oſee.* Tres iſti Prophetæ, nempè Iſaias, Amos, & Micheas in diebus Oſee prophetarunt: nam Oſea prophetauit in diebus Oziæ, Iotham, Achaz, & Ezechiæ Regum Iudæ. Amos prophetauit tantùm in diebus Oziæ (Amos 1. 1.) & *Legem oralem* recepit ab Oſea. Iſaias *Legem oralem* recepit ab Amos, & prophetauit etiam in diebus Oziæ, ſed Amos prophetauit ante terræmotum illum magnum, quo nullus maior auditus fuerat ab illo tempore vſq; ad tempora Herodum circa vaſtationem Templi ſecundi, qui in Ieruſalem adeò percrebuit, vt in ea Vrbe ex Ædificiorum ruina quamplurimi oppreſſi ſint, & pluſquam decem millia hominum, tam virorum, quàm mulierum deſiderarentur: Iſaias autem prophetauit in die eodem, quo factus eſt Terræmotus S. D. (Iſai. 6. 8.) *Quem mittam &c.* de Terræmotu putant in eo capitulo agi. Quòd quatuor iſti Prophetæ ſimul, & eodem tempore prophetarint, eſt locus expreſſus in *Talmude* Cod. פסחים *Peſa-*

lũ alias mundi Nationes adſciſceret: ac proinde Deum, cùm hęc à Propheta ſuo Hoſea audiuiſſet, miſericordia motum ſuper Hebręos, iuſſiſſe, vt Propheta vxorem fornicariã acciperet ex ea filios procrearet, & poſtea vxorem dimitteret. ſed Prophetam accepiſſe quidem fornicariam, nunquam tamen flecti potuiſſe vt eam vxorem dimitteret. Hinc dicunt: Deum occaſionem ſumpſiſſe redarguendi Prophetam: quòd ſi ille fornicariam vxorem dimittere renuerat, quomodo ergo poſſet Deus relinquere Sponſam ſuam Synagogam, & filios ſuos Hebræos in ea procreatos? Hæc admodum prolixè ſcribunt in Talmude loc. cit. nempè Cod. *Peſachim* pagina 87. circa fin. his verbis -

אמר לו הקב״ה להושע הטאו ישראל והיה לו לומר בניך הם בתוניך הם בני אברהם יצחק ויעקב גלגל עליתם מרת רחמיך לא ריו שלא אמר בך אלא אמר לפניו רבונו של עולם כל העולם שלך הוא העבירם באומה אחרת אמר הקב״ה מה אעשה לוקן זה אני אומר לו לך וקח לך אשה זונה והוליד לך בנים וזנונים ואחר בך אומר לו לך ושלחה מעל פניך אם הוא יוכל לשלחה אף אני אשלח את ישראל שנאמר (הושע א׳ , ב׳ :) ויאמר יהוה אל הושע קח לך אשת זנונים וילדי זנונים וכתב וילך ויקח את גומר בת דבלים : גומר אמר רב שהכל גומרים בה ; בת דבלים רבה רעה בה רבת רעה ; ושמואל אמר שמתוקה בפי הכל כדבילה ורבי יוחנן אמר שהכל דשין בה כדבילה : דבר אחר גומר אמר רבי יהודה שבקשו לגמר ממונן של ישראל בימיה רבי יוחנן אמר בוזו ונמרו שנאמר (מלכים ב׳ : יג :) כי אבדם מלך ארם וישימם בעפר לדוש ותהר ותלד בן ויאמר יהוה אליו קרא שמו יזרעאל כי עוד מעט ופקדתי דמי יזרעאל על בית יהוא והשבתי ממלכו׳ בית ישראל ותהר ותלד בת ויאמר

Prophetiæ, quam quiſque Propheta ſcripſerat; ſic qui prolixiorem Prophetiam ſcripſit, maior eo poteſt vocari, qui breuiorem Prophetiam dixerit. Ita Iſaias, Ieremias, & Ezechiel Prophetæ maiores dicuntur apud Latinos, quia reliquis Prophetis maiores Prophetias ſcripſerunt; reliqui duodecim Prophetæ, quia breuiores Prophetias ediderunt, minores Prophetæ appellantur, inter quos, vt prolixior reliquis, primarium locum obtinet Propheta Hoſeas. Licèt autem hic prior Iſaia prophetarit, attamen quia illius Prophetia breuior eſt quàm ſit Prophetia Iſaię, Ieremiæ, & Ezechielis, ideò iſtis poſterior recenſetur ab Auctoribus Canonis Sac. Scripturarum: & quia prolixior eſt quàm ſint Prophetiæ reliquorum 11. minorum Prophetarũ, ideò in primo loco ſtatuerunt Prophetiam Hoſeæ. Omnes porrò ſimul vnitę conſtituunt librum Hebraicè dictũ תרי עשר *Therè Aſsàr Duodecim* Prophetarum minorum, quæ ſi inter ſe ſeparatæ fuiſſent propter illarum paruitatem, de facili diſtrahi & deperdi potuiſſent. Rectè itaque & ſapienter in vnum Volumen redactæ ſunt, vt ſic faciliùs conſeruarentur.

Hoſeas præclaram ſcripſit Prophetiam de reprobatione Iudæorum, & de vocatione Gentium, quod aduertentes Rabbini, in Talmude de Hoſea malè ſentiunt. Dicunt eum inſtigaſſe Dominum, vt populum Hebraicum dimitteret, & inter Gentes ablegaret, quoniam ipſe eſt omnium rerum Dominus, & ſibi in popu-

dixit ei : Dimitte illam à te, si potes dimittere, etiam ego dimittam Israëlem S. D. (Osee 1. 2.) Et dixit Dominus ad Hoseam : Accipe tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum. *Et scriptum est* (Ibid. ver. 3.) Et iuit & accepit Ghòmer filiam Diblàim. *Ghòmer, dixit Ràu: quia omnes complebant in illam.* [R. Sal. ביאתם ותאוות לבם *coitum & libidinem suam*] Filiam Diblàim *mala fama : filiam mala fama* [R. Salomon -

דבלים שתי דיבות דומה בת דומה :

Diblàim duæ infamiæ sunt, filia similis (matri.)] *Et Samuel dixit : Quia erat dulcis in ore omnium sicut carica. Et R. Iochanàn dixit : Eò quòd omnes calcabant & compingebant in eam quasi in* (massam) *caricarum.*

Aliter. Ghòmer, *dixit R. Iudas: Quia quæsierunt consumare facultates Israëlis in diebus eius. R. Iochanàn dixit : Pradati sunt & consumpserunt. S. D.* (2. Reg. 13. 4.) Quoniam perdidit eos Rex Syriæ, posuit eos quasi puluerem in conculcationem. Et concepit & peperit ei filium. Et dixit ei Dominus : Voca nomen eius Izrehel : quoniam adhuc paululum, & visitabo sanguinem Izrehel, super domum Iehù, & cessare faciam Regnum Domus Israël. Et concepit & peperit filiam. Et dixit Dominus ad eum : Voca nomen eius לא רוחמה Lo ruchàma Non misericordiam consecutam, quoniam non adijciam vltra misereri Domui Israël, quoniam dimittendo dimittam eos. Et concepit & peperit filium. Et dixit Dominus ad

ויאמר יהוה אליו קרא שמה לא רחומה כי לא אוסיף עוד ארחם את בית ישראל כי נשא אשא להם : ותהר עוד ותלד בן ויאמ׳ יהוה אליו קרא שמו לא עמי כי אתם לא עמי ואנכי לא אהיה לכם : לאחר שנולדו שני בנים ובת אחת אמר לו הקב״ה להושע : לא היה לך ללמוד ממשה רבך שכיון שדברתי עמו פירש מן האשה אף אתה בדול עצמך ממנה אמר לו רבונו של עולם יש לי בנים ממנה ואין אני יכול להוציאה ולא לגרשה : אמר לו הקב״ה ומה אתה שאשתך זונה ובניך זנונים ואין אתה יודע אם שלך הן אם של אחרים הן כך ישראל שהן בני בני בחוני בני אברהם יצחק ויעקב אחד מארבע קנינין שקניתי בעולמי תורה קנין אחד דכתיב (משלי ח׳ : כב) יהוה קנני ראשית דרכו שמים וארץ קנין א׳ דכתיב (בראשית יד׳ : יט) קונה שמים וארץ בית המקדש קנין א׳ דכתיב (תהלים עח : נד) הר זה קנתה ימינו ישראל קנין אחד דכת׳ (שמות טו׳ : יו׳) עם זו קנית ואתה אמרת העבירם באומה אחרת : כיון שידע שחטא עמד לבקש רחמי׳ על עצמו אמר לו הקב״ה עד שאתה מבקש רחמים על עצמך בקש רחמים על ישראל שגזרתי עליהם ג׳ גזירות בעבורך עמד ובקש רחמים ובטל גזירה והתחיל לברכן שנ׳ (הושע א׳ : י׳) והיה מספר בני ישראל כחול הים וגו׳ והיה במקום אשר יאמר לא עמי אתם יאמר להם בני אל חי ונקבצו בני יהודה ובני ישראל יחדיו וגו׳ וזרעתיה לי בארץ ורחמתי את לא רוחמה ואמרתי ללא עמי אתם :

Dixit Dominus Hoseæ : Peccauerunt Israëlitæ. Respondendum ei erat : Filij miserationum tuarum sunt. Filij Abrahami, Isaaci, & Iacobi sunt. Verte misericordiam tuam super illos. Sed tantùm hoc non dixit, sed dixit coram Domino : Rector mundi, vniuersus orbis tuus est, transfer illos in populum alterum. Dixit Deus sanctus benedictus : Quid agam cum hoc sene? Vade, accipe vxorem fornicariam, & fac tibi filios fornicationis. *Deinde*

numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris &c. *Et erit in loco quo dicetur eis;* Non populus meus vos; dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iudæ, & filij Iſraël, pariter &c. (Ibidem cap. 2. ver. 23.) Et ſeminabo eam mihi, in terra, & miſerebor Lo ruchàma; & dicam ad Lo Ammi Non populum meum: Populus meus es tu, & ipſe dicet; Deus meus es.

Sic in Talmude exponitur primum & ſecundum caput Prophetiæ Oſee, quod & refertur in *En Iſraël* Par. I. num. 38. pag. 94. colum. 1. Quibus verbis Deum faciunt mutabilem, variabilem, & volubilem, quæ horrendæ ſunt blaſphemiæ in Deum. Legimus quidem multis in locis Sacræ Scripturæ, Deum promiſiſſe ſe immiſſurum aliquod malum alicui propter illius ſcelera, & poſtea pœnituiſſe (vt verbis Scripturæ vtar) nec malum comminatum in reos delicti immiſiſſe, quia deteſtati ſunt ſcelera commiſſa, & humiliati ſunt coram Deo. Sic malum, quod Deus comminatus fuerat Achab, ab eo abſtulit, quia coram ipſo humiliatus eſt, & cognouit, & confeſſus eſt delictum ſuum, & ſic Deus malum diſtulit, atque tranſtulit in filium ſuum, qui reus eorundem ſcelerum & ipſe fuerat. Itaque de Achab legitur in 1. Reg. cap. 21. 28. & 29. *Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbiten dicens; Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius, ſed in diebus filij ſui inferam ma-*

ad eum: Voca nomen eius לא עמי Lo Ammi Non populus meus: quoniam vos non populus meus; & ego non ero vobis. *Poſtquam ei nati fuerant duo filij, & filia vna, dixit Dominus Hoſeæ: Nonne diſcere debuiſti ex Moſe Magiſtro tuo, quòd quando alloquebar eum, ſeparabat ſe ab vxore? Sic tu ſepara teipſum ab vxore. Dixit ei* (Hoſeas): *Rector mundi, ſunt mihi ex ea filij, nec poſſum illam eijcere ac dimittere. Dixit ei Deus ſanctus benedictus: Ergo ſicut tu vxorem, quæ fuit meretrix & fornicaria, & filios ex ea ſuſcepiſti adulterinos, quos neſcis an tui ſint, an alterius, nihilominus abijcere à te non potes, ſic Iſraël, qui ſunt filij mei, filij dilecti mei, filij Abraham, Iſaac, & Iacob, qui eſt vnus è quatuor poſſeſſionibus, quas poſſedi in mundo meo. Lex eſt poſſeſſio vna, quia ſcriptum eſt* (Prouerb. 8. 22.) Dominus poſſedit me principium viæ ſuæ. *Cæli & terra ſunt poſſeſſio altera* (Gen. 14. 19.) Qui poſſedit cælum & terram. *Domus Sanctuarij eſt poſſeſſio altera, quia ſcriptum eſt* (Pſ. 78. 54.) Montem iſtum acquiſiuit dextera eius. *Iſraël eſt poſſeſſio altera, quia ſcriptum eſt* (Exod. 15. 16.) Populus iſte quem poſſediſti. *Et tu dicis, Transfer illos in populum alterum? Quando Hoſeas agnouit ſe peccaſſe, ſtetit, deprecatus eſt* (Deum) *pro ſe. Dixit ei Deus ſanctus benedictus: Dum tu oras pro te, roga etiam pro Iſraële, quia ego decreui ſuper eos tria decreta tui gratia. Stetit rogansque Deum, & irritauit ſententiam, & cæpit benedicere illis, S. D.* (Oſee 1. 10.) Et erit

miserationum tuarum, sunt filij Abrahæ &c. ac pro ipsis orare,& non è contra dicere: vt eos disperderet inter Nationes mundi; & quia in his, inimicum Iudæorum se ostenderat, ideò Deum indignationem suam erga Iudæos mutasse in amorem; & vt Hoseam confunderet, iussisse vt acciperet mulierem fornicariam, & ex ea susciperet filios fornicationis. Perspicuum est, ea esse ventosa & inania commenta, imò & blasphema, cùm in Deo veram & realem mutationem, volubilitatem, & varietatem inducant, quam vt culpam culpæ addant, illam exemplo confirmant, in libro *Siphrè Parascià Balàk* pag. 22. colum. 4. circa principium.

וכי מה עניין זה לזה משל למלך שכעס על אשתו שלח סופר אחר לכתוב לה גט, ועד שלא בא הסופר נתרצדה המלך לאשתו: אמר המלך איפשר שיצא סופר זה מיכן חלוק, אלא אמור לו בוא כתוב שאני כופל לה כתובתה: לכך נאמר כי אתם לא עמי, ואומר והיה מספר בני ישראל כחול הים׃

Quid sibi vult, Vos non estis populus meus, *cum illo*, Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris? *Similitudine explicatur: Quidam Rex contra Vxorem suam indignatur; mittit pro Scriba vt scribat ei libellum repudij. Adhuc Scriba non venerat & placatus est Rex, atque vxori suæ reconciliatur. Adueniente Scriba, ait Rex: Non est æquum vt Scriba recedat vacuus. Quare dicit ei: Veni scribe, & duplica illi Instrumentum dotale* (id est tantundem dotis quantū in Instrumento exprimitur, adde) *Id-*

malum domui eius. Sic de Niniuitis apud Ionam cap. 3. 10. habemus: *Et vidit Deus opera eorum, quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit*. In his, & in omnibus alijs similibus casibus non mutatur Deus, quia nulla mutatio ex parte Dei esse potest, vt dicitur Malach. 3. v. 6. *Ego enim Dominus & non mutor*, sed omnis mutatio est ex parte nostra, quia cùm homo per pœnitentiam reuertitur ad Deum, satisfacit Diuinæ Iustitiæ; non debet igitur verus pœnitens, & qui pro sua culpa commissa integrè satisfecit, de eadem puniri: nam punitio & castigatio supponit culpam, vbi autem culpa non est, punitio quoque, seù pœna esse non debet. Cessauit igitur pœna ex se, sine vlla prorsùs mutatione in Deo, quando Achab & Niniuitæ pœnitentiam egerunt. Hinc quia homo mutatur per pœnitentiam de statu culpæ ad statum gratiæ, nec ampliùs punitur à Deo punitionibus comminatis, videtur quodammodo Deum mutari de seuero in clementem & benignum, sicut etiam quando ad tolerantiam ærumnarum exercet hominem, videtur mutari de benigno in seuerum. Et hoc modo intelligendum est illud Iob 30. 21. quando ad Deum conuersus dicit: *Mutatus es mihi in crudelem*.

Sed quæ fingunt Rabbini, Deum dixisse Hoseæ: Israëlitæ peccauerunt. Et quòd ipse respondere debuerat ac dicere: Israëlitæ sunt filij tui, sunt filij

populum à Deo electus fuerat vſque ad aduentum Meſſiæ. Et huiuſmodi argumentum à principio huius Prophetiæ pag. 52. colum. 4. & ſequentibus hoc modo explicat.

Primò, quod Deus iuſſerat Prophetæ, vt acciperet ſibi mulierem fornicariam, & procrearet filios adulterinos, denotare ſtatum Synagogæ Iudaicæ, quando illá in Sponſam ſuam acceperat, quæ erat adultera & fornicaria, hoc eſt Idololatra, potiſſimùm quando ante hac (inquit) שקודם לכן

בהיותם במצרים היו עובדים אלהים אחרים כמו שמפורש ביחזקאל ;

In Aegypto cùm extitiſſet ſeruiebat Dijs alienis, ſicut explicatur in Ezechiele cap. 23. 3. & addit ibidem

והעיד עם זה אל זנות ישראל ויהודה בהיותם על אדמתם כמו שאמר כי זנה תזנה הארץ מאחרי יהוה ;

Et ampliùs refert fornicationem Iſraëlis & Iudæ cùm habitaſſent in terra ſua: nam dicitur (Oſee 1. 2.) Quia fornicando fornicabitur terra poſt Dominum.

Pro muliere fornicaria igitur tota Synagoga intelligitur, & pro filijs adulterinis intelliguntur Hebræi filij huius adulteræ; quæ quidem Prophetia non tantùm reſpicit tempus præteritum illorum Hebræorum, qui iam in Ægypto, vel in terra Iſraëlis fuerunt Idololatræ, ſed reſpicit etiam tempus futurum, quia prædicit Propheta, quid futuri ſint Iudæi poſtquam in populum Dei adlecti ſunt. Quòd diſceſſuri eſſent ab eo per Ido-

 lo-

Idcircò dicitur: Quoniam vos non populus meus. *Et ſubinde dicitur*: Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris. Idipſum refertur in *Ialkùt, Hoſee* 1. numero 517. Sed hoc exemplum & ſimilitudo non rectè procedit, quia in hoc caſu potuit pœnitentia vxoris Regis præcedere reconciliationě ipſius Regis, ob quam culpa vxoris remittatur, in gratiam recipiatur, & nouis beneficijs cumuletur. Sed in caſu noſtro nullus pœnitentiæ odor in Iudæis apud Hoſeam inuenitur, ſed tantùm: *Voca nomen eius Non populus meus; quia Vos non populus meus eſtis, & ego non ero Vobis* (ſcilicet) in Deum. Et ſtatim addit ver. 10. eiuſdem capit. 1. vel vt in quibuſdam exemplaribus ſtatim ſequitur cap. 2. & dicitur: *Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris.* Vnde, aut vera mutatio in Deo ex hoc minimè tollitur, quod blaſphemum eſt aſſerere; aut aliam explicationem ſuper hunc locum debent Iudæi afferre æquiorem & magis literæ conformem. Hanc Iſaac Abrauanel inter recentiores Rabbinos doctiſſimus ab Hebræis exiſtimatus, affert & explicat in ſuo libro משמיע ישועה *Maſcmiàh Ieſciuàh Prædicatoris ſalutis*, qui licèt infenſiſſimus Chriſtianorum hoſtis ſit, & perquàm frequenter acerbiori ſtylo vtatur in nos & noſtram Chriſtianam fidem, attamen in hac Hoſeæ Prophetia proximè accedit explicationi Chriſtianorum, cùm expreſsè dicat, in ea contineri vniuerſum Hebræorum ſtatum ab eo tempore, quo in

euenturum erat Iſraëli & Iudæ, ſicut dicit Iſaias (cap. 8. 18.) Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignum. & in portentum Iſraël &c. *Idcircò meminit nominis filij Izrehel, vt notum fiat, quoniam adhuc paululum, & Dominus viſitaturus erat ſanguinem Izrehèl ſuper Domum Iehù &c.* hoc eſt, vt inquit idem ibidem pag. 53. col. 1. ante med. -

ופקדתי את דמי יזרעאל על בית יהוא רוצה לומר שיפקוד על בית יהוא באותה פקידה שפקד את דמי אחאב ביזרעאל וביאר מה היא הפקידה אשר יפקיד על בית יהוא באמרו והשבתי ממלכות בית ישראל רוצה לומר שתשבות מבית יהוא מלכות בית ישראל שלא יהיה מהם עוד מלך על בית ישראל שהוא מלכות עשרת השבטים וכו׳ ׃

Et viſitabo ſanguinem Izrehèl ſuper domum Iehù, *Vult dicere, quòd viſitabit ſuper domum Iehù ea viſitatione* (id eſt punitione) *qua viſitauit ſeù puniuit ſanguinem Achab in Izrehèl. Et explicat, quænam ſit iſta viſitatio ſeù punitio, qua viſitauit domum Iehù, dum dicit*: Et ceſſare faciam Regnum domus Iſraël, *quaſi diceret: quòd ceſſabit de domo Iehù Regnum domus Iſraël, quod eſt Regnum decem Tribuum &c.* Quod adimpletum eſt non longo poſt tempore, quo decem Tribus in æternam captiuitatem, & perpetuam obliuionem traditæ ſunt, & hoc eſt quod addit Propheta -

והיה ביום ההוא ושברתי את קשת ישראל בעמק יזרעאל ׃

Et erit in die illa, & confringam arcum Iſraël in valle Izrehèl, hoc eſt confringam dominium Iſraëlis quod ha-lolatriam puniendi per captiuitatem, & per vniuerſum mundum diſpergendi & exterminandi, nec vlterius connumerandi inter populum Dei.

Iſtius Hebraici populi punitio nobis manifeſtatur in muliere illa fornicaria, quam in vxorem duxit Propheta (inquit Abrauanel) per quam ſignificatur vniuerſale exterminium, & omninò abſoluta atque perpetua deſolatio vniuerſi populi Hebræorum, quæ & innuitur à גומר *Ghòmer* nomine iſtius meretricis, quòd conſummationē & finem totalem ſignificat à verbo גמר. Particulares autem punitiones ſpecificantur à tribus filijs iſtius meretricis à יזרעאל *Izrehèl*, à לא רוחמה *Lo Ruchàma*, & à לא עמי *Lo Ammì*. Has Abrauanel confirmat auctoritate Scripturæ, & nimis appoſitè affert illud Iſaiæ 8. 18. *Ecce ego & filij mei &c.* Verba *R. Iſaaci Abrauanel* in ספר משמיע ישועה pagina 52. in fine 4. colum. & in principio primæ col. pag. 53. editionis Amſtelodam. in 4. ſunt -

כי גומר הוא מגזרת כליון וגמר שתגמר ותכלה מלכות ישראל ולפי שהבנים אשר נולדו לנביא ממנה יהיו רמז למה שיהיה בישראל ויהודה וכמו שאמר ישעיה (ישעיה ח׳ ׃ י״ח ׃) הנה אנכי והילדים אשר נתן לי יהוה לאותות ולמופתים בישראל לכן זכר שילדה לו בן ונקראה שמו יזרעאל להגיד שעודו מעט יפקוד יהוה את דמי יזרעאל על בית יהוא וכו׳ ׃

Quoniam Ghòmer deriuatur ab abſoluere, perficere, & omninò complere, quia finiri & compleri debebat Regnum Iſraël, & idcircò filij qui ex ea nati ſunt Prophetæ Oſee, ſignificabant id quod

Sequitur ſecundus partus huius mulieris fornicariæ, quæ peperit filiam, & ex Dei præcepto Hoſeas vocauit eam לא רוחמה *Lo Ruchàma Non miſericordiam conſecutam*, ſeù *Abſque miſericordia*. Idem R. Iſaac Abrauanel dicit: in hac filia denotari duas reliquas Tribus ſub nomine Iudæ appellatas, quæ propter Idololatriam, & alia ſcelera puniendæ erant traſmigratione è terra ſua in Babylonem, hac tamen differentia & conditione, quòd decem Tribus ſine aliqua ſpe reditus in perpetuam captiuitatem & diſperſionem eſſent diſſipandæ. Quod innuitur illis verbis cap. 1. 6.

קרא שמה לא רוחמה כי לא אוסיף עוד ארחם את בית ישראל כי נשא אשא להם ואת בית יהודה ארחם וגו׳ :

Voca nomen eius Abſque miſericordia, quoniam non addam vltra vt miſerear domus Iſraël, quia tollendo tollam eos, & domui Iudæ miſerebor &c.

ואת בית יהודה ארחם כלומר מלכות יהודה שבנימן נכלל עמו ארחם אותם וזה כשיבאו מגלות בבל וישובו על אדמתם בבית שני :

Et domui Iudæ miſerebor (inquit Abrauanel loc. cit. pag. 53. col. 2.) *ac ſi diceret: Regni Iudæ, ſub quo comprehenditur Beniamin miſerebor: quod adimpletum eſt, quando reuerſi ſunt de captiuitate Babylonica, & habitauerunt in terra ſua tempore ſecundæ Ædis*. Hoc idem eſt quod ſub metaphora dicit Propheta.

ותגמול את לא רוחמה :

Et ablactauit Lo Ruchàma filiam il-

habebant decem Tribus in valle Izrehelis. Quæ verba, & ſpecialiter illa (in valle Izrehel) appoſitè explicat Abrauanel loco citato, hoc modo.

ואמר שיהיה זה בעמק יזרעאל רוצה לומר כי באותה מדה שנפקדו חטאת אחאב ביזרעאל על עבודה זרה שעשה ושגם כן נפקדו באותה מדה חטאת יהוא כן יפקד עון בית ישראל ובית יהודה מפני עון הע״ז שהיה גם כן בידיהם כי יזרעאל זרוע יהוה פלס ומאזני משפט בידו להעניש כלם על חטאתם באופן שוה בהיות חטאתיהם שוים :

Et dixit (Propheta) *hoc euenturum in valle Izrehelis, quia eadem menſura, qua punitum eſt peccatum Achab & Iehu in Izrehèl propter Idololatriam, ſic puniendum erat ſcelus domus Iſraël; & domus Iudæ propter ſcelus* (inquam) *Idololatriæ quod exercebant: nam Izrehèl interpretatur Brachium Domini, quo librat in ſtatera Iuſtitiæ hominum iniquitates & ſcelera, eaque puniens æquali punitione, ſi illorum peccata æqualia ſint*. Tangit hic Rabbinus etiam punitionem domus Iudæ, quam ſub nomine Iſraëlis comprehendit.

שכלם נכללו בשם ישראל :

Quia omnes ſub Iſraëlis nomine comprehenduntur, inquit ibidem, quamuis ſub nomine Izrehelis ſolummodo decem Tribus Iſraëlis principaliter comprehendat. Et hæc eſt interpretatio R. Iſaaci Abrauanelis circa hunc primum filium Prophetæ Oſee, quo ſignificabatur omnimodà captiuitas, & æterna obliuio decem Tribuum, quæ futura erat, ſicut poſtea fuit, vt Sacræ Literæ teſtantur 2. Reg. c. 15. ver. 29. & cap. 17. ver. 6.

probatio, dicit idem Abrauanel, facta fuit tempore Ædis secundæ, in quo Iudæi non futuri erant populus Dei, vt disertè his verbis affirmat -

הבן השלישי אשר נולד לנביא וצוהו השם לקרא שמו לא עמי להודיע שבני יהודה אשר בבית שני לא יהיו עמו במעשיהם ׃

Filius tertius, qui genitus est Prophetæ, & præcepit Deus, vt nomen eius vocaretur Lo Ammì Non populus meus ostendit, quòd filij Iudæ in secunda Domo propter ipsorum opera non futuri erant populus eius (Dei). Et addit -

והוא יתעלה לא יהיה להם ר״ל שומר ומשגיח תסתלק שכינתו מביניהם וכבר קרא ישעיהו בתחלת ספרו בשחזה על יהודה וירושלם את בני יהודה בפרט עמי במ״ש על מלכות ישראל ישראל לא ידע ועל מלכות יהודה אמר עמי לא יתבונן ולכן אמר כאן על בני יהודה כי אתם לא עמי ואנכי לא אהיה לכם רומז אל חורבן בית שני ׃

Et ipse Deus non futurus erat eis, videlicet, custos, & protector, remouens Diuinitatem suam ab eis. Iamque vocauit Isaias in principio sui libri, quando prophetauerat super Iudam, & Ierusalem, filios Iudæ specialiter vocauit עמי *Ammì Populum meum, Sicut quando super Regnum Israëlis prophetar; dicit:* Israël non cognouit. *Et super Regnum Iudæ dicit:* Populus meus non intellexit: *& ideò in hoc loco, quando dicit super filios Iudæ:* Quoniam vos non populus meus, & ego non ero vobis, *indicat vastationẽ Domus secundæ.* Hinc apparet litteralis explicatio huius Prophetiæ Hoseæ in 1. capite comprehensæ, etiam secundùm doctiores Hebræos intelligi

illam quæ *Absque misericordia* vocabatur, quam in Babylone lactauerat & nutriuerat per ora Prophetarum Ezechielis, Danielis, & aliorum Sanctorum, qui verba Dei populo annuntiauerant, & spem redeundi in Terram Israëlis accensam in cordibus Iudæorum conseruauerant; hanc misericordiam Deus abstulerat ab Israële, hoc est à decem Tribubus, vnde *Lo Ruchàma* eisdem attributum esse videtur quo ad particulam לא *Lo* misericordiæ negatiuam; vox autem *Ruchàma* præcipuè conuenit Tribui Iudæ: nam de ea dicit Propheta v. 7. ואת בית יהודה ארחם *Et Domui Iudæ Arachèm miserebor.* Hic autem partus fœmina est, in qua denotatur debilitas Regni Iudaici, quod cùm olim validissimum esset ex duodecim copiosissimis Tribubus conflatum, modo ad duas tantùm Tribus redactum est. Illius fortitudo mulieri comparanda erat: nam *Mulierem fortem quis inueniet?* Prouerb. 31. 10.

Tertius partus *Ghòmer* mulieris fornicariæ fuit masculus, quo significantur scelera huius Tribus Iudæ futura grauissima, ob quæ deijcienda esset à terra sua & reprobanda in perpetuas æternitates, quod indicari voluit Deus à nomine ei indito, dicit enim Propheta -

קרא שמו לא עמי כי אתם לא עמי ואנכי לא אהיה לכם ׃

Voca nomen eius Lo Ammì Non populus meus. quoniam vos non populus meus estis, & ego non ero vobis (in Deum). Hæc populi Iudaici re-

non Sacrificium, nec Statuam, id est non sacrificant Deo, quia Altare non habent, nec Dæmoni, quia Idololatræ non sunt; nec habent *Ephòd rationale Iudicij*, quo per אורים ותומים *Vrim & Thumim* futura prædicebant, nec *Teraphim* habent, vt quandoque habuerunt imagunculas, quibus Dæmonis auxilio responsa dare, & de futuris euentibus vera prænunciare credebant. Nec dicanr Iudæi de Tribubus Israëlitis ista omnia esse intelligenda, & non de Tribu Iuda, cùm in Prophetia dicatur, quòd filij Israël futuri sint sine Rege &c. & non filij Iudæ: nam satis superque experientia patet, de præsentibus Iudæis hanc Prophetiā verificari, cùm omnia ista experiantur, qui quasi penduli in medio aëris existunt, nec Legem Mosaicam vndequaque obseruare possunt, cùm omninò inhabiles redditi sint ad perfectam Legis obseruationem, vt patet de Sacrificijs, de Paschatis, & aliorum festorum legitima obseruatione, immunditijs, purificationibus, & alijs plusquam mille legalibus obseruantijs. Et omnes Doctores Hebræi de præsenti Iudæorum desolatione intelligunt hunc locum Hosee 3. 4. inter quos est insignis ille Rabbinus Dauid Kimchius, qui in eundem locum sic dicit.

כי ימים רבים ישבו בני ישראל ׃ ואלה הם ימי הגלות שאנחנו בו היום ואין לנו לא מלך ולא שר מישראל כי ברשות אחרי אנחנו וברשות מלכיהם ושריהם ואין זבח ואין מצבה ׃ אין זבח לאל ואין מצבה לע״ז ׃ ואין אפוד ותרפים אין אפוד לאל שיהיה מגיד העתידות באורים ותומים אין תרפים לע״ז שהם מגידים

gi de dispersione & perpetua desolatione omnium Hebræorum, tam decem Tribuum sub nomine Israëlis, quàm duarum reliquarum sub nomine Iudæ, & quòd omnia hæc sint iam à longo tempore adimpleta, experientia ipsa demonstrat, nec habent aliquid Iudæi, quod ad hæc replicare possint.

Ex istis igitur ostenditur falsissimam ac mendacissimam esse illam Talmudicam huius Prophetiæ interpretationem, qua, vt possent concordare mala, quæ in 1. capitulo dicuntur, cum bonis, quæ in principio secundi capituli habentur, dixerunt: Deum pœnituisse malorum, quæ populo intentauerat, consiliumque in meliùs mutasse, atque dixisse: *Et erit numerus filiorum Israël sicut arena maris &c.* nam hæc mala omnia iam adimpleta sunt. Ergo Deus sententiam suam non mutauit. Imò post capitulum secundum, in cuius principio Hebraicè habentur illa verba: *Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris &c.* iterum Deus per Prophetam suum prædicit mala, quę in hoc vltimo exterminio experiuntur Iudæi: nam in cap. 3. 4. dicitur.

כי ימים רבים ישבו בני ישראל אין מלך ואין שר ואין זבח ואין מצבה ואין אפוד ותרפים ׃

Quoniam dies multos manebunt filij Israël sine Rege, & sine Principe, & sine Sacrificio, & sine Statua, & sine Ephòd, & sine Theraphim. Quæ omnia verificantur in hodiernis Hebręis per vniuersas Regiones dispersis, qui Regem non habent, nec Principes;

מגרים העתידות לדעת האמינים בהם ׃

Quoniam dies multos manebunt filij Israël &c. Et isti sunt dies captiuitatis, in qua nos modò sumus. Vbi Regem, aut Principem Israëliticum non habemus, sed sub potestate extraneorum, sub potestate (inquam, *Regum, & Principum eorum* viuimus) *& sine Altare, & sine Statua, quia non habemus Altare neque pro Deo vero, neque pro Idololatria. Et sine Ephòd, & Theraphìm, quia non est nobis Ephòd veri Dei, quo futura per Vrim & Thumìm annuncientur; nec habemus Theraphìm Idololatriæ, quibus eadem futura prædici possint, sicut existimant credentes in eis.*

Ex istis infelicissimis prædictionibus repetitis in hoc tertio capitulo huius Prophetiæ euidenter apparet, felicitates & bona promissa in principio secundi capituli eiusdem Prophetiæ non esse intelligenda de Iudæis quando dicitur: *Et erit numerus filiorum Israël quasi arena maris*, cùm iam immediatè antea dixisset Deus per Prophetam: *Vos non estis populus meus, & ego non ero vester* (Deus). Sunt itaque illa verba intelligenda de vocatione Gentium, quæ per fidei vnitatem vocantur filij Abrahę, Isaaci, & Iacobi, & in hoc loco per eandem fidem vocantur filij Israëlis; id est Iacobi. Gentes siquidem, quæ ad agnitionem veræ fidei conuersæ sunt, & Christo Filio Dauidis adhæserunt, numerari non possunt præ multitudine; vnde à Propheta arenę maris comparantur. Quòd de vocatione Gentium hęc Prophetia sit in-

telligenda, probatur auctoritate Rabbinorum, qui in Talmude dicunt: ideò in captiuitatem ductos esse Iudæos, vt per eos Gentiles conuerterentur ad Deum. Per Iudęos enim nempè per Apostolos, circa vastationem Ædis secundę factam per Titum, & post Templum vastatum per Apostolorum discipulos per vniuersum mundum dispersos, Gentiles conuersi sunt ad Messiam Regem Iudæorum. Locus est singularis in Cod. *Pesachìm* cap. 8. האשה pag. 87. b. longe post medium -

אמר רבי אליעזר לא הגלה הקב״ה את ישראל לבין האומות אלא כדי שיתוספו עליהם גרים שנאמר (הושע ב׳ ׃ כד) וזרעתיה לי בארץ כלום אדם זורע סאה אלא להכניס כמה כורין ורבי יוחנן אמר מהכא ורחמתי את לא רוחמה ואמרתי ללא עמי עמי אתה ׃

Dixit R. Eliezer: Non alia de causa in exilium & captiuitatem adegit Deus sanctus benedictus Israëlem inter Nationes, nisi vt facerent multos proselytos, S. D. (Osee 2. 24.) Et seram eam mihi in terra. *Nunquid homo seminat satum, nisi vt colligat multos coros tritici? Et R. Iochanàn hinc colligit illud* (Ibid.) Et miserebor Lo Ruchamæ, *id est illius quæ fuit* Absque misericordia. Et dicam ad Lo Ammì eum, qui non est populus meus, Populus meus tu.

Et R. Salomon enucleatiùs idem explicat ibidem -

רבי יוחנן אמר מהכא ורחמתי וגומ׳ ואמרתי ללא עמי עמי אתה אותם שלא היו מעמי דבקו בהם ויהיו לי לעם ׃

R. Io-

est לא רוחמה *Non misericordiam consecuta*. Tertia est לא עמי *Non populus meus*. גולה *Captiuitas* conuertetur in ונקבצו *& congregabuntur &c.* לא רוחמה *Non misericordiam consecuta* vertetur in ורחמתי *& miserebor*. Et לא עמי *Non populus meus* vertetur in

ואמרתי ללא עמי עמי אתה .

Et dicam ad Non populum meum: populus meus es. Ita R. Salomon in Cod. *Pesachim*, cap. 8. in *En Israël* Par. I. num. 38. in fine, sed ad alium sensum conuertit.

Tandem de Hosea ex SS. Patribus agunt Epiphanius *De Vita & interitu Prophetarum* cap. 11. Hieronymus *in Præfatione & in Proœm. in Osee*. Apud Isidorum *De vitis & morte Sanctorum* cap. 41. Dorotheus *in Synopsi* cap. 1. & 10. Sed in his nihil de tempore mortis illius. Martyrologia Romanum, Bedæ, Adonis, & Vsuardi referunt illud ad diem 4. Iulij; Græci in Menolog. ad diem 16. Septembris. Auctor שלשלת הקבלה *Scialscèleth hakkabalà* pag. 19. dicit obijsse in Babylone, de quo insigne miraculum his verbis refert.

קבלתי מזקנים הדור בשלוניקי שקבלה אצלם שהושע הנביא מת בבבל וצוה לבני מותו שיקברוהו בא״י ולפי שהדרך היה ארוך מסוכן צוה שישימוהו תוך הארון תכף אחר מותו ויקשרו הארון על הגמל ויניחוהו שילך לו מאליו ובמקום שינוח הגמל שם תהיה קבורתו וכן עשו והגמל הלך בלי שום נזק ומוקש על גליל העליון הוא צפת במקום בית חיים של ישראל ועל פי המכתב שהיה בארון הכירוהו היהודים ויקברוהו שם בכבוד : עד כאן לשונו :

Est traditio inter Seniores habitantes Thessalonicæ ab antiquis generationibus

bus

R. Iochanàn dixit: Hinc (verificatur) *illud* (Osee 2. 24.) Et miserebor &c. Et dicam ad Lo Ammì eum qui non est populus meus (i. e. Gentilibus) Populus meus tu es. *id est ij, qui non fuerunt de populo meo, adhæserunt eis*, & erunt mihi in populum. Nec vir quidem Christianus clariùs scribere potuisset quàm iste Hebræus de Gentium vocatione scribebat. Vide in *En Israël* Par. I. num. 41. pag. 94. colum. 2.

Cæterùm de Gentium vocatione in hoc quidem cap. 11. agitur, in quo & pertractatur de miserando Synagogæ repudio, cuius adulterinas vias Deus spinis sepit ne post amatores suos abeat, nec Idola colat, quamuis apud eos Maiestas Diuina non reperiatur, nec inter Hebræos ampliùs inhabitet,

כי נסתלק שכינתו מביניהם :

Quoniam ablata est Diuinitas ab eis, ait Abrauanel suprà citatus.

Denique concludimus. Tria in tota hac Osee Prophetia contineri. Primò continetur Israëlitarũ carnalium excidium, & Israëlitarum spiritualium, præcipuè Gentilium vocatio & electio. Secundò, peccata populi, & maximè Idololatriæ insectatio. Tertiò, Dei clementia pœnitentibus peccatoribus gratiæ & gloriæ promissio.

Quòd si Iudæi audire voluerint Iesum Christum Messiam Ben Dauid, eiusque vestigia sectari, tres sententiæ contra eos ab Hosea pronunciatæ conuertentur in bonum. Prima sententia est גולה *Captiuitas*, Secunda

473 R. HOSCIAAHIA' RABBA' BAR CHAMMA' BAR BISNA' fuit synchronus & discipulus *Rabbènu Hakaddòsc* in terra Israëlis circa annum mundi 3955. Christi 95. Fuit sutor crepidarum pro mulieribus meretricibus. *Scialscèleth Hakabb.* pag. 32. b. ex *Iuchassin* pag. 90. b. circa princip. quod didicerunt ex Talmude Cod. קדושין cap. 1. & Cod. *Sanhedrin* eodem capite, licèt in מנורת המאור *Lucerna* 4. conclus. 3. part. 3. cap. 2. pag. 100. col. 2. legatur eum fuisse בקי בספר יצירה *peritum Theologum in libro Ietzirà*. In Talmude Babylonico passim vocatur בריבי *Baribbì Filius Rabbì*, ex eo quòd ea ætate propter excellentiam sub hoc communi nomine *Rabbì* eius pater *R. Chammà* intelligebatur, vt videre est in Cod. עירובין cap. 5. כיצד מעברין pag. 53. circa medium, vbi sic legitur -

אמר רבי יוחנן י״ח ימים גדילתי אצל רבי אושעיא בריבי ולא למדתי ממנו אלא דבר אחד במשנתינו כיצד מאברין את הערים באלף אינו ׳ והאמר רבי יוחנן שנים עשר תלמידים היו לו לרבי אושעיא בריבי ושמונה עשר ימים גידלתי ביניהן ולמדתי לב כל אחד ואחד וחכמת כל אחד ואחד ׳ לב כל אחד ואחד וחכמת כל אחד ואחד גמר גמרא לא גמר וכו׳ :

Dixit R. Iochanàn: Octodecim diebus enutritus fui apud R. Hosciaahià Baribbì, & non didici ab eo nisi tantùm vnicum verbum, siuè rem circa hanc nostram lectionem Miscnicam (de Vrbiũ עירוב commixtione) *quomodo possint cõmisceri* (ratione itineris Sabbathici) *didici hanc vocem* מעברין *legendam esse* כיצד מאברין את הערי באלף *hoc est quomodo* ad-

bus vsque ad hæc nostrà tempora propagata, quòd Propheta Hoseas obierit in Babylone: & antequam moreretur præceperit, Vt sepelirent eum in Terra Israëlis, & quia longum erat iter, iusserit, Vt ponerent eum in area statim post mortem, ligarent arcam super Camelum, & dimitterent illum quocunque vellet ire; vbi autem quiesceret Camelus, illic sepelirent illum: & sic fecerunt. Peruenit autem Camelus sine vlla lesione, aut damno vsq; ad Galilæã superiorem, vsque ad (Vrbem) *Tzaphèth ad locum sepulchrorum Israëlitarum, & ex scriptura posita supra arcam cognouerunt Iudæi, eam esse Prophetæ Hoseæ, & sepelierunt illum cum honore.* Hactenus Auctor *Catenæ Cabalæ.* Quanti autem ponderis hęc narratio sit, alij viderint.

תענ׳ רבי הושעיא רבה בר חמא בר ביסנא : רצונו בגמרא במקומות זה אומר רבה וזה אומר רבה במקום ה״א אלף ולפעמים הושעיא אושעיא ולא קשיא כי אינו צריך כי היה כורע עד סופו ׳ והוא היה רבי הושעיא רבה ׳ ובפרק כיצד מעברין בעירובין ובפרק בני העיר שהיה רבו של רבי יוחנן י״ח שנים : ואביו היה חמא בר ביסנא חבר בר קפרא ׳ ואמרו כי זה רבי הושעיא קבל מאביו ומבר קפרא ומרבי חייא ושנה רובו של רבי ׳ ורבי חמא אביו אדם גדול היה וישב י״ב שנים בבית רבו לאחר שהיה נשוי ובחזור לא היה יודע ביתו ועל אלו השאלה כאמר (קהלת ל ׳ י״ב ׳) והמוס השאלה לא בתשרי יבחן : זה רב הושעיא בר חמא בר ביסנא וגירסו הקושיות והשום השאלה וזו בוזן שבל השאלה הם בעיום לב וכנו וכינו בלם שבעים ׳ וזה רבי הושעיא ורבי חייא עמו -

תוספתא ומתניתא וכן ספר בראשית רבה ׳ ואמרו מספר בראשית מעמה הוא לבאר דברי התורה -

ועם בר קפרא סדרו חבריתות לבאר התורה ׳ וזה הושעיא היה עושה מנעלים לזונות ׳ והיה תלמיד לרבנו הקדוש והוא בשנת כמו ג׳ אלפים תתקנ״ה ליצירה :

R. Hosciaabià Baribbì &c.

Hic *Cabalam*, seù *Traditionem oralem* recepit à *R. Chamà* patre suo, à *R. Kapparrà*, & à *R. Chijà*, & à *Domo Iudicij Rabbì*, seù *Rabbènu Hakadòsc*. *Iuchasìn* pag. 84. patrem suum *R. Chamà* virum admodum doctum faciunt, & inter alia præclara eius facinora hoc quoque referunt, quòd post nuptias celebratas duodecim annis apud Magistrum suum adhuc permanserit, post quos ad patriam reuersus, domum propriam non recognoscebat. *Iuchassìn* pag. 84. Miranda huius egregij Rabbini memoria! Et de his tribus Rabbinis volunt intelligi illud Eccles. 4. 12. *Funiculus triplex difficile rumpitur*. Quamuis *Tosaphòth* velint, illud intelligi debere de *R. Hosciaabià*, *R. Chamà*, *& R. Bisnà*, *filio, patre, & auo*, qui omnes simul vixerint, & in decidendis Legalibus dubijs הזקן הכריע ברחת נינו *Senex siuè auus incuruabat se scientiæ nepotis sui*. *Scialscèl. Hakabbalà* pag. 32. b.

R. Hosciaabià vnà cum *R. Chijà* scripsit -

תוספתא *Tosaphthà*, seù תוספתות *Tosaphthòth Additiones* ad librum משניות *Miscnaijòth Rabbènu Hakadòsc*. Et isti duo Rabbini fuerunt omnium primi, qui in primæuum Talmudis Textum, nempè in *Miscnà* scripserint: nam aliæ postea additiones, quæ à diuersis fuerunt compilatæ sub nominibus תוספות *Tosaphòth Additionum*, posteriorum sunt Rabbinorum, de quibus suo loco.

Sunt qui תוספתות *Tosaphthòth* attri-

(addenda sint membra Vrbibus מעברין non cum ע, sed cum א, vt illius origò sit ab אבר *membro*, vt inde deducatur tantundem itineris addendum per hanc commixtionem, quantum sine commixtione Vrbi illi tribuebatur) *Itane? Et dicebat R. Iochanàn: Duodecim discipulos habebat R. Hosciaabià Baribbì, & octodecim diebus educatus fui inter illos, & didici internas cogitationes singulorum, & cuiuscuiusque scientiam. Internas cogitationes singulorum, & cuiuscunque scientiam seorsim, & præter illam rem pertinentem ad nostram lectionem Miscnæ.*

Idem R. Iochanàn comparat sapientiam antiquorum cum sapientia recentiorum sub nomine לבן *Cordis*, & inter Doctores modernos connumerat R. Hosciaahià. Ibidem -

ואמר רבי יוחנן לבן של ראשונים כפתחו של אולם אחרונים כפתחו של היכל ואנו כמלא נקב מחט סידקית: מאן ראשונים רבי עקיבא אחרונים רבי אלעזר בן שמוע: איכא דאמרי ראשונים רבי אלעזר בן שמוע אחרונים רבי אושעיא בריבי וכו':

Et dicebat R. Iochanàn: Cor priorum erat sicut ostium porticus, [R. Sal. *Ostium porticus erat* רחבו עשרים *latitudinis 20. cubitorum.*] *&* (Cor) *posteriorum erat sicut ostium Templi*, [R. Salomon של היכל עשר *Ostium Templi erat 10. cubitorum.*] *& nos sumus sicut foramen acus sartoriæ respectu priorum. Qui sunt priores? R. Akibà: Posteriores? R. Eleazàr Ben Sciamùah: Sunt qui dicunt: Priores R. Eleazar Ben Sciamùah. Posteriores*

pro veris Hebraicis vocibus haberi volunt Iudæi. Stylum itaque *Miscnicum* seruant huiusmodi תוספתות *Tosaphthòth*, vt videre est in Syntagmate רב אלפס *Ràu Alphès*, & in fine vniuscuiusque Codicis post מרדכי in editione veteri Veneta, vbi exscriptæ cernuntur.

II. Scripsit הברייתות *Habbaraithòth Extrauagātes explicationes Miscnæ*, quas ideò *extrauagantes* vocant, quia extra Scholam *Rabbènu Hakadòsc* promulgatæ, & ab omnibus receptæ, ac prælectæ fuerunt. Hæ non omnes extant, cùm quamplurimæ deperditæ sint, aliquæ tamen etiam in ipsis *Miscnaijòth* hodie cernuntur; vti v. g. in fine cap. 4. Codicis פסחים *Pesachim* illud -

ששה דברים עשה חזקיהו המלך ׃

Sex res fecit Ezechias Rex, &c. est *Baraithà*, sicut & est *Baraithà* illud רבי ישמעאל אומר *R. Ismaël dicit &c.* in fine cap. 6. Cod. יומא.

In libro Cabalæ הרא׳כ׳ר ante סדר אמוראים dicitur, quòd -

רבי חייא ורבי אושעיא ורבי שמעון בר׳ כתבו חברייתות והמכילתות אלו הם סוף התנאים ׃

R. Chijà, R. Hosciaahaià, & R. Simeon Ben Rabbì scripserint Baraithòth & Mechilthòth, & quòd isti fuerint vltimi ex Doctoribus Tanaithis.

In libro צדה לדרך *Tzedà ladàrech* in *Proœmio* legitur -

רבי חייא ורבי הושעיא חברו בברייתות ותוספתות וכו׳ ׃

R. Chijà

tribuunt tantùm ipsi *R. Chijà*, nullo ei addito socio, vt *Scialscèleth Hakabbalà* pag. 32. b. Alij attribuunt רב קפרא *Ràu Kapparrà* vt in *libro Hakabb.* לחר׳א׳כר paulò ante סדר אמוראים seù in fine תנאים. Alij, vt Auctor צדה לדרך in *Proœmio*, & *Iuchasìn* pagina 44. faciunt Auctores *Tosaphthòth R. Chijà & R. Hosciaabià*, vt suprà memorauimus, & addunt quòd *Tosaphthòth* והם עיקריות *sint principia fundamentalia* לבאר עניני המשנה *explicandi negotium Miscnæ*. Illi duo, harum *Additionum* Auctores, fuerunt discipuli *Rabbènu Hakadòsc*. Ideò eorum stylus est nitidus, & purè Hebraicus, vti sunt ipsæ *Miscnaijòth*, excipe nonnulla vocabula, quæ in Sacra Scriptura non extant, quæ tamen contendunt Iudæi ea Hebraica verè esse, quia non omnia vocabula, quæ Hebraicè inueniri possunt, in Script. posita sunt. Et sicut non omnes voces Latinæ apud Ciceronē reperiuntur, non tamen est negandum Latinas eas non esse voces, quæ apud Liuium, aut Plinium, aut Plautum, aut Columellam frequenter in vsu sunt: non enim Cicero ex animo egit aliquando de Historia Romana, aut Comœdias composuit, aut de re rustica pertractauit, adeòq; mirum non est, si omnia vocabula Latina in eius operibus non reperiantur: ita planè discurrendū est de S. Scriptura Hebraica, in qua possibile non est omnes omninò voces Hebraicas in ea includi. Ideò reliquæ, quæ in *Miscnaijòth* hinc indè sparsim inueniuntur, & in Sacris Biblijs Hebraicis non extant,

eſt in librum Exodi, & incipit à ver. 1. cap. 12.

ויאמר יהוה אל משה ואל אהרן בארץ מצרים לאמר׃

Et dixit Dominus ad Moſen & Aharon in terra Aegypti dicendo &c. & finit ante Sectionem ויקהל capitis 35. eiuſdem Exodi, poſtquam nil aliud de *Mechiltà* reperitur; Sed quia *Harrauàd* dicit: non vnum fuiſſe Auctorem המכילתות *Hammechilthòth* numero plurali, & Auctor *Scialſcel. Hakabbalà* dicit, *Mechiltà* incipere ab Exodo, & deſinere ad finem Legis, credibile eſt pro *Mechilthòth* accepiſſe triplices Commentarios qui ſimul vniuntur, & incipiunt ſub nomine *Mechiltà* ab Exodo ad Leuiticum, tamen à Leuitico ad Deuteronomiũ ſub nomine ספרא *Siphrà*, & à Deuteronomio ad finem Legis ſub nomine ספרי *Siphrè* veniunt. Sed iſti duo vltimi habent proprios Auctores vt ſuo loco videbimus, licèt à priori *Mechiltà* nunquam ſeiungantur, vt videre eſt in editione nuper relata, & in alia antiquiore Conſtantinopolitana anno ה׳ל׳פ 5280. Chriſti 1520. in fol.

IV. Scripſit בראשית רבה *Bereſcìth Rabbà*. Huius nominis duplex Commentarius reperitur; primus huius noſtri Auctoris; alter רבה בר נחמני *Rabbà Bar Nachmanì*: vterque nominatur *Bereſcìth* à prima voce בראשית *Bereſcìth In principio* Sacrorum Bibliorum. Crediderim voluiſſe ita appellare ſuum Commentarium, vt ex hoc præclaro nomine *Bereſcìth* pri-

R. Chijà & R. Hoſciaahià compoſuerunt Baraithòth, & Toſaphthòth, &c.

In libro יוחסין *Iuchaſsin* pag. 84.

ר׳ אושעיא עשה ברייתות׃

R. Hoſciaahià fecit Baraithòth.

Et in libro שלשלת הקבלה *Catena Cabalæ* pag. 32. b.

ר׳ הושעיא ובר קפרא חברו חבריתות לבאר המשנה׃

R. Hoſciaahià, & Bar Kapparrà, vel vt alij legunt Kaphrà compoſuerunt Baraithòth ad declarandam Miſcnà.

In his omnibus auctoritatibus ſemper videmus inter Auctores *Baraithà* connumeratum hunc *R. Hoſciaahià*.

III. Scripſit insuper & מכילתות *Mechilthòth*, vt dicit *Harauàd* ſuprà laudatus, quamuis Auctor *Tzedà ladàrech* in ſua Præfatione dicat: ורב חבר מכלתא *Ràu autem compoſuerat Mechiltà*. At Auctor *Scialſcel. Hakabbalà* pag. 32. b. dicit.

ומחבריו רבי ישמעאל שחבר מדרש ואלה שמות עד סוף התורה שנקראת מכילתא׃

Et inter ſocios (R. Hoſciaahiæ & Bar Kapparrà connumeratur) *R. Iſmaèl, qui compoſuit Midràſc Veèlle ſcemòth Commentarium allegoricum in Exodum vſque ad finem Pentateuchi Moſis. qui vocatur Mechiltà.* Idipſum legitur in fronte libri huius tituli מדרש מכילתא *Midràſc Mechiltà*, & R. Iſmaëli attribuitur, excuſi Venetijs apud Danielem Bombergum anno mundi ה׳ש׳ה 5305. Chriſti 1545. in fol. Quod quidem Commentarium

כמו בקקול לאלף סרבעי : נחכם
סי דברי חימים על מורכן אבית ...

474 HEGESIPPVS quondam Iudæus ad fidem Christi conuersus, Ecclesiam Dei vitæ sanctitate ac doctrina illustrauit non longè post Apostolorum tempora. Sub Pontifice Romano Aniceto circa annum Domini 167. & secundùm Hebræos anno mundi 3927. Romam venit, ibique vsque ad Eleutherij Papæ tempora permansit, videlicet circa ann. mun. 3944. Chr. 184. quando ad superos euolauit, cuius memoriam celebrat Ecclesia die 7. Aprilis, vt in Martyrologijs Romano, Bedæ, Vsuardi, & Adonis.

Scripsit *Ecclesiasticorum Actuum Historiam* à Passione Domini vsque ad sua tempora stylo & sermone (vt ait D. Hieronymus) simplici, libris quinque comprehensam, ex quibus pleraque desumpsit Nicephorus de Iacobo fratre Domini in cap. 38. libri 2. & cap. 10. libri 3.

Cuiusdam Hegesippi circumferuntur *De Bello Iudaico, & Vrbis Ierosolymitanæ excidio libri V.* Incipiunt à Bello Parthico inter Machabæos gentemque Medorũ & per inferiora bellorũ Iudaicorum tempora percurrunt vsq; ad excidiũ Ierosolymitanum per Titum, stylo operoso in compendiũ redigunt Ioseph. *De Bello Iudaico*. Sed hic iunior Hegesippus omninò diuersus est à seniore Hegesippo, quod euidẽter patet ex materia in libris pertractata, & ex stylo vtriusque. Noster siquidem Hegesippus (teste Hiero-

nium illud esse in *Mischnà* Commentarium intelligeremus, & alios omnes præcedere dignitate & honore, ideò vox רבה *Rabbà* adiungitur; sunt enim Commentarij magni in *Mischnaijòth*. Auctor *Tzedà ladàrech* in compositione horum Commentarioru m suorum sociorum opera vsum fuisse *Hosciaahià*. ait *Præfatione* pag 3 De *Berescìth Rabbà Bar Nachmanì* alibi agemus.

Cæterùm omnes huius explanationis textus מתניתא *Mathnithæ*, seù *Mischnici R. Hosciaahià* antiquitùs tanti faciebant Talmudistæ, vt de eo, & de *R. Chijà* eius socio diceretur in Cod. חולין *Cholin* cap. 12. pag. 141. linea vltima. -

כל מתניתא דלא תניא בי רבי חייא ובי רבי אושעיא משבשתא היא :

Omnis Mathnithà hoc est Mischnà, quæ non est Traditio Scholæ Chijà, & Scholæ R. Hosciaahià. confusio est.

Postremò aduertendum est, quod nomen *Hosciaahià* in Talmude aliquando scriptum reperitur cum א, aliquando cum ה, vt אושעיה, vel הושעיא sed vtcumque scribatur.

לא תחוש כי אינו מזיק כי מיד נודע מי הוא :

Parum refert, quoniam damnum non affert, quia illicò cognoscitur quis sit, indifferenter, & vtroque modo scribi potest. *Iuchasìn* pag. 84.

תעד **היגיסיפו יהודי** נאמר כך בעצם מעשיו
שנת כמו ל' אלפים שקבלו לעבירה ובא לרומי בזמן אניקיטו
פאפא ועמד שם עד שנת ... ועת בזמן אליוטיר כאפא שנת

ro-

תעה' **הניב יהודי** ונעשה משיחי חבר בלשון עברית מאמר של ערב שבת שבו מת ישוע משיח על העץ ונעתק אל לשון יונית מנקדימון נשיא רומיי ונמצא בוואטיקאנו בתוך ספרים יוונים ספר אלף תשע"ד דף שכ"ו :

475 ENNE'B ex Iudæo Christianus Hebraicè scripsit *Dissertationem in sancta ac magna Parasceue de Passione Domini nostri Saluatoris Iesu Christi*, quam ex Hebraica in Græcam linguam transtulit *Nicodemus Princeps Romanus*, vt apparet ex titulo huius Dissertationis, quæ Græcè hoc modo incipit:

Τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ Διήγησις περὶ τῶν τιμίων παθῶν τοῦ Κυρίου ἡμῶν καὶ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ συγγραφεῖσα παρὰ Ἰουδαίου Ἐννὰβ ὀνόματι, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Ἑβραΐδος γλώττης εἰς τὴν ῥωμαΐδα διάλεκτον Νικόδημος Τοπάρχης Ῥωμαῖος. Et reperitur in Bibliotheca Vaticana inter Codd. mnſſec. Græcè num. 1774. pag. 326. in fol. Papyr.

תעו' **הלכות דיעות** והוא ספר על הנהגת הנפש לקוח מן הספר הרמב"ם : הלכות דרך ארץ : ומספר אבקת רוכל :

476 HALACHO'TH DEO'TH, Libellus Ethicus ex *Rambàm* Libello antiquo הלכות דרך ארץ, & אבקת רוכל collectus. Adiunctus est alius eiusdem argumenti, qui vocatur חיי עולם. Cracouiæ, anno 355. minoris supput. Christi 1595. in 4. Ex Buxtorfio pag. 334. Biblioth. Rabbin.

תעז' **הלל הזקן** נשיא ישראל הנקרא הלל הבבלי כי נולד בבבל שנת ג' אלפים תרצ"ח ליצירה : והוא היה ראש

ronymo) *Actuum Ecclesiasticorum Historiam* à Passione Domini ad suam vsque ætatem complectitur sermone simplici, & ad vtilitatem legentium compositam. In iuniori verò Hegesippo nihil nisi bella Machabæorum, & Reipub. Iudæorum vsque ad excidium Vrbis Ierosolymæ, stylo eleganti & ferè affectato pertractantur. Cui additur Anacephalæosis eiusdem.

Denique ipsemet iunior Hegesippus, quanam ætate vixerit, semetipsum manifestat. Ait enim lib. 3. capite 5. Constantinopoli parem Romanæ dignitatem fuisse attributam, quod primùm factum legimus in Concilio Constantinopolitano Primo sub Theodosio Imperat. vt benè adnotauit Renatus Laurentius. Patet ex his, huiusmodi Hegesippum vixisse post tempora Gratiani & Theodosij Imperatorum, hoc est post annum Domini 381. duobus circiter seculis post nostrum Hegesippum. De quo agunt Eusebius in Hist. lib. 4. cap. 8. & 21, Hieronymus *De Scriptoribus Ecclesiast.* Nicephorus libro 2. cap. 28. & lib. 4. cap. 7. Sixtus Senen. in *Bibliotheca Sancta*, Baron. in *Annal.* ad ann. Christi 167. Tom. II. & in *Annotat.* ad Martyrol. ad diem 7. Aprilis.

Porrò iunior Hegesippus pluries excusus reperitur in Biblioth. SS. Patrum Tom. VII. Parisijs secundæ & tertiæ editionis de la Bigne. Et in recentiori editione Theologorum Coloniensium Tom. IX. in fol. Et seorsim Coloniæ apud Maternum Cholinum 1575. in 8.

מסכתת

annos natus quadraginta: *Harrauàd* in lib. *Kab.* pag. 57. *Iuchasin* pag. 22. vnde Babylonius dictus Codice *Pesachim* cap. 6. & in Terram Israëlis proficiscitur anno mundi 3688. ante natum Christum annis 72. Ierusalem ingreditur, vbi *Scemaahià & Autalionem* Academiç Ierosolymitanæ Rectores audit. & Iura Mosaicæ Legis per quadraginta alios annos perfectè addiscit, licèt pauperrimam vitam duceret, vt legitur in Cod. יומא *Iomà* cap. 3. pag. 35. b. ante medium, vbi -

תנו רבנן עני ועשיר ורשע באין לדין לעני אומרים לו מפני מה לא עסקת בתורה אומר עני הייתי וטריד במזונותי אומרין לו כלום עני היית יותר מהלל אמרו עליו על הילל הזקן שבכל יום ויום היה עושה ומשתכר בטרפעיק חציו היה נותן לשומר בית המדרש וחציו לפרנסתו ולפרנסת אנשי ביתו פעם אחת לא מצא להשתכר ולא הניחו שומר בית המדרש להכנס עלה ונתלה וישב על פי ארובה כדי שישמע דברי אלהים חיים מפי שמעי' ואבטליון אמרו אותו היום ערב שבת היה ותקופת טבת היתה וירד עליו שלג מן השמים כשעלה עמוד השחר אמר לו שמעיה לאבטליון אבטליון אחי בכל יום הבית מאיר והיום אפל שמא יום המעונן הוא הציצו עיניהן וראו דמות אדם בארובה עלו ומצאו עליו רום שלש אמות שלג פרקוהו והרחיצוהו וסיכוהו והושיבוהו כנגד המדורה : אמרו ראוי זה לחלל עליו את השבת :

Tradunt Magistri nostri: Pauper, diues, & impius Venerunt ad Iudicium. Dixerunt pauperi: Cur non te exercuisti in Legis studio? Si pauper respondeat: Pauper fui, & pro victu meo distrahebar. Dicent: Nunquid fuisti pauperior Hillele? Narrant de Hillele sene, quòd quotidie operabatur, & lucrabatur

במשנת חגיגה ומורה שמעיה בן אביטל אחר יוסי עזר שנה , והלל עלה מבבל לירושלם בשנת שלש אלפים תרמ"ח ונכנס שם שמעיה ואבטליון והוא היה תלמיד של שניהם ושניהם אותם ואמרו פות של שמעיה ואבטליון עמדו בני בתירה ונתנו בגמילות ונתבגר שלהם אחר שהיתה אם שפסח דוחה שבת אם לאו והודיעם הלל להם ושם נתנו הנשיאות להלל : והוא היה ענו גדול , ובמסכת סופרים שלהם פ' הפרק יו"ד כאמר על הלל הזה שלא עזב דברי חכמים שלא למדם אפילו כל שלשונות אפילו שיחת הרים וגבעות ובקעות שיחת אבנים ועשבים שיחת חיות ובהמות שיחת שדים ומשלות הכל למד וכל ועל חכמתו נקרא תלמיד של עזרא : ובפרק עשר דשביעית במשנה ג' כתוב שתקן הלל פרוזבול לשמטה : ובסוף פרק קמא דסוכה דף כ' , אמר ריש לקיש כשנשתכחה תורה מישראל עלה עזרא מבבל ויסדה חזרה ונשתכחה עלה הלל הבבלי ויסדה חזרה ונשתכחה עלו רבי חייא ובניו ויסדוה , ועוד יתקן כמה דברים אמרים בשמו שנזכרים במשנה ובתלמוד : והיו ימי חייו ק"כ שנה . מ' שנה עלה מבבל , ארבעים שנה למד וארבעים שנה פרנס ישראל : ויצא בירושלם שנת ג' אלפים תשמ"ח ליצירה : כי יצא מבבל שנת ג' אלפים תרמ"ח : קבל התורה ג' אלפים תשכ"ח :

477 HILLE'L HAZAKE'N HILLEL SENEX, Discipulus *Scemaahià & Abtalionis*, à quibus Caballam, seu Oralem Legem, & Mosaicas Traditiones recepit, ex Tribu Beniamin, & ex parte matris de Domo & Regia Stirpe Dauidis oriundus, licèt ex pauperrimis parentibus, nascitur in Babylone anno mundi 3648. ante Christi Natiuitatem ann. 112. Anno circiter ætatis suæ vigesimo vxorem ducit, ex qua suscipit sanctissimum filium, eum, qui in vlnis suscipere meruit Dei Filium, & Iudæorum Messiam puerum IESVM, Simeonem, inquam, Prophetam, quem Rabbini *Rabbàn Simeon* in Talmude appellant. Babylone itaque egreditur Hillel cum tota familia

admodum doctus, qui & remansit in Babel, & Rectoratum ibidem gessit; cuius sit mentio in שלשלת זרע דוד המלך *Catena progeniei Dauidis Regis*. *Scialscèleth hakkabalà* pag. 26. alter ditissimus erat nomine שבנה *Sciabbanà*, qui -

לא סייע להלל אחיו ולא ניתן לו חלק עם הלל כי בוז יבוזו לו ;

Hilleli nullam opem tulit, neque portionem aliquam ei dedit, sed spreuit eum, atque contempsit: *Iuchasin* p. 55. b. vnde vocem auditam esse super Hillelem tradunt -

שראוי לשכינה שתחול עליו ;

Quòd dignus sit, vt super eum Diuinitas inhabitet. Ibid. Ob hanc humilitatis virtutem, & ob eminentem illius doctrinam ad supremum honoris fastigium in Schola Ierosolymitana sublimatus est. Occasionem euehendi Hillelem dedit quæstio quædam de Paschate eo anno exorta inter Doctores illius Vniuersitatis: nam post mortem Scemahaaiç & Autalionis in Academiæ Rectoratu successerunt בני בתירה *filij Bathera*, qui cùm ignorassent, si decima quarta dies mensis *Nisàn*, seù festum Paschatis incidisset in Sabbatho: num Pascha impelleret Sabbathum? Et eo anno huiusmodi casus occurrerat, nec eum decidere sciebant. Quod cùm ab Hillele fuisset resolutum, *Pascha impellere Sabbathum*, omnes Academiæ Doctores, filijs Batheræ sponte locum cedentibus, Hillelem Principem Academiæ constituerunt, vt refer-

tur de mercede Vnum טרפעיק *Tarpaihk*. [R. Salom. *Est Siclus politicus* שהוא חצי דינר *qui æstimatur dimidio denario, seù semiuncia argenti*.] *Illius dimidium dabat Bidello, seù Custodi Ianuæ Academiæ, reliquo se & familiam suam sustentabat. Aliquando operam suam alicui locare non valuit, nec eo die sine mercede in Academiam ingredi potuit. Ascendit, suspendit se, ac sedit super fenestram, vt audiret verba Dei viuentis ex ore Scemaahiæ & Autalionis. Dixerunt, quòd huiuscemodi res occurrerat vespera Sabbathi, & in Solstitio brumali. Descendit super eum nix de cælo. Adueniente Aurora, dixit Scemaahia Autalioni: Autalion frater mi, quotidie domus hac illuminatur, & hodie est caliginosa. Fortassis dies est nubilosus. Eleuauerunt oculos & viderunt similitudinem hominis in fenestra. Ascenderunt & inuenerunt super eum cumulum niuis trium cubitorum. Proiecerunt* (niuem) *abluerunt eum, Vnxerunt, & deduxerunt eum ante ignem, & dixerunt: Dignus est vt per eum profanetur Sabbathum*. Idipsum habetur in *En Israël* Par. I. pag. 103. colum. 4. num. 27. Hinc

נמצא הילל מחייב את העניים ;

Colligitur quòd Hillèl (in Iudicio) *pauperes dijudicabit, ac condemnabit*; quia cùm ipse pauperrimus esset, vt Legem audiret & addisceret, dimidiam mercedis partem insumebat, & etiam cum periculo vitæ Legem audiebat.

Habuit duos fratres, quorum alter vocabatur חזקיה *Ezechias*, erat hic

fertur in Cod. *Peſachim* cap. 6. pagina 66. in ipſo principio גמרא *Ghemara* his verbis -

תנו רבנן הלכה זו נתעלמה מבני בתירה; פעם אחת חל ארבעה עשר להיות בשבת שכחו ולא ידעו אם פסח דוחה את השבת אם לא אמרו כלום יש אדם שיודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו אמרו להן אדם אחד יש שעלה מבבל והילל הבבלי שמו ששמש שני גדולי הדור שמעיה ואבטליון ויודע אם פסח דוחה את השבת אם לאו : שלחו וקראו לו אמרו לו כלום אתה יודע אם הפסח דוחה את השבת אם לאו : אמר להן וכי פסח אחד יש לנו בשנה שדוחה את השבת והלא הרבה יותר ממאתים פסחים יש לנו בשנה שדוחין את השבת : אמרו לו מנין לך : אמר להן נאמר מועדו בפסח ונאמר מועדו בתמיד מה מועדו האמור בתמיד דוחה את השבת אף מועדו האמור בפסח דוחה את השבת : ועוד קל וחומר הוא ומה תמיד שאין ענוש כרת דוחה את השבת פסח שענוש כרת אינו דין שדוחה את השבת : מיד הושיבוהו בראש ומינוהו נשיא עליהם וכו' :

Tradiderunt Magiſtri noſtri, doctrinam hanc (de Paſchate quod Sabbathum impellat) *ignotam fuiſſe filijs Bathera* (Rectoribus Scholæ Ieroſolymitanæ). *Aliquando decima quarta* (menſis Niſàn) *accidit in Sabbatho. Obliti ſunt nec ſciuerunt, vtrum Paſcha Sabbathum impellat, nec ne? Dixerunt: Eſtne aliquis, qui ſciat, an Paſcha impellat Sabbathum, an non? Reſponderunt: Eſt quidam homo, qui aſcendit de Babylone, cui nomen Hillel Babylonius, & inſeruiuit duobus huius æui magnis Doctoribus Scemaahiæ & Autalioni, ipſe vtique ſciet: an Paſcha impellat, vel non impellat Sabbathum. Miſerunt & vocauerunt eum, dixerunt que ei: Sciſne aliquid circa Paſcha an impellat, vel non impellat Sabbathum? Reſpondit eis: Ecquid? Paſchane vnicum tantùm habemus in anno quod impellit Sabbathum? Nonne pluſquam ducenta Paſchata habemus in anno, quæ omnia Sabbathum impellunt? Dixerunt ei: Vnde hoc probas? Reſpondit: Dictum eſt* (Num. 9. 2.) מועדו *occaſione Paſchatis, &* מועדו *dictum eſt, occaſione* תמיד *Thamìd Iugis Sacrificij* (Num. 28. 2.) *Et ſicut* מועדו *dictum in Thamìd impellit Sabbathum; ita &* מועדו *dictum in Paſchate impellit Sabbathum: Item, Argumentum eſt à minori ad maius: nam ſi Thamìd Iuge Sacrificium propter quod pœna exciſionis tranſgreſſori non imponitur, impellit Sabbathum; Paſcha propter quod violatori pœna exciſionis ſtatuitur, nonne iudicandum eſt quod Sabbathum impellat? Statim conſtituerunt eum in capite, & præfecerunt eum Principem ſuper eos, &c.* anno mundi 3728. ante Chriſti Natiuitatem annis 32.

At ſi nonnemo quærat, quinam fuerint בני בתירה *Benè Batherà Filij Bathera*?

Reſpondeo cum Auctore *Scialſceleth Hakabbalà* pagina 26. -

בני בתירה היו ג' אחים ונקראים יהודה יהושע ושמעון :

Filij Bathera fuerunt tres fratres vocati 1. *Iudas*, 2. *Iehoſciùah*, 3. *Simeon*.

והיו מגזע ישי וראשי ישיבות בירושלם :

Et fuerunt de Stirpe Iſai Principes Academiarum in Ieruſalem.

Do-

Doctiſſimus quidem fuit Hillel, & in decidendis Legalibus dubijs accuratiſſimus; ſed quod de illius ſcientia dicunt Talmudiſtæ, prodigioſum eſt, & omninò hyperbolicum. In מסכת סופרים *Maſsècheth Sopherim* Cod. *De Scribis*, cap. 16. הלכה ט *Halachà* 9. de *Hillel* ita ferunt.

אמרו עליו על הילל שלא עזב דברי חכמים שלא למדה אפילו כל הלשונות אפילו שיחת הרים וגבעות ובקעות שיחת עצים ועשבים שיחת חיות ובהמות שיחת שדים ומשלות הכל למד בך למה משום שנאמר (ישעיה מב׳ : כא׳) יהוה חפץ למען צדקו יגדיל תורה ויאדיר :

Dixerunt de Hillele: Non reliquit vllum verbum Sapientum, quod non didicerit. Didicit omnia genera linguarum, etiam locutionem *montium, collium, & vallium: locutionem lignorum, & herbarum: loquelam ferarum & iumentorum: locutionem Dæmonum, & omnes parabolas didicit. Omnia iſta cur? Propterea quod dictum eſt* (Iſai. 42. 21.) Dominus voluit propter Iuſtitiam ſuam: magnificabit Legem, & illuſtrabit.

Volunt in his exaggerare virtutem & ſapientiam Hillelis, quam adeò extollunt, vt & Spiritum Prophetiæ habuiſſe dicant, dum Conſtitutiones quaſdam politicas euulgarit, potiſſimùm illam de פרוזבול *Perozbòl*, quam ideò edidit, quia præuiderat proximè deſolationem futuram Templi & Vrbis. Ita R. Tham ad hanc Conſtitutionem. Vide lib. סמ״ג *Samàg præcept. affirmat.* 147. 148. col. 2. longè poſt medium.

Scripſit itaque ac promulgauit

Conſtitutionem de פרוזבול *Perozbòl*, de quo in Cod. גיטין *Ghittin* cap. 4. In *Miſcnà* num. 3.

הלל התקין פרוזבול מפני תיקון העולם :

Hillel ordinauit Perozbòl propter commodum mundi. Et in *Miſcnà* Cod. שביעית c. 10. *Sceuiìth* n. 3. & 4. hoc modo de *Perozbòl* determinatur.

פרוזבול אינו משמט וה״ז אחד מן הדברים שהתקין הלל הזקן שראה את העם שנמנעו העם מלהלוות זה את זה ועוברין על מה שכתוב בתורה (דברים טו: ט׳:) השמר לך פן יהיה דבר עם לבבך בליעל וגו׳: עמד והתקין פרוזבול: ד׳ : וזה הוא גופו של פרוזבול. מוסר אני לכם פלוני ופלוני דיינין שבמקום פלוני שכל חוב שיש לי אצל פלוני שאגבנו כל זמן שארצה והדיינים חותמין למטה או העדים :

Perozbòl non remittit (debitum). *Iſta eſt vna ex illis rebus, quas conſtituit Hillel ſenex. Viderat enim populum cohibentem mutuo dare ſibi inuicem, ac tranſgredi id quod ſcriptum eſt in Lege* (Deuteron. 15. 9.) Caue tibi ne fortè ſit aliquid cum corde tuo nequam. *Stetit & ordinauit Perozbòl. Et hæc eſt* (formula) *ſubſtantialis Perozbòl. Tradimus vobis N. N. Iudicibus, qui eſtis in loco N. quòd omne debitum quod eſt mihi apud N. exigere volo quocumque tempore voluero. Et Iudices ſubſignant, aut Teſtes*. Idem repetitur in Cod. *Ghittin* cap. 4. In Talmude pag. 36. poſt medium. Non permittunt dari *Perozbòl* niſi pro immobilibus, ſeù fundis, Cod. שביעית *Sceuìiht* cap. 10. & vltimo, numero 6, in *Miſcnà*.

אין כותבין פרוסבול אלא על הקרקע :

tuo dederat : nam Lex Deuteron. 15. 2. 7. & 9. verſ. non loquitur de Repub. ſed de particulari perſona ; ideò vt Reipub. indemnitati conſuleret Hillel, Perozbolis remedium adinuenit ſuper Legem in ceremonialibus diſpenſando, quia Spiritu prophetico cognouerat parum duraturam eſſe Rempub. Iudæorũ, Templum deſolandum, & Vrbem citò vaſtandam, poſtquam non opus haberent Iudæi nec ampliùs indigerent ſubſidio ceremonialium legum, quia iamiam futurus erat Meſſias, ad cuius aduentum omnes ceremoniæ Moſaicæ finem erant habituræ. Itaque Prophetiæ dono ditatus fuerat à Spiritu Sancto Hillel ſenex, vt dicit Auctor *Iuchaſsìn* pag. 55. b. -

תקן הלל פרוזבול לשמטת דרבנן בזה הגלות כי היה יודע בנבואה שיחרב הבית וכן פירש רבינו תם ׃

Ordinauit Hillel Perozbòl pro intermiſſione Doctorum noſtrorum in hoc exilio ; quoniam per Prophetiam nouerat quòd cito deſtruenda eſſet Domus (Sanctuarij). *Sic explicat Rabbènu Thàm*.

De huiuſmodi *Perozbòl* ab Hillele inuento agunt ex profeſſo *Rambàm* in libro זרעים *Zerahìm*, *Halachòth* שמטה ויובל cap. 9. Auctor ס׳מ׳ג Præcepto negat. 271. præter loca citata in *Miſcnà* & *Ghemarà*.

Tanto applauſu ac diſcipulorum concurſu in Academia Ieroſolymitana docuit noſter Hillel per quadraginta annos ; vt illius celeberrimæ Scholæ à ſuo nomine בית הלל *Beth Hillèl* nuncupatæ Auctor haberetur, & eſ-

Non ſcribunt Perozbòl niſi ſuper fundo, ſiuè ſuper terra, ſeù agro.

Sed ſi quæras, cur huiuſmodi Conſtitutio vocetur פרוסבול *Perozbòl*? Conſimile quæſitum ſit in Talmude Cod, גיטין *Ghittìn* cap. 4. pag. 36. b. in fine -

מאי פרוסבול אמר רב חסדא פרוסבולי ובוטי בולי אלו עשירים דכתיב (ויקרא כו״ : יט״ ׃) ושברתי את גאון עזכם ותני רב יוסף אלו בולאות שביהודה בוטי אלו העניים דכתיב (דברים טו״ : ח׳ ׃) העבט תעביטנו אמר ליה רבא ללעווא מאי פרוסבול אמר ליה פורסא דמילתא ׃

Quid eſt Perozbòl? Dixit Ràu Chaſdà : Prusbulè & Butè. Bulè ſunt diuites, ſicut ſcriptum eſt (Leuitic. 26. v. 19.) Et conteram ſuperbiam fortitudinis veſtræ. *Et docuit Ràu Ioſeph : Iſti ſunt diuites qui ſunt in Iudæa. Butè, iſti ſunt pauperes, ſicut ſcriptum eſt* (Deuteron. 15. 8.) Mutuando mutuabis ei. *Dixit Rauà ad quendam barbarum : Quid eſt Perozbòl? Reſpondit : Eſt* פורסא *Porsà Remedium* דמילתא *Demilthà Rei*. Hoc modo barbarus, extraneo & incondito vocabulo ſignificare voluit remedium ab Hillele inuentum, vt ſine iactura bonorum ante annum remiſſionis poſſit quis mutuo dare proximo ſuo in neceſſitate conſtituto, quod per ſchedam proteſtatoriam (*Perozbòl*) faciebat coram בית דין *Beth din* Tribunali Iudicũ Ordinariorum, quorum intererat poſſeſſionem capere nomine totius cœtus ſuper bonis debitoris antequam annus ſeptimus remiſſionis inciperet, & Reipublicæ intererat ſoluere creditori quod mu-

ſtibus, indutis ad Principes Regis Perſarum equitando, perrexit. *Scialſcèleth Hakabbalà* pag. 26. ex Codice חגיגה *Chaghighà*. In eius locum ſuffectus eſt שמאי *Sciammài*. Ibid. Hic aliquando diſcipulus Hillelis fuit, poſtea illius ſocius effectus, eius etiam æmulus efficitur. Is Scholam alteram Hilleli opponit à ſuo nomine בית שמאי *Beth Sciammài* dictam.

Hinc duæ illæ tam famoſæ in Iudaiſmo Scholæ *Beth Hillel* & *Beth Sciammai* originem ſumpſere, quæ in decidendis de ceremonijs Legis Moſaicæ obortis quæſtionibus, ferè ſemper aduerſas & contrarias opiniones ſequuntur. De quibus (ſecundùm expoſitionem Nazaręorum, vt refert S. Hieronymus in c. 8. Iſaię) loqui videtur idem Propheta, quando dicit: *Et Vobis in ſanctificationem: in lapidem autem offenſionis, & in petrâm ſcandali duabus domibus Iſraël: in laqueum & in ruinam habitantibus in Ieruſalem: & offendent ex eis plurimi, & cadent & conterentur, & irretientur, & capientur*. Intelligunt *Beth Sciammài* & *Beth Hillel*, quorum Auctores *Sammài* & *Hillel*, vt inquit Hieronymus, *non multò priùs, quàm Dominus naſceretur, orti ſunt in Iudæa, quorum prior diſſipator interpretatur, ſequens prophanus: eò quòd per traditiones & δευτερώσεις ſuas Legis præcepta diſſipauerint, atque maculauerint. Et has eſſe duas Domus, quæ Saluatorem non receperint, qui factus ſit eis in ruinam, & in ſcandalum*. Hactenus Hieronymus, qui inſuper paulò ſuperiùs dicit, quòd ex

& eſſet. Habuit aliquot diſcipulorum millia, inter quos octoginta inſigniores extiterunt, de quibus mira & inaudita ſcribuntur in Cod. סוכה *Succà* cap. 2. pag. 25. circa med.

תנו רבנן שמונים תלמידים היו לו להלל הזקן שלשים מהן ראוין שתשרה עליהן שכינה כמשה רבינו ׃ ושלשים מהן ראוין שתעמוד להם חמה כיהושע בן נון ׃ עשרים בינונים גדול שבכולן יונתן בן עוזיאל קטן שבכולן רבי יוחנן בן זכאי ׃

Tradunt Magiſtri noſtri: Octoginta diſcipuli fuerunt Hilleli ſeni: triginta ex illis digni erant, vt Diuina Maieſtas inhabitaret ſuper eos, vti ſuper Moſen Magiſtrum noſtrum. Triginta alij digni erant, Vt eorum nutu conſiſteret Sol, ſicut fecerat Ioſue filio Nun. Viginti mediocres fuerunt, quorum maximus fuit Ionathàn Ben Vzielis, minimus fuit R. Iòchanàn Ben Zaccài. Ijſdem verbis idem repetitur in *Bauà Bathrà* c. 8. pag. 130. circa med. & refertur in *Iuchaſsìn* pag. 159. in הגהה vltima. Sed hic eſt exceſſus ſtultitiæ eorum, qui talia ſcribunt, & credunt.

In Academiæ Præfectura ſtatim ſocium ei dederunt מנחם *Menachèm* Virum doctum, quem Spiritum Propheticum habuiſſe dicunt, dum Herodi, cùm adhuc puer eſſet, Regiam dignitatem prædixiſſet; qui accepto Regno, eum accerſiri fecit, cùmque ſuper triginta annos eum regnaturum affirmaſſet, magnis muneribus cumulatum ad propria remiſit. *Iuchaſsin* pag. 19. Non diù poſt, relicto Academiæ Principe Hillele, adiunctis ſecum octoginta Viris aureis ve-

gina 13. b. post medium, vbi istæ duę Scholę *Sciammài* & *Hillelis* postquam per triennium post mortem *Sciammài* & *Hillelis* pertinaciter contendissent, & planè contradictorias sententias defendissent, tandem vocem de Cælo auditam fuisse (aiunt) atque dixisse.

אלו ואלו דברי אלהים חיים׃

Hæc & illa sunt verba Dei Viuentis. Verba Talmudis sunt.

אמר ר׳ אבא אמר שמואל ג׳ שנים נחלקו בית שמאי ובית הלל הללו אומרים הלכה כמותינו והללו אומרים הלכה כמותינו יצתא בת קול ואמרו אלו ואלו דברי אלהים חיים׃

Dixit R. Auà, dixit Samuel: Tribus annis diuisa fuit Schola Sciammài & Schola Hillelis. Hæc dicebat, determinari debet doctrina secundùm nos. Idipsum altera dicebat. Egressa est Vox (oraculum) *& dixit: Hæc & illa sunt Verba Dei Viuentis*. Quod tamen fictitium & imaginarium oraculum esse conuincitur, quia duo contradictoria simul & semel vera esse non possunt in eodem subiecto: nec quod naturæ repugnat, oraculum Diuinum docuisset & approbasset.

In libro *Iuchassin* pag. 56. & per errorem pag. מו 47. in ipsa prima linea legitur.

ומימות משה עד הלל ת״ר סדרי משנה ומהלל ואילך תקנו ששה סדרים׃

A diebus Mosis Vsque ad Hillelem 600. ordines Miscnæ (reperiebantur). *Ab Hillele autem & deinceps ordinauerunt sex* (tantùm) *ordines*. Si sic est,

ex *Sammài & Hillel orti sint Scribæ & Pharisæi*; etsi istorum initium Ioseph. lib. 13. Antiquitat cap. 8. ad tempora vsque Ionathæ Machabæi referat. Verùm hæ Scholæ aliquandiù in summa pacis & vnionis concordia Mosaicam Legem interpretatæ sunt, sed non diù post subortis dissensionibus & litigijs, adeò inter earum discipulos odia excreuerunt, vt תלמידי *Discipuli*.

בית שמאי היו הורגין בתלמידי בית הלל ועמדו להם בנפשותם׃

Scholæ Sciammài interficerent discipulos Scholæ Hillelis, qui & steterunt super animas suas. Iuchassin 19. b.

Dissensio inter vtramque Scholam Sciammài & Hillelis incæpit die 9. *Adaris*, vti suprà notauimus in Calendario Hebræorum, ad quam diem anniuersarium Ieiunium indicunt, nec vlla inter eos ratio inueniri potuit, qua discordantes sententiæ in vnum communem sensum coalescescerent. Nam cùm *Sciammài* diues esset, in suis decidendis sententijs austeritatem potiùs, quàm benignitatem sectabatur. E contra *Hillelis* opiniones benigniores, & pauperibus magis fauorabiles (nam & ipse pauper erat) censebantur. Vtræque verò, etsi inter se contrariæ, vel etiam quandoque contradictoriæ esse videantur, nihilominus adeò magnifiunt à Iudæis, vt vtramq; partem tanquam Diuinum oraculum vltrò recipiant, & ambabus vlnis amplectentur. De qua re præclarum testimonium habemus in Cod. עירובין *Iruuin* cap. 1. pa-

Sciammài tunc temporis longè latèq; irrepserunt; sed non creditur Hillelé his leuitatibus fuisse obnoxium, cùm & Ezræ sectatorem tam quoad doctrinam, quàm quoad mores habitus sit.

וכן נקרא תלמידו של עזרא :

Et idcirco vocatus est discipulus Ezra. Iuchasin pag. 55. b.

Quæ autem ex antiquis traditionibus compilauerat Hillel, & ad sex Ordines redegerat, hodie non extant, extat tamen δευτέρωσις *Rabbènu Hakadòsc* sub nomine משניות *Miscnaijòth* quæ sententijs Hillelis ita refertę sunt, vt nil ferè aliud, quàm quod ex Hillele, & ex eius Schola prodierat, continere videantur. In Codice verò אבות *Auòth* earundem *Miscnaijòth* capit. 1. hæc præclara Hillelis dicta referuntur.

הלל אמר הוי תלמידיו של אהרן אוהב שלום ורודף שלום אוהב את הבריות ומקרבן לתורה :

הוא היה אומר נגד שמא אבד שמיה ודלא מוסיף יסיף : ודלא יליף קטלא חייב : ודישתמש בתגא חלף :

הוא היה אומר אם אין אני לי מי לי : וכשאני לעצמי מה אני : ואם לא עכשו אימתי :

Hillel dicit: Esto ex discipulis Aharonis, qui pacem amabat, pacem prosequebatur: diligebat personas & Legi eas iungebat.

Ipse solebat dicere: Qui acquirit famam, famam perdit: & qui non addit, finit: & qui non addiscit, reus redditur: & qui vtitur corona (Legis) *transilit.*

Ipse dicebat: Si ego pro me non sum, quis pro me erit? Et quando ego pro

est, non fuit Rabbènu Hakadòsc Auctor sex ordinum Miscnæ, vt omnes affirmant cum eodem Auctore *Iuchasin* pag. 84. b. ex persona *Rabbènu Tham*.

וכריש הגוזל קמא אומר רבינו תם ז״ל כי המשניות היו קודם רבי אלא שרבי סדרם וכו׳ :

Et in capit. הגוזל קמא *Aghozèl primo, Dicit Rabbènu Tham b. m. quòd Miscnaijòth fuerint ante Rabbi. Sed ipse Rabbi eas ordinauerit.* Sed de his (Deo dante) agemus in Par. III. in *R. Iuda Hannasi*. De hoc exorbitante numero Ordinum *Miscnaijòth* vide *Scialscèl. Hakabbalà* pag. 26. qui citat cap. 1. שבת *Sciabbàth*, atque subiungit.

עד ימי הלל היו קורים תר סדרי משנה שהיה להם בקבלה ממרעה והלל וסיעתו תקנוהכל בשתא סדרי וזה היה בתחילת הורודוס כנראה ריש פ״ב דחגיגה :

Vsque ad dies Hillelis legebant 600. Ordines Miscnæ, quos ex traditione receperant à Mose Magistro nostro, super eum sit pax. Et Hillel cum socijs suis reduxerunt ad sex Ordines. Et hoc factum est in principio (Regni) *Herodum, sicut videre est in cap. 2. Codicis Chaghigha.*

Fuit igitur Hillel potens opere & sermone, & tanquam alter עזרא Ezra, qui scriptam Legem sartam tectam conseruarat, ita & Hillel oralem & ceremonialem Legem restituerat, cui ante aduentum Christi operam dare licebat sublatis tamen superstitionibus, & vanis obseruantijs, quæ in vtramque Scholam Hillelis &

quousque peruenias ad statum ipsius.

Ne proferas ea, quæ resciri non debent: quandoquidem aliquando rescienda erunt.

Neque dicas: Quandocunque otium mihi erit, tunc studijs vacabo: fortassis nunquam otium habebis.

Solebat etiam dicere: Inciuilis seù incultus non abhorret peccatum: neque plebeius (vt plurimùm) *est pius; nec verecundus discit: nec iracundus docet: nec mercator fit sapiens. Et vbi desunt homines, cura vt sis vir.*

Vidit aliquando caluariam supernatantem in aquis, & conuersus ad eam dixit: Quoniam alios extinxisti, extincta es; & tandem, qui te extinxerunt extinguentur.

Item ipse dicebat: Qui multiplicat carnem, multiplicat vermes.

Qui multiplicat diuitias, multiplicat anxietatem.

Qui multiplicat mulieres, multiplicat veneficia.

Qui multiplicat ancillas, multiplicat fraudem.

Qui multiplicat seruos, multiplicat rapinam.

Qui multiplicat Legem, multiplicat vitam.

Qui multiplicat Academiam, multiplicat sapientiam.

Qui multiplicat consilium, multiplicat prudentiam.

Qui multiplicat iustitiam, multiplicat pacem.

Qui acquirit bonum nomen, seipsum possidet.

Qui comparat sibi verba Legis, comparat sibi vitam futuram.

Fe-

pro me sum, quid sum? Et si non modo, ecquando?

Nonnullæ aliæ sententiæ huius *Hillelis* habentur in cap. 2. eiusdem Codicis *Auòth*, vt testatur R. Isaac Abrauanel in נחלת אבות *Nachalàth Auòth* Commentario eiusdem Codicis cap. 2. vbi super הלל אומר וכו׳ *Hillel dicit &c.* apertè ait הלל זה הוא הלל הזקן *Iste Hillel est Hillel senex*. Huius Hillelis sententiæ sunt.

הלל אומר אל תפרוש מן הצבור ואל תאמן בעצמך עד יום מותך :

ואל תדין את חברך עד שתגיע למקומו :

אל תואמר דבר שאי איפשר לשמוע שסופו לחשמע :

ואל תאמר לכשאפנח אשנה שמא לא תפנה :

הוא היה אומר אין בור ירא חטא ולא עם הארץ חסיד ולא הבישן למד ולא הקפדן מלמד ולא כל המרבה בסחורה מחכים : ובמקום שאין אנשים השתדל להיות איש :

אף הוא ראה גלגולת אחת שצפה על פני המים : אמר לה על דאטפת אטפוך וסוף מטיפיך יטיפון :

הוא היה אומר מרבה בשר מרבה רמה :

מרבה נכסים מרבה דאגה :

מרבה נשים מרבה כשפים :

מרבה שפחות מרבה זמה :

מרבה עבדים מרבה גזל :

מרבה תורה מרבה חיים :

מרבה ישיבה מרבה חכמה :

מרבה עצה מרבה תבונה :

מרבה צדקה מרבה שלום :

קנה שם טוב קנה לעצמו :

קנה לו דברי תורה קנה לו חיי העלום הבא :

Hillèl ait: Noli te ipsum separare ab Ecclesia: neque tibi ipsi fidere vsque ad mortem.

Noli de pròximo tuo iudicium ferre,

Si Hillel ex his progenitoribus natus est, necessariò dicendum, per lineam masculinam ortum ducere ex semine Dauid. Tamen omnes alij Auctores Hebræi, dicunt eundem Hillelem per lineam fœmineam descendere ex Dauide. Vnde cùm duo Principes fuissent de Domo Dauid tempore euersionis Templi secundi, vnus in Babylone, & alter Ierosolymis, ad quorum nutum regebantur vtræque Academiæ Iudæorum, primum locum obtinebat Princeps Babylonicus, qui primò auctoritate Regum Persarum, & postea subsequentium Regum Ius & Iustitiam in populum Iudaicum administrabat, & quamuis res ad Academiam spectantes essent apud Rectores Academiæ, attamen supremam auctoritatem in omnes exercebat ריש גלותא *Resc Ghaluthà Caput deportationis*, ita Iudæorum Princeps ille in Babylone lingua Chaldaica vocabatur. Post hunc Principem captiuitatis Babylonicæ secundum locum occupabat Princeps Academiæ Ierosolymitanæ, vel Terræ Sanctæ. Huius rei rationem assignant, quia dicunt, vtrumque Principem fuisse de Domo Dauid; sed Princeps deportationis, seù captiuitatis Babylonicæ descendebat à Dauide per lineam masculinam, & Princeps Academiæ Terræ Sanctæ descendebat à Dauide per lineam fœmininam; vnde in Annotatione 2. cap. 4. *Halachòth* סנהדרין *Sanhedrìn R. Mosis Bar Maijmonis* dicitur.

הל

Ferunt Iudæorum Doctores, tempore Hillelis adhuc perdurasse vsum studendi in Academijs stando, qui incæpit à Mose, perdurauitq; vsque ad Rabban Gamalielem seniorem nepotem suum. Eo quippè tempore vniuersalis infirmitas orbem inuasit, qua viribus hominum debilitatis, deinceps docere & discere sedendo cæptum est. *Scialscèl. hakab.* pag. 26.

Cæterùm *Hillel* ex parte matris fuit de Stirpe Dauid: nam ex progenie.

שפטיה בן אביטל אשת דוד ;

Scephatià Ben Auitàl vxoris David ortum duxit. *Iuchasìn* pag. 55. b. quamuis Auctor Animaduersionum in librum eundem ad pag. 158. ex *Saaltiele filio Iehoiachìn*, *Hillelis senis* genealogiam per lineam masculinam ducat hoc ordine.

שאלתיאל בן יהויכין מלך יהודה ; פדיה בנו ;
זרובבל בנו ; משולם בנו חנניה בנו ; ברכיה בנו ;
חסדיה בנו ; ישעיה בנו ; עובדיה בנו ; שכניה בנו ;
שמעיה בנו ; נעריה בנו ; חזקיה בנו ; ויש אומרים
כי הוא הלל הזקן ונשיא ישראל ; רבן שמעון בנו ;
רבן גמליאל הזקן בנו ;

Saaltièl filius Iehoiachin Regis Iudæ. Padià filius eius: Zerobabel filius eius: Mesciullàm filius eius. Chananià filius eius: Berachià filius eius. Chasdià filius eius. Isaias filius eius. Abdias filius eius. Scechanià filius eius. Scemaahià filius eius. Naarià filius eius: Chizkià filius eius. Sunt qui dicunt hunc esse Hillelem senem Principem Israëlis: Rabban Simeòn filius eius: Rabban Gamaliel senex filius eius.

מפני מה ראש גולת שבבבל גדול מן הנשיא שבא״י מפני שהוא בא מן הזכרים והנשיא בא מן הנקבות ׃

Quare Princeps deportationis, quæ est in Babylone, maior est Principe qui est in terra Israëlis? Quia ille procedit (ex semine Dauidis) *per lineam masculinam; & Princeps* (Terræ Israëlis) *per lineam fœmininam*. Hinc est quòd idem Moses Ægyptius ibidem explicat illud Geneseos - לא יסור שבט מיהודה *Non auferetur Sceptrum de Iuda* per hos Principes captiuitatis Babylonicæ his verbis -

לא יסור שבט מיהודה אלו ראשי גליות שבבבל ׃

Non auferetur sceptrum de Iuda: isti sunt Principes captiuitatis quæ est in Babylone. Ex hac sententia *Rambàm* sequitur euidenter, iam diù venisse Messiam Hebræorum, quia non erant auferendi isti Principes donec veniret qui mittendus erat, id est Messias, vt dicit Paraphrasis Chaldæa. Sed iam diù est quòd isti Principes captiuitatis Babylonicæ sublati & eiecti sunt, vt suo loco videbimus. Ergo Messiam Hebræorum à longo tempore iam venisse, manifestum est:

Est autem notandum in suprà relata genealogia Hillelis per Saaltielem, quòd nemo ante Hillelem ex Regibus, Prophetis, Principibus, Archisynagogis, vel Legisperitis vnquam aliquod prænomen in nominis & personæ honorem vsurparunt, sed proprio nomine contenti fuerunt, vt Dauid, Isaias, Zorobabel &c. Post

Hillelem cæperunt prænominibus insigniorum Virorum nomina condecorari, & Titulorum vsus introduci רבן: רבי: רב *Rabbàn*; *Rabbì*, *Ràu*. De huiusmodi Titulis extat interrogatio in מעשיות *Historijs* excerptis ex *Talmude*, quæ habentur in ס׳ אלפא ביתא רבן סירא *libro Alphabeti Ben Sirà* pagina 58. cum responsione vt infrà -

למה נקראו בשמם לבד החסידים הראשונים ואשר באו אחריהם שלא היה במותן נקראו מהם בלשון רבן ורבי ורב ׃ ומפני מה נקרא שם האחד רב ושם האחר רבי ושם האחר רבן׃ כך אמרו חכמים ׃ גדול מרב רבי וגדול מרבי רבן וגדול מרבן שמו ׃

והראשונים שהיו גדולים בשמעון הצדיק ואנטיגונוס ושמעיא ואבטליון ושמאי והלל ואחרים כמותן עליהם אמרו גדול מרבן שמו ׃ אבל הנביאים חגי זכריה ומלאכי ואף מאור ישראל משה רבינו נקראו בשמם לא רב ולא רבי ולא רבן ׃ ומה שנאמר משה רבינו נתהלל שהוא רבינו לא לכבודו אלא לכבודנו כי אם היינו אומרים לכבודו היינו אומרים רבינו משה אבל נקרא שמו משה ונתחבר אליו רבינו לפי שלמדנו תורה ׃ והחכמים שנקראו רבן ורבי ורב ׃ כל מי שהיה מן הנשיאים שהם מזרע הלל שהיה מזרע דוד מאמו ולא מאביו נקרא רבן והם היו נשיאים לא ראשי גליות כמו רבן גמליאל בנו של הלל ורבן שמעון בן גמליאל ורבן יוחנן בן זכאי ׃ והנקראים רבי הם חכמי ישראל כפי שאמר דסמיכין ליה רבן ויהיבנא ליה רשותא למידן דיני קנסי ואמר רבינו הקדוש לבן רבי אלעזר ברבי שמעון חכימא ענבי׳ יהך וגלימא דדהבא פרשי על רישך ור׳ קארו לך ואת אמרת לקרתא אנא אזל. ובאשר נאמר רחוק מצטער רבי למסמך לשמואל ירחינאה לא הוה מסתייעא מילתא עד שנאמר לו לא תצטער עצמך כדבר זה בספר ראיתי ס׳ אדם הראשון וכתוב בו שמואל ירחינאה חכים יהוה ורבי לא יקרו לפיכך ראשי החכמים נקראו רבי בארץ ישראל וראשי חכמי בבל נקראו רב כפי שאמרו

כל רב מבבל וכל רבי מארץ ישראל וראשי גליות נקראו רבנא הם המתיחסי מאבותם עד דוד מלך ישראל כמו שנ' בתלמוד ארבריה רב חסדא לרבנא עוקבא ודרש ומהם נקראו מר כמו מר עוקבא כמו מר זוטרא . אבל רבא שמו אבא ונקרא שמו רבא במקום רבי אבא בדרך קצרה : וכן אביי היה שמו אבא והיה שמו נחמני כמו שאמר בתלמוד ונקרא שמו נהמני ולא הלכתא כנחמני וזכרו בראשונה אמר אביי לפי שהיה בן אחות רבה רב נחמני והיה תלמידו והיה שמו נחמני בשם אביו של רבה והיה קורא אותו רבה אביי כענין אבי בלשון תרגום והיו קורין אותו כך בני אדם אביי : והנה פירשתי לך הכל בדרך קצרה ואין להאריך ולחכימא ברמיזה :

Cur antiqui illi ac pij viri proprijs nominibus vocabantur, & illi qui eos secuti sunt posterioribus ætatibus, qui cum illis comparari non possunt, eorum aliqui vocati sunt cum prænomine רבן *Rabbàn, vel* רבי *Rabbì, vel etiam* רב *Ràu? Et cur vocati sint aliqui eorum prænominibus istis, inquiritur.*

Dixerunt Sapientes, quòd prænomen רבי *Rabbì sit maius* רב *Ràu: & prænomen* רבן *Rabbàn sit præstantiùs* רבי *Rabbì: & nomen proprium sine aliquo addito sit maius* רבן *Rabbàn. Priores siquidem viri illi magni veluti fuit Simeon Iustus, Antigonus, Scemaahià & Autaliòn, Sciammài & Hillèl, & reliqui pares istis, proprijs nominibus vocabantur, & de his & similibus intelligendū illud sapientium effatum: Maius Rabbàn, est nomen proprium sine aliquo addito. Verùm & Prophetæ, veluti Aggæus, Zacharias, & Malachias, & etiam luminare Israëlis Moses Rabbènu, vocantur nominibus proprijs, non Ràu, non Rabbì, aut Rabbàn. Et quando dicimus:*

משה רבינו *Mosen Rabbènu, gloriamur nos habere Magistrum Mosen* (nam Rabbènu Magistrum nostrum, significat) *honor non Mosi, sed nobis augetur. Quòd si honorē Mosi ex hac voce Rabbènu accrescere vellemus, diceremus* רבינו משה *Rabbènu Mosen. Sed nullum nomen ei præponitur, cùm vocetur nomen eius absolutè, Moses; adiungitur autem ei Rabbènu Magister noster, vt sciamus eum nos Legem docuisse. Ex Sapientibus autem, qui vocantur Rabbàn, Rabbì, vel Ràu, sciendum; quòd illi Principes sapientes, qui ex semine Hillelis prognati sunt, qui ex parte matris, & non ex parte patris de stirpe Dauid fuerant, vocantur* רבן *Rabbàn. Et isti fuerunt* נשיאים *Nesijm Principes; non autem* ראשי גליות *Rascè ghaliùth Capita deportationis, veluti Rabbàn Gamliel filius Hillelis* (Nota, quòd Rabbàn Gamliel fuit filius Simeonis, qui in vlnis Christum susceperat; sed in odium huius sanctissimi Viri tacetur illius nomen, & Rabbàn Gamliel filius eius tribuitur auo suo Hilleli) *& Rabbàn Simeon Ben Gamliel, & Rabbàn Iochanàn Ben Zachài.*

Hi verò, qui vocantur רבי *Rabbì, sunt Sapientes Israëlitæ &c.* Et post pauca: *Idcircò dixerunt: Omnis Ràu est ex Babèl; & omnis Rabbì est de Terra Israël. Capita verò captiuitatum vocantur* רבנא *Rabbanà. Isti ex prosapia patrum suorum* (ascendunt) *vsque ad Dauid Regem Israëlis &c. Aliqui ex his vocantur* מר *Mar: sicut Mar* עוקבא *Vukbà, Mar* זוטרא *Zutirà.*

in Vrbe Iabnè cum eodem *Rabbàn Gamaliele* Academiam rexit.

Vigente adhuc titulo *Rabbàn* inualuit titulus רַבִּי *Rabbì*, vel רִבִּי *Ribbì*, quo Doctores in terra Iſraëlis vti cæperunt: nam in terra *Senaàr*, ſeù in *Babylone* Doctores & Rectores Academiarum Chaldaica lingua רב *Ràu*, & מר *Mar* vocabantur, vt ſuprà notatum eſt. Hunc titulorum abuſum inter Magnates & Legis Doctores introductum improbat Chriſtus Matth. 23. 8. dum Diſcipulis ſuis dicit: *Vos autem nolite vocari Rabbì*.

Tandem Ieroſolymis fatis ceſſit *Hillel* anno Domini octauo, mundi 3768. cùm vixiſſet 120. annos, quorum 40. in Babylone ferè otiosè inſumpſit, 40. Legem didicit, & 40. Iſraëlem gubernauit, regendo Academiam Ieroſolymitanam, ac magnum Synedrium, in quo ſummam dignitatem, ſeù præfecturam ſub nomine נשיא *Naſsì Principis*, ſeù *Prælati* exercuit, quam dignitatem poſteri eius obtinuerunt vſque ad vltimum *Hillelem* iuniorem, & נשיא *Prælatum*, de quo mox, at in eo poſt decimam generationem ab *Hillele ſene* defecit omninò Synedrij, ſeù Conſiſtorij magni illius vmbratilis poteſtas, cùm iam diù pridem verum Synedrium à Deo conſtitutum in Iudaiſmo defeciſſet.

At רבא *Rauà, nomen eius eſt* אבא *Auà, vocatur autem Rauà pro* רבי אבא *Rabbì Auà breuitatis gratia. Sic quoque* אביי *Auijè nomen eius eſt* אבא *Auà, &* נחמני *ſicut dicitur in Talmude. Et vocatur nomen eius Nachmanì, nec illius deciſiones valent.* (Quando hi nominantur.) *primò nominatur Auijè, vt cùm dicitur* אמר אביי *Dixit Auijè, quia erat filius ſororis Rabbà Bar Nachmanì, & erat eius diſcipulus, Erat autem illi nomen* נחמני *Nachmanì de nomine patris Rabbà: vocabant autem illum* רבא *Rauà* אביי *Auijè veluti* אבי *lingua Targumica. Sic autem vocabant eum populariter* אביי *Auijè.*

Ecce explanaui tibi omnia ſuccinctè; nec eſt opus vt longiori ſermone vtar.

Ex his habemus vltimum omnium eorum, qui proprio & abſoluto Sapientum nomine appellati ſunt, fuiſſe *Hillelem & Sciammài*. Poſt quos Titulo *Rabbàn* primò fuit inſignitus *Simeon fil. Hillelis*, de quo in Euangelio Luc. 2. 35. & ſubinde alij de ſemine *Hillelis* vſque ad quintam generationem; iſti fuerunt *Rabbàn Gamaliel ſenex filius Rabbàn Simeonis*, ad cuius pedes fuit eruditus Paulus, Actor, càp. 22. 3. Tertius *Rabbàn Simeon iunior filius Gamalielis*, qui fuit interfectus. Quartus *Rabbàn Gamaliel iunior dictus Iaunenſis*, quia poſt excidium Vrbis Ieruſalem in Vrbe Iabnè habitauit & docuit. Quintus *Rabbàn Simeon tertius filius Gamalielis iunioris*. Inter iſtos connumeratur *Rabbàn Iochanàn Ben Zachài*, qui apud Titum orauit pro vita *Rabbàn Gamalielis iunioris* ne interficeretur. Hic

puerulum gestauit in vlnis. Luc. 2.

III. *Rabbàn Gamliel*, seù *Gamaliel senex* Apostoli Pauli Preceptor, filius Rabban Simeonis.

IV. *Rabbàn Simeon* occisus à Tito filius Gamlielis primus ex decem intersectis Regni.

V. *Rabbàn Gamliel* dictus *Iaunensis*, quia primus post deuastationem Templi secundi vnà cum *Rabbàn Iochanàn Ben Zacbài* in Vrbe Iabnè Academiam rexit. Hic liberatur à morte precibus Rabbàn Iochanàn, quandoquidem Titus iusserat eum occidi.

VI. *Rabbàn Simeon* filius Rabbàn Gamlielis Iaunensis floruit in Vrbe ציפורי *Tzippurri* Sephora, quo translatum fuit Synedrium & Academia. In quo desijt titulus *Rabbàn*. Postea Rectores Academiæ Terræ Sanctæ vocati sunt *Rabbì*.

VII. *Rabbì Iudas Nasì Princeps* seù *Prælatus* cognomento *Rabbenu Hakadòsc Magister noster sanctus*, filius Rabbàn Simeonis. Hic per antonomasiam vocatur *Rabbì*, qui Syntagma משניות *Miscnaijòth* composuit.

VIII. *R. Gamlièl Tertius* filius Rabbènu Hakadòsc.

IX. *R. Iudas Hannasì Princeps* filius Gamlielis Tertij.

X. *R. Hillel Hannasì* filius Iudæ, de quo modò loquimur.

Principatus Academiæ per decem generationes perdurauit in familia *Hillelis senis*, incæpit ab *Hillele*, & desijt in *Hillelem*, vti obseruatum est non semel contigisse quibusdam, qui

תנא רבי הלל הנשיא בן רבי יהודה בן גמליאל בן רבינו הקדוש

היה נשיא בארץ ישראל וסוף החכמים בגמרא
במסכת ע״ז: והוא תקן ליהודים כתב סוד העבור
והמולדות ותקופות שעכשיו לבא עד שיבא אליהו על דעת
רב אדא וכפי שהיה לו מסורת מהם על פה על דרך הסוד
על שעמד ארץ ישראל ועל זה סומכים בגמרא בפ״ק דסנהדרין
ופ״ק דר״ה ואז היה שנת תרע״ו לשטרות: ואומר בעל ספר יסוד
עולם שהיה אז ד׳ אלפים ור״ס לבריאה ולא ידע זה כי שנת
ראשון לשטרות היה שנת ג׳ אלפים תמ״ח לבריאה בגמרא למעלה
בפרק ראשון דף פ״ה: ובזמן הלל הנזכר התחילו למנות ליצירה
כי עד שם היו מונים לשטרות שהיא עוברת שכבש אלכסנדרוס
מוקדון בירושלם: ואחרים היו מונים לחרבן בית שני: ועל זה
הלל אמרו כי הוא היה שלהבתך [illegible] בזמן קוסטנטינוס
הקסר: ונכתבה משנותיו על ידי הגאון של העיר [illegible]
ונמצא [illegible] של תורתנו [illegible] בשנת [illegible]
[illegible] קונסטנטינוס [illegible] בגד [illegible]: ומת הלל
[illegible] בשנת [illegible] ד׳ אלפים ק׳: [illegible] שנת [illegible] לבריאת
[illegible]: ואמרו לא היה בית דין [illegible]: [illegible] דף ב׳: [illegible]
הקבלה דף ל״ד עמוד ב׳ בסוף העמוד:

478 R. HILLEL HANNASI *Princeps*, seù *Prælatus* filius Iudæ Tiberiensis de Stirpe Gamalielis senioris prognatus, qui sub Christi Domini Passionem Auctor eius consilij Iudæis fuit, vt à persequendis Apostolis abstinerent, Act. 5. 34. Fuit etiam Apostoli Pauli Præceptor. Ib. cap. 22. versic. 3. patremque habuit *Simeonem Iustum & timoratum* filiū Hillelis Babylonij. Decem siquidem generationes numerantur ab Hillele sene, seù Babylonio ad hunc Hillelem nostrum hac serie.

I. *Hillel senex* dictus *Babylonius*.

II. *Rabbàn Simeon senex* homo iustus & timoratus, qui Christum

nomen Christo dedit, qui tempore Constantini Magni Imperatoris vivebat, à quo etiam Comitiuam acceperat, cum ea potestate, vt cùm in Vrbe ipsa Tiberiadis, tùm Diocæsareæ, Capharnaumi; ac vicinis alijs Oppidis Ecclesias in Christi honorem extrueret, eodem Epiphanio teste. Tempore eiusdem Constantini Imperatoris creditur obijsse *Hillèl* circa annum Domini 320. Auctor *Iuchasin* pag. 90. dicit floruisse *Hillelem* anno Contractuum 670. nempè Christi 360. Sed in hoc computo videtur inesse error, quia Constantinus Magnus baptizatus est anno Christi 314. & circa hæc tempora viuebat Iosephus testis oculatus conuersionis Hillelis paulò antequam moreretur. Ergo circa idem tempus baptizatus est Hillel sub prætextu medicinæ, & mortuus est. Cum excessu huius Principis Iudæorum, etiam -

ואחריו לא היה בית דין עוד ׃

Domus Iudicij, seù *Consistorium magnum* Iudaicum expirauit, nec ampliùs inter Iudæos extitit בית דין *Domus Iudicij* potestas iudicandi, nec סמיכת ידים χειροθεσία Rabbinorum per manuum impositionem ordinatio. *Iuchasin* loco citato, & *Scialscèl. Hakab.* pag. 24. b.

Scripsit *Hillèl* -

תקן העיבור על דרך התקופה ׃

Et ordinauit Cyclum Paschalem perpetuum secundùm hypotesin *Ràu* ארא *Adà*, & cæptum est numerare annos ab Epocha creationis mundi, cùm antea numeraretur vel ab exitu de Ægy-

& Regna fundarunt, & Regna cum Regibus eiusdem nominis esse desierunt, vt Augusto, Augustulo, Constantino Magno, Constantino Palæologo, & alijs.

Hunc *Hillelem* volunt esse illum Patriarcham Iudæum, qui (teste Epiphanio) cùm morti proximus esset, fidem Christi suscepit, & sub medicinæ specie in cubiculo baptizatus est. Refert hanc Historiam Epiphanius lib. 1. contra Hæres. Tomo II. pag. 127. num. 4. editionis Parisiensis 1622. quam hic succinctè ex versione Petauij referre non pigebit. *Erat* (inquit) *tùm Patriarcha nomen Ellel &c.* (Ελλὴλ legitur pro הלל *Hillèl*, vti frequenter solent Græci, vt quando legunt Ἐμμανουὴλ *Emmanuel* pro עמנואל *Immanuèl*.) Sequitur: *Moriens Ellel vicinum Episcopum Tiberiensem arcessit, ab eoque lotione sacra sub vitæ exitum per medicinæ speciem expiatur. Cùm enim Episcopum per Iosephum velut Medicum euocasset, facessere iussis omnibus, supplex illum interpellat his verbis: Quæso te, inquit, mihi vt Christi signum impertias. Tum accitis ministris aquã inferri iubet, tanquam ægrotantis Patriarchæ morbo quoddam ex aqua remedium parare vellet. Illi quid strueret ignari, imperata faciunt. Inde verecundiam simulans, & vniuersos abire iubens Patriarcham sacro baptismate, ac Diuinis mysterijs initiatus est. Mihi verò hæc omnia Iosephus ipse narrabat &c.* Ita Epiphanius, qui & ipse Iudæus fuerat. Iste etiam Iosephus genere Iudæus, patria Tiberiensis

gy-

lerunt Sacrorum Bibliorum Volumen, quod à R. Hillele scriptum erat, & ex eo corrigebant libros sacros. Et ego Vnam ex illius partibus vidi (nam diuisum erat in plures Partes) *cùm fuisset Venditum in Africa, quæ scriptis exarata fuerat nongentis annis à tempore quo ego illam Videram. Et R. Dauid Kimchius in sua Grammatica* (super ver. 40. *Vt recordemini &c.* cap. 15. Num.) *dicit*, *quòd* (eiusdem voluminis) *Pentateuchus extabat Toleti.*

Horum Sacrorum Bibliorum pars, quam *Zacutus Auctor Iuchasin* viderat, scripta esse non poterat ab Hillele, quia Hillel viuebat anno Domini 300. nam secundùm meam sententiam obijt circa annum Domini 320. & secundùm ipsum Auctorem *Iuchasin* floruit anno Contractuum 670. qui est annus Christi 360. Si igitur ab anno 1500. vel paulò ante, quo verisimile est Zacutum hanc Bibliorum partem vidisse, (nam cùm in Africa esset, vel Africæ vicinus, credibile est illam vidisse, postquam è Castilia coactus est exire in generali illo Iudæorum exilio, quod anno Domini 1492. factum est, vnde exul in Lusitaniam venit, vt vidimus in I. Parte, vbi, vel forsan in ipsa Africa hanc Bibliorum partem vidit). Si, inquam, ex 1500. 900. subtrahantur, remanent anni 600. qui annus distat à morte Hillelis secundùm eundem Zacutum, annis 240. & secundùm quod suprà ego firmaui de anno mortis Hillelis, annis 280. Vnde quod legerat Zacutus in ea parte Bibliorum, nota quædam

gypto, vt in prima Domo: vel stante secunda Domo ab Æra Alexandri, quæ incæpit quando ingressus est Ierusalem, & concurrebat cum anno creationis mundi 3450. Hæc autem Æra vocabatur communiter לשטרות *Lescettaròth Contractuum*, quia in contractibus & scripturis publicis ea vtebantur. Noster autem Hillel secundùm Auctorem *Scialscèl. hakab.* floruit an. Contractuum 670. hoc est anno mundi 4120. seù Christi 360. secundùm nos anno Christi 320. vnde manifestus est error in *Scialscèleth Hakab.* pag. 35. lin. 1. vbi ex Auctore יסוד עולם dicitur, quòd annus ר"ע לשטרו׳ 670. *Contractuum* sit annus ד׳ אלפים ו׳ר׳ס לבריאה 4260. *à creatione*, cùm sint anni 4120. vt ex se patet.

De Cyclo autem Hilleliano satis superque dictum est suprà pluribus in locis, in pag. 459. 545. cuius Tabulam expansam habes ad pag. 415. vt non opus sit hic aliquid addere ampliùs.

Auctor libri *Iuchasin* pag. 132. attribuit huic *Hilleli* peritiam scribendi librum Legis, cùm dicat.

ובשנת תתקנ״ו היה שמד גדול במלכות ליאון ואז הוציאו משם ספר הארבעה ועשרים אשר נקרא הכיבליא שכתב אותם ר׳ הלל וממש היו מגיהים כל הספרים ואני ראיתי חלק מהם שנמכרו באפריקא ובזמני היה ט׳ מאות שנה שנכתבו והקמחי אמר בחלק הדקדוק בפסוק למען תזכרו שהחומש היה בטוליטולא ׃

In anno 4956. (Christi 1156.) *fuit destructio magna* (Iudæorum) *in Regno Legionis. Tunc inde protu-*

dam

dam ſuppoſititia fuit, & à quodã imperito, vel mendace amanuenſi gratis excogitata: veluti ſuppoſititia quoque & falſa cenſenda eſt illa, quæ in Pentateucho Toletano forſan erat notata, cuius meminit Kimchius; præterea falſa deprehenditur notula manuſcripta in vetuſto illo Pentateucho; de quo ſcribit *Azarias de Haadumim*, ſeù *de Rubeis* in ſuo אמרי בינה *Imrè binà* cap. 9. pag. 53. b. his verbis.

כי בקצה חומש קדמון כתוב יד מעזבון המנוח
ר׳ שלמה ששון פה פירר״ה ראיתי דברים זה נסחם׃
אני משה אבן מימון קנא קנאתי לי׳ אלהי ישראל
בראותי ספרי תורה במצרים שפרשיותיהן פתוחותיהן
וסתומותיהן וסרורותיה״ן אשר לא כדת ודרשתי
על עצמי עת לעשות ליי׳ ובטלתי מלמודי לכתוב
ספר תורת אלהינו חמשה חומשים קשורים יחד
בקונטריסים כדי להגיה ולהעתיק מהם שאר ספרים
והספר שהעתקתי ממנו הוא הידוע במצרים שהוא
כולל כ״ד ספרים שהיה בירושלם מימות תנא״ים
ואמורא״ים וכשנלכדה ירושלם על ידי המלך קרלון
לוקח משם הספר ובא שבי בארץ מצרים׃ ועליו
אנו סומכין׃ ובעת גמרתי ספרו ביר אלהי הטובה
עלי נשא לבי אותי ללכת ממצרים למלכות בורגוני״א
אשר בצרפת למדינת ייל״ון היושבת על נהר שאו״נה׃
כי דרשתי וחקרתי ושאלתי היטב כאשר נמצא שם
ספר תורת אלהינו מכתב יד קדש עזרא הכהן
הגדול סופר מהיר והבאתי עמי תקון סופרים
פתוחות וסתומות וסרורות שהעתקתי מספר העשרי׳
וארבע׳ אשר הובא מירושלם ומצאתי בגיל כל
פתוחות וסתומות מכוונות יחד עם הספר אשר
הבאתי עמי ושמחתי עד מאד וקבלתי עלי לעשות
יום משתה ושמחה באותו היום כל שנה ושנה והוא
כ״ה לירח זיו׃ וטרחתי לכבוד צורי והעתקתי מן
הספר ההוא כל תיבות חסרות ויתרות ותיבות
גדולות וקטנות ומשונות ומהופכות כדי לעשות
ספר תורה ד׳ בלי חסיר ויתור׃ ובשובי לארמתי
כתבתי תורת אלהינו כדת וממנו הכל מעתיקים׃

זברה לי׳ אלהי לטובה ולשלם משכורתי בע״ה׃
והמדקדק באלה ולא יהליך עליו הכתוב אומר מה
רב טובך אשר צפנת ליריאיך׃ עד כאן דבריו׃

Quoniam in fine cuiuſdam Pentateuchi antiqui mſc. Teſtamento legati R. Salomoni Saſòn, Ferrariæ vidi quædam verba, quorum exemplar eſt.

Ego Moſes Abèn Maijmòn zelans zelatus ſum pro Domino Deo Iſraëlis, cùm vidiſſem libros Legis in Aegypto, quorum Paraſcias ſeù Sectiones tam apertas, quàm clauſas non eſſe ritè conſcriptas, atque ordinatas, cogitaui apud memetipſum, tempus eſſe faciendi Domino, itaque ceſſaui à ſtudio meo, & animum applicui ſcribere librum Legis Dei noſtri, nempè Pentateuchum quaternionibus compactum, vt ex eo transferri & tranſcribi poſſent reliqua exemplaria. Liber autem, ex quo ego tranſſcripſi hunc meum, notus eſt in Aegypto., complectitur enim 24. libros (Sacros) *qui fuerant olim Ieroſolymis ætate Tanaim & Amorraim. Cùm autem capta fuiſſet Ieruſalem à Rege Carolo, indè* (Sacrum hoc Bibliorum) *volumen in Aegyptum deportatum eſt, & ex eo nos noſtros probamus* (& corrigimus libros Legis). *Poſtquam autem abſolueram ſcribere Pentateuchum meum bonis auibus, eleuauit me cogitatio mea, vt ex Aegypto irem in Regnum Burgundiæ, quod eſt in Gallia, in Vrbem* יילון *Iialòn Chalon Cabilonenſem ſitam ad fluuij* שאו״נה *Saone Araris ripam. Quæſiui, inueſtigaui, poſtulaui perquàm diligenter, vt ibidem inuenire poſſem librum Legis Dei noſtri m. ſ. ab Ezra Sacerdote magno Scriba expedito. Cùm au-*

tateuchi non fuerunt scripta manu propria R. Mosis Bar Maijmonis, sed ab alio translata. Secundò dubitat de veritate huius facti: quia de huiusmodi correctione libri Legis ab eo instituta ad exemplar Autographi Ezræ in Burgundia reperti nulla fit mentio in suo Tractatu ס׳ תורה *de libro Legis*, cap. 8, vbi tamen recenset correctiones בן אשר *filiorum Asser*. Quòd si quis dicat: Id accidisse postquam euulgatum fuerat volumen suum ספר הי״ד *Sèpher Haijàd*, subiungit: quamplurimos emersisse post *Harrambàm* Auctores, qui de libro Legis scribendo, tractarunt; hi in varias sententias abierunt circa dictiones plenas & vacuas; qui tamen in vnicam coaluissent sententiam, si *Harrambàm* omnes eas ex libro Autographo adnotasset, nec de illis ampliùs dubitare licuisset, cùm ex Rambami correctionibus sine vlla controuersia libri Legis emendari potuissent.

At ego hanc notulam nomine R. Bar Maijmonis Pentateucho msc. adiectam, omninò fabulosam & à Rabbinis pro more suppositam esse arbitror. Signum euidentissimum falsitatis, vt de alijs taceam, vnicum est hoc: *Carolum Regem, Ierosolymorum Vrbem cepisse*. Quis vnquam audiuit, Regem aliquem nomine Carolum ad partes vltra marinas Sacri Belli causa profectum esse, aut Vrbem quidem ipsam Ierosolymam aliquando vidisse, nisi fortassis pictam? Quòd in Ægypto fuerit exemplar Bibliorum valdè correctum, non im-pto-

autem illum inuenissem, & contulissem emendationes Scribarum circa Sectiones apertas, clausas, & ordines illarum, quos ex Volumine Ierosolymitano transscripseram, & mecum attuleram, & in ea membrana inueni omnes Sectiones apertas & clausas, prout erant notatæ in libro, quem mecum attuleram. De qua re valdè lætatus sum, & super me recepi, vt eo die, qui fuit 28. mensis זיו *Ziu Aprilis, quotannis conuiuium facerem, eumque lætanter celebrarem. Laboraui etiam in honorem Dei mei, & exscripsi ex eo libro omnes dictiones* חסרות *deficientes* יתרות *& redundantes; dictiones quoque magnas & paruas, variatas, & inuersas, vt possem scribere librum Legis sine defectu, vel superfluitate. Et cùm reuersus fuissem in regionem meam, scripsi librum Legis rectè, ex quo omnes suos transscribere possent. Memor sit mei Deus in bonum, & reddat mihi mercedem meam. Auxilio Domini. Et qui diligenter cogitat ista, non concidet scriptura, quæ dicitur* (Psal. 31. 20.) Quàm multum est bonum tuum, quod abscondisti timentibus te.] *Hactenus verba eius*.

Hæc referuntur ab Auctore מאור עינים fideliter vt scripta inuenit ad calcem Pentateuchi Hebraici, quibus suam censuram addit. Primò pro certo habet ea non fuisse scripta manu propria R. Maijmonis –

והנה אין ספק אצלי כי הדברים האלה בקצה החומש הנזכר לא היו בתיבת יד רמב״ם עצמו אבל נעתקו ממקום אחר ׃

Nulla planè) inquit) *apud me est dubitatio, quòd illa Verba in fine Pen-*

כו' על החלק בדרך סלם ונמוך הספר הכתב והשלמתיו בחדש
נ״א לאלף הששי בעיר פורלין : והוא במכין עג :

479 R. HILLE'L BAR SAMVELIS BAR ELEAZARIS DE VERONA. Scripsit Tractatum *De Anima*, quem in duas Partes diuisit. In I. Parte agit *De essentia Animæ, eiusque potentijs*, & habet ז׳ ציונים *Septem Titulos*.

In Secunda tractat *De præmio & pœna Animæ, de Paradiso & Inferno, & quid de his senserint antiqui*. Habet Titulos tres. Extat msc. in Bibliotheca Vrbinatensi apud Vaticanum in folio pergam. In fine Tractatus scriptum est: *Absolui illum mense quinquagesimo primo millesimi sexti*, hoc est anno mundi 5005. Christi 1245. *in Vrbe Foroliuiensi*. Vide pag. 73. num. Cod. 43.

קפ' **הרא״בד** פרווינצאל פי׳ אחרונה עשה אגרת
עם שירה בראשית ספר ראשית חכמה בשעה שהדפיסה
שנדפס אותו הספר בויניציאה שנת שנ״ג לפ״ק :

480 HARRAVA'D PROVENZA'L sic nuncupatur, quia ex Prouincia originem duxit, patria Mantuanus. Sub hac abbreuiatura הרא״בד reperitur in principio libri ראשית חכמה, cui præficit perbreuem Præfatiunculam cum aliquibus Carminibus in laudem libri, & Auctoris Venetijs editam anno mundi 353. minoris supputat. Christi 1593. Est & *R. Abraham Ben Dauid*, aut Daùd contractè *Harrauàd*. Vide I. Partem paginam 15. & 18.

probo; quòd etiàm Cabilone in Burgundia potuerit esse Pentateuchi Mosaici ab Ezra Protoscriba exaratum exemplar, sicut & Bononiæ in Italia asseritur aliud consimile reperiri, non contendo negare, aut affirmare. Quamplurimæ exceptiones afferri possent contra vtrumque. Nec credo quòd si Cabilonenses huiusmodi pretiosum cimelium habuissent, tam de facili vulgarem copiam Iudæis fecissent, vt ex eo exscribere dictionum omnium variationem & anomaliam commodè potuissent: nec verisimile est Mosen Ægyptiũ, qui apud Soldanum Ægypti medicinam exercebat, & quotidie ad aulam Regiam accedebat (vt ipsemet Ægyptius in sua Epistola ad R. Samuelem Aben Tibben refert) cogitasse Ægyptum relinquere, Burgundiam petere, & exemplar authenticum Ezræ Protoscribæ inquirere, vt ex eo Legem Mosis emendaret, cùm apud se in Ægypto exemplar correctissimum à tempore, quo capta fuerat Ierosolyma, eo transmissum haberet. Dicendum est igitur, totum illud, quod in margine, vel fine illius Pentateuchi scriptum erat, fuisse ab aliquo mendaci calamo additum.

קפט' **הלל בן ר' שמואל בן ר' אלעזר מווירונא** חבר ספר על הנפש
והבדלתה ומה ראשיתה ומה אחריתה וכן חלק לשני חלקים :
החלק הראשון מדבר בשבעה ענינים ובהם מדבר אם הנפש
במציאות אם היא עצם בלתי גוף וכו' : וחלק השני בשלשה ענינים
מדברת של גמולי הנפש ועונשיה ומדבר על גן עדן וגיהנם
וכו' : ונמצא בוואטיקאנו בין ספרי של דוכוס די אורבינו וסוף

תפא' הרסטו עיין ארסטו :

481 HARSATTO'. Vide ARSAT-TO' P.r. I. pag. 471.

ו

תפב' אבו וואליד מרון בן ינאי הי
המדקדק חבר בלשון ערבי ספר הדקדוק וספר השרשים ומהם לקח כמה הדברים ר' דוד קמחי ומעתיק לספריו ושמו נזכר בהקדמה ספר באב מוסי שהעתק אידוואדו פוקוקיו בלשון לטין :

482 ABV' VVALI'D MARV'N IBN IANNA'HI Hebræus Arabs Grammaticorum Princeps, Arabicè ſcripſit -

Grammaticam, & *Librum Radicum*, è quibus non pauca mutuatus videtur R. Dauid Kimchi, teſte Pocockio in Præfatione ad *Portam Moſis*.

תפג' ווארִיסטו פאפא בן יהודה מביתלחם יהודי נעשה כהן גדול על כל המשיחיים שנת עלות משיחנו קי"ב שהוא שנת ליצירה ג' אלפים תתע"ב : והוא שהדיר כל' ביתי' בכהנות של המשיחיים אשר היו ברומא ונתנם לזקני הכהנים המשיחיים שהיו באותה העיר : וגם בן תקן שהשבעה אנשי שכמה יהיו עומדים אצל הגמון עבד כשהוא ועבר המשול בזמן שהוא דורש דברי אלוהים קיים : ונהרג על קדושת השם שנת קכ"א לבירת משיחינו וקברוהו בוואטיקאנו אצל קבורת שר השלוחים קדוש פייטרו :

483 EVARISTVS PAPA SEXTVS ab Apoſtolo Petro natione Græcus, origine Iudæus, Iudæ Bethleemitæ filius, ad Summum Pontificatum aſſumitur anno Domini 112. die 26. Iulij, Traiano Imperatore. Eccleſiarum Vrbis Titulos Presbyteris diuiſit. Sanciuit etiam, vt ſeptem Diaconi Epiſcopo prædicanti Euangelium aſſiſterent, & hoc non ſolùm ob functionis amplitudinem, & muneris maieſtatem, ſed etiam vt eſſent teſtes Euangelicæ veritatis, quæ ſine vllo erroris fermento populo annunciari ab Epiſcopo debet. Martyrio coronatur die 26. Octobris anno Domini 121. cùm ſediſſet in Cathedra Petri annos 9. menſes tres. Apud cuius ſepulchrum illius corpus conditum eſt in Vaticano.

תפד' ווי העמודים שם הספר אשר נמצא בלוח ספרי המלכה של סויציאה ומספרי תורות אשר נכתבו באופן שכל תיבה ותיבה הראשונה כל העמודים שמתחילו באות וו' נקראין ווי העמודים אבל ואת איננו שם הספר מקומה :

484 VAVE' HAAMVDI'M VAV ſeù VNCINI COLVMNARVM. Tit. ex Exod. 38. 28. Extabat in Bibliotheca Reginæ Suecorum, vt ex illius Indice apparet. In fol. Nullam aliam notitiam huius libri (ſi liber ſit) apud Auctores, qui de libris Hebraicis ſcripſerunt, habere potui; vnde & de illius argumento altum ſilentium. Dixi (ſi liber ſit) quia ſcio כמה ספרי תורות *nonnullos libros Legis*, qui in Arca Synagogæ conduntur, quodam ſingulari artificio taliter ſcriptos eſſe, vt omnes illorum columnæ à litera ו incipiant. ideò ווי העמודים *Vauè Haamudim Vau columnarum* vocatos. Et de huiuſmodi libris forſan intelligendus eſt titulus Indicis laudati -

תפה' דון וידאל בן בנבנשתי מן מלכות ארגון עשה ויכוח עם מאסטרו גירונימו די שאנטפה פיס בקרא לפנים בין היהודים יהושע הלורקי : עיין שם :

385 DON VIDA'L BEN BENBANASTE ARAGONENSIS interfuit diſputationi habitæ inter Iudæos & Magiſtrum Hieronymum à S. Fide ex Iudaiſmo ad fidem conuerſum coram Benedicto XIII. ſeù Petro de Luna Antipapa an. 1412. menſe Auguſto. Is ex ſexdecim Rabbinis, qui pro Lege Moſaica pugnarunt in ordine fuit ſecundus, ſed doctrina & exiſtimatione apud Hebræos primus eſt habitus. Ex Iudęis ipſe prior fuit, qui argumentis Magiſtri Hieronymi reſpondit, præmiſſa eleganti Præfatione Latina, poſt quam repetitis Hieronymi à S. Fide argumentis, gradatim, & per ordinem ea diluere conatus eſt, ſed infelici euentu: nam in ipſo, victi omnes Rabbini, ferè infiniti Iudæi ad fidem Chriſti conuerſi ſunt. Promulgato ſubinde Pontificio decreto contra Iudæos, eorum petulantia maximè in Hiſpania cohibita eſt & repreſſa. De hoc Rabbino cum titulo *Don* fit mentio in שבט יהודה num. 40. Vide *Ioſue Halòrki*.

תפו' מסיר וידאל די טולושה חבר בקטאלוניאה מגיד משנה על הרמב״ם ונמצא סביב לספר היד : ויש כי בעל ספר מגיד משנה הוא יום טוב : ונדפס עם ספר היד בדפוס וויניציאה בדף גדול ככתב ועם המגיד משנה שחיבר אחד נגר ובר נגר כי לא נמצא שם המחבר שלם :

וחבר פירוש על תועלת ההגיון של אבו חמיד אל גזלי כמו שאמרתי למעלה סימן ל' : ונם ל' וידאל היה

שבירו של הר״ן וכן הרא״ש בתשובות הרשב״א ולומר ספר יוחסין שנת בשנת קל״ה לאלף ששי :

486 MASTRO VIDA'L DE TOLOSA MAGISTER VITALIS TOLOSANVS, non, vt ſcribit Auctor *Scialſcèleth Hakabbalà* pag. 58. poſt medium, דטולושה בקטלוניאה *De Toloſa in Catalonia*, quod corrigendum eſt & legendum טורטושה *Tortoſa* id eſt *Dertoſa*, quæ Vrbs Catalauniæ eſt, vel abradendum קטלוניא, vt hic Auctor Toloſanus remaneat. Sed Auctor *Iuchaſin* dubietatem tollit dum pagina 133. b. circa fin. ait.

ובזה הזמן בקאטאלוניא דון וידאל די טולוזה עשה מגיד משנה :

Hoc tempore (nempè anno 5135. Chriſti 1375.) *in Catalaunia Don Vidàl de Tholoſa compoſuit Maghìd Miſcnè*. Itaque hic Auctor erat quidem Tholoſanus, ſed in Catalaunia habitabat; vel illius cognomen erat *de Tholoſa*, quamuis in Hiſpania natus fuiſſet, vti mos eſt apud Iudæos retinere nomen loci, ex quo eorum Aui egreſſi ſunt, etiamſi alibi naſcantur, vti Iudæi Romæ nati alij vocantur de Marino, alij de Formello, alij de Ariniano &c. quia eorum Aui ex his locis egreſſi ſunt, & Romam ad habitandum venerunt.

Itaque hic Auctor ſecundùm *Iuchaſìn* pag. 133. b. compoſuit מגיד משנה *Magghìd Miſcnè* hoc eſt *Indicans duplum*, Tit. ex Zach. 9. v. 12. eſt enim præclarus Commentarius in librum היד *Haijàd R. Moſis Ben Maijmonis*, qui in maioribus volumi-

minibus Venetijs plures in folio excusis cum Commentarijs internam columnam occupant. Et licèt Auctor *Scialscèl. Hakab.* pag. 58. dicat

ויש אומרים שהיה שמו (של המחבר ס׳ מגיד משנה סביב הרמבם) מסיר וידאל דטולושה בקתלוניאה חבירו של הרן וכן נראה בתשובות הרשבא ;

Nonnullos asserere nomen (Auctoris Magghìd Miscnè existentis per circuitum Syntagmatis Harambàm) esse Messer Vidàl de Tholosa in Catalaunia socij Rabbènu Nissìm , vt apparet ex Responsionibus Harriscbà: attamen paulò superiùs idem *Magghìd Miscnè* attribuit *Rabbènu* יום טוב *Iom Tòu* , de quo suo loco ; quod tamen non ausus est ille , qui Opera *Rambàm* Venetijs imprimenda curauit anno mundi 5310. Chr. 1550. apud Aloysium Bragadinum in fol. in frontispitio libri alicui certo Auctori *Magghìd Miscnè* attribuere , cùm ibidem dicatur -

המגיד משנה שחיבר אחד נגר ובר נגר ז״ל

Magghìd Miscnè quod composuit quidam artifex filius artificis b. m.

Scripsit Arabicè Commentarios in librum *Abu Achmàd Algozàli Ismaelitæ de Vtilitate Logices.* Extat msc. Hebraicè in Bibliotheca Vaticana in fol. pergam. Translati fuerunt in Hebraicum à R. Mosè Ben Iosuè de Narbona , additis nonnullis Scholijs ab eodem Romæ anno mundi 5213. Christi 1452.

Obijt circa annum mundi 5135. Christi 1375. Vide *Scialscèl. Hakab.* pag. 58. & *Iuchasin* pag. 133. b. non longè à fine , qui eum vocat דון וידאל דיטולוזה *Don Vidàl de Tolosa.*

תפז׳ **דון וידאל בן לוי הספרדי** חבר קדש קדשים והוא ספר לנגד יהושע הלורקי שנתנצר ואז נקרא שמו מאמטרו גירונימו די סנטפע פה :

487 DON VIDA'L BEN LEVI' HISPANVS scripsit - קדש קדשים *Kòdesc Kodascìm Sanctum Sanctorum* librum contra *Iosuè Halòrki* siuè *Hieronymum à S. Fide*, qui cum Rabbinis Hispanis disputauit coram Antipapa Benedicto XIII. anno 1412.

תפח׳ **ויושע** ; עיין מדרש ויושע ;

488 VAIIO'SCIAAH. Vide מדרש ויושע.

תפט׳ **ויכוח** בין יהודי אלמוני ומשיחיי על דת משיחים : ומשיב המשיחיי אל כל טענות המזויפות של יהודי : ונדפס בפריש שנת אלף תקסו לביאת משיחנו :

489 VICCV'ACH DISPVTATIO inter Iudæum Anonymum & Christianum , cuius obiectionibus mira eruditione ac scientia Christianus respondet , auctoritatibus Sacræ Scripturæ in medium allatis. Excusa reperitur Parisijs sub hoc titulo - *Obiecta Hebraorum* ex ipsorum vernaculis Latina facta , & breuissimè confutata , cum argumentis R. Iosephi Albonis &c. à G. Genebrardo traductis & reiectis ad pag. 106. libelli. Apud Martinum Iuuenem 1566. in 8.

תנ׳ **ויכוח** בין יהודי ומשיחיי על דת המשיח כתובה בלשון יונית בי״ בוואטיקאנו בתוך ספרי היהודיים ׃ עיין בסימן תרפ״ז דף ר׳ ׃

490 VICCV'ACH DISPVTATIO inter Iudæum & Christianum de Messia. Reperitur Græcè scripta manu in Bibliotheca Vaticana inter libros msſ. Græcè sub num. 687. papyr. in 4. pag. 200.

תנ״א **ויכוח** בין יהודי פלוני אלמוני נגד אנאסטסיו משיחיי על ביאת המשיח והעתיק בלשון לטין מפאסקוואלי די רומה ונמצא בי״ בוואטיקאנו בסימן ד׳ אלפים רס״ה בדף קצ״ז ׃

491 VICCV'ACH DISPVTATIO inter quendam ignoti nominis Iudæum & Anastasium Christianum de Aduentu Messiæ. Reperitur msſ. in forma Dialogi in Biblioth. Vatic. inter Codd. msſ. Latina lingua sub num. 4265. pag. 197. in 4.

תנ״ב **ויכוח** בין משיחיי גר צדק והיהודי על סודות דת המשיח על שלוש ואחדות יהוה והתבשרות ומיתת ותחיית המשיח לד׳ כינו והתקים אותם עם ראיות מן התורה בנביאים וכתובים ומן קבלת היהודים ׃ ונמצא בי״ בוואטיקאנו ׃

492 VICCV'ACH DISPVTATIO inter Christianum Neophytum & Iudæum de mysterio Sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis, Mortis, & Resurrectionis Messiæ, quæ astruuntur & confirmantur auctoritatibus desumptis ex Lege Mosis, Prophetis, Hagiographis, & Traditione Iudaica. Reperitur msſ. in Bibliotheca Vatic. in fol. papyr. inter Cod. msſ. Hebræos; cuius Auctor ignoratur.

תנ״ג **ר׳ וינטורין בן דוד** הוגה על הדפוס ספר אסף המזכיר לר׳ זכריה מפורטו ׃ וגם כן עשה אגרת קטנה לשבח המחבר על אותו הספר ונמצאה בסוף ספר הנז׳ נדפס בווינציאה שנת תל״ה לפ״ק ׃

493 R. VENTVRINVS BEN R. DAVID præfuit correctioni libri אסף המזכיר *Asàph Hammazchìr Collectoris à Commentarijs* R. Zachariæ à Porto, dum imprimeretur Venetijs anno mundi 435. minoris supputationis, Christi 1675. in 4. super quem etiam Præfatiunculam veluti *paruam Epistolam* in commendationem libri & Auctoris edidit, quæ posita est in fine eiusdem libri.

תנ״ד **ויקטוריו מקרבי** או **קארקומי** או **מקארבון** היה לפנים יהודי ואחר כך הוא משיחיי חבר ארבע ספרים נגד היהודים שנת אלף תק״ט לביאת משיחנו הוא שנה רס״ט לבריאת עולם לפ״ק ׃

494 VICTOR A CARBE, seù CARCVMENSIS, quem Mauroy fol. 237. vocat *Victorem de Carbon* conuersus Iudæus sub Archiepiscopo Coloniensi sanctum Baptisma suscipiens, postmodum Sacerdos Coloniensis efficitur, cùm priùs fuisset Talmudistarum peritissimus. Exagitata Iudæorum pertinacia, & mentis duritie in quatuor libris, quos contra Iudæos scripserat; mirificis etiam laudibus Principem suum extulit, quòd eos ex ditione sua exegisset. De eo ad valuas Templi S. Vrsulæ Coloniæ, vbi & docuit, ferro exsculptum extat: *Victor olim Iudæus scripsit an. 1509. contra errores Iudæorum libros quatuor.*

ז

זהר יהוה והוא פירוש על חמשה חומשי תורה ונמצא בי' בואטיקאנו ולא נזכר שם המחבר ; והוא אחר מזהר שמעון בן יוחאי :

495 ZO'HAR ADONA'I *Splendor Domini*. Commentarius est in Pentateuchum. Reperitur msc. in Bibliotheca Vatic. partim membran. partim papyr. in 4. Anonymi Auctoris. Discrepat valdè ab alio זהר *Zòhar* vulgato, quod R. Simeoni Ben Iochai tribuitur.

קנו **זהר** על הרפואה ונדפס בויניציאה שנת אלף קנ"ז עם חובין לכתבו בלי שם המחבר :

496 ZO'HAR AL HARREPHV'A: Titulus libelli Medici, potissimùm *De cura Calculi* pertractantis. Illius meminit Gesnerus in Biblioth. sine nomine Auctoris. Excusus fuit Venetijs vnà cum Rasi ad Almansorem &c. anno Domini 1497.

קנז **זכות אדם** שם הספר שנמצא בואטיקאנו כ"י והוא על פרוקיו של אדם וזכותיו :

497 ZACV'TH ADAM *Meritum Adami*. Libellus agens *De Merito hominis*. Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4.

Hottingerus in Biblioth. Orient. quendam libellum cum eodem titulo exhibet ignoti Auctoris; qui Adami primi hominis peccatum excusare, vel etiam omninò negare contra Sac. Scripturam impiè contendit.

קנח **זכות** נקרא בלשון ואקוטו לוסיטאנו פילוסוף ורופא גדול נולד בליסבונה בפורטוגאל שנת ה'שלם ליצירה ונפטר שנת ה'ת"ט לפ"ק בעיר אמשטירדם ספר לא רק שמונו ונעשה מומר יהודי ; וזה שם בשנת ת"ב לפ"ק וחבר ספרים הרבה בלשון לטין על הרפואה ובתו לכתב לעשה באותה הלשון :

498 ZACVTVS, in hoc loco nomen proprium est Viri Philosophi & Medici insignis. Quamuis & cognomen conspicuæ familiæ Iudaicæ sit. Scribitur זכות *Zacùth* non צחות *Tzachùth* vt quidam faciunt, quasi illius etymologia habeatur à verbo צחח à quo צח *candidum*, seù *nitidum* deriuatur. Auctor autem libri יוחסין *Iuchasin*, cùm sit eiusdem familiæ, procul dubio certiores nos faciet, quomodo scribendum sit suæ familiæ vocabulum. Is in limine sui libri, & in vltima voce primæ lineæ scribit זכות *Zacùth*, quod vulgò dicit vocari זאקוטו *Zacuto*. זכות *Zacùth* enim Hebraicè à זכה, vel זכך deductū *puritatem* significat. Fortassis indè huius cognominis Auctores Zacutinæ familiæ puritatem, licèt nimis iactanter à speciositate vocabuli, innuere voluerunt. Ex hac igitur familia, quæ in Lusitania, & præcipuè Olisipponæ aliquando floruerat, non pauci Viri docti prodierunt, inter quos connumeratur Abrahamus ille Zacutus egregius Mathematicus, de quo suprà Parte I. egimus. Huius Abrahami Zacuti posteri, fidem Christi susceperunt ex animo, vt sincerè credimus, licèt postea nonnulli ex his (eiurata Christi fide) ad Iudaismum redierint, vti & nostrū hunc Zacu-

cu-

rum Tribunal vocari metuens, ne cauſam in caput eius ageret impiam, impietatem amplectitur. Amſtelodami ſiquidem anno 1625. ætatis ſupra 50. mentulæ pelliculam ſibi abradi permittens, verpus efficitur. In ea Vrbe 17. reliquis ſuæ vitæ annis in Medicina exercenda atq; libris conſcribendis Medicinalibus inſumptis, denique anno 1642. ætatis ſuæ 67. vigeſima prima Ianuarij, vt notatur in fine libri 9. *De morbis mulierum*, excuſi Amſtelodami 1642. in 8. ad infima terræ deſcendit, relicta poſt ſe apoſtaſiæ infami nota; quamuis apud Medicos ob ſanè prę- clara Opera Medicinalia eius nomen valdè cõmendetur. Dum viueret omnia eius Opera, ſed à ſe inuicem ſeiuncta ſeorſim excuſa fuere hoc ordine.

I. *De Praxi medica admiranda, libri tres*. In quibus exempla monſtroſa, rara, noua, mirabilia, circa abditas cauſas, ſigna, euentus, atque curationes exhibita, diligentiſſimè proponuntur. Amſtelodami apud Henricum Laurentij 1634. in 8.

II. *De Medicorum Principum hiſtoria libri ſex*. In quibus medicinales omnes Medicorum Principum hiſtoriæ, vtili & compendioſo ordine diſpoſitæ, proponuntur, Paraphraſi & Commentarijs enarrantur, diſputationibus, dubijs, & Auctoris peculiaribus obſeruationibus illuſtrantur. Horum primus liber primùm quidem in lucem exijt Amſtelod. apud Ioannem Fridericum Stam. 1629. in 8. deinde apud Henric. Laurentij 1637. in 8. Ab Auctore auctus eſt & emendatus. III.

cutum, illius primi Zacuti trinepotem feciſſe proditum eſt. Naſcitur itaque Zacutus in Luſitania (vnde communiter *Zacutus Luſitanus* appellatur) in ipſa Regia Oliſipponenſi Vrbe anno mun. ſecundùm Iudęos 5335. Chriſti 1575. In ipſius iuuentutis flore ſpecimen quidem optimæ indolis & acuti ingenij, maximè in humanioribus literis præbuit; in Philoſophicis verò, ac Medicis facultatibus ſuprà ætatem ita profecit, vt in publicis diſputationibus mirè floruerit, ac antequam vndeuiceſimum annum ætatis abſoluiſſet, parentibus orbatus, & in ſumma paupertate conſtitutus, ſtudiorum tamen ſuorum curriculis completis, apud Salmanticenſium & Conimbricenſium Vniuerſitates, Doctoratus ſupremam Lauream in Academia Seguntina fuerit conſecutus. Publicis ſtudijs ita conſummatis, Oliſipponem reuertitur, vbi rei Medicæ operam dedit. Omnes ſine delectu, diuites & pauperes, ſummos & infimos indifferenter ſemper admiſit, & morbos, qui alijs videbantur incurabiles, ipſe mira felicitate ac facilitate curauit. His officijs omnibus maximè gratus & acceptus erat, non plebi ſolùm, ſed & Magnatibus, ac Viris Principibus, & Regni Proceribus. In hac curandarum corporum ægritudinum praxi per triginta ferè annos ſe exercuit. Sed proh dolor! Dum vbique locorum maxima cum laude eius nominis fama dilatatur, infami apoſtaſia illius gloria deturpatur: nam is, in Sacrorum Cenſo-

VIII. *De Medicorũ Principum historia liber septimus*. In quo proponitur curatio omnium morborum internorum. Ibid. apud eundem 1641. in 8. Addita est Pharmacopœa & introitus ad Praxim in eiusdem.

In principio huius libri scribit Epistolam Vincentio Nougueira quondam Domino inRios Frios Olisipponensis Metropoleos Canonico, Summi Pontificis Vtriusque Signaturæ Referendario, Maiestatis Cæsareæ, & Catholicæ Cubiculario, Leopoldi Austriç Archiducis Clauis Aureç Cubiculario, nunc verò in priuata fortuna, imò fortunarum omnium priuatione, nulla tamen virtutis, doctrinæ, famæque minutione Romæ degenti, amico suo singularissimo. In hac Epistola illum vocat Hebraicæ linguæ Coryphæum & Antesignanum. Et reuera fuit Vincentius Nougueira in Hebraica lingua admodum versatus. Vixit aliquandiu Romæ in Palatio Cancell. Apostol. sub munificentia Card. Francisci Barberini. Obijt ibidem anno 1654. ætatis suæ 68.

IX. *De Medicorũ Principũ historia liber octauus*. In quo proponitur curatio morborum, qui partes naturales & vitales infectant. Ibid. 1641. in 8.

X. *De Medicorum Principum historia liber nonus*. In quo proponitur curatio muliebrium morborum. Ibidem 1642. in 8. Si in reliquis morborum generibus optimè scripserit Zacutus, ita vt alios suæ tempestatis Medicos longè superasse videretur; in muliebrium certè morborum curatione ita excelluit, vt seipsum supe-

III. *De Medicorum Principum historia liber secundus*. In quo medicinales omnes Medicorum Principum historiæ, de vitalium & naturalium partium affectibus, compendioso ordine proponuntur, enarrantur, quæstionibus, dubijs, & obseruationibus illustrantur. Opus varia, & vtili doctrina refertum. In eo Principum placita à Neotericorũ calumnijs vendicantur. Amstelodami apud Henricum Laurentij 1636. in 8.

IV. *De Medicorum Principum historia liber tertius*. In quo medicinales omnes Medicorum Principum historiæ, de vteri, genitalium, & inferiorum partium affectibus describuntur, & compendiosè explanantur. Amstelodami apud eundem 1637. in 8.

V. *De Medicorum Principum historia liber quartus*. In quo historiæ similiter de essentia, dysenterijs, causis, signis, prognosi, & curatione affabrè explanantur. Amstelodami apud eundem 1637. in 8.

VI. *De Medicorum Principum historia liber quintus*. In quo medicinales omnes Medicorum Principum historiæ de venenis, morbis venenosis, & antidotis graphicè examinantur. Amstelod. apud eundem 1638. in 8.

VII. *De Medicorum Principum historia liber sextus*. In quo medicinales omnes Medicorum Principum historiæ proponuntur, quæ in superioribus libris certam sibi sedem non determinarunt. Amstelodami apud eundem 1638. in 8.

De Calculo. Lugduni Batauorum apud Elzeuirios 1638. in 8.

At omnia hæc illius Volumina post eius mortem collecta concinnè in duos Tomos ordinata sunt, & Lugduni excusa apud Ioan. Antonium Huguentan, & Marcum Antonium Rauaud 1649. in folio. Et iterum 1657. ibidem apud eosdem in fol.

Priore Tomo continentur -

De Historia Principum Medicorum Libri VI. Cur verò reliqui quatuor eiusdem argumenti in hoc Volumine non appareant, non liquet. In prima pagina visitur imago eiusdē Zacuti ære incisa, eundem ad viuum exprimens cum Epigraphe: *Zacutus Lusitanus Doctor Medicus ætatis suæ 66. anno 1642.*

Posteriore Tomo -

I. *Praxis historiarum, vbi morborum omnium internorum curatio ad Principum Medicorum mentem explicatur, grauiora dubia ventilantur, ac resoluuntur &c.* Præmittitur -

II. *Introitus Medici ad Praxin*, nec non -

III. *Pharmacopœa elegantissima*.

Idem vniuersum Syntagma duobus Tomis distinctum vt suprà, postremò excusum fuit Lugduni in fol. apud Ioan. Antonium Huguetam, & Guillielmum Barbier 1667. Primo Tomo Ludouico XIII. Galliarum Regi dicato, vbi & eiusdem Zacuti imago cernitur cum hac inscriptione: *Zacutus Lusitanus*.

Ludouicus Lemosius Medicus pariter Lusitanus & Olisipponensis Aulæ Regiæ Medicus ordinarius, qui vi-

perasse crederetur. Huius rei ratio ita assignatur: Ægrotantes mulieres rarò ob verecundiā, aut nunquam morborum causas propalant Medico, maximè illarum partium, quas natura pudore obuelauit. Non ita accidit Zacuto Lusitano: cùm enim ipse Batauicam linguam Amstelodami, vbi medicinę operā dabat, ignoraret, mulierem huius linguæ Batauicæ scilicet, & Lusitanicæ peritissimam in sociam Medicam & interpretem assumpsit; neque vnquam ad ægrotam mulierem sine socia introibat, quæ priùs ab eo benè edocta, interrogabat infirmam, cui sine vlla penitùs verecundia, omnem morbi causam verè & sincerè pandebat: quibus auditis, Zacuto lingua Lusitanica referebat. Hinc sine vlla Medici interrogatione, Zacutus in notitiam morbi certam deueniebat, cui prudenter applicando actiua passiuis, omnes ferè ægritudines fœminarum feliciter curabat, de quibus præsens Volumen edidit. Hæc quidem mihi relata fuerunt à quodam Viro fide digno, qui aliquando ab eodem Zacuto ea se audiuisse affirmabat.

XI. *De Medicorum Principum historia liber decimus*. In quo proponitur curatio morborum, qui vasa & corpus opprimunt. Ibid. 1642. in 8.

XII. Calculos non gigni in substantia, sed cauitatibus renum. Fernelij hallucinatio. Difficilis calculosorum curatio. Remedia præstantissima Epistola ad Ioannem Beuerouicium, extat cum eiusdem libro

est anno à mundi exordio 3408. quo anno reassumpta est ædificatio Templi secundi. Non potest confundi hic noster Zacharias cum alio Zacharia Sacerdote Magno, & Propheta filio יהוידע *Ihegiadaà*, qui in Templo Dei à Ioas occisus est, 2. Paralip. 24. v. 22. & à quo Kabalam, seu Patrum Traditionem receperat Oseas Propheta. *Iuchasin* pag. 12. Nam iste præcessit Zachariam Ben Berachiæ an. 338. quia, secundùm *Iuchasin* loco citato, oralem Legem à patre suo recepit anno 3070. subductis enim 3070. à 3408: totidem anni, nimirùm 338. supersunt. Quare impossibile existimant aliqui, vt locus Matthæi cap. 23. 34. *Vsque ad sanguinem Zachariæ, filij Barachiæ, quem occidistis inter Templum & Altare*, de Zacharia hoc nostro, filio Barachiæ intelligi possit. *maximè cùm temporibus eius* (inquit Hieronymus) *vix ruinæ Templi fuerint*. Sed huic difficultati occurri poterit, si dicatur; Zachariam filium Barachiæ prophetasse quidem paulò ante ædificationem Templi secundi, sed diù post superuixisse; quod Rabbini Chronographi obseruant cum Auctore *Scialscel. hakkab.* pag. 23. in ipso principio, qui de tribus vltimis ex duodecim minoribus Prophetis, nempè Aggæo, Zacharia, & Malachia agens, ita loquitur -

שנת ג׳ אלפים תמ״ח לבריאת עולם שהיא אלף שי״ם ליציאת מצרים ומתן תורה ומ׳ שנים לבנין בית שני מתו חגי זכריה ומלאכי הנביאים ... ונסתלקה נבואה מישראל וכו׳ -

vitam Zacuti scripsit, & in principio I. Tomi editionis Lugdunensis anni 1657. in folio reperitur, obseruat; hunc Auctorem Zacutum alias curiosissimas lucubrationes adornasse, quas typis euulgare parabat, sed morte præuentum inæditas reliquisse. Exsunt -

I. *De Chirurgorum Principum historia.*

II. *De Regimine Principum.*

III. *De Iuniorum Medicorum in Theoria & Praxi erroribus.*

IV. *De Medica doctrina selecta.*

V. *Hippocratis & Galeni Epitome.* & quędam alia. Vide in fine Præfationis totius Operis ad Lectorem Primo Tomo in fol. præfixæ.

זכריה בן ברכיה בן עדו הנביא ; ענט׳

י״א שהוא זכריה הכהן הגדול ונביא שנהרג בבית המקדש על ידי יואש המלך ; וזה אין לו אמת כי זה זכריה בן ברכיה היה בזמן שהחרבה בית ראשון ונתנבא בחדש השמיני ובשנת שתים לדריוש שהוא בתחלת הבנין בית שני שנת ג׳ אלפים תח״ח לבריאת עולם וזכריה הכהן גדול היה בן ליהוידע וקבל ממנו תורה שבעל פה בשנת ג״ו למלך הרביעי לדעת הסדרים ולדעת בעל ה׳ יוחסין שנת ב׳ אלפים ... לבריאת עולם שנת אלף קודם לזכריה הנביא , אף על פי שאליפת רבו של אביו את השנת ... אולי יהוידע ... קודם וזה זכריה בן ברכיה דבר בעת ... בגבולותיו ועוד בכתב מלאכי כנסת הגדולה כמו שאמרו חכמים הידועים ; ומת זכריה שנת מ׳ לבנין בית השני שהוא שנת ג׳ אלפים תמ״ח ליצירה ונסתלקה נבואה מישראל ;

499 ZACHARIA'H BEN BERACHIA' BEN IDDO' PROPHETA Synchronus Aggæi Prophetæ. Zacharias incepit prophetare mense octauo anni secundi Darij Regis, hoc

rias iste Sum. Sacerdos & Propheta?

Resp. Anno 100. quarti millenarij. Probatur à *R. Abrahamo Zacuto* in libro *Iuchasi*. p. 12. in הושע hoc modo

הושע הנביא קבל מזכריה שנת ג׳ אלפים וצ׳ קודם שמת עשר שנים : שיואש המלך מת שנת קא׳ וזכריה קודם לו שנת אחת (דברי הימים ב׳ : כד׳ כג׳ :)

Hoseas Propheta recepit Traditionem à Zacharia (filio Ioiadæ Sacerdote magno) *anno 3090. antequam moreretur* (ipse Zacharias) *decem annis*, (Ergo Zacharias mortuus est anno centesimo quarti millenarij.) *nam Rex Ioas mortuus est anno centesimo primo* (quarti millenarij) *& ante ipsum anno Vno* (mortuus est Zacharias. 2. Paralip. 24. 23.

De nostro autem Zacharia filio Barachiæ quæres, An ipse scripserit suam Prophetiam, vel aliquis alius suo nomine?

Resp. Rabbinos in *Bauà Battrà* c. 1. pag. 15. circa princ. docere Prophetias 12 Prophetarum scriptas fuisse à Viris Synagogę magnæ.

Quæres 2. An de Zacharia in Templo Domini interfecto dicatur aliquid in Talmude?

Resp. Vtique. Rem certè mirabilem de eo referunt in Cod. סנהדרין *Sanhedrin* cap. חלק *Chèlek*. Quòd ex corpore illius mira sanguinis effusio facta fuerit in Templo, & quòd ebulliendo vindictam clamauerit vsque ad aduentum Nabuzardan Principis militiæ Nabuchdonosoris, qui occisis Senioribus populi, Sacerdotibus, Ministris & pueris Templi, atque de vniuerso Leuitarum grege

94.

Anno 3448. à creatione mundi, qui est annus millesimus ab exitu de Aegypto, & data Lege, & quadragesimus ab ædificatione Aedis secundæ; mortui sunt Aggeus, Zacharias, & Malachias Propheta die 10. mensis Tenèt (Decembris) *& sublata est Prophetia ab Israële, &c.* Potuit igitur Zacharias filius Barachiæ inter Templum & Altare occisus fuisse anno quadragesimo post Templi secundi ædificationem, quia eo anno mortuus est Zacharias. Neque facessit negotij quod Rabbini non scribant, quo mortis genere isti Prophetæ obierint, quia non semper sunt soliciti Rabbini mortis circumstantias recensere Virorum; & licèt ipsi non recenseant, fortassis ne suorum Maiorum crudelitatem in Prophetas Sanctos detegant, recepset tamen Euangelista, imò & ipse Christus, dum Iudæos reprehendit: *Ecce ego mittam ad vos Prophetas &c. vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter Templum & Altare*. Matth. 23. v. 35. quibus innuitur iugulatum fuisse Zachariam. Sed si persistere voluerimus in opinione eorum, qui volunt, hunc Zachariam (de quo in Euangelio mox cit.) fuisse Zachariam Summum Sacerdotem filium Ioiadæ, cuius mentio fit 2. Paralip. 24. 22. à Rege Ioas in atrio Templi interfectum; illius patrem binomiū esse dicemus, & *Ioiadam* & *Barachiam* nominatum, quod nouum non est in Sacris Literis, vt norunt omnes eruditi.

Sed si quæsieris: Quo anno à mundi conditu interfectus fuerit Zacha-

94. myriadibus, vix postea eundem Zachariam placauit. Rem non refero vt veram historiam, sed vt intelligamus sanguinem interfectorum propter verbum Dei coram Deo clamare quotidie: *Vindica sanguinem nostrum Deus noster*. Hæc qualis qualis sit Talmudica narratio, eam, vt vendunt in loco cit. pag. 96. b. in ipso principio, referam. Scriptum est (2. Reg. 25. 8.) *In mense quinto septimo die mensis, ipse est annus 19. Regis Nabuchodonosor Regis Babylonis, Venit Neuuzeradàn Magister Princeps laniorum coram Rege Babylonis in Ierusalem, & incendit Domum Domini, & Domum Regis*.

ומי סליק נבוכר נצר לירושלם והכתיב ויעלו אותו רבלתה אל מלך בבל אמר רבי אבהו זו אנטוכיא רב חסרא ורב יצחק בר אבורימי חד אמר דמות דיוקני היתה חקוקה לו על מרכבתו וחד אמר אימה יתירא היתה לו ממנו ודומה לו כמי שעומד לפניו אמר רבא טעין תלת מאה כודנייתא נרגא דפרזלא דשליט בפרזלא שדר ליה נבוכד נצר לנבוזר ארן כולהו בלעינהו חד דשא דירושלם שנאמר (תלים ע״ד: ו׳:) פיתוחיה יחד בכשיל וכלפות יהלומות בעי למיהדר אמר מסתפינא דלא ליעבדו בי כי היכי דעבדו בסנחריב נפקא קלא ואמר שוור בר שוור נבוזר ארן שוור דמטא זימנא דמקדשא חרוב והיכלא מיקלי פש להו חד נרגא אתא מחייה בקופא ואיפתח שנאמר (שם פסוק ה׳:) יודע כמביא למעלה בסבך עץ קרדומות הוה קטיל ואזיל עד דמטא היכלא אדליק ביה נורא גבה היכלא דרכו ביה מן שמיא שנאמר (איכה א׳: ט״ו:) גת דרך אדני לבתולת בת יהודה קא זחא דעתיה נפקא בת קלא ואמרה ליה עמא קטילא קטלת היכלא קליא קלית קימחא טחונא טחינת שנאמ׳ (ישעיה מ״ו: ב׳:) קחי רחיים וטחני קמח גלי צמתך חפשי שובל גלי שוק עברי נהרות חטים לא נאמר אלא קמח הוא דמיה דזכריה דהוה קא רתח אמר להו מאי האי אמרו ליה דם זבחים הוא דאישתפיך; אמר להו אייתו ואינסי אי מדמו כנסי ולא אידמו אמר להו גלו לי ואי לא שריקנא לכו לבישרייכו במסריקא דפרזלא אמרו ליה האי כהן ונביא הוא דאינבי להו לישראל בחורבנא דירושלם וקטלוה אמר להו אנא מפייסנו ליה אייתי רבנן קטיל עילויה ולא נח אייתי דרדקי דבי רב קטל עילויה ולא נח אייתי פרחי כהונה קטל עילויה ולא נח עד די קטל עילויה תשעין וארבעה ריבוא ולא נח קרב לגביה אמר זכריה זכריה טובים שבהן איבדתיה ניחא לך דאיקטלינהו לכולהו מדי נח:

Et quomodonam ascendit Nabuchodonosor in Ierusalem? Nonne scriptum est (2. Reg. 25. 6.) Et ascendere fecerunt eum (nempè Regem Sedeciam) ad Regem Babylonis in Riblàh? *Dixit R. Auahù: Ista est Antiochia*: [Glossa: *id est Antiochia, sed hoc difficile est mihi, quia Antiochia est extra terram Israëlis.*] *Ràu Chasdà, & Ràu Isaac Bar Abudimì* (contendunt). *Vnus dicit: Figuram Nabuchodonosoris insculptam in curru suo habebat* (Nabuzardan). *Et alius dicit: Timorem magnum habuit* (Nabuzardan) *Domini sui, & reputabatur ac si præsens fuisset* (Nabuchodonosor). *Dixit Rauà: Tercentas mulas oneratas securibus ferreis, quibus ferrum scindi poterat, miserat Nabuchodonosor ad Nabuzardan, quas omnes deglutiuit vna ex portis Ierusalem, S. D.* (Psal. 74. 6.) Et nunc portæ eius pariter in bipenni & malleis conterentur. *Voluit retro abire* (Nabuzardan) *sed dixit: Dubito quòd mihi eueniat id quod accidit Senacherib* (cuius exercitus 185000. virorum ab Angelo prostratus, & deletus fuit),

corpora vestra. Dixerunt (Sacerdotes Nabuzardano) *: Hic fuit Sacerdos & Propheta, qui vaticinatus est vastationem Ierosolymitanæ Vrbis, & populus occidit eum. Dixit* (Nabuzardan) *: Ego placabo eum, & propitium reddam. Iussit vt ad se venirent omnes Rabbini, Legis Doctores, & occidit eos super sanguinem Zachariæ, nec quieuit* (sanguis, sed adhuc ferueſcebat ebulliendo) *coram se sistere fecit discipulos eorum, & occidit eos, nec sanguis quieuit. Eodem modo iussit vt accederent omnes Iuuenes Sacerdotum, & super sanguinem Zachariæ eos occidit, nec sanguis quieuit. Hæc videns occidit super sanguinem Zachariæ 94. myriades* (Diaconorum, seù Iuuenū Sacerdotibus inseruientium, id est 940000. Leuitarum) *& sanguis Zachariæ non quieuit. Accessit* (Nabuzardan) *iuxta sanguinem* (Zachariæ) *& clamauit: Zacharias, Zacharias! Tu omnes, qui inter eos meliores erant, occidisti, vis vt ego reliquos, qui supersunt, omnes occidam? statim* (sanguis) *quieuit*. Hactenus Talmud.

Et quamuis omnes ferè Sac. Scripturæ historiæ fabulis vestiantur à Talmudistis, attamen si aliquando ex his vel sana doctrina, vel ad bonos mores regulandos documenta eruantur, fabulæ istæ non omninò reijciendæ vel aspernendæ, sed sequendæ, & amplectendæ, vt ex ijs, quæ Hebræi doctas fabulas, seù veriùs Sacras Historias existimant, Christi Domini mysteria ex suismet doctrinis eisdem patefaciamus.

Ha-

Egressa est vox (de Cælo) *& dixit: O saltans fili saltantis Nabuzardan, aduenit tempus quo Sanctuarium destructum est, & Templum incensum. Creuit ei quædam securis: Venit ipse & ea percussit fornicem, & reserata est* (porta Ierusalem) *S. D.* (Ibid. v. 5.) Cognoscetur sicut adducens desuper in perplexitate ligni secures. *Occidebat* (quotquot per Vrbem occurrebant) *quousque perueniret ad Templum, admouit illi ignē, eleuatur Templum vsque ad Cælos, S. D.* (Thren. 1. 15.) Torcular calcauit Dominus Virgini filiæ Iudæ. [R. Salomon: *Eleuauit se Templum, & voluit ascendere in Cælum, sed Angeli conculcauerunt illud, & in terram redire coëgerunt, ideò dicitur:* Torcular calcauit ארני *pro Angelis sumitur*.] *Intumuit illius animus* (scilicet Nabuzardani, eò quòd Vrbem cæpisset). *Exijt vox: Populum occisum occidisti; Templum incensum incendisti; farinam molitam molisti, S. D.* (Isai. 47. 2.) Tolle molas, & mole farinam, denuda comam tuam, discooperi talum, detege coxam, transi flumina. *Frumentum non dicitur, sed farina; hæc enim est sanguis Zachariæ, qui ebulliebat. Dixit* (Nabuzardan) *: Quid est hoc? Responderunt: Sanguis sacrificiorum est, qui effusus est. Dixit eis* (Nabuzardan)(*Venite & probabo si de sanguine eius sit. Mactauit bestiam, & non fuit simile* (id est sanguis huius non fuit similis sanguini Zachariæ ebullienti). *Dixit eis* (nempè Sacerdotibus) *: Indicate mihi, alioquin ego pectinibus ferreis pexam*

cinus expiandum non sufficeret; attamen pientissimus Dominus *non vult mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur & viuat*. Intelligant Iudæi has Domini miserationes.

תק **זכריה כהן אב הקדוש יוחנן הטובל** הנזכר בבשורת הקדושה שישוע המשיח היה בימי הורודוס מלך בארץ ישראל וגם אשתו אליסבת והיא היתה עקרה ואין לזכריה בן ׃ ויהי היום והוא יבא אל היכל יהוה לשום הקטרת ׃ ונראה לו גבריאל המלאך יהוה ואמר לו כי אליסבת אשתו תלד לו בן ויקרא שמו יוחנן ׃ ולפי שלעג זכריה אל המלאך ואמר אדע זאת כי אני זקן ואשתו באה בימים אמר לו המלאך והנה תהיה אלם ולא תוכל לדבר עד היום היותו אלה ׃ ואחר הימים ותהר אליסבת אשתו ובמלאת ימיה ללדת ותלד בן ׃ ויהי ביום השמיני ויבאו למול הילד ויקראו לו בשם אביו זכריה ׃ ותען אמו ותאמר לא כי אם יקרא יוחנן ויאמרו לה כי לא יש איש במשפחתך שנקרא בשם זה ויקרבו לאביו באיות מה ירצה שיקרא ׃ וישאל כתב ויכתוב לאמור יוחנן שמו ויתמהו כלם ׃ ויפתח מיד פיו ולשונו וידבר מברך את האלהים ׃ וימלא זכריה ברוח הקודש ויתנבא לאמור ׃ ברוך יהוה אלהי ישראל כי פקד ועשה פדות לעמו ׃ וגו׳ ׃ והמת זכריה ואולי הוא זכריה שנהרג בין ההיכל והמזבח כמו הנזכר בבשורת הקדושה בפי מתי פרק כג׳ ׃ לה׳ ׃

500 ZACHARIAS SACERDOS pater Ioannis Baptistæ, notus ex Euangelio Lucæ cap. 1. Fuit in diebus Herodis Regis Iudęæ, qui cùm esset annosus, & vxor illius sterilis, filium non habebat. Quadam autem die dum super Altare incensum poneret, apparuit ei Gabriël Angelus stans à dextris Altaris incensi, promisitq; ei prolem, eamq; Deo gratissimam futuram Ioannem videl. Baptistam, quòd cùm ægrè crederet, mutus effectus est vsque in diem circumcisionis filij: nam cùm circumstantes vellent puerum

Habemus ex Scriptura 2. Paralip. 24. 22. quòd dum populus iussu Regis Ioas in atrio Templi in Zachariam lapides mitteret, cùm morti proximus esset, dixerit ׃ ירא יהוה וידרוש *Videat Dominus & requirat*. Non diù post sumpta est vltio sanguinis Zachariæ, quia vix transacto anno, ascendit exercitus Syriç in Ierusalem, & licèt esset permodicus numerus Syrorum, præualuit tamen contra infinitam multitudinem Iudæorum, quorum Principes cuncti interfecti sunt à Syris, eò quòd dereliquerant Dominum; exercuerunt etiam contra Regem Ioas ignominiosa iudicia; quin & serui eius in vltionem sanguinis Zachariæ filij Ioiadæ occiderunt eum in lectulo suo; vt ibidem legitur. Videtur igitur, quòd Dominus sumpserit vltionem sanguinis Zachariæ ferè statim post necem ipsius! Iudæi autem nolunt per mortem Regis, aut aliorum Principum populi expiatū fuisse hoc immane delictum, sed reseruatam fuisse vltionem post 250. & ampliùs annorum spatium; interim in loco, quo interfectus fuerat, sanguine ipsius ebulliente, ad cuius necem expiandam vix 940000. Leuitarū mors violenta suffecerat. Quid igitur dicemus de nece Iudæorum Messiæ, mundi Saluatori, Dei Filio tam ignominiosè illata? Qua multitudine victimarū expiabitur? Certè quidem, etiamsi omnes, & quotquot Iudæorum, qui per vniuersam mundialem machinam longè latèq; dispersi sunt, ad vnum trucidarentur, illorum sanguis ad hoc immane fa-

annis Baptistæ fuisse occisum inter Templum & Altare. Et idem dicit Tertullianus in Scorpiaco.

II. Ratione, quia cùm Dominus primùm omnium eorum, qui fuerunt occisi, posuerit Abel iustum; congruum erat ex alia parte ponere illum, qui omnium nouissimus occisus fuisset ex iustis & sanctis hominibus; hic autem fuit Zacharias, occisus inter Templum & Altare, secundùm quod dicunt Epiphanius, & Tertullianus Scriptores antiquissimi. Ergo.

Confirmatur verbis Christi Matthæi cap. 23. 35. qui de hoc Zacharia loquens indicat de recenti fuisse occisum à Scribis & Pharisæis, illis verbis: *quem occidistis inter Templum & Altare*, quibus videtur loqui de præsenti Zacharia, non de alijs, qui præcesserunt vltimum Zachariam quingentis, vel etiam pluribus annis, post quos multi Sancti interfecti sunt: nam post primum Zachariam interfectus est Isaias, Ieremias Propheta, & alij multi. Tempore etiam Ædis secundæ, multi alij Sancti Viri interfecti sunt, quorum sanguis requirendus erat vsque ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ.

Sed si dixeris, A Scriptura Zachariam patrem Ioannis Baptistæ non vocari filium Barachiæ, nec indicari fuisse occisum inter Templum & Altare? Resp. Non fuisse necessarium ista explicari à Scriptura, quia tunc temporis notissima erant, nec opus erat iterum ea commemorari. Cæterùm de Zacharia patre Ioannis Baptistę fit mentio in Martyrologijs.

rum vocare nomine patris sui Zachariam, renuit mater eius, & ei indidit nomen Ioannes, quod à patre, accepto pugillare, scriptione confirmatum est his verbis: *Ioannes est nomen eius*. Illicò os eius apertum est, & lingua eius soluta, & Spiritu Sancto repletus prophetauit, dicens: *Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ. &c.* composito Cantico illo Diuino, quod Ecclesia in Matutinis Laudibus quotidie decantat. De Zacharia patre Ioannis nihil aliud ex Euangelio habemus, vnde, quo tempore, & quo mortis genere obierit, nihil certi statuere possumus. Quòd autem occisus sit à Iudæis, quia Saluatoris prædicauerit aduentum, inter apocryphorũ somnia reijcitur à Hieronymo. Non tamen improbabile est Zachariam, de quo loquitur Dominus apud Luc. 11. 51. *à sanguine Abel vsque ad sanguinem Zachariæ, qui perijt inter Altare, & Aedem*, esse intelligendum de Zacharia hoc nostro patre Ioannis Baptistæ. Quæ sententia persuaderi potest.

I. Auctoritate Patrum, præcipuè Græcorum, Origenis cap. 13. in Matth. & Tract. 26. in eundem. Petri Archiepiscopi Alexandrini in suis Canonibus approbatis in VI. Synodo can. 9. Basilij in Homil. *De humana Christi generatione*. Gregorij Nysseni in Orat. *De S. Christi Natiuit.* & Titi Bostreni in Comment. huius loci. Quin & Epiphanius in lib. *De vita & interitu Prophetarum*, apertè dicit: Zachariam patrem Io-

תקא' **זכריה** או אבו זכריה המדקדק גדול היה ספרדי וזכר בהקדמת ספר באב מוסי שעתק פוקוקיו מלשון ערבי אל לשון לטין :

501 ZACHARIAS, seù ABV' ZACHARIAS illustris Grammaticus Hispanus, cuius meminit Pokockius in Præfatione ad *Portam Mosis*. Scripsit de re Grammatica, cuius opera non raro vsus est ר"דק *Radàk*.

תקב' **זכריה הספרדי נביא השקר**

כתב הנבואה על שם המפורש ונמצא בוואטיקאנו כ"י :

502 ZACHARIAS quidam Hispanus Pseudopropheta. Scripsit נבואה השקרה Prophetiam quandam falsam, qua per 72. nomina prætendit explanare שם המפורש *Scem Hammephoràsc* nomen Dei magnum & ineffabile. Hanc Prophetiam misit ad Hebræos per omnia Hispaniarum Regna dispersos, suadens vt illam memoriæ mandent & diligenter addiscant, quod si fecerint, promittit eis, se dies Messiæ visuros. Videtur quòd scripta fuerit anno mun. 5045. Christi 1285. Extat msc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 8.

תקג' **זכריה פורטו מאורבינו** תושב בפיורינצה ממשפחת מנחם פורטו כהן אשכנזי אשר עשה אגרת לשלחן ערוך כמו נראה בסוף ס' יורה דעה נדפס בוויניציאה שנת שכ"ה לפ"ק : וזה זכריה היה בפיורינצה שנת ה' אלפים ק"ל לבריאת עולם ועשה שם כמה מנות וצדקות גדולות ובסוף ימיו עשה הנזכר בצדקה שנדב לכל הקהלות ליהודים אשר באיטאליה ובארץ גבי ל' אלפים פיאסטרי פיאורינטיני למנות רבה של פדיון שבויים : הייננו ב' אלפים וחמש מאות לקהל ליוורנו , ואלף וחמש מאות לקהל וויניציאה : אלף פיאסטרי לירושלם : אלף פיאסטרי לארץ ישראל : ושמונה

עשר אלף פיאסטרי להשיא בתולות נגועות בזה האופן : ג' אלפים פיאסטרי לרומא : ב' אלפים לפירארה : אלף לאנקונה : חמש מאות לאורבינו חמש מאות לפיסארו חמש מאות לסיניגאליאה : ג' אלפים לוויניציאה חמש מאות לפאדובה חמש מאות לווירונה חמש מאות לרוויגו : אלף לפיורינצה חמש מאות לסיינה חמש מאות לפיסא חמש מאות לליוורנו , אלף וחמש מאות למנטובה : אלף למודינה אלף לריג'יו מלבד ספרי תורות וכלים אחרים ומה שהניח בפירוש לקרוביו ובפרט במה שנראה בשטר בצוואתו ועוד הוסיף על זה שהניח לתלמוד תורה שברומא כל הספרים שהיו לו ;

ובתוכם היה החיבור המפואר הלז שחיבר הוא בהיותו בפיורינצה ובזה שידפיסוהו אפוטרופיו לאחר מותו ולזכות בו את הרבים , ולהקל משא עמל הדרשנים כאשר עיני המעיין תחזינה מישרים , ועוד יהיה לתועלת שאם יקדם המחדש פירוש על מאמרי רבותינו בקל יוכל לראות אם הקדימהו אחר וכבר היה לעולמים או אם הוא דבר חדש ממש מעולם ממנו ; והרבנים תלמוד תורה שבאותו זמן הלא המה ר' יוסף קמחי ור' דוד עטיה והנזכר עמהם ר' אלישע מגנן כשהגיע לידם החבור הזה והצוואה הזאת מיד קמו ועמדו ואזרו חיל ולא עברו כה לבקש למלאת תאות שנפטר כי כן יעשה והוציאו לאור משפטו והדפיסוהו וקראו לחיבור הלז שם -

אסף המזכיר כי כן גזר הרב המחבר לפני מותו : ונדפס בוויניציאה שנת הוא **אסף ממזכיר** לפ"ק בבית בראגאדין על ידי דומיניקו ווידילאנו : ותשלם המלאכה יום ב' שלשה עשר לחדש אדר בשנת רוח והצלה יעמוד ליהודים **ממקום אחר** לפ"ק וגמרו להעלות זכרון הרב הנ"ל בתוך תלמוד תורה על אבן אחת חקוק עליה כל תוקף מעשיו אשר עשה כדי שיהיה לאות ולמופת לכל קהל כל הימים ; ועוד גזרו לומר שפעם בשנה ידרוש בבית הכנסת תלמיד אחד מתלמוד תורה להעלות זכרון נשמתו לרצון ויהיה זכרון תמיד : כל אלה נמצאו כתובים בהקדמה של אותו הספר ובתחלת הספר : ויצא זה המחבר בפיורינצה שנת ה' אלפים תל"ח ליצירה :

503 ZACHARIAS A PORTO VRBINAS Incola Florentinus, ex progenie (vt creditur) R. Menachem Porto Sacerdotis Germani, qui Epistolam in commendationem libri

שלחן

Liburnensi	500
Mantuanæ	1500
Mutinensi	1000
Regiolepidanæ	1000
	18000

Suam Bibliothecam Hebraicam, quę numerosa satis erat, legauit Scholæ Romanæ, quam תלמוד תורה *Talmùd Thorà Studium Legis* appellant. Vnde Studij Rectores, & Administri gratitudinis ergo, huius beneficij memoriam ad posteros transmitti, addita inscriptione, eamque in marmore insculpi, & in pariete eiusmodi Gymnasij collocari decreuerunt.

Eisdem Rectoribus Romanę Scholæ commendauit, vt librum suum, quem magno labore scripserat, nec in lucem protulerat, sub nomine אסף המזכיר typis traderent, pro expensis Typographię assignatis pecunijs sufficientibus. Secuta Testatoris morte, Curatores, quos פרנסים *Parnassìm* vocant, Scholæ eiusdem, qui tunc temporis erant *R. Ioseph Kimchi*, & *R. David de Signia*, quorum Depositarius גזבר *Ghisbbàr* dictus erat qu. *Elisæus*, seù *Alexander Menagghèn*, curarunt, vt huiusmodi liber secundùm mentē Testatoris Venetijs cuderetur; vti factum est anno mundi 435. minoris supputationis, Christi 1675. in Bragadina Typographia apud Dominicum Vedelagum in 4.

Cęterùm quod attinet ad prædictū librum אסף המזכיר *Asàph Hammazchir Collectorem à Commentarijs*. Colli-

שלחן ערוך *Sciulchàn Aarùch Iosephi Cari* scripserat anno mundi 325. minor. supput. Christi 1565. & hodie in fine II. Partis יורה דעה *Iorè deàh* visitur. Hic noster Zacharias, qui anno Dom. 1671. fatis cessit, cùm esset ditissimus Mercator, & erga pauperes in vita valdè beneficus, hanc suam beneficentiam etiam post mortem voluit esse notissimam: nam condito Testamento reliquit pauperibus 24000. vncias argenti Florentinas, quæ vulgò *Piastre Fiorentine* vocantur, quarum 6000. reliquit pro redemptione captiuorum Hebræorum hoc ordine.

Vniuersitati Liburni *Piastre*	2500
Venetiarum	1500
Ierosolymorum	1000
Terræ Israëlis	1000
	6000

Reliqua 18. vnciarum millia legauit pro subsidio dotis puellarum pauperum Hebræarum, facta distributione inter Synagogas, hoc modo

Synagogæ Romanæ reliquit

Piastre	3000
Ferrariensi	2000
Anconitanæ	1000
Vrbinati	500
Pisauriensi	500
Senogalliensi	500
Venetæ	3000
Paduanæ	500
Veronensi	500
Rhodiginæ	500
Florentinæ	1000
Senensi	500
Pisanæ	500

aſſignando, in laudem præfati Zachariæ à Porto recitandam eſſe in publica Synagoga orationem ab aliquo eiuſdem Scholæ diſcipulo. An autem hoc fiat, non eſt noſtrum inquirere. Obijt tandem Florentiæ anno mundi 5431. Christi 1671.

תקל **זמירות או ספר הזמירות** והם שירים על השבת בלשון אשכנזי אם הנסות מלשון עברי : ויש ספר שנקרא זמירות ישראל אבל אין הוא אצלי ונודע :

504 ZEMIRRO'TH, ſeù SE'PHER HAZEMIRRO'TH *Cantiones*, ſeù *Liber Cantionum*. Plantauitius dicit hunc librum continere quaſdam elegantes Cantiones in honorem Sabbathi decantari ſolitas cum rhythmis Germanicis. Illum non vidi. Quarundam Cantionum ſub nomine זמירות ישראל *Zemirròth Iſraël* meminit Hottingerus. Sub nomine *Zemirròth* quamplurima ſunt Cantionum genera, quæ, breuitati ſtudentes, libenter omittimus.

תקלי **זעקת סדום** שם הספר שהוא מדבר על מעשה והפכת סדום ונדפס בשאלוניקי ולא נזכר שם המחבר :

505 ZAAKA'TH SEDO'M *Clamor Sodomæ*, Tit. ex Geneſ. 18. 20. Liber de Hiſtoria Sodomiticæ ſubuerſionis Anonymi. Excuſus Theſſalonicæ anno non notato in 8. Ex Plantauitio num. 176.

בקלי **זקוק או ספר זקוק** על דרך ספרים של יסודים ועשה אותו כיסודי לאחר שכעשה בעשיות והשפוגינן בקבטונות כמו כתב לומר באותו הספר נ"ם לשונו ; זקוק

ligit enim hic liber omnes Auctores, qui ſcripſerunt, & elucidarunt omnes hiſtorias Talmudicas & allegoricas in lib. עין ישראל *En Iſraël* relatas, ita vt Index, vel concordantia videatur eſſe Auctorū cum מאמרים *Maamarìm*, vt vocant *En Iſraëlis*. Liber quidem neceſſarius eſt Concionatoribus, vel etiam Scriptoribus, vt vnico intuitu proſpiciant quamplurimos Commētatores hiſtoriarum Talmudicarum; ſed quod vtilius eſt, etiam eodem intuitu cognoſcent, qua parte libri apud eoſdem id pertractetur, notata inſuper pagina verſa, vel proſa, vbi ea reperiantur; vnde commendabile opus & valdè laborioſum exiſtimandum, cùm fieri non potuerit niſi quàm plurium librorum aſſidua, & pertinaci lectione; quod in prædiuite Mercatore ex Hillelis ſenioris ſententia in *Pirkè Auoth* c. 2. vix inueniri, aut fieri poteſt: nam

ולא כל המרבה בסחורה מחכים :

Neque multiplicans mercaturam fit ſapiens.

Inſuper *Parnaſsìm Talmùd Thorà Curatores Scholæ Romanæ* gratitudinis ergo decreuerunt, vt huius Rabbini Mercatoris munificentia notaretur in Tabula lapidea, eaque collocaretur in eadem Schola Talmudica in perpetuum documentum; quod hactenus factum non eſt, decepti ab illa ſententia Talmudica *Sottà* c. 3. pagina 21. עבירה מכבה תורה *Tranſgreſſionem extinguere Legem*. Decreuerunt etiam ſingulis annis die quodam

התרשתא *Hattirsciathà* Atherſathàm; nam ſi Atherſatha eſt ipſemet Nehemias, vt liquet ex libro ipſius Nehemiæ cap. 8. v. 9. ſequitur neceſſariò quòd Atherſatha ſit etiam ipſe Zorobabel. Volunt autem ita vocatum ab התר *E'ther Permiſſum*, & שתא *Sciethà Bibit* Chaldaicè, quia cùm ipſe fuiſſet Pincerna Regis Babyloniorũ, permiſſum ei erat bibere יין נסך *Ijàin nèſech Vinum libaminis*, alioquin Iudæis prohibitum. Vide *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 21. b. circa finem. Aſcendit autem Zorobabel de Babylone in terram Iſraël tanquam Princeps & Æchmelotarcha, quem comitatus eſt Ezras Protoſcriba, & alij quamplurimi captiuitatis Viri nobiles. Volunt autem eum redijſſe in Babylonem, ibique obijſſe, anno incerto. Eundem numerant inter 120. Viros כנסת הגדולה *Chenèſeth hagghedolà Synagoga magnæ*. Hæc ex *Scialſcèl. hakab.* & ex *Iuchaſin* pag. 13.

תקח׳ **ספר זרובבל** הוא נזכר בפירוש הראב״ע בפרשת ... על פסוק ותלד בן : ועליו אמר ואשר כתוב בדברי שונים דעתם אל תאמן וכלל אומר לך כל ספר שלא נכתבו כתובים או חכמים מפי הקבלה אין לסמוך עליו ואף כי יש בו דברים מתמיהים שראה הכתובים ונכס ספר זרובבל וגם ספר אליהו דברי ושלום לשם : וספר הוא דבר על ארמילוס שאומרים הנוצרים שהוא עתיד לבוא : והוא כדעת בקופסאכסיכם :

508 SE'PHER ZERVBABE'L *Liber Zerobabelis*. Liber impius eſt & ſceleſtus; colloquium continet inter Zorobabelẽ & מטרטון Matratonem Iudaicũ Angelum de ortu, educatione, vita, bellis, & morte ארמילוס *Armil-*

שחיברו בשכמותם והשלמתי באחד לחדש אגוסטו שנת שנ״ו לפ״ק : והירונימו ירושלמי הוסיף עליו כמה ספרים והנה בוואטיקאנו ובבית ספרי של קרדינאל בארבירינו ברומא ב״ד :

506 ZIKV'K, ſeù SE'PHER ZIKV'K *Expurgatorium*, ſeù *Liber expurgatorius*, in quo ſupra 480. Hebræorum libri à mendis, erroribus, ac imprecationibus contra Chriſtianos expurgantur. Compoſitus fuit à quodam Patre Capuccino Neophyto Mantuæ anno Dom. 1596. menſe Auguſto. Cui quamplurimi alij libri expurgati à Dominico Ieroſolymit. additi ſunt. Huius duo exemplaria mſc. (nam adhuc ineditus manet) ego vidi, vnum in Bibliotheca Vaticana, alterum in Bibliotheca Cardinalis Barberini Romæ in 4.

תקז׳ **זרובבל בן שאלתיאל בן יהויכין** ונאמר במדרש ובסנהדרין פרק דיני ממונות כי זרובבל הוא נחמיה בן חכליה : עיין בספר יוחסין דף י״ג : ובספר שלשלת הקבלה דף כ״א עמוד ב׳ : אם כן הוא עשה ספר נחמיה אשר בכ״ד : וזרובבל עלה מבבל לארץ ישראל כמו נשיא וריש גלותא ואתו עזרא הסופר וקבוצת הגלות מעשה וזרובבל חזר לבבל ומת שם והוא מ׳ מק״ק אנשי הכנסת הגדולה : ואומרים כי הוא גם כן נקרא התרשתא על שהתירו לו לשתות יין נסך בעבור שהיה נותן לשתות למלך :

507 ZERVBABE'L BEN SCIAALTHIE'L BEN IEHOIACHI'M. In Cod. *Sanhedrin* cap. *Dinè memonòth* pagina 38. dicitur, quòd Zerubabel idem ſit ac *Nechamiàh* filius *Chachaliàh*. Si ſic eſt, dicendum eſt. Zorobabelem ſcripſiſſe, ſeù fuiſſe Auctorem libri Nehemiæ Ezræ libro adiuncti. Fertur etiam eundem Zorobabelem eſſe

509 ZER ZAHA'V *Limbus aureus*. Tit. ex Exod. 25. 24. est explicatio in Psalmos. Ex Hottingero Class. I. Bibliot. Or. ignoti Auctoris.

תקי **זרזיר מתנים** שם הספר ולא נודע שם המחבר ׃

510 ZARZI'R MOTHNA'IM *Accinctus lumbis*. Tit. ex Prouerb. 30. 31. Liber est Concionum, ex relatione R. Iudæ Mutinensis. Vide Plantauitium n. 177. suæ Biblioth. Rabbinicæ. Auctor ignoratur.

תקיא **זרח יום טוב נאוורה** נולד בקאסאל די מונפירראטו שנת ה' אלפים ת"ג ליצירה ונתגייר ונטבל משיחיו שנת תכ"ה לפ"ק בבולונייא של איטאליאה ונקרא שמו מזל טוב ר"ל בונאוונטורא פילליגרין והוא חבר ספר קטן יקר לו הנקרא ... ומדבר בו על שם השם על דרך הקבלה ׃ ומראה בו שאלו בו עוד לא הגיעו אל הכוונה ׃

511 ZA'RACH IOM TOV, seù etiam SALOMON NAVARRA, nascitur Bodincomagi, seù, vt vulgò dicitur, in Vrbe Casalis Montis ferrati anno Domini 1643. qui Diuina virtute illustratus, relicta & reiecta Iudæorum superstitione Christo Dei Filio adhæsit, & Sacro Baptismatis fonte ablutus anno Domini 1665. die 18. Ianuarij Bononiæ in Ecclesia Metropolitana Deo in honorem Sancti Petri dicata, renascitur, accepto nomine Bonauenturæ Peregrini.

Scripsit hic libellum idiomate Italico, cui titulum fecit

Pretioso Gioiello sopra il Nome di Dio Tetragrammaton, de nominibus Cabalisticis ex nomine יהוה erutis arte

milos, quem Antichristum Iudæi faciunt, & post bellum Gog & Magog contra eos venturum credunt, multaque ac grauia bella gesturum, in quibus occidetur illorum Messias *Ben Ephraim*, deinde occidetur & *Armillos* à Messia *Ben Dauid &c.* De hisce Iudæorum fabulis fusè, & ex animo agemus in Dissertatione *De Messia* suo loco. Hic obiter de eo libro notanda est censura *R. Abrahami Aben Ezra*, quam super illum facit in Comment. Exod. cap. 2. ver. 22. ותלד בן *Et peperit filium*. Vbi hunc *librum Zerubabelis* cum alijs fabulosis comparat, & reijcit. Eius verba sunt

ואשר כתוב בדברי הימים דמשה אל תאמן וכלל אומר לך כל ספר שלא כתבוהו נביאים או חכמים מפי הקבלה אין לסמוך עליו ואף כי יש בו דברים שמכחישים הדעת הנכונה וכבת ס' זרובבל וגם ספר אלדד הדני והדומה להם ׃

Et quod scriptum est (inquit) *in Chronicis Mosis* (est liber Apocryphus inscriptus Hebraicè *Diurè baijamim de Moscè*) *ei ne credas. Generalis regula sit: Quilibet liber, quem Prophetæ, aut Sapientes per legitimam traditionem non scripserunt, procul sit à te. Et licèt in eo* (scilicet legitimo libro) *sint quædam, quæ aduersari videntur intellectus rectitudini* (attamen ea recipias). *Librum autem Zerubabelis, librum Eldad Haddani. & similes* (reijcito). Reperitur autem hic libellus excusus Constantinopoli in 4.

תקיב **זר זהב** שם הספר פסוק פירוש על תהלים ׃

mul cum ſuperiore ibidem apud eun-dem in 4.

תקיג ר׳ זרחיה הלוי בר יצחק הספרדי מעיר לוניל במדינת פרובינצא ונקרא הכל בלוניל פירוש וספרים על ר׳ יצחק אלפסי וקראו ס׳ המאור על שם שהוא ורב יש הפירוש סביב ספר גדול ערך אלפסי נדפס בשבויזיאמא שנת שי״ז. וגם נמצא כ״י בוואטיקאנו בתוך ספרי דוכוס די אורבינו. ובעל זה הפירוש עשהו בשנת ל׳ אלפים תתקי״ לבריאת עולם.

513 R. ZERACHIA' LEVITA BAR ISAACI HAIETZARI' DE לוניל LVNELIO Oppido Prouinciæ Linguadociæ in Gallia. Appellatur autem communiter *Hiſpanus*, vel quia longam moram traxerat in Hiſpania, vel quia cum Prouincia Linguadocia tunc temporis ad Reges natione Hiſpanos ſpectaſſet, ac Regnis Hiſpaniæ vnita eſſet, pars Hiſpaniæ cenſeretur, in qua cùm natus eſſet hic noſter Auctor, Hiſpanus dictus eſt ab Auctore *Scialſcèleth hakab.* pag. 53.

רבינו זרחיה הלוי מעיר לוניל הספרדי וכו׳.

Rabbènu Zerachià Hallevì Leuita de Vrbe Lunèl Hiſpanus. Idipſum legitur in principio libri מורה הנבוכים & שער כוונת הפרקים *Tabulæ argumentorum Capitulorum* eiuſdem libri.

זרחיה הלוי הספרדי תושב ווגירה.

Zerachià Leuita Hiſpanus Incola Vagera. Vbi autem ſit Vagera, nondum didici. Is ſecundùm quod habemus apud Auctorem libri *Iuchaſsin* pag. 131. & *Scialſcèleth hakab.* pag. citata 53. ſcripſit.

arte Cabalica, quæ ad Religionem Chriſtianam, & illius myſteria adaptat, & explicare ſatagit. Sed quàm benè Rabbinorum deliria ſacris myſterijs fidei Chriſtianæ immiſceantur, non eſt huius loci inquirere. Nihilominus huius Viri ingenium, & bona voluntas eſt laudanda. Hic hodie viuit Romæ, apud quem hoc Opuſculum mſc. reperitur, & publicæ luci exponere curat.

תקיב ר׳ זרח בר נתן עשה כמה שאלות ששאל חכם הפילוסוף הרופא ר׳ יוסף שלמה דילמידיגו איש קנדיאה על הפילוסופים והמטימאטיקה וכתבו בספר אילם שחבר ר׳ יוסף הנ״ל. וזה הספר נדפס באמשטרדם בבית מנשה בן ישראל שנת ושלשה הא״ל לפ״ק.

512 R. ZA'RACH BAR NATHA'N ſcripſit.

ספר אילם *Sèpher Elìm Librum Elìm.* Titulus deſumptus ex Exod. 15. 27. *Venerunt autem in Elim filij Iſraël, vbi erant duodecim fontes aquarum, & ſeptuaginta Palmæ.* Huc alludit Tit. libri, quo Auctor Ioſepho del Medico Hebræo Cretenſi proponit quamplurimas quæſtiones, Phyſicas, Theologo-Cabaliſticas, & Mathematicas, quas ipſe Ioſeph del Medico reſoluit. Excuſ. Amſtelodami penes Menaſſe Ben Iſraël anno 378. min. ſupputat. Chriſti 1618. in 4. Cui additur.

מעין חתום *Maaiàn chathùm Fons ſignatus.* Tit. ex Cant. Cantic. c. 4. v. 12. vbi ſeptuaginta paradoxa Mathematica proponuntur, & ab eodem Ioſepho conſonis demonſtrationibus reſoluuntur. Excuſus vnà ſi-

ad annum 830. quinti millenarij dicit, eum fuisse Auctorē *Meòr enàim*, & quòd claruerit an. 4830. Ch. 1070. ex *Iuchasìn* pag. 130. vbi versa pagina ait *Iuchasìn* quòd ר׳ זרחיה בעל המאור R. Zerachià Auctor fuerit *Hammaòr*, non *Meòr enàim*. Et inter Magistros R. Salomonis Iarchì quos suprà dixerat.

ובשנת תתל׳ נפטרו רבותיו של רש״י ;

In anno 4830. mortuos esse Magistros Rasci, comprehendi non debet R. Zerachià, nam, vt dicitur paulò post pag. 131. non longè à principio, *Rabbènu Zerachià Leuita composuit Animaduersiones in Ràu Alphès anno 4910.* nempè octoginta annis post tempus quod morti eius tribuit R. Dauid Ganz, & eius Interpres.

ר׳ זרחיה הלוי ספרדי עשה השגות על ספר בעלי הנפש לר׳ אברהם בר דוד מפושקירא ביארים ויזכר אדם עם בת זוגו בימי נידתה ועונתה ודרך טהרתה ובמנלותן כי במחלוקתו בין ספרי של רבותינו רבי אורבינו במימן של׳ ו׳ ויעת וה המחבר בשנת ל׳ אלפים קנ״ו כמו אמר בעל ספר שבט יהודה דף ל׳ ; עמוד ב׳ ;

ויש אומרים סוף ל׳ ורבים חבר ספר הצבא על ינ״ מדות וסליחות שתלמוד לבוא עליו ולהבין אותו ; ובמצא כי בין ספרי כלל ;

514 R. ZERACHIA' LEVITA HISPANVS IVNIOR. qui in libro שבט יהודה pag. 56. b. circa finem dicitur obijsse anno mundi 146. min. supp. id est Christi 1386. 236. annis seriùs quàm superior Zerachià, Is scripsit.

השגות על ס׳ בעלי הנפש *Hahassaghòth al Sèpher Baalè Hannèphesc Animadver-*

זר

שני המאורות נגד הרי״ף בשנת דתתק׳ ;

Scenè hammeoròth nèghed Harriph Duo Luminaria contra R. Isaacum Halphesì anno 4910. Christi 1150. Hæc communiter vocantur השגות *Hahassagòth* super *Ràu Alphès*, & in maiori Syntagmate eiusdem *Ràu Alphes* Sabionetæ excuso in fol. anno שי״ד. 314. minoris supput. Christi 1554. cum alijs Commentarijs reperitur, licèt non in omnibus מסכתות *Massachtòth*. Seorsim tam impressa, quàm msc. etiam visuntur. Msc. in Bibliotheca Vrbinatensi apud Vaticanum in membrana probè exarata sub numero 44. in fol incipiunt à מסכתא *Massachtà Berachòth De benedictionibus*; & prosequuntur vsque ad Cod. *Succà De Tabernaculis*. His commentationibus plerumque opiniones *Ràu Alphès* castigantur, vnde non diù postquam fuerunt eulgatæ, Rabbènu Ephràim discipulus Ràu Alphès alias huic R. Zerachiæ opposuit animaduersiones, quibus doctrinam Magistri sui Alphes defendere & stabilire conatur, pro quibus maximas honoris laudes à suis recepit. De eo vide in I. Parte huius Biblioth. n. 290.

Vocauit autem huiusmodi Commentaria המאורות *Luminaria*, vt ad nomen suum alluderet זרח יה *Zeràch Iah Ortus est Dominus*, qui luce sua Ràu Alphesij tenebras circa doctrinam illuminaret. Vnde communiter huiusmodi Commentaria singulari voce המאור *Hammaòr Luminaris* insigniuntur. Hinc corrige Interpretem R. Dauid Ganz, qui in *Zerachià*

516 R. ZERACHIA' HALLEVI' filius sororis Auctoris libri *Chronicorum Regum Franciæ, & Othomanicæ Domus*. Composuit Carmen in laudem libri eiusdem Auctoris Auunculi sui. Extat in principio præfati libri. Vide *R. Ioseph Haccohèn Ben Iehosciùah*. Excus. Venetijs per Cornelium Adilkinàd anno שי״ד 314. minoris supputationis, Christi 1554. in 8.

תקי״ז **זרעו לצדקה** הם הספר הזה על הדינים
אלא נזכר שם הספר ;

517 ZIRVHV' LITZDAKA' *Seminate ad Iustitiam*, Tit. ex Osea cap. 10. 12. Tractat *De Iure Hebræorum*, vt testatur Hottinger. Class. IX. Biblioth. Orient.

ח

תקי״ח **ר׳ חביב** חבר ספר דברי נועם ונזכר אותו
בספר שלשלת הקבלה דף י״ח עמוד ב׳ ;

518 ABE'N CHAVIV, cuius meminit Auctor *Scialscel. hakab.* pag. 18. b. paulò post med. Scripsit, vt ibidem dicitur.

דברי נועם *Diurè nòham Verba iucunda*. Videtur esse liber historicus, nam de Principe exercitus Regis Amasiæ, ibidem ita loquitur.

בהיותי במלכות מורוטרי הגידו לי כי שם
מצבת קבורת שר צבא אמציה מלך יהודה
וראיתיה עם השיר אשר עליה:

Cùm essem in Regno Meruedre (pro Regno Valentiæ sumitur: nam Mor-

uersiones in librum possessorum Animæ R. Abrahami Bar Dauid de *Kiriàth Iehar̀im*, de quo suprà numero 60. Contra quem ostendit quamplurimas eius opiniones esse falsas, vel absonas, aut à mente antiquorum Doctorum alienas, & hoc probat auctoritate Talmudis, aut etiam ratione. Reperiuntur msc. in membranacea vel papyracea charta permixtim in Biblioth. Vrbin. apud Vaticanum sub num. 44. in fol.

In eadem Bibliotheca reperitur Tractatus msc. inscriptus.

הצבאה *Hatzauà Exercitus*, in quo agitur de 13. conditionibus quæ necessariæ sunt ad legendum & intelligendum Talmud. Videtur esse huius Zerachiæ.

תקט״ו **ר׳ זרחיה הלוי** חבר העתיק ספר על
מהות הנפש מלשון ערבי ללשון עברי והוא בי בוואטיקנו
בכל״ ;

515 R. ZERACHIA' HALLEVI' ex lingua Arabica in linguam Hebræam transtulit librum על מהות הנפש *Al maùth hannèphesc De essentia Animæ*. An autem iste Zerachià sit idem cum superiori, incertum est. Reperitur in eadem Bibliotheca Vaticana msc. Papyr. in 8.

תקי״ו **ר׳ זרחיה הלוי** בן אחות בעל ספר דברי
הימים למלכי צרפת ולמלכי אוטומן הסופר הנזכר ר׳ יוסף
הכהן בן יהושע בן מאיר ; ועשה שיר לשבח אותו והספר
בעל הספר ונמצא בתוך ראשית של ספר הלז ; עיין ר׳ יוסף בן
יהושע ונדפס בויניציאה על ידי קורניליו׳ אדילקינד שנת
שי״ד ;

mus, cognoscemus hoc non esse absurdū: nam Habacuc paulò post Isaiam vaticinatus est *Scialscèl. hakab.* pag. 19. Isaiam etiam tempore Manasse filij Ezechiæ prophetasse tradunt, à quo sectus est, *Ibidem*. Minus verò credibile videtur id, quod legitur in lib. זהר *Zòhar Parascià* בשלח, quòd שונמית *Sunamitis*, de qua in 2. Reg. 4. 12. fuerit mater Habacuc, quem postea mortuum, Elisei Prophetæ precibus Dominus suscitauit. Et in eodem *Zòhar Parascià* לך לך dicitur, eandem *Sunamitidem* vxorem fuisse Prophetæ Abdiæ. Et in *Parascià* ויחי habetur, quòd quando Propheta Eliseus primum colloquium habuit cum eadem, erat initium anni noui. In Capitulis verò *R. Eliezer* eandem *Sunamitidem* sororem *Auisag* pariter *Sunamitidem* fuisse asseritur, quod quàm inuerisimile existat, ostendimus suprà ad p. 170. cùm inter Eliseum & Habacuc Prophetam plusquam 200. annorum spatium intercesserit; nam Eliseus Propheta floruit anno mundi 3047. *Scialscèl. hakab.* pag. 18. & Habacuc anno mundi 3254. *Ibidem*. pag. 19. b. Rabbini autem hanc temporum seriem sine ratione perturbant. Et quia Habacuc, volunt Iudæi, fuisse illum puerum filium Sunamitidis, qui cùm mortuus esset, per complexum, & orationem Elisei à mortuis reuixerit, ideò vocatum fuisse חבקוק *Chabakùk Habacuc*.

לפי שנתחבק ב' פעמים אחד מאמו ואחד מהנביא :

Quia

Moruedre, quod est Saguntum, 3. millia passuum tantùm à Valentia distat) *relatum est mihi, quòd ibi existeret monumentum sepulchrale Principis exercitus Amasiæ Regis Iuda, vndique illud cum carmine in eo insculpto.*

Buxtorfius in sua Bibliotheca Rabbinica librum cum hoc eodem titulo exhibet, & asserit esse *Conciones in Legem.*

תקיט **חבקוק הנביא** קבל מנחום הנביא, ויואל ונחום וחבקוק היו בזמן אחד אבל יואל היה קודם מחבקוק וזה קבל מזה ולא נזכר באיזה זמן נתנבאו ואמרו חכמים שנתנבאו בימי מנשה ומפני שהיה רשע לא נזכר שמו : ובעל ספר שלשלת הקבלה דף יט עמוד ב' אמר שחבקוק קבל מנחום שנת ג' אלפים רנ"ד : ובזהר פרשת בשלח אומר כי השונמית היא אם חבקוק . בפרשת לך לך אומר כי היתה אשת עובדיה הנביא , ובפרשה ויחי אומר שביום ר"ה היה כשדבר אליה אלישע ובפרקי ר' אליעזר אומר שהיתה אחות אבישג השונמית ונקרא חבקוק לפי שנתחבקו ב' פעמים א' מאמו וא' מהנביא . ולפני כנסת הגדולה כתב ספר חבקוק ומת בארץ ישראל :

519 CHABAKV'K HABACVC PROPHETA oralem Legem, seù legitimas Traditiones recepit à Nahum Propheta, & Nahum à Ioële: nam isti tres Prophetæ sibi immediatè successerunt, licèt synchroni omnes fuerint. Ignoratur tempus quo prophetarunt. Auctor *Scialscèl. hakab.* pag. 19. b. asserit Habacuc recepisse Kabalam à Nahum an. mundi 3254. ante Christi natiuitatem annis 506. Auctor *Iuchasìn* pag. 12. b. dicit: Habacuc vaticinatum fuisse tempore Manasse Regis Iudæ, sed quia hic impius erat, ideò in eius Prophetia de eo mentionem non fieri. Si temporis rationem attendere volueri-

ritè obseruauerit, inde parũ absuisse; quin à Simeone Ben שטח *Sciattàch* excommunicaretur. Vide Codicem תענית cap. 3. pag. 23. post medium. Eandem calumniam inculcat R. Salomon contra Prophetam Habacuc explicando illud Isaiæ 21. 6. לך העמד המצפה *Vade statue speculatorem*; de eo enim sic loquitur.

עתיד אחד מתלמידך לקרא תגר על מדותי על ארץ שלוותה של בבל והוא חבקוק שעג עוגה ועמד בתוכה ואמר על משמרתי אעמדה ואצפה לראות מה ידבר בי וכו׳

Futurum est (inquit Deus Isaiæ) *vt vnus è discipulis tuis intendat litem contra institutum & Legem meæ prouidentiæ, deque illa obmurmuret; quare scilicet tandiù patiar prorogari Babylonicam captiuitatem. Et ipse est Habacuc, qui protracto circa se circulo stetit in illo, atque dixit*: Super custodiam meam stabo, *& speculabor, & videbo quid loquatur in me* (Deus) *&c.* Præpostera interpretatio, & Prophetæ Habacuc iniuriosa. Isaias enim hoc loco narrat post acceptum oraculum posuisse speculatorem, qui viderit ascensorem Asini, & ascensorem Cameli. De qua visione nihil in Habacuc legitur. Hoc modo honorant Sanctos Prophetas Rabbini.

Quæres primò, An Propheta Habacuc, qui per aërem susceptus ab Angelo de Terra Iudæ in Babylonem attulit prandium Danieli iniecto in lacum Leonum, fuerit hic noster Propheta Habacuc?

Resp. Ita censere S. Hieronymum in Prologo Habacuc, sed hoc temporum

Quid his complexum accepit, prius à matre, postea à Propheta, videlicet Eliseo. Et sicut mater Habacuc luci dederat, sic Propheta eundem luci restituit. Sed magnum piaculum non videtur esse in vita Habacuc anachronismum committere, sed omninò intolerabilis est calumnia illa Talmudistarũ quam Prophetæ nostro Habacuc impingunt in Codice תענית *Taahnith* cap. 3. pag. 23. cùm eum faciant circulatorem, Magum, & Deum compellentem ducto circulo super terram. Quod & R. Salom. approbat super illud *Habacuc* c. 2. 1. על משמרתי אעמדה *Super custodiam meam stabo*, vbi sic habet.

עוגה עג חבקוק ועמד בתוכה ואמר לא אזוז מכאן עד שאשמע מה ידבר בי על שאלתי ואת למה הוא מביט ורואה בהצלחתו של רשע ומה אשיב אל הבאים להתוכח לפני

Duxit circulum Habacuc in gyrum; & stetit in eius medio, & dixit: Non mouebor hinc, donec audiam quid respondeat mihi Deus de quæstione ista, quare scilicet ipse aspicit prosperitatem impij; & quid possum respondere ijs qui mecum de hoc argumento disputant. Nihil de circulo in hoc loco habetur, nec ex verbis Prophetæ elici potest ista magica circulatio; sed על משמרתי אעמדה *Super custodiam meam stabo*, significat attentionem animi ad percipiendum oraculum Diuinum. Ex hoc loco volunt didicisse חוני המעגל *Choni hammaaghèl Circulatorẽ* artem vrgendi Deum ad immittendam pluuiam, si se in medio circuli constitueret; sed quia aliquando legis artis non

rum rationi consonum non videtur, quia noster Habacuc Traditionem receperat anno mundi 3254. & Daniel missus est in lacum Leonum sub Euilmerodach, qui regnare cæpit anno mundi 3364. Inter vtrumque differentia est 110. annorum. Non est igitur verisimile, quòd decrepitus ætatis Vir coxerit pulmentum, & intriuerit panes in alueolo, & ierit in campum, vt ferret messoribus, vt dicitur Daniel. cap. 14. 32. Potuit itaque esse alius Propheta nomine Habacuc, qui tunc in Iudæa virilis, & vegetæ ætatis prandium ferret messoribus, diuersus tamen à nostro: qui cùm in Iudæa vaticinatus esset, etiam in Iudæa quieuit in Domino, teste Martyrologio Romano ad diem 15. Ianuarij, vbi sic legitur, *In Iudæa SS. Habacuc & Michææ Prophetarū; quorum corpora sub Theodosio seniore Diuina reuelatione reperta sunt.*

Quæres II. An ipsemet scripserit Prophetiam suam, an aliquis alius?

Resp. In Talmude Cod. *Bauà Battrà* cap. 1. pag. 15. circa princip. volunt Rabbini duodecim Prophetas minores, seù horum Prophetias scriptas fuisse à Viris Synagogæ magnæ post reditum ex captiuitate Babylonica. Rationes, quas afferunt, impugnauimus, cùm de Prophetia Danielis egimus suprà.

De Patria huius Prophetæ nihil habemus ex Scriptura. Epiphanius nos docet, eum fuisse de Tribu Simeonis, & ex agro Bexzochar, seù vt Isidorus habet *de vita & morte Sanctorum*, Bethaçar.

תקכ׳ **חגי הנביא** היה אחד מק״ב אנשי כנסת הגדולה שעלו מבבל לירושלם לבנות בית המקדש : ובמדרש נאמר כי ג׳ נביאים עלו עמהם מן הגולה א׳ העיד להם מקום המקדש : וא׳ העיד להם מקום המזבח וא׳ העיד להם שמקריבים אפילו שאין שם בית : וצורת הבית יותר העידו עליו חגי מהשאר : ובשנת ג׳ אלפים ת״ח לבריאה היא שנת י״ח למלכות מדי היא שנת פ׳ לחרבן בית ראשון התחילו לבנות חומות ירושלם ובית המקדש וכל אנשי כנסת הגדולה עוזרים ומחזיקים ידי הבונים ולהיותם תחת מלכות מדי ופרס הכריזו ליהודים לעשות כותבת עיר שושן הבירה בהיכל : ובשנת שתים לדריוש המלך בחדש הששי ביום אחד לחדש היה דבר ה׳ ביד חגי ויתנבא על בנין בית המקדש : וביום עשרים וארבעה לחדש בששי בשנת שתים לדריוש המלך בשביעי בעשרים ואחד לחדש היה דבר ה׳ ביד חגי הנביא ואמר אל זרובבל בן שאלתיאל פחת יהודה ואל יהושע בן יהוצדק הכהן גדול ואל שארית העם ואמר כי בית הבית הזה ובאו חמדת כל הגוים : וכי גדול יהיה כבוד הבית הזה האחרון מן הראשון וכן אמר על המשיח שבוא בזמן שבית השני קים כמו בא בזמנו ומן בשנת ג׳ אלפים תש״ח לבריאת עולם :

520 CHAGHA'I AGGÆVS PROPHETA fuit primus ex tribus Prophetis, qui ascenderant de Babylone in Iudæam, quando iterum permissu Cyri Regis Persarum & Medorum reædificata fuit Ierosolyma & Templum. Isti fuerunt Aggæus, Zacharias, & Malachias. Et in *Midràsc* dicitur, quòd tres Prophetæ reuersi sunt cum populo in Ierusalem, vt vnus ex his indicaret locum, vbi olim fuerat Templum; alius indicaret locum Altaris, vbi sacrificandum erat; tertius, vt indicaret locum sacrificandi, etiam si ibi non fuisset ædificata Ædes Sacra. Exemplar autem Domus exactiùs ostensum est ab Aggæo, quàm ab alijs duobus Prophetis. Cæpta est autem ædificatio muri Ierusalem, & Templi

Psal. 146. *Alleluia, Aggai & Zacharia:* nam Epiphanius in vit. Prophetarum de Aggæo habet: *Aggæus Propheta iuuenis admodum ex Babylone profectus est Hierosolymam, & ingenuè de reditu populi vaticinatus est. Et oculis structuram Templi Hierusalem vidit. Idem ibidem omnium primus cecinit Alleluia. Eodem igitur loco vitam finiuit, & humo prope Sacerdotes cum honore & gloria conditus est. Proinde etiamnum hodie psallimus Alleluia, qui Hymnus Aggai & Zacharia perhibetur.* Verùm hos Psalmos non fuisse compositos ab Aggæo, vel Zacharia, ex eo patet, quòd Dauid fuerit omnium Psalmorum Auctor, vt suprà ptobauimus, sed ita inscriptos fuisse, quia post reditum è Babylone, hos ab his Prophetis fuisse decantatos vnà cum populo, quibus fortassis, & ipsi *Alleluia* addiderunt; vnde cùm dicitur ab Epiphanio Aggæum omnium primum cecinisse *Alleluia*, intelligendum est in Templo secundo: nam in Templo primo etiam fuisse in vsum *Alleluia* credendum est, cùm insertum quandoque inueniatur inter Psalmos, vt Psal. 135. vers. 3. הללויה כי טוב יהוה *Hallelu-Iah Laudate Dominum quoniam bonus est Dominus.* Adde quòd huiusmodi tituli *Aggai & Zacharia* in Psalterio Hebraico hodie non inueniuntur.

חולדה הנביאה אשת שלום

נתנבאת בימי יאשיהו בן אמון מלך יהודה ונבואתה נזכרת במלכים ב׳ : פרק כב ; מפסוק יד עד סוף הפרק ; עיין שם ; ויש לתת טעמים נבואות נכתבו בתורה

anno mundi 3410. ipse est annus 18. Regni Medorum, septuagesimus à vastatione Templi primi. Omnes autem Viri Synagogæ magnæ 120. superintendebant operi, & confirmabant operarios in labore ædificij. Ministri autem Regis Persarum instabant, & impellebant Iudæos, vt ad instar Regiæ Vrbis Susan Templum & Vrbem Ierusalem ędificarent, quod tamen non obtinuerunt, reclamante Propheta, qui modicum Templi istius ædificium indoluit, Spiritu tamen Prophetico motus, de gloria huius Templi vaticinatus est, quòd maius esset futurum quàm primum fuerat, & inde intelligimus, eodem tempore quo perstiterat hæc Ædes, venturum esse Messiam, prout an. mun. 3760. in terris natus est & venit *desideratus cunctis gentibus.* Et hæc est vera expositio loci Aggæi cap. 2. 8. & seqq.

Porrò Aggæus primò prophetauit de Domo ædificanda in anno secundo Darij Regis in mense sexto Augusto prima die mensis; & secundò, in anno secundo eiusdem Darij Regis, in mense septimo Septembri vigesima, & prima mensis.

Quamuis autem secundùm Talmudistas, Prophetiæ duodecim Prophetarum à Viris Synagogæ magnæ fuerint scriptæ, vti suprà iam vidimus, volunt tamen nonnulli ex nostris Psalmorum aliquot ab Aggæo compositos & scriptos esse, eos scilicet, qui in titulo nomen Aggæi præseferunt, vt Psalmus 112. *Alleluia, reuersionis Aggai & Zacharia.*

אלה י׳ נשים נביאות נקראו ברוח הנבואה א׳ מרים אחות משה דבורה שהיתה עם ברק ואומר המדרש שהיתה אשתו וכמעט בנבואה היתה נפרשת ממנו : חנה אשת אלקנה , אביגיל אשת דוד המלך חולדה אשת שלום ואסתר המלכה ;

521 CHVLDA' HANNEVIA'H E'SCETH SCIALLV'M *Holda Prophetissa vxor Sellùm*, vna ex decem Prophetissis, quarum meminit Scriptura. Vaticinatur Ierosolymis tempore Iosiæ Regis Iudæ anno 18. Regni eius, id est an. mundi 3303. ante Christi natiuitatem 457. secundùm Dauid Ganz. Eius Prophetia legitur in lib. 2. Reg. cap. 22. à ver. 15. vsque ad finem cap.

Prophetissæ autem Veteris Testamenti, ex Scriptura, sunt decem. 1. *Sara*. 2. *Rebecca*. 3. *Rachel*. 4. *Lia*. 5. *Maria soror Mosis*. 6. *Debora*. 7. *Anna*. 8. *Abigail*. 9. *Holda*. & 10. *Esther*. Auctor *Scialscèleth hakab*. pag. 18. quatuor earum primas matres pro vnica muliere Prophetissa intelligendas proponit. In *Midràsc* legitur, quòd *Debora* erat vxor *Barach*, sed antequam prophetaret, separabat se à viro suo. Tradit R. Dauid Kimchius in principio Prophetię Sophoniæ -

שלשה נביאים נתנבאו בימי יאשיהו ירמיהו צפניה חולדה וארז״ל כי ירמיה היה מתנבא בשוקים וצפניה בבתי כנסיות וחולדה אצל הנשים ;

Tres Prophetas vaticinatos esse in diebus Iosiæ: Ieremiam, Sophoniam, Chuldam. Et dixerunt Rabbini nostri b. m. quòd Ieremias prophetabat in plateis, Sophonias in Synagogis, & Chulda apud fœminas. Idipsum an-

tea dixerat in Comment. 2. Reg. 22. v. 15, vbi ex sententia antiquorum in מדרש refert -

כי מבני בניה של רחב היתה ;

Quòd ex posteris Rachab orta fuerit Chulda.

Cur autem Rex Iosias non miserit Helciam Sacerdotem, & alios cum ipso ad Ieremiam Prophetam vt consuleret Dominum, sed potiùs ad Chuldam Prophetissam eos miserit? Respondent aliqui in Cod. *Meghillà* cap. 1. pag. 14. b. circa medium -

מפני שהנשים רחמניות (מן אישים) :

Quia mulieres sunt magis misericordes quàm viri. Alij dicunt ibidem -

כי ירמיה לא היה שם כי הלך להחזיר עשרת השבטים ;

Quòd Ieremias non erat ibi (id est in Ierusalem) *quoniam ierat ad reducendum decem Tribus*. Alij dicunt, quòd erat extra Ierusalem, quando inuentus est liber Legis, & -

אולי היה בענתות או במקום אחר ;

Forsan erat in Anathoth aut alibi.

הקכב׳ ר׳ חזקיה בן מנוח חבר פירוש על התורה וקרא אותו חזקוני למען קוראיו יזכרו שם המחבר שהוא חזקיה : והוא פירוש יפה עד מאד ונמצא נדפס עם חמשה חומשי תורה עם תרגום ופירוש רש״י וחמש מגילות עם פירוש רש״י ואבן עזרא ועם ההפטרות נדפסו הכל על ידי דניאל בומבירגי שנת רפ״ד לפ״ק בויניציאה בדף שלם ;

522 R. CHIZKIA'H EZECHIAS BEN MANAO'CH Scripsit præclarum & eruditum Com-

lex apud Waldkirch anno mundi 366. minoris ſupput. Chriſti 1606. in folio.

דקדוק׳ **ר׳ חזקיה מרומה**, עשה בקושטנטינא חבר ספר עץ חיים והוא על דקדוק של לשון הקודש ׃

523 CHIZKIA'H MERO'MA EZECHIAS DE ROMA Rabbinus Conſtantinopolitanus, ſcripſit Grammaticam Hebræã ſub nomine עץ חיים *Etz chaiim Ligni vitæ*. Titulus ex Gen. 2. 9. ita refert Hottingerus in Biblioth. Orient. Claſſ. X I.

מקבל **חטאת** או **ספר חטאת** והוא ספר על קרבן חטאת ודיניו כדעת בקבלה ולא נזכר שם המחבר ולא גם שנחבר אותו ׃

524 CHATTA'HA *Peccatum*, ſeù *Liber de peccato*, Tractat *de Sacrificio pro peccato*, ſcilicet expiatione peccati iuxta Scripturam, & Talmudicas deciſiones. Excuſus Cracouiæ ſine nomine Auctoris, & anno non indicato. Ex Plantauitio num. 196.

מקבל **חיזאן בן יקטן** כתב בלשון ערבי ספרים על הפילוסופיא ואבן רשד עשה פירוש עליהם והעתקו בלשון כפתיקו של לשון עברי ערבי עשה בר יהושע ישי בן דוד מנארבונה ונמצאו בי בואטיקאנו ׃

525 CHIZA'N BEN IOKTTA'N ſcripſit nonnullos Tractatus Philoſophicos, ſuper quos Auerroës poſtulata quædam euulgauit, quæ tranſlata ſunt ex Arabica in Hebraicam linguam à R. Moſe Bar Ioſuè Iſai Ben Dauid Narbonenſe. Extant mſc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4.

mentarium literalem, & myſticum, in Pentateuchum Moſis, hunc vocauit חזקוני *Chizkunì Confortate me*. Buxtorfius in ſua Bibliotheca Rabbinica vult vt legatur *Chaskunì* non *Chizkunì*: nam inquit: *Verbum* חזק *non iungitur affixis Pronominibus in Kal, cùm ſit intranſitiuum*. Quamuis vera ſint quæ Buxtorfius dicit *in Kal*, non tamen id verum eſt in aliis Coniugationibus, vti in *Piel*. In hoc tamen loco eiuſmodi vocis inflexio non fit in *Kal*, ſed in *Piel* actiuo, quod ſuſcipit affixa, vt docet Marinus in Rad. חזק, licèt in Imperatiuo ſub prima radicali mutet *Chirich* in *Patàch*. Nos tamen vſum communem ſequemur, & prudentiùs exiſtimabimus in rebus Grammaticalibus cum multis peccare, vt ab omnibus intelligamur, quàm cum aliquibus paucis ſtrictas loquendi regulas ſequendo, vt ab ipſis tantùm intelligamur. Dicamus igitur non *Chaskunì*, ſed *Chizkunì*. Hi Commentarij in magna exiſtimatione ſunt apud Hebræos ſermocinatores, quia refertiſſimi ſunt eorum (vt vocant) conceptuum ſpiritualium, ideò ſimùl cum Textu Sacro paſſim reperiuntur excuſi, vti Venetiis ſuper Pentateuchũ cum Textu legali, Paraphraſi Chaldaica, & Commentariis R. Salomonis Iarchi, quibus adduntur חמש מגילות *Chamèſc Meghillòth Quinque parua Volumina*, id eſt Cant. Canticor. Ruth, Threni, Eccleſiaſtes, & Eſther, cum Haphtoroth, apud Danielem Bombergum anno mundi 5284. Chr. 1524. in fol. charactere eleganti. Et Baſi-

summa auctoritate administrauit, & in qua Samuelem alium non minoris ponderis Rabbinum æmulum habuit, quemadmodum olim Hillel habuerat Sciammài.

At *Auà Bar Salà*, qui ob insignem ipsius doctrinam tunc temporis absolutè vocabatur *Rabbi*, ex Rachele suscepit filiū hunc *R. Chijà*, quem studiorum causa misit in Babylonem, vbi iunxit se matrimonio cum יהודית Iehuditta fœcundissima fœmina, quę nunquā parturiebat nisi fœtu emisso gemino, licèt semper cum periculo vitæ, quæ, vt ab his se eximeret ærumnis poculum sterilitatis ebibit.

Rabbi autem Chijà in senectute sua terram Israëlis repetijt, viuente adhuc *Rabbènu Hakadòsc*, cuius auditor fuit, & inter eius discipulos connumerari meruit, vt legitur in Cod. *Sanhedrìn* cap. 1. licèt in Commentarijs *Tosaphòth* in fine Cod. *Ghittìn* dicatur: quòd *R. Simeon Ben Rabbènu Hakadòsc* fuerit Magister *Rabbi Chijà*: sed *R. Sal.* post רבי *Magister* comma interserit, & addit תלמיד רבי. Certum quidem est, quòd *R. Chijà*, *R. Hosciaabià*, *& R. Simeon Ben Rabbì* fuerunt synchroni, & discipuli *Rabbènu Hakadòsc*, & quando simul nominantur, primo loco semper ponitur *R. Chijà*, vti videre est in *libro Cabalæ* הרא״בד in fine ætatis *Tanaitarum*, ex quo in *R. Hosciaabià* pagina 780. columna 2. vidimus, quòd R. Chijà cum reliquis duobus socijs suis composuerit *Baraithòth* & *Mechilthòth*. Imò addunt alij, quòd R. Hosciaabià Traditionem acce-

תקכו רבי חייא רבה הוא ר' חייא הגדול והוא ר' חייא בר רבי בן אחא קרסלי מכפרי כמו שכתוב במסכת מועד קטן פרק ואלו מגלחין ואביו נשא לאה והוליד ממנה איבו, כשמתה לאה ונשא רחל ולה בת מאיש אחר: וממנה נולד רב חייא, ונשא איבו מבת השנית והוליד ממנה רב: כמשה רב בן איבו אחוה דרבי חייא מאבא ובר אחתיה מאימיה: ואומר בפרק קמא דקדושין שאשתו של חייא נקראת יהודית ושהיא יולדת בכל פעם תאומים עם צער גדול ולקחה סם עקרות עיין ביבמות סוף פו״: ומת ר' חייא סבר —

תתוספתא עם רבי אושעיא רבה ביחד לבאר משניות המשנה: ונקרא משום רבי חייא, והוא ושני בניו שקולין כאבות: והשלה לעד בבבל ולוקחו עלה ולמד לפני רבי בפרקא קמא דקדושין, ובתוספות בסוף גיטין אמרו שרבי שמעון ברבי היה רבו של ר' חייא ובפרק כל היד פירש רש״י דרבי חייא תלמיד רבי, וזה היה משנה אחים איבו אביו של רב: והבא אביו של רבה בר בר חנה: ושילא אביו של רבא: ותרתא אמו של רבי יצחק בר פרקא, וחייא הגדול, וכלם היו בני אבא בר שלא מכפרי בפרקא קמא דסנהדרין: והוא מורה משנה אחי דוד בפרק מבילת הפסח: ונקבר גם כן —

ברייתות ומכילתות יחד עם ר' אושעיא ור' שמעון בן רבי והוא היה בסוף תנאים ובתחלת אמוראים שנת כמו ג' אלפים תתקנ״ג ב': וזה רבי חייא רבה נזכר בספר הקבלה להראב״ד ובספר יוחסין דף נ״ה ובספר שלשלת הקבלה דף ל״ב עמוד ב':

326 R. CHIIA' RABBA' BEN ACHA', seù AVA' BAR SALA', vel KARSALI' DE CAPHRE'. Pater suus primò nupsit cuidam Liæ, ex qua suscepit filium איבו *Ibò*, qua defuncta, aliam vxorem duxit, sed viduam, nomine Rachelem, quæ ex priori marito cùm filiam haberet, eam filio suo Ibo tradidit vxorem, ex qua natus est insignis ille Rabbinus dictus *Ràu*, qui terra Israëlis relicta, in Babelem descendit, vbi in *Sorà* Princeps fit Academiæ, quam

Cæterùm, quatuor fratres, cum vnica ſorore ex eodem patre prognatos, qui omnes filios doctiſſimos Talmudiſtas genuerant, numerant Iudæi. Hi ſunt -

1. איבו אביו של רב *Iuò pater Ràu*.

2. חנא אביו של רבה בר בר חנא *Chanà pater Rabbà Bar Bar Chanà*.

3. שילא אביו של רבא *Scilà pater Ranà*.

4. מרתא אמו של ר׳ יצחק בר מרתא *Martha mater R. Iſaaci Bar Marthæ.*

Et 5. חייא הגדול *Chijà haggadòl*, hic noſter Chijà, qui & *magnus Chijà* etiam nuncupatur. Iſti omnes fuerunt filij Auà Bar Salà de Caphrè, ſeù Achà Bar Karſalì de Caphrè. Ex Talmude Cod. *Sanhedrìn* cap. 1.

Annus natiuitatis & mortis R. Chijà ignoratur: ſed quia iam ſenex ex Babele in terram Iſraël profectus, auditor Rabbènu Hakadòſc fuerat, ideo eadem ætate, qua opus Miſcnicum ab eodem Rabbènu compoſitum creditur, illum etiam inter viuos reponunt: ſic Rabbì Dauid Ganz ad annum 979. *Harrauàd*, & *Scialſcèleth hakab.* an. 949. quia non conueniunt in anno, quo Syntagma Miſcnicum fuerit compoſitum, an anno Chriſti 219. an verò 189. de qua controuerſia (Deo dante) agemus in *R. Iuda Hannaſi* III. Parte huius Bibliothecæ Rabbinicæ.

Tandem de eo addunt Talmudiſtæ in Cod. כתובות *Chetubòth* cap. 6. R. Chijà fuiſſe ex ſemine שמעה *Scemaahà* fratris Dauidis Regis. De quo agunt *Iuchaſin* pag. 91. *Scialſcèleth hakab.* pag. 32. הרא״בד in *Tanaitarum*.

ceperat à R. Chijà, quamuis legamus Rabbì Chijà vnà cum R. Hoſciaahià compoſuiſſe תוספתות *Toſaphthòth.* Vide ſuprà pag. 779. quin & ſine alio ſocio adminiſtro, videtur ex ſe ſolo compoſuiſſe *Toſaphthòth*: nam legitur in *Scialſcèl. hakab.* pag. 32. b.

ר׳ חייא שחבר התוספתא לבאר ענייני המשנה׃

R. Chijà compoſuit Toſaphtà ad declarandum argumenta Miſcnæ. Ex his habemus tres Tractatus ab hoc R. Chijà fuiſſe compoſitos -

תוספתות *Toſaphthòth*, ברייתות *Baraijthòth*, & מכילתות *Mechilthòth*, quarum vocum explicatio habetur ſuprà n. 473. Hic tamen repetendum eſt id, quod diximus ad vocem ברייתות *Baraithòth eſſe extrauagantes explicationes Miſcnæ*, quia extra Scholam Rabbènu Hakadòſc fuerunt diſcuſſæ & promulgatæ, ideò à voce Chaldaica ברא *Barà* quod *extra* ſignificat deducitur בריא *Barijà Extraneus*, *alienus*, & fœmin. בריתא *Baraithà*, & numero multitudinis בריתות *Baraithòth Extraneæ, extrauagantes.* Vnde vox Græca & Latina *Barbarus* ex hac voce בר *Bar* bis repetita ortum duxiſſe videtur, per quam eos omnes, qui non ſunt Græci, aut Latini, veluti extraneos, & agreſtes homines intelligimus. Hinc patet quantum hallucinatus fuerit Poſtellus in יצירה *Ietzirà*, qui, vt refert Genebrardus in Chron. pag. 201. exiſtimat *Baraithòth* à Baiethuſæorum ſecta nuncupari.

rum. Auctor *Tzedà ladàrech* in Præfat. pag. 3. R. Dauid Ganz in צמח דוד & הרמב״ם *Harrambàm* in Procemio libri י״ד, & alij.

תקכז׳ **רבי חייא גבריאל** תושב עיר נפתחנר ספר סדר זמנים והם כמו לוחות כנגד עשך רכ׳ ומן הכלל ובפרט ומתחילו משנת התל״ה ליצירה עד שנת יבר״ך יברך את בית ישראל לפק ׃ נדפס בויניציאה בדפוס ברגאדינה על יד האומן דומיניגו וידילאגו ברשות הסדרה ׃

527 R. CHIIA' GABRIE'L scripsit -

ספר סדר זמנים *Sèpher Sèder Zemanìm Librum Ordinis Temporum*. Est Calendarium Iudaicum cum ordinatione Officiorum per 29. annos continuatos perdurans. Incipit ab anno התל״ה 5435. vsque ad ann. יב״רך יב״רך 464. min. supput. per integrum Cyclum Solarem, nempè ab anno Domini 1674. vsque ad 1703. Excus. Venetijs apud Typographiam Bragadinam per manus Artificis Dominici Vidilagij. In 8.

תקכח׳ **ר׳ חייא רופא** חבר ספר מעשה חייא על המשנה והגמרא ׃ ובסוף הספר עשה כמה שאלות ותשובות ׃ והביאו לדפוס בן ירב המחבר ׃ נדפס בויניציאה שנת פ״ג לפק בחצות הקומפרילה ויקרדמיכה עם הסכמות מחכמים הגמרא ׃

528 R. CHIIA' ROPHE' MEDICVS scripsit -

ספר מעשה חייא *Sèpher Maassè Chijà Librum praxis Chijà*. Sunt variæ expositiones super גמרא *Ghemarà*, vnà cum aliquibus ש״ות *Sceelòth & Tesciuòth Quæsitis & Responsis*, quæ ab eodem circa finem libri resoluuntur.

Excusus est opera filij Auctoris, Venetijs anno ב״ית 412. min. supputat. Christi 1652. apud Ioannem Lambertum in 4.

תקכט׳ **ר׳ חייה בן יוסף** כן כתב בטעות בעל ספר ביבליותיקה היהודים הוא יוחנן בשם נקרא לו פלאנטאוויטו הנזכר לעיל לדורות בהרבה ואני תיקנתי אותו ואומר ר׳ בחיי בן יוסף ולא ר׳ חייה בן יוסף היה מחבר ס׳ חובת הלבבות עיין ר׳ בחיי בעל ס׳ חובת הלבבות ׃

529 R. CHIIA'H BEN IOSEPH ita mendosè legit Plantauitius in sua Biblioth. Rabbinica Cod. 188. cui & attribuit librum חובת הלבבות *Chouàth alleuauòth Obligationis cordium*. Hallucinatur enim in nomine חייה *Chijàh* cum legi debeat בחיי *Bechaij Ben Ioseph*, cui restituendus est liber חובת הלבבות *Chouàth hallenauòth*, quemadmodum nos fecimus suprà ad *R. Bechaij R. Iosephi Pekudà* n. 322. in I. Par. pag 645. vbi hunc locum Plantauitij emendauimus. Nihil igitur hic præterea, quæ ibi dicta sunt adijciendum esse putamus. Vide ibi si lubet.

תקל׳ **ר׳ חיים אבו זעי** חבר נתיבות משפט והם שו״ת כמו ששמעתי ולא ראיתיו ׃

530 R. CHAIIM ABV ZAHI' Scripsit -

נתיבות משפט *Nethiuòth miscpàtt Semitas Iudicij*. Audio continere ש״ת *Quæsita & Responsa*. Ea non vidi.

תקלא׳ **ר׳ חיים בר אברהם הכהן בן יצחק בן אברהם** הנקבר אצל יהושע בן הכהן

ne abundè differit. In prima autem Præfatione præter hunc librum, alias quoque ingenij sui lucubrationes se composuisse indicat, easque ibidem recenset. Quarum prima est -

I. פירוש שיר השירים *Pirùsc Scir Hascirrìm Explanatio Cant. Canticorum*, quam vocauit עטרת שלום *Attherèt Scialòm Coronam pacis*.

II. פירוש איכה *Pirùsc Echà Explanatio in Threnos* Ieremiæ, cui titulum fecit מגנת לב *Megninàth Lèu Scutum* seù *Tegumentum Cordis*.

III. פירוש אסתר *Pirùsc Esthèr Explanatio in Esther*, eius titulus est עטרת זהב *Attèreth Zabàu Corona aurea*.

IV. פירוש רות *Pirùsc Ruth Explanatio* historiæ *Ruth*, cui nomen fecit תורת חסד *Thoràth chèsed Lex pietatis*.

V. פירוש דניאל *Pirùsc Danièl Explanatio* in librum *Danielis*, quam vocauit מפשר חלמין *Maphsèr chalamin Expositorem somniorum*.

VI. פירוש קהלת *Pirùsc Kohèleth Explanatio Ecclesiastes*, cui nomen indidit מכורת זהב *Mechurràth Zabàu Venditio auri*.

VII. פירוש איוב וישעיה *Pirùsc Iob Explanatio* in quædam capitula *Iobi & Isaiæ*.

VIII. פירוש על התורה *Pirùsc al Hattoràh Explanatio in Pentateuchum* Mosis.

Volens omnia præfata Opera prælo committere, Venetijs ex portubus Orientalibus soluens, dum in Turcarum nauigio Mare Mediterraneum sulcat, in Melitensium manus incidit, à quibus captus, & Melitam In-

הכביא בן רבי יהודה הנקבר ירושלם בן דון יוסף כהן ספרדי חבר -

ספר תורת חכם והם דרשות על הפרשיות קורא ונדפס בויניציאה שנת מקור חיים לפ"ק כדף אלה : וחבר עוד ספרים הרבה ואבדו כלם ושמותם הין א' : פירוש שיר השירים הנקרא עטרת שלום : ב' : פירוש איכה הנקרא מגינת לב : ג' : פירוש אסתר הנקרא עטרת זהב : ד' : פירוש רות הנקרא תורת חסד : ה' : פירוש דניאל הנקרא מפרש חלמין : ו' : פירוש קהלת וקראו מכורת זהב : ז' : פירוש איוב וישעיה : ח' : ופירוש על התורה :

531 R. CHAIIM BAR ABRAHAM SACERDOS BEN ISAACI, BEN ABRAHAMI, qui iuxtà Mausolæum Ezechielis Prophetæ sepultus est, Ben R. Iudæ Ierosolymis humati, Ben Don Iosephi *Cohèn* Sacerdotis Hispani, scripsit -

ספר תורת חכם *Sèpher Thoràth Chachàm Librum Legis Sapientis*. Sunt prolixæ Conciones super omnes *Parasciòth Sectiones* Pentateuchi Mosis; quæ sequenti stylo disponuntur. Primò, Auctor assumit Thema ex aliquo illustri loco Talmudis, & deinde nomine Dei יהוה Tetragrammaton inuocato, ex initialibus alicuius sententiæ Sacræ Scripturæ literis composito, pergit ad explanationem Sectionis illius, Rhetoris potiùs personam agens, quàm Interpretis.

In ipso exordio huius libri Venetijs excusi anno mundi מקור חיים 414. min. supput. Christi 1654. in folio, duplex extat Præfatio; vtraque eiusdem Auctoris. In prima suorum studiorum indicat rationem, & quomodo per tot tantaque discrimina rerum, deuenerit tandem ad suum desideratum portum impressionis huius libri; circa quem in secunda Præfatio.

שתי' *Sceelòth* & *Tesciuuòth Quæsita & Responsa* legalia, ac etiam -
דרושים *Deruscim Expositiones* mysticas & varias.

קקלג' ר' חיים רבוצל חבר ביאור על התורה וספר באר מים חיים על הקבלה , ציין כלשונו הקבלה רק פס , ועשה בזמן הנרדם בסדר קבלות לימי כולים בעמוד המפרדים ;

533 R. CHAIIM DE BOTZOLO, non רבוצל *Debotzàl Ceparius*, ac si à בצל *Batzàl Cepa* ita sit vocatus, vt innuit Buxtorfius, sed cognominatur à Botzolo, quod est Italiæ nobile Oppidum, Principatus dignitate conspicuum familiæ Gonzaghæ. Viuebat superiori sęculo ante ætatem *R. Ghedaliæ Aben Iachija*, cuius meminit in suo libro *Scialsceleth hakab.* pag. 65. circa annum 5310. Christi 1550. Scripsit vt ibidem dicitur - ספר באר מים חיים *Sèpher Beèr màim chaiim Librum Putei aquarum viuentium*. Tit. ex Gen. 26. v. 19. vel ex Cant. Cantic. cap. 4. v. 15. על הקבלה *Al hakabbalà De Cabala*. Corrige Plantauitium, qui in hoc Codice vocat hunc *R. Chaiim de Notsàl*: nam mendosè legit רנוצל *de Notzàl* pro רבוצל *de Botzàl de Botzolo*.

Tradit idem Plantauitius num. 82. esse huius *R. Chaiim* -
ביאור על התורה *Bijùr al hatthoràh Expositionem quandam super Pentateuchum Mosis*, seù aliquot ex *Parascis*, vel etiam nonnullarum Decisionum Ghemaræ. Excus. Venetijs apud Io de Garà an. 359. min. supp. Christi 1599. in 8.

Kkkkk In

Insulam aducti omnes in seruitutem redacti sunt. Ibi inter captiuitatis angustias diù morari impatiens hic noster Rabbi Chaijm, ab alto clàm & noctu in Mare se præcipitem dat, Marisque vortices natando superans tandem ad litus ab hominum commercio remotum vita comite, sed fermè semiuiuus & nudus adducitur. Plorans hic suæ sortis vicem, maximè quòd omnes libri maximo labore à se conscripti (vno excepto, qui postea casu repertus fuit) deperditi fuissent, tandem præter spem in locum tutum peruenit, vbi hunc, de quo modò scribimus, librum, qua fortuna, aut modo, nescio, recuperauit; quem secum Venetias portans, auxilio, studio, & cura *R. Mosis Ben Mardochai* זכות *Zacuti* permissu Commissariæ Vandraminæ apud Ioannem Iambertum imprimere fecit, anno Domini suprà notato 1654.

In principio libri idem Moses Zacutus in laudem Auctoris & libri *Carmen* adiecit, vt ex septem initialibus literis crassioribus apparet. In fine etiam libri aliud *Carmen* extat, in quo 10. primis literis 10. versuum חיים בר אברהם *Chaiim Bar Abrahami* Auctoris nomen exprimitur. Ibidē; locorum Sacræ Scripturæ, & מאמרים *Maamarrìm* Dictorum, & Historiarum priscorum Rabbinorum, quæ in contextu Operis adducuntur, & explicantur, apponitur Tabula. In fol.

קקלב' ר' חיים אדרוי. חבר שו"ת ודרשים ;

532 R. CHAII'M ADARVI' scripsit

NAST scripsit -

ספר כנסת הגדולה Sepher Chenèseth hagghedolà Librum Synagogæ magnæ. Est preclarus Commentarius Legalis, Iudicialis, & Ceremonialis super duos Iosephi Kari ordines, nempè super ארח חיים O'rach chaiim, & חשן משפט Chòscen miscpàt. In eo tam priscorū, quàm recentium Rabbinorum adducuntur decisiones & sententię, quę nouis, & non priùs auditis rationibus subtiliter ab hoc Auctore excogitatis, confirmantur. Has in duas Partes diuidit; & Iedidiàh Ben Isaac Gabbài Typis edidit Liburni anno ת״ח 418. minoris supputat. Christi 1658. in fol.

תקל״ו **ר׳ חיים ויטאל** חבר ספר עץ החיים

על שמו ועל שם החכמה אשר מועילים חיים כמו שנראה בלקוט מהספר הגדול תעלומות חכמה שלקט ר׳ יוסף מקנדיאה בכתבי מונים דף מ״ח עמוד ב׳ : ודף מ״ט : על פתרי המקבלים כמו שנראה שם : נדפס בבאסיליאה שפ״ט לפ״ק :

536 R. CHAII'M VITALIS, de quo fit mentio in libro כתבי שבח, quas collegit ex maiori libro תעלמות חכמה R. Iosephi Cretensis R. Samuel Germanus pag. 48. b. & pag. sequ. non longè à fine scripsit -

ספר עץ חיים Sèpher Etz chaiim Librum Ligni vitæ, quo alludit ad nomen suum, & ad scientiam, quæ Ligno vitæ comparatur, in eo videtur agere de mysterijs Cabalicis. Huiusmodi לקוטים שונים Collectanea diuersa excusa sunt Basileæ anno mundi ש״פט 389. minoris supputat. Christi 1629. in 4.

In מחזור Machazore Hispano in ספר תפלות ימים נוראים Ordine Precum pro diebus reuerendis inuenitur פזמון Pizmòn Carmen quoddam, quod cuidam R. חיים Chaiim tribuitur. An autem sit idem cum hoc nostro, ignoramus.

תקל״ד **רבי חיים בן בנימן זאב** קבץ

יחד אלו ספרים : הראשון נקרא אור חדש יבוא בו כל הברכות בלי אלה שהם שנזכרו בתפלות לא נזכרו כאן ונכללו בספר בית תפלה ונפרסמו שנקרא בשם ארבעה ראשים ונדפס באמשטרדם שנת בי״ יגד״ל שלו״ם לפ״ק בדפוס וייבש בן ר׳ אהרן הלוי :

534 R. CHAII'M BEN BINIAMI'N ZEE'V simul collegit sequentes Tractatus, qui habentur in libro, qui vocatur -

אור חדש Or chadàsc Lumen nouum, in quo explicantur omnes benedictiones, ijs exceptis, quæ reperiuntur in ordinarijs Precum libris, quæ quidem in alio libro exponuntur, vocato בית תפלה Beth Thephillà Domus Orationis, & in alio dicto ארבעה ראשי׳ Arbaahà Rascim Quatuor Capita. Excus. Amstelodami anno in hoc symbolo contento ב״י יג״ד״ל שלו״ם id est 431. minoris supput. Christi 1671. apud Typographiam Viues Ben R. Aharon Leuitæ, in 8.

תקל״ה **ר׳ חיים בן בנבנשתי** חבר -

ספר כנסת הגדולה והוא פירוש על טור ארח חיים וחשן משפט של יוסף קארו מעצם שלחן ערוך : ומביא דעות שלינן נשמעין עד היום הזה ומחלק בשני חלקים : ונדפס בליוורנו על ידי ידידיה בן ר׳ יצחק גבאי שנת תי״ח לפ״ק :

535 R. CHAII'M BEN BENBA-

תקל"ז ר' חיים חבריא כנראה שהוא חבר פירוש על כמה כתבי קודש או על התורה לבד כי שמו נכתב בין החכמים אשר נזכרו בפירוש אברהם גדליה בתחלת ספר הילקוט בשמות החכמים אשר כלולים בספר הנקרא : בדף ב' עמוד ב' ;

537 R. CHAIIM CHAVRIIA' videtur scripsisse *Expositionem in Sacram Scripturam*: nam numeratur in Catalogo Doctorum & Librorum, quorum mentio fit in Commentarijs *R. Abrahami Ghedaliæ* in ילקוט *Ialkùt* editionis Liburnensis anni 410. min. supput. Christi 1650. Hunc Catalogum habes in I. Par. pag. 2. b. in principio paginæ.

תקל"ח ר' חיים בר' יהודה ן' ביבאש הספרדי העתיק מלשון הערבי אל לשון העברי אגרת הפטירה לאבובכר בן ציג ישמעאלי ששם מדבר על הפרישות מהדברים הגשמיים והכבליים בעולם הזה : וכתוב שצריך אדם להתדבק אל הדברים שהם קיימים בעולם הבא ונמצא כ"י בוואטיקאנו ;

538 R. CHAIIM BAR IVDÆ ABEN ביבאש BIVASC VIVES Hispanus, ex Arabico in Hebraicum transtulit – אגרת הפטירה *Ighèreth happettirà Epistolam discessus*. In qua *De separatione à rebus mundanis facienda* agitur. Huius Auctor est אבובכר בן ציג *Abubàcar Ben Tzìgh*, de quo in Prima Par. num. 13. Extat msc. in Biblioth. Vatic. Papyr. in 4.

תקל"ט רבי חיים כהן תלמיד של רבינו תם שנפטר שנת ד"תתק"ל לאלף הרביעי : חבר פ' על כמה מסכתות והוא היה אבי אמו של הר"ם מקוצי בעל ספר מצות גדול ; עיין ס' יוחסין דף קל"א ;

539 R. CHAIIM COHEN discipulus Rabbènu Tham, qui obijt anno 4930. Christi 1170. Scripsit פירוש על כמה מסכתות *Pirùsc al camà massachthòth Explanationes super aliquot Tractatus Talmudicos*. Fuit hic Auctor Auus maternus, seù Auunculus R. Mosis de Kòtzi Auctoris libri סמ"ג *Iuchasìn* pag. 131.

תק"מ ר' חיים פלוני חבר אגרת החמודות : ונזכר מיוחן קריסטופורו ואגינסילין בהקדמת על מסכת סוטה בחלק ראשון ;

540 R. CHAIIM PELONI' Anonymus, scripsit – אגרת חמודות *Ighèreth chamudòth Epistolam desiderabilium*. Citatur à Ioan. Christophoro Wagenseilio in Præfatione סוטה *Sottà De uxore adulterij suspecta*, I. Parte.

תקמ"א ר' חיים בר שמואל בן דוד מטורילא תלמיד הרשב"א חבר צרור החיים וצרור הכסף שנת ב' לאלף הששי כמו שאמר בעל ספר יוחסין דף קל"ב : ובעל ספר שלשלת הקבלה דף כ"ט ;

541 R. CHAIIM BAR R. SAMVELIS BARABBI' DAVID טטורילה TOLETANVS, discipulus הרשב"א *Harìscbà*, id est *R. Salomonis Bèn Adèreth*, seù *Adràth*. Scripsit – צרור החיים *Tzerèr hachaiìm Fasciculum vitæ*. Tit. ex 1. Samuel. 25. 29. Librum Concionum, siuè Sermonum, scripsit & –

צרור הכסף *Tzeròr Hacchèseph Fasciculum Argenteum*. Tit. ex Genes. 42. 35. Librum moralem. De vtroque in *Scialsceleth hakab.* pag. 59. vbi dicitur fuisse compositos anno 51. sexti millenarij, id est anno mundi 5051. Christi 1291. quod habuit à *Iuchasin* pag. 133. circa medium. Vnde corrigendus est Plantauitius Cod. 603. vbi ait, hunc Auctorem floruisse circa annum 1220.

תקמ״ב ר׳ חיי בר נחשון ראש מתיבתא דנהרדעא ספר שאלות על כמה מסכתות התלמוד ונמצא כ״י בוואטיקאנו :

542 CHAIIE' BAR NACHSCIO'N Princeps Academiæ Neardeahà, scripsit - שאלות על כמה מסכתות *Sceelòth al camà Massachthòth Postulata quædam super nonnullos Codices Talmudicos*. Reperiuntur msc. in Biblioth. Vatic.

Non inuenio apud Chronographos Hebræos, qui de Rectoribus Academiarum scripserunt, hunc Auctorem *Chaije Bar Nachsciòn* fuisse Principem Academiæ Neardeahà.

תקמ״ג חיי עולם הוא הספר בלשון אשכנזי ולא נודע שם המחבר והוא מדבר על חיי העולם הבא כמו שנזכר בשם אותו הספר :

543 CHAIIE' O'LAM *Vita æterna*. Titulus Libri Ethici *De acquirenda possessione æternæ Vitæ*, vt indicat Titulus. Est liber Hebræo-Germanicus Anonymi Auctoris. Reperitur excusus Friburgi Brisgoiæ anno 343. min. sup. Christi 1583. in 4.

תקמ״ד ר׳ חירץ ספר פירוש על סדור תפלות כמנהג האשכנזים ונדפס בדפוס עיר פראג :

544 R. CHIRA'TZ scripsit - פירוש על התפלות *Pirùsc al hattephilòth Explanationem Precum* secundùm ritum Synagogæ Germanorum. Excusa Pragæ עם סדור *cum ordine* Precum eiusdem Nationis. Ita Plantauit. Cod. 458.

Idem Plantauit. Cod. 477. quendam Rabbinum nomine חירץ *Chiritz* nobis exhibet, qui dicit scripsisse ספר סודות *Sèpher Sodòth* librum *De Naturæ & Legis arcanis*, sed illum se non vidisse, asserit.

תקמ״ה ר׳ חליד בן יאזיקי ספר ספר סודות הזהב על מלאכת הזהב שנקראת אלקימיאה ונעתק מלשון עברי אל לשון ערבי ומערבי אל לשון לטין מאלוהי אלמוני ונדפס בבסיליאה שנת אלף תקע״ב לביאת משיחנו :

545 R. CHALI'D BEN IAZICHI' scripsit - ספר סודות הזהב *Sèpher Sodòth hazahàu Librũ secretorum Alchemiæ*, translatus fuit ex Hebræo in Arabicum, & ex Arabico in Latinum ab incerto Interprete. Excusus reperitur vnà cum *Auriferæ artis, quam Chemiam vocant, antiquissimis Auctoribus, siuè Turba Philosophorum*. Basileæ apud Petrum Pernam 1572. in 8. Habetur pag. 349. eiusdem libri.

תקמ״ו רבי חמאי גאון ראש המדברים ספר - סוד על החרות חשם על פי הקבלה ונמצא כ״י בתוך ספרי של דוכוס דאורבינו אשר הין בוואטיקאנו במספר ספרים ל״א רץ קמ״ג : ועשה גם כן - פירוש

quentissimorum Caput in Cabala.

Itemque *De reconditis Psalmi* 19. ex Gesnero.

Plantauitius etiam in sua Biblioth. Rabbin. meminit R. חמאי *Chammài* Cod. 160. eique attribuit librum עיון *Hijùn Speculationis*, & ait tractare de studio literarum faciendo, variosque Canones tradere, quibus cum ingenti profectu quiuis libros quoscunque, & maximè Sacros, legere possit, eumque non inueniri nisi manu solùm descriptum. Videtur igitur diuersus esse à nostro Codice. Insuper 183. eiusdem meminit, & eundem Auctorem scripsisse asserit -

חדושי על מסכת פסחים *Chiduscè al Masséchethm Pesachim Nouellas explanationes* super Cod. *de duabus festiuitatibus Paschatum* prima videlicet & secunda.

Quamplurimæ Nouellæ explanationes sub nomine חדושים *Chiduscim* tam msc. quàm typis excusę reperiuntur super diuersos Codices Talmudicos.

Super Cod. גטין וחליצה *Ghittin & Chaluzà De repudijs & solutione calcei* ad l. *fratriam*. Extant msc. in Biblioth. Vatic. compositæ Norimburgi an. mun. 5180 Christi 1420. ab Anonymo. Papyr. in 4.

Itemque חדושים על הסמ״ג *Chiduscim al Hassamàgh Nouella interpretationes super* librum סמ״ג *Samàgh*, id est *librum magnorum præceptorum*. De quo vide in *Mosè de Kòtzi*. Asseruantur in eadem Biblioth. Vaticana msc. in Papyr. in 4.

De eodem *R. Chammà Bar R. Cha-*

פירוש שם של ארבע אותיות ועל עשרה ספירות ונמצא שם כתב קמ״ח : וכתב קמ״ו כתבתי כל הצירופים של אותיות הכלים ההם שמות המקבלה : וזה הספר נכתב בחדש אדר שנת קמ״ה לאלף הששי : על ידי שלמה בן רבי נתנאל ... כולה בסוף הספר :

546 R. CHAMMA'I GHAO'N *Rosc Hammedabberim Princeps eloquentium*, scipsit -

סוד על החדות השם *Sod al Hachadùth hascèm Mysterium Vnitatis nominis Dei*. Reperitur msc. inter Codices Hebraicos Biblioth. Vrbinat. apud Vaticanum num. 31. in fol. partim Papyr. partim Pergam. ad pag. 163. Item scripsit -

פירוש שם של ארבע אותיות *Pirùsc scem scel arbaàh Othiòth Explicationem nominis quadriliteri Tetragrammatoni, & Ineffabilis*. Reperitur ib. p. 165. & pag. 167. ponuntur exempla omnium הצרופים *Hatzerruphim Combinationum* literarum, vt inde eruantur nomina Cabalistica, quæ Deo à Cabalicis attribuuntur. Paulò antè, decem ספירות *Sephiròth* etiam exponuntur. Vide: האי גאון.

תקמז ר' חמאי או חמה בן חנינה

חבר.

ספר העיון על הקבלה : חבר גם כן פירוש על עשור יה״ הקבלה :

547 R. CHAMMA'I vel CHAMMA' BEN CHANINA' scripsit ספר העיון *Sèpher Haijùn Librum Speculationis*, & est Cabalisticus, quem citat Reuclinus, & Cornelius Agrippa.

Eiusdem est Liber, qui dicitur *Elo-*

Chanina fit mentio in Talmude Codice *Berachòth* cap. 1. pag. 5. b. circa fin. qui refert sententiam R. Isaaci dicentis, mares gigni, si lectulum à Septentrione in Austrum stratum fuerit, probatque ex ver. Psalmi 17. eoque abutitur ad illius probandam superstitionem. Verba huius Rabbini sunt.

אמר רבי חמא ברבי חנינא אמר רבי יצחק כל הנותן מטתו בין צפון לדרום הויין ליה בנים זכרים שנאמר (תהלים י"ז: י"ד) ממתים ידך יהיה מחלד חלקם בחיים וצפונך תמלא בטנם :

Dixit R. Chamà Baribbì Chaninà: Dixit R. Isaac: Qui statuit lectulum suum inter Septentrionem & Austrum suscipit liberos mares, S. D. (Psal. 17. 14.) A viris manu tua Domine, à viris de tempore, quorum pars est in vita; & abscondito tuo implebis ventrem eorum.

Hic, quia *absconditum* significat etiam צפון *Tzaphòn Septentrionem*; idcircò tam absurdam expositionem eliciunt. Licèt res ipsa à Gentilibus non æstimaretur absurda, quando & Plinius libro 18. 34. histor. natural. monet Pastores, vt curent quod pecudes ad Boream ineant, si velint concipi mares. Et Aristoteles flatibus Aquilonijs magis quàm Austrinis mares gigni docet, lib. 4. c. 2. *De generat. animal.* At Rabbinorum doctrina de lectuli à Septentrione ad Austrum positione superstitiosa dignoscitur, quia docent hoc ideò fieri debere, quia Diuinitatè, seù Diuinam Maiestatem residere credunt in Orientali, vel Occidentali plaga,

ideò in aduersa mundi parte ob reuerentiam Diuinę Maiestatis cubandum esse volunt, ac si Deus non esset vbique. Vide *Glossam R. Salom.* ibid. & in עין ישראל *En Israël* Par. I. pag. 6. col 3. num. 11.

חנה אם שמואל הנביאה הלוי

יקומ'

והיא חנה אשת אלקנה בן ירוחם ואין לה ילדים ונתפללה אל יהוה ונתן לה בן וילד בן ויקרא שמו שמואל והיא היתה בת קל' שנים כשילדה אותו : ילקוט ס' שמואל אומר אברהם ושרה היו עקרים ע"ה שנה : רבקה י' רחל י"ד חנה י"ט שנים וחני' : ואני אומר שאולי יש טעות ושכר סירה או קפלה ונתפללה חנה אל יהוה ותאמר עלץ לבי ביהוה רמה קרני ביהוה וגו' : כמו כתוב בפרק שני דשמואל א' :

548 CHANNA' ANNA Mater Samuelis pia fœmina sed sterilis, ab æmula Phenenna altera vxore viri sui Elcanæ domi vexatur, quàm patienter sustinet. In Silo cùm oraret submissa voce, tantumque labia illius mouerentur, ab Heli Summo Sacerdote ebria habita est, & temulenta; sed cognita illius innocentia à Sacrario placidè, & cum spe liberos suscipiendi dimittitur. Quare mitigata animi illius ægritudine, domum cum marito suo reuertitur, conceptaque prole, masculum parit, maximum futurum Israëlitici populi Directorem, Iudicem, & Prophetam Samuelem appellatum, quem Deo vouet & consecrat. In gratiarum actionem prophetico Spiritu ducta, Hymnum canit pulcherrimum, ***Exultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meum in Deo meo. &c.*** eumque posteritati relinquit, quem Ecclesia

exem-

sum ex Rabbinis: *Vel dixit: Rex mundi, cùm creaueris tot exercitus & copias rerum creatarum; adeòne est graue tibi concedere mihi filium vnum?* Et hæc est petulans & arrogans petitio, nec ex verbis Annæ elici potest nisi ab arrogante & superbo Commentatore. Non inferioris superbiæ est commentatio R. Dauidis Kimchij à Rabbinis antiquioribus desumpta, super illa verba quæ sequuntur, אם ראוה תראה *Si respiciendo respexeris*. *Id est* (inquit) *Si respexeris, benè est, si minùs aspexeris, ego iniiciam marito meo zelotypiam* (bibam aquas zelotypiæ, & mox concipiam) *quemadmodum scripsisti in Lege tua*. (Num. 5. v. 28.) Et si non polluta fuerit mulier erit innoxia, & faciet liberos, Quasi diceret Anna coram Deo: Si nolueris hoc mihi præstare beneficium, nihil tibi acceptum feram, nihil tibi debebo. Alia ratione absque te comparabo mihi filios, etiam Lege tua delusa. Quæ sunt blasphemiæ verba, contra Deum & Legem suam.

Secundò, ad illud responsum Annæ c. 1. 15. *Nequaquam Domine mi &c.* seù vt litera Hebræa habet לא אדני *Non Domine mi*. R. Salomon: *Hoc modo respondisse fertur Anna Heli Sacerdoti; Non es tu Dominus? In hoc ostendisti te non habere Spiritum Sanctum inhabitantem in te, quia sciuisses me non esse vino ebriam*. Iniuria magna fit Annę Prophetissæ, dum inducitur redarguens Heli quasi mendacem, & carentem Spiritu Sancto.

Tertiò, ad illud Cantici Annæ Pro-

exemplum Annæ sequuta, in Matutinis Laudibus feria 4. modulatur. Facta deinceps Anna ex sterili fœcunda, alias proles suscipit, fitque quinque natorum mater; trium scilicet filiorum, & duarum filiarum, quos in sancta religione nutriuit.

Huius Annæ Prophetissę gloriam, & sanctitatem suis vanis & ineptis commentationibus obscurare, seu etiam deturpare deprehenduntur Rabbini: nam

Primò, in oratione, quam fuderat Anna coram Domino in Silo, quæ habetur cap. 1. 11. I. Samuelis: *Domine exercituum si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, &c.* dicunt; Quare cognominauerit Deum hoc epitheto (*exercituum?*) R. Salomon refert, quòd hoc modo locuta sit Anna: *Domine Rex mundi, tu creasti duas quodammodo militias in mundo tuo. Superiores non crescunt, nec multiplicant, nec moriuntur. Inferiores crescunt, multiplicant, & moriuntur, si ego sum de inferiori militia, certè crescere, multiplicari, morique debeo, sin de superiori, ego non moriar, sed viuam in perpetuum, si non pariam filios*.

וז מצאתי באגדה של רבי יוסי הגלילי

Hoc inueni in Agadàh R. Iosè Galilai. inquit R. Salomon. Nihil hac oratione potest esse stultius, ne dicam arrogantius, si hunc haberet sensum. Sed epitheta Deo pro libito ad ipsum commendandum tribuuntur. Verba Hebraica hic non refero, ne longior fiam.

Addit R. Salomon alterum sen-

minus ad numerum ſeptenarium non peruenitur, licèt & Samuel quinque reliquis filijs addatur. Deinde vbinam legit R. Nehemias, aut R. Salomon; quod adeò rarum fuit in Veteri Teſtamento; Phenennæ filios olim mortuos reuixiſſe?

Quartò, quòd prophetauerit Anna de vita Saulis caſu, & inaduertenter. R. Dauid Kimchius ex verbis Annæ (1. Sam. 1. 28.) *Commodaui eum Domino, cunctis diebus quibus fuerit commodatus Domino*, ſed quia *commodatus* lingua Hebraica dicitur שאול *Sciaùl Saul*, ob id elicit hunc ſenſum כל הימים אשר היה הוא *omnibus diebus quibus fuit* (ſcilicet Samuel) שאול ליהוה *Sciaùl Ladonài Saul erit Domino*. Vide an in ſuis commentis ineptient Rabbini, & nihilominus dicit R. Dauid Kimchius.

באותה שעה נצנצה בה רוח הקדש

Quòd ea hora (Anna) *illuſtrata, & irradiata fuerit à Spiritu Sancto*.

Floruit Anna Prophetiſſa anno mundi 2831. quo anno concepiſſe Samuelem volunt Rabbini, vt *Iuchaſsin* pag. 11. *Scialſcèleth hakabbalà* pag. 14. b. vbi aſſeritur, Annam היתה בת קל׳ שנים *fuiſſe filiam* 130. *annorum quando peperit Samuelem*, anno ſcilicet ante Chriſti natiuitatem 929. In ילקוט *Ialkùtt* 1. Sámuel. cap. 1. §. אחת פעם pag. 25 col. 1. editionis Liburnenſis cum Comment. in folio, dicitur, *Abrahamum & Saram fuiſſe ſteriles annis* 75. *Rebeccam* 10. *Rachelem* 24. *Annam matrem Samuelis annis* 19. quod verum eſſe non poteſt,

Prophetiſſæ 1. Sam. cap. 2. ver. 5.

עד עקרה ילדה שבעה ורבת בנים אמללה.

Donec ſterilis peperit ſeptem, ſed quæ multiplicabat filios infirmata eſt. Rabbi Salom. *Dum ſterilis peperit ſeptem filios, illa quæ multos habet filios, fit debilis, & ſepelit filios ſuos. Anna genuit ſeptem, quoniam dicitur* (1. Sam. 2. 21.) Quoniam viſitauit Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias. *Et quando Anna genuit vnum* (nempè Samuelem) *Phenenna ſepelijt duos. S. D.* (Ibid. *Et decem filij fuerunt ei, quoniam dictum eſt* (1. Sam. 1. 8.) Nonne ego melior tibi ſum quàm decem filij *Phenenna? Quando genuit Anna quartum* (filium) *ſepelijt Phenenna octauum. Et quando fuit concipiens Anna, & ferens vtero quintum filium, proſtrauit ſe Phenenna ad pedes Annæ, & quæſiuit miſericordiam, & reuixerunt, & appellati ſunt de nomine ſuo* ל״. *Hæc ſunt verba R. Nehemiæ*. Non probant citationes, Annam peperiſſe ſeptem. Addet fortaſſis R. Salomon alium filium, nempè Samuelem, quia, vt ipſe refert

שבעה בגימטריא כמנין שמואל

Septem per Ghematriam (nam literæ vocis שבעה in numeros reſolutæ) *eundem numerum conficiunt ac* שמואל *Samuel*. Literæ enim vtriuſque vocis ſeorſim numerum 377. efficiunt. Sed præterquam quod huiuſmodi commentum ſit purè Cabalicum, ideòque leuiſſimum, imò inane, etiamſi pro nunc concedatur, nihilo-

ver. 1. *Et factum est vigesimo anno &c. aperti sunt Cæli, & vidi visiones Dei, &c.*

III. Zachariæ cap. 4. 2. *Vidi, & ecce Candelabrum aureum &c.* Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. in 4. num. 340. Nomen Auctoris legitur pag. 24.

Buxtorfius in sua Biblioth. Rabbinica, quem sequitur Plantauitius Codice 409. dicunt esse *Commentarium super Rabbòth*, forsan erit alius à nostro. Dicit etiam, sæpè citari *in Caphtòr*, sed in folio 38. quod assignatur à Plantauitio, nihil de eo ibi inueni.

תקנ״א **חנוך בן ירד** היה בדור השביעי שנת תרכ״ב ליצירה ויחי חנוך חמש וששים שנה ויולד את מתושלח ויתהלך חנוך את אלהים וגומ׳ : ויהי כל ימי חנוך שס״ה שנה : ואיננו כי לקח אותו אלהים שנת תתקפ״ז ליצירה : ובבראשית רבה פרשת כ״ה אמר רבי איבו חנוך חנף היה פעמים צדיק פעמים רשע אמר הקב״ה עד שהוא בצדקו אסלקנו : ויא״ שחנוך התחיל לחבר ספרים בקבלה : ויש ספר חנוך המכונה אחרים והוא אין לו שום חנוך בן ירד כמו נראה לקמן בסימן תקנ״ב :

551 CHANO'CH ENO'CH BEN IA'RED vir Deo dilectus, septimus ab Adamo in linea recta Iustorum, nascitur anno mundi 622. scripsit ex nonnullorum sententia ספר חנוך *Sèpher Chanàch Librum Enochi*, ex quo Iudas Apostolus in sua Epistola Canonica ver. 14. & 15. aduersus impios & seductores formidabile de extremo Iudicio testimonium accepisse volunt; sed ex eo Apostoli Iudæ loco videtur non posse conuinci Henoch librum scripsisse, quandoquidem nihil de libro Heno-

test, vt animaduertit Auctor *Sciałscel. hakab.* loco cit.

Cæterùm, prænotatas cap. 1. & 2. I. Samuel. Rabbinorum expositiones cum diuersis alijs insolitis & Cabalisticis commentis apud *Ialkùt* loc. cit. videre poterit curiosus Lector, vbi & antiquorum Rabbinorum, ex quibus desumpta sunt, notantur loca.

תקמ״ט **ר׳ חנוך בן ר׳ אברהם** תושב ישיבה בפולין בקהלה גנזין עשה הסכמה על הספר נחלת צבי לרבי צבי הכהן נדפס באמשטרדם שנת תכ״א לפ״ק :

449 R. CHANO'CH ENOCH BEN R. ABRAHAM Academicus Gnesnæ Vrbis Regni Poloniæ laudauit librum נחלת צבי *R. Tzeui Ben Ioseph Sacerdotis* scripta approbatione in principio libri eiusdem. Excusa cum eodem anno תכ״א 421. min. supput. Christi 1661. in folio.

תק״נ **חנוך בן דוד** חבר מראות אלהים והוא פירוש על שלשת המראות של שלשה נביאים והם ישעיה יחזקאל וזכריה על דרך הקבלה והס׳ נמצא כ״י בוואטיקאנו :

450 R. CHANO'CH ENO'CH BEN DAVID scripsit מראות אלהים *Maròth Elohim Visiones Dei*. Tit. ex Ezech. 1. 1. Tractat Cabalisticè de tribus visionibus Propheticis, idcircò hunc libellum in tres Visiones veluti in tres Tractatus diuidit.

I. Complectitur Visionem Isaiæ cap. 6. *Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & eleuatum, &c.*

II. Visionem Ezechielis cap. 1.

leuius sit, quàm vt veritatis, aut pietatis graue pondus sustineat, leuissimarum quoque nugarum, putidorumque mendaciorum plenum; ideò ab omnibus Viris doctis meritò reijcitur, ac damnatur. De eodem fragmento libri Henochi agunt ex Heterodoxis Bangius, in עט חקרם exercit. 1. de libro Henochi. Bulengerus l. 1. *de licita & vetita Magia*. Heidegerus in ראשי אבות, & alij.

Ex Hebræis nullum reperi, qui de libro Henoch mentionem faciat, solùm Auctor *Iuchasin* pag. 134. b. חומן הראשון *Aetate prima* dicit hunc nostrum Henoch vocari etiam *Adrìs*, librumque de Astronomia scripsisse. En eius verba.

חנוך (בן ירד) אשר נקרא אדריס והתחיל לחבר ספרים בתכונה ולחם מלחמות נגד בני קין הרשעים ולקח אותו אלהים בגוף ונפש לפי דעת קצת .

Chanòch (filius Iared) *qui etiam vocatur Adris, incapit scribere libros in Astrologia, & pugnauit contra filios Kain improbos. Tulit eum Deus in corpore & anima secundùm nonnullorum opinionem*. Sed hallucinatur *Iuchasin*: nam *Henoch Adris* est longè alius ab hoc nostro, vt infrà numero sequenti videbimus.

Vir sanctus erat Henoch, & vt dicitur in libro הישר *Haijasciàr* pag. 11. longè post med. dedit ei Deus dominiũ super omnes filios Adæ, vt viam Iustitiæ, honosque mores eos doceret, de quo multa miranda de Henoch ibidem leguntur, quæ, breuitati studentes, referre prætermittimus, quin

chi ibidem habeatur, sed tantùm dicitur prophetasse, non autem scripsisse. *Prophetauit autem* (inquit) *& de his septimus ab Adam Enoch: Ecce venit Dominus, &c.* Potuit itaque prophetare Henoch absque eo quòd Prophetiam scripsisset, vt concionatur Apostolus Petrus Act. 2. 17. *Et quidem super seruos meos &c. & prophetabunt &c.* Multi etiam erant Prophetæ, qui Prophetias suas nullatenus scribebant, vt Achias 3. Regum c. 14. Iehu filius Anani, Ibid. 16. Agabus Actor. 11. v. 28. Constans nihilominus est antiquorum quorundam Patrum sententia, Henochum librum scripsisse, cuius meminerunt, Origenes, Tertullianus, Hieronymus, Augustinus, Clemens Alexandrinus, & alij; sed cuiusnã argumenti est planè ignotum. Ex Origene Homil. 28. libri Num. colligitur de nominibus Stellarum tractasse, vbi ita legitur: *Qui fecit multitudinem stellarum, vt ait Propheta, omnibus eis nomina vocat. De quibus quidem nominibus plurima in libellis, qui appellantur Henoch, secreta continentur, & arcana*. Idem in Comment. super Ioan. Tom. 6. & Augustinus lib. 15. cap. 23. *de Ciuit. Dei ad Marcellinum*; asserunt, in eo libello de Gigantibus fabulas, quòd non habuerint homines patres, sed Angelos, contineri. Huius fragmentum Scaliger Annotationibus in Euseb. inseruit, quod Athanasius Kircher latinitate donatum in Oedipo Gymnas. Hieroglyph. Class. II. Gram. 2. §. 4. pag. 69. nobis exhibet. Quod cùm

SOPH PHILOSOPHVS cognomento Arabicè אדריס *Adris*, fuit valdè notus apud Arabes, & antiquiores Hebræos, vt patet ex libro דברי הימים של משה, vbi reperitur quidam libellus, qui eidem attribuitur sub nomine -

ספר חנוך *Sèpher Channòch Liber Henoch*, in quo eruditur filius *Adris* ad pietatem, charitatem, & alias virtutes morales. Introducuntur quidam Philosophi, vt Socrates, & *Balaam*, Arabicè ליקנין *Lucanin*, id est *Lucanus*, qui relatis quibusdam eruditis sententijs, vel etiam exemplis eundem filium instruere student. Est paruus libellus insertus inter alios, quorum primus est præcitatus דברי הימים של משה *Diurè haijamim scil Mosce Chronicon Mosis*. Excusus Venetijs anno ש"ד 304. min. supputat. Christi 1544. apud Cornelium Ben R. Baruch אדיל קינד *Adil kenàd* in 8.

Omnes illos libellos, qui inseruntur in eodem Chronico Mosis, numerat Plantauitius in sua Bibliotheca Rabbin. Cod. 121. Sed hunc nostrum ספר חנוך *Sèpher Channòch* malè legit ספר חֲנוּךְ *Sèpher Channùch*, & errat quando dicit, quòd *de Chiromantia tractet*. Credidit enim hunc eundem fuisse librum, quem edidit *R. Ghedalia Aben Iachija* in memoriam filij sui חנך *Channòch*, de quo egimus in I. Parte num. 391. §. 7. cùm hic liber *Channòch* alius sit ab eo longè diuersus, Auctor *Scialscèleth hakab*. pag. 56. b. putat librum חנוך *Channòch* fuisse scriptum à ר' אהרן הלוי *R. Aharon Hallevi* quin & Auctor *Maarècheth Elaùth*, referente *Ghedalia Iachijà* in *Catena Cabala* pag. 7. circa med. in altiori gradu perfectionis collocat *Henochum*, quàm *Mosen*, aut *Eliam*, & nihilominus ר' איבו *R. Ibò* in *Berescith Rabbà*, *Sèder Berescìth*, *Parascia* 25. circa principium nimis impudenter ait -

חנוך חנף היה ; פעמים צדיק פעמים רשע, אמר הקב"ה עד שהוא בצדקו אסלקנו ;

Channòch hypocrita fuit. Aliquando Iustus, aliquando Impius. Dixit Deus sanctus benedictus: Donec ipse est iustus, ego eum tollam.

Anno 365. vitæ Henoch moritur Adam homo primus an. mun. 930. & sepelitur ab Henocho cùm vitę suę ageret annum 309.

Tollitur à Deo anno mundi 987. quinquagesimo sexto anno postquam Adamum sepulturæ tradiderat.

Inter Codices msc. Hebræos Biblioth. Vrbinaten. quæ in Biblioth. Vaticeana asseruantur, in quodam Cod. membranac. in 4. מערכת האלהות *Maarècheth Hacelahùth Ordinationis Diuinitatis*, reperitur quædam Oratio, quæ attribuitur *Henocho Ben Iàred*. Hanc (dicunt) recitare consueuisse coram Domino. Sed res apocrypha est & vana.

יקרא **חנוך הפילוסוף** המכונה בלשון ערבי אדריס חבר ספר חנוך על המוסר לאמר לו בנו לקחתו, וחנך לבן, ונמצא בספר דברי הימים של משה נדפס בויניציא על ידי קורנליו בן ר' ברוך אדיל קינד שנת ש"ד לפ"ק.

552 CHANNO'CH HAPPILO-

cuius meminit *R. Moses Aegyptius* in *Epistola ad R. Samuelem Aben Tybbon* de translatione sui libri מורה הנבוכים *Morè Hannevuchim* ex lingua Arabica in linguam Hebræam pag. 22. editionis Venetæ anno mundi 305. min. supput. Christi 1545. in 8. vbi refert, hunc *R. Chanèn Ben Isaaci* ritè transtulisse *Galeni Opera* in linguam Hebræam.

תקנד ר׳ חננאל אחד מן בעלי התוספות עשה עם חביריו פירוש על הגמרא ונקרא אותו תוספות כתוב בצד העליון סביב של גמרא :

554 R. CHANANE'L vnus est ex Rabbinis, qui composuerunt Glossarium illud Talmudicum, quod sub nomine תוספות *Thosaphòth* ad leuam paginarum ipsius Talmudis excusum reperitur in fol.

תקנו רב חננאל חכם גדול היה עשיר מאד חבר ספר המקצועות כנזכר בערוך ע׳ ... ונסמכות בו , וחבר ספר חפץ כנזכר בתשובות הגאונים ... והיה ראש ישיבה במדינת אלקירואן ... בימי ... בדורות ההוא : ועיין ספר שלשלת הקבלה דף ל׳ :

556 RAV CHANANE'L, qui circa ann. mun. 4840. Christi 1080. viuebat, prædiues fuit & doctus, & inter Rabbinos suæ ætatis Principatum tenuit in Prouincia, seù Vrbe אלקירואן *Alkiruàn*, quæ an sit Regni Fes in Africa è regione Cordubæ, an in Hispania, adhuc non didici, vbi Academiam regens, ipsius cura & opera, quandiu vixit, studium Talmudicum mirificè viguit, sed eo mortuo absque ma-

R. Aharòn Leuita, qui de genere Principum, qui Barcinone Toletum anno mundi 5045. Christi 1285. secessit, & obijt secundùm *Iuchasin* ibid. an. mundi 5053. Chr. 1293.

תקנב רבי חנוך בן שלמה אלקוסטאנטיני חבר מאמר אשר קראו מפתח לבא לפרדס נבואת של ישעיה , ודבר על מראות הכבודים של ישעיה פרק ו׳ : א׳ : ומראה את מרכבה על כסא רם ונשא : ועל מראה יחזקאל פרק א׳ : א׳ : ונראו בשמים פתוחים וגו׳ : ועל מראה זכריה פרק ד׳ : ועיין למעלה סימן תקנ : וזה הספר כתוב גם בן בואטיקאנו כתיבת יד :

552 R. CHANNO'CH BEN SALOMONIS CONSTANTINOPOLITANVS scripsit.

מפתח לבא לפרדס נבואת של ישעיה .

Maphtèach lavò Lepardès Neuuàh sceì Iesciaiàh Clauem ad aperiendum Paradisum Prophetiæ Isaiæ. Diuiditur in tres Partes.

I. Tractat de Visione Isaiæ c. 6. *Vidi Dominum sedentem &c.*

II. De Visione Ezechielis c. 1. 1. *Et factum est &c. aperti sunt Cæli &c.*

III. De Visione Zachariæ c. 4. 2. *Vidi, & ecce Candelabrum &c.* Est eiusdem argumenti cum מראות אלהים R. Enochi Ben Dauid, de quo suprà num. 550. Vterque Codex msc. reperitur in Biblioth. Vatic. in 4.

תקנג ר׳ חנין בן יצחק העתיק מלשון יונית אל לשון ערבית ספרי גליאנוס ... והעתיקם ... מלשון ערבי ללשון עברית .

553 R. CHANE'N BEN ISAACI,

תקנ״ח ר׳ חננאל רופא בר תנחום

עשה פירוש על שלש מאות ואחת המצות לבד ונמצא בוואטיקאנו ב״ו על הקלף כרך שלם ונכתב בח׳ סיון שנת ה׳ אלפים ושבעים וששה ליצירה : ומנין ספרים הוא קמ״ז :

558 R. CHANANE'L MEDICVS BAR THANCHV'M composuit.

פירוש *Pirùsc Expositionem* super 301. Iudaica præcepta tantùm. Reperitur msc. in membran. in Bibliot. Vaticana in fol. anno mundi 5076. Christi 1316. die 8. Mensis *Siuàn Maij*, tempore Papæ Benedicti XI. Ordinis Prædicatorum. Vide num. Cod. Hebr. 147.

תקנ״ט חנניה בן חזקיה בן גרון

היה בזמן שבית שני ופירש ספר יחזקאל וכתב מגילת תענית : ובעליתו בית שמאי ובית הלל גזרו י״ח דברים כדאיתא בסיפרי פרשת כי תצא בסוף :

559 CHANANIA'H BEN CHIZKIA'H EZECHIÆ BEN GARO'N floruit tempore Ædis secundæ adhuc persistentis. De eo in Talmude celebris recolitur memoria, cùm enim aliquando voluerint Legis Doctores & Iudices Synedrij prohibere librum Ezechielis, eò quòd nonnulla in eo legantur, quæ Legi Mosaicæ contraria esse viderentur, ipse opus assumpsit interpretandi librum hunc, & vt commodiùs de nocte id facere posset, 300. dolia olei parat pro lucernis. Interpretatio ipsius laudatur, & Ezechielis liber eximitur à periculo damnationis. Hoc à fide absonum & fabulosum commentum his verbis legitur in Cod. חגיגה Cha-

masculina prole, ruit & studium Alkiruanicum.

Auctor *Scialscèleth hakab.* pagina 40. circa principium duos libros huius Auctoris nobis exhibet.

I. ספר המקצועות *Sèpher Hammekatzuhòth. Librum Caricarum*, seù *Casiarum*, cuius mentionem fieri in *Mordochi* cap. אף על פי 5. Cod. כתובות & Cod. שבועות cap. 1. perhibetur.

II. ספר חפץ *Sèpher Chèphetz Librum Desiderij*, cuius meminit מרדכי *Mordochi*, ait Auctor הגהת *Haghahàth Rambàm* Annotationis in R. Mosen Ægyptium *Halachòth* : שכנים *Scechanim* cap. 3. Sed de illorum argumento nihil profert. Pertinere autem videntur ad res Iudiciales, & Forenses Iudaicas, de quibus in locis citatis agitur.

תקנ״ז רבינו חננאל איש רומה

היה בדור רב חננאל הבבלי שנת ד׳ אלפים תת״מ ורשב״ם מביאו כבר״ה בספרו הלכות חמץ ומצה פרק הנהה ב׳ : עיין שלשלת הקבלה דף מ׳ :

557 RABBE'NV CHANANE'L ROMANVS circa annum mundi 4840. Christi 1080. ætate præfati *Ràu Chananelis* viuebat, cui in Talmudica doctrina exequabatur: huius rei signum est prænomen *Rabbènu* ei attributum, quod nemini conceditur, nisi fit summè doctus. Fertur quædam scripsisse ad Ius Hebreorum pertinentia, de quibus maiorem notitiam non habeo. Huius meminit רשב״ם *Rischàm*, id est *R. Samuel Ben Meir* ex הרמב״ם *Harrambàm Halachòth* חמץ ומצה cap. 8: הגהה 2. Vide *Scialscèl. hakab.* pag. 40.

Cha-

quium, vnde tandem 18. decreta stabilita sunt communi consensu in Cænaculo eiusdem, prout videre est in Cod. *Sciabbàth* c. 1. Itaque mirandum est, quomodo in Commentarijs *Misena* in principio Cod. *de Sabbatho* Moses Ægyptius dicat 24. decreta à præfatis Scholis in Ædibus Chananię super 24. rebus emanata fuisse, cùm huiusmodi numerus decretorum nullibi in Talmude legatur. At ex *Pirùsc Rasci*, & ex *Tosaphòth* in eodem Cod. *de Sabbatho* manifestum est, 18. tantum res stabilitas esse atque decretas in eo loco iam relato.

שרבו בית שמאי על בית הלל לא היו עוד מ״ח׃

Easque additas & multiplicatas fuisse à Schola Sciammài super Scholam Hillelis videlicet 18. *res, & non ampliùs.* Inde apparet 18. sententias secundùm opinionem Scholæ Sciammài recepisse Scholam Hillelis.

In *Massechèth Semachòth* Cod. *de Luctu funebri*, cap. 6. pag. 30. colum. 3. circa finem, notabilis historia de hoc Chananiàh refertur: quòd cùm aliquando librum Legis centum מנה *Mna* (est pondus quod secundùm Budæi supputationem librę Romanæ respondet, & iuxta Euangelium Luc. 19. est genus monetæ, de qua, Deo dante, agemus in *Dissertatione de Nummis Veteris Testamenti*) emisset, & postea perdidisset, pro eo orauit in Templo & inuenit. Hinc docemur, antiquum fuisse vsum orandi Deum pro rebus deperditis, vti nos frequenter facimus.

Cæterùm quod attinet ad ætatem Cha-

Chàghighà cap. 2. אין דורשין pag. 13. propè finem.

חנניה בן חזקיה אלמלא הוא נגנז ספר יחזקאל שהיו דבריו סותרין דברי תורה מה עשה העלו לו ג׳ מאות גרבי שמן וישב בעלייה ודרשו׃

Chananiàh Ben Ezechiæ nisi fuisset, fuisset absconditus (prohibitus) *Liber Ezechielis, quia verba eius contradicunt verbis Legis Mosaicæ.* [R. Sal.

שיש בסופו דברים בקרבנות שסותרין דברי תורה׃

Quia in fine libri Ezechielis sunt quædam de Sacrificijs quæ contradicunt Verbis Legis.] Confer cap. 46. Ezechielis. *Quid fecit? Adduxerunt ei* 300. *dolia olei* [R. Salom. להדליק *ad ardendum, vt studere posset de nocte*] *stetit in solario, & interpretatus est illum.* Si hoc Talmudicum commentum fuisset verum, primus omnium Prophetarum Interpretum fuisset hic noster Chananiàh, de quo etiam in libro *Iuchasìn* pagina 57. habetur quod scripserit מגלת תענית *Meghillàth Taanìth Volumen de Ieiunijs.* Quamuis apud eundem pag. 20. legatur, hoc prælaudatum Volumen non ab vno, sed à pluribus fuisse compilatum, primò à *R. Iuda Ben* שמוע *Sciamuàh*, postea ab hoc nostro *Chananià*, postremò à filio suo *Eleazaro*, *& eius Collegio* completum & perfectum. Ædes huius insignis Rabbini Ierosolymitani tanquam Collegium & Doctorum Gymnasium frequentabantur, sæpè in ijs coacta Synodo inter Scholas *Sciammài & Hillelis* de rebus controuersis habitum est collo-

Ex quibus verbis clarè colligitur, quòd Christus videns hos Doctores Scholæ scilicet Sciammài & Hillelis inter se de dubijs Legis disputantes, sedit in medio eorum, eosque audiebat, sed cùm dubia non soluerent, nec solidam doctrinam proponerent, interrogabat eos; qui cùm Christi interrogationibus respondere nescirent, Christus adæquatè respondebat, & mirabantur omnes super prudentia & responsis eius. Vnde hæc disputatio quasi casualiter, & ex accidenti contigit Christo, licèt ab eo præuisa. Viuebat igitur tunc temporis *Chananiàh*, id est anno Christi 13. Quo autem anno fato cessit, incertum est.

הקס׳. ר׳ חנניה בן יצחק היוצרי

זה המתרגם ספר מוסרי הפילוסופים אשר קבצו חכמי יון והרומיים : ומוסרותם ; ואשר על ידם אלכסנדר המוקדוני בעל הקרנים ; והבין הספרים האלו ויתקן הפלוסופים ובתבי ההגמונים אשר בשפלתו לשון והמנהגת עליהם דברים ופיה ; והעתקם מן ספרי יוונים והרומיים וכתבם ספר זה בלשון ערבי ; ורבי יודה בר שלמה הספרדי העתיקו מלשון ערבי ללשון הקדש וחלק לשלשה שערים ורשימי אותו ספרבם ולא קים שם שם מקום אשר כדעתנו ;

560 R. CHANANIA'H BEN ISAACI HAIOTZERI', ex libris Philosophorum Græcorum, & Latinorum compilatis sententijs, & ex ijs composito libro sub nomine מוסרי הפילוסופים *Mussarè Happilosophim Eruditionum Philosophorum* in linguá Arabicam transtulit; quem deinde ex lingua Arabica in linguam Hebraicam vertit *R. Iodà Bar Salomonis Hassephardi Hispanus*. Diuiditur

Chananiæ, dicendum eum eo tempore vixisse, quo Saluator mundi in terris versabatur: nam cùm Proceres Scholæ Sciammài & Hillelis Ædes Chananiæ tanquam Gymnasium frequentarent, & vbi de controuersijs inter vtramque Scholam conciliandis pertractarent, dicendum est, hoc euenisse postquam istæ duæ Scholæ inter se diuisæ fuerunt, quod accidit post triennium ab obitu Hillelis. Hillel autem diem suum clausit anno Domini 8. Ergo dissensio inter vtramque Scholam accidit post annum Domini vndecimum; adeò deinceps exarserunt animi discipulorum vtriusque Scholæ, vt nec publicis disputationibus etiam in Templo frequenter habitis, nec priuatis colloquijs vnquam in mutuam concordiam potuerint coalescere, vnde exacerbatis animis ad arma deuenerunt, ex vtraque parte quamplurimis interfectis, vt notant התוספות *Hattosaphòth* in cap. השולח גט *Hasciolèach Gheth*, ex nomine הירושלמי.

Ex hac diuisione sententiarum Scholæ Sciammài & Hillelis crediderim originem habuisse disputationem illam, quam Doctores tempore Christi Domini, cùm esset annorum duodecim, habuerunt in Templo: nam Christus ingrediens in Templú inuenit Doctores inter se disputantes, inter quos forsan erat hic noster Chananiàh tanquam cæteris doctior: vnde Christus non fuit Auctor disputationis, cùm dicat disertè Euangelista Lucas 2. 46. *Inuenerunt illum in Templo, sedentem in medio Doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.*

tur in tres שערים *Sciarrim Portas*, seù *Tractatus*, in quibus variæ sententiæ diuersorum Philosophorum adducuntur ad mores regulandos spectantes. In tertio Tractatu præcipuè agitur de morte Alexandri Macedonis, qui ibi vocatur, vt solent Auctores Iudæi, בעל הקרנים *Baàl Hakarnàim Cornutus*, ob illius fortitudinem, & Imperij extensionem ab Ortu vsque ad Solis Occasum; cum Epistola ipsius Alexandri ad matrem, & responsione matris ad ipsum; de translatione corporis Alexandri ex Babylone in Alexandriam Ægypti; de funere, & eius exequijs, à Philosophis celebratis; deque Mausoleo vbi corpus Alexandri conditum fuit. Excusus reperitur, sed sine nomine loci & anni impressionis in 4.

תקס"א **ר׳ חנניה ן׳ יקר** חבר ספר תהלי תהלים על דרך חרוז כמנהג הפייטנים שהם נוהגים בשירות ונעשה אותו בקושטנטינא ונדפס באותה העיר :

561 R. CHANANIA'H IBN IAKA'R scripsit librum, quem vocauit תהלי תהלים *Thehillè Thehillim Psalmos Psalmorum*. Est liber Psalmorum in Hebraicum Rhythmum, quo nunc vtuntur Hebræi. Non ita pridem Constantinopoli est confectus. Ita Hottingerus in Bibliotheca Orient. Class. XI.

תקס"ב **חסד אברהם** הוא הספר בלי שם המחבר והם דרשות ונדפס בליגלין :

562 CHE'SED AVRAHAM *Pietas Abrahami*. Liber est Concionum, Excusus Leglini, inquit Plantauit.

תקס"ג **ר׳ חסדאי בן אברהם בר חסדאי בר יהודה בר חסדאי קרישקש ספרדי** והוא נמצא בשנת הגזירות בקשטיליא ובקטלוניא ולרגון שנת קנ"א לאלף ששי ונפטר שנת קס לפק בסרגוסה כיון כי יוחסין דף קלג עמוד ב׳ : ובס׳ שלשלת הקבלה דף סא עמוד ב׳ : ודף קי"ד עמוד א׳. וזה שחבר הרב ספר אור יהוה הנדפס בפירארא שנת שי"ט על ידי לאברהם ן׳ אוסקי ו ושמעתי כי הרב חבר אחר וקראו אור תורה ולא ראיתיו :

563 R. CHASDA'I BEN ABRAHAM BAR CHASDAI BAR IVDÆ BAR CHASDA'I KRESKAS HISPANVS. Scripsit ספר אור יהוה *Sèpher Or Adonài Librum Lucis Domini*. Tractat *de Lege Diuina, eiusque dignitate, & perpetuitate. De Deo, eiusque prouidentia &c.* Diuiditur in quatuor Tractatus, quorum vltimus subdiuiditur in 13. paruos Sermones diuersi argumenti. Corrige itaque Spizelium in Indice Cæsareo pag. 72. asserentem, hunc librum esse Comment. in מורה הנבוכים *Morè hanneuuchim* R. Mosis Ægypij. Vidi illum excusum Ferrariæ anno mundi 315. min. supput. Christi 1555. in 4. apud Abrahamum Aben אוסקי *O'ski* Hispanû, Don Hercule Atestino Ferrariæ Duce. Auctor *Iuchasin* pag. 133. b. prope finem, dicit, hunc Auctorem obijsse Cæsaraugustæ anno קס 140. Christi 1380. Et Auctor *Scialscèleth hakab.* pag. 61. b. circa med. addit

רבינו חסדאי קרישקש שחבר ספר אור ה׳ והוא נמצא בשנת הגזירות :

Rabbènu Chasdài Krèskasc qui composuit librum Lucis Domini, reperiebatur

(Christi 1348.) *Cæsaraugustæ*. Corrigendū igitur est ח in מ. Si verum est, hunc R. Chasdài obijsse an. Dom. 1380. siuè mundi ק״מ verum quoq; esse poterit id, quod asserit R. Simeòn Luzzatti nouissimus Rabb. Venetus in suo Discursu Italico *Circa statum Hebræorum præsentis æui*, pag. 79. b. vbi dicit *R. Chasdài* fuisse Magistrū *R. Iosephi Albi*. Constat autem *R. Iosephum Album* fuisse vnum ex Rabbinis, qui cum Hieronymo à S. Fide anno Domini 1413. disputauerat coram Benedicto XIII. Antipapa, vnde & à *Iuchasin* pag. 134. refertur ad annum 5185. Christi 1425. quo anno composuit suum Syntagma עקרים, & *Scialsceleth hakab.* immediatè post Chasdài ponit Ioseph Album. Notandum verò est id, quod idem Luzzatti ibidem refert, quòd hic R. Chasdài fuerit primus inter Hebræos, qui doctrinam Aristotelis impugnauerit, ex quo discimus eum non vulgarem fuisse Philosophum.

Addit idem Auctor *Iuchasin* pag. 133. b. in fine, quòd -

בשנת קמ״א הסירו הנוצרים חשבונם אשר מזמן קיסר אגוסטו והתחילו לחשוב ממולד הנוצרי ויש הפרש ל״ח שנים :

Anno mundi 141. *minor. supputat.* (Christi 1381.) *desierunt Christiani* (nempè Hispani) *numerare ab Æra Augusti Cæsaris, & ceperunt numerare* (annos suos) *à Natiuitate* (IESV) *Nazareni; differentia inter vtramque Epocham est* 38. *annorum*. Hi enim anni 38. si addentur Natiuitati Domini, emergent anni Æræ Augusti, tur in anno decretorum, id est viuebat tempore, quo edicta promulgata sunt contra Iudæos. Quæ autem fuerint huiusmodi edicta, & qua occasione promulgata, idem Auctor pagina 114. his verbis refert -

בשנת ה׳ אלפים ק״ס היה מגפה חזקה בכל גלילות אשכנז ופרווינצה וקטלוניאה ומישראל לא מת א׳ וטענו שהיהודים הטילו סם במימות וגלגל עליהם צרות רבות : וראיתי אגרת ארוכה שכתב רבינו כסראי קריסקש המספר באורך ועם הזמן מהרבה צרות וגזירות והריגות שהיו בגלילות ספרד בשנת קנ״ב וכו׳ .

Anno 5160. (Christi 1400.) *contigit pestilentia valida in omnibus finibus Germaniæ, Prouinciæ, & Catalauniæ, nec vnus quidem ex Israelitis perijt, & accusauerunt Iudæos, quòd veneno infecissent aquas, & deuoluta sunt super eos angustiæ quamplurimæ. Ego autem vidi Epistolam satis prolixam, quam scripserat Rabbenu Chasdai Kreskas, in qua distinctè narrabat omnia, tempus multiplicium angustiarum, persecutionum, & occisionum, quæ facta sunt* (in Iudæos) *in confinibus Hispaniæ anno* 5152. Christi 1392:

Hinc apparet error Chronographicus circa mortem R. Chasdai Krèskàs: nam si secundùm *Iuchasin* mortuus est anno 140. non potuit Epistolam scribere de angustijs Iudæorum Hispanorum an. 152. duodecim annis post sui mortem. Hinc etiam manifestum redditur mendum Typographicum libri *Scialsceleth hakab.* pag. 61. b. vbi ex *Iuchasin* refertur, quòd *R. Chasdài Krèsckas* נפטר שנת ק״ח בסרקוסה *obierit an.* 108.

תקסו ## רב חסדאי בן יצחק שפרוט בן עזרא

מבני גלות ירושלם אשר בספרד כתב אגרת למלך יוסף מלך הכוזרים על דברי היהודים והם אשר הם בספרד ובפרט בקורדובה ונזכר אותו בספר שלשלת הקבלה דף ל״ט עמוד ב׳ וזה לשונו. רב חסדא (בלי י׳ ולא רב חסדאי) מזרע בית דוד היה בדור הזה (ר״ל בדור רב יוסף בן רב שמואל הנגיד בשנת ד׳ אלפים תת״) ואולי זהו שהזכיר הראב״ד בסוף סדר עולם שלו ואומר שהיה מגרנטה ובקיאות גדולה עד כדי לקבל שהיו שם כותים כוזרים שהתגיירו ויוסף מלכם מלך. ספר לרב חסדאי הנשיא ברבי יצחק ז״ל שהיה והודיעו שהוא על דעת הרבנות עם כל עמו : והיינו מבני בניו בווליסולה גם, וזאת אגרת נמצאת בתחלת ספר כוזרי שהעתיקו יוהן בוקסטורף בן יוהן בוקסטורף מלשון עברי אל לשון רומי ונדפס בבאסיליאה שנת אלף תר״ס לספירתם :

566 RA'V CHASDA'I BEN ISAACI SCIPRVT BEN EZRÆ ex deportatis Ierosolymitanis in Hispaniam Corduba, scripsit *Epistolam* ad Iosephum Regem Cuzaræorum, à quo & responsum accepit. Huius Epistolæ fit mentio in *Scialscél. hakab.* pag. 39. b. circa medium. Sed ibi hic Auctor vocatur רב חסדא *Ràu Chasdà* sine י *Iod*, & additur fuisse מזרע בית דוד *de semine Domus Dauid*, licèt dubitet, an hic *Ràu Chasdà* sit idem cum *Ràu Chasdài*, de quo nos modò loquimur. Eadem *Epistola* excusa est per extensum in principio libri כוזרי *Cuzari*, quem ex Hebræo in Latinum transtulit Ioannes Buxtorfi filius, & anno Domini 1660. typis Basileensibus euulgauit. In ea de soli Cordubensis amœnitate, & fertilitate, & felici Iudæorum ibi commorantium statu prolixè agitur. Rogatur Rex Cuzaræorum, vt de Iudæis, qui sub Imperio eius viuunt, copiosè rescribat,

Audiui etiam hunc R. Chasdài scripsisse alium librum sub nomine אור תורה *Or Thorà Lumen Legis*, sed apud Auctores nunquam de eo fieri mentionem noui.

תקסד ## ר׳ חסדאי מאלכסנדריאה של מצרים

חבר ספר על התכונה וגו׳ אומר שהכל היה כפי כח ממשלת הכוכבים ולכן יש דבר אמת ונמצא כ״י בוואטיקאנו :

564 R. CHASDA'I ALEXANDRINVS ÆGYPTIVS Astrologus, scripsit librum *De influxu Astrorum* planè impium: nam in eo asserit, omnes euentus etiam à causa libera ab influxu Astrorum pendere & necessariò prouenire. Vnde ait, Diluuium vniuersale, exitum filiorum Israël de Ægypto, Templi ædificationem, eiusque euersionem à Sidereis influxibus prouenisse; sicut & cætera, quæ à libera hominum voluntate dependent. Reperitur msc. in Biblioth. Vatic. papyr. in 4.

תקסה ## ר׳ חסדאי הלוי הספרדי ממצרים

והיה מוכן באלכסנדריאה שלחו אגרות בינו ובין הרמב״ם כמו שהעיד בעל ספר שלשלת הקבלה דף נ׳ עמוד ב׳ :

565 RABBE'NV CHASDA'I HALLEVI' HASSEPHARDI MIMITZRAI'M *Rabbènu Chasdài Leuita Hispano-Aegyptius*, Incola Alexandriæ Ægypti. Direxit quamplurimas Epistolas ad Mosem Ægyptiũ, & vicissim Moses Ægyptius ad eum saltem responsiuas. Ita testatur Auctor *Scialscéleth hakab.* pag. 50. b.

mittitur; primus, quia *Or Adonài* non est huius *Ràu Chasdài Ben Isaaci Sciprùtt*, sed alterius *Ben Abrahami*, de quo suprà num. 563. Secundus, quia dicitur ex *Iuchasìn*, hunc R. Chasdài obijsse an. 156. & citatur pag. 234. cùm tamen liber *Iuchasìn* non extendatur vltra pag. קס״ח 168. Illud sanè verum est, quòd Auctor *Iuchasìn* pag. 133. dicit –

הרב רבי חסדאי בעל ס׳ אור יהוה נפטר שנת
קמ״ בסראגוסא:

Quòd Ràu R. Chasdài Auctor libri Or Adonài obierit an. 140. (sexti millenarij) *Cæsaraugustæ*, sed de Auctore libri *Or Adonài* ipse intelligit, vt manifestum est. Error autem nasci videtur ex duobus Rabbinis nomine *Chasdài* eadem ætate viuentibus, altero filio Abrahami, altero filio Isaaci, & liber *Or Adonài*, qui à primo compositus fuit, huic secundo perperam attribuitur. Sed si quod Auctor *Scialscèl. hakab.* pag. 39 b. dicit, verum fuisset; nempè quòd *Ràu Chasdài*, seù vt ipse habet, *Ràu Chasdà*, cui Ioseph Rex Cuthæorum Epistolam scripserit, esset *Ràu Chasdà* הנשיא *Hannasì Ben R. Isaaci Aben Sciprùtt*, qui ætate *Rabbènu Channòch* Rectore Scholæ Cordubensis viuebat; cùm enim *Rabbènu Channòch* obierit Cordubæ anno 4775. vt ibi dicitur, necesse est vt dicamus, hunc *Ràu Chasdài* superstitem fuisse an. 4775. Cùm enim R. Abraham Ben Dijor secundùm R. Dauid Ganz anno 4921. diem suum obierit, nihil obstare deprehenditur res gestas à *Ràu* bat, totam Regni sui notitiam tradat, quæ quidem Epistola cum suo responso Iudaicis fabulis scatet, & totus scopus illius esse videtur, vt Iudæis suis persuadeat, adhuc eis Reges in remotissimis, & omnino incognitis mundi partibus esse, idque mendacijs & falsitatibus statuminare conatur. De simili argumento, nempè de Hebræorum Chymericis Regnis vltra imaginarium Sambationem fluuium existentibus egi in Prima Parte pag. 47. 100. 126. & seqq. ad quas Lectorem curiosum remitto. Hanc autem Epistolam esse supposititiam & illegitimum partum *Ràu Chasdài*, manifestè liquet ex eo, quia de ea mentionem facit R. Abraham Ben Dior, qui R. Iudæ Leuitæ fuit coæuus. Quomodo ergo Abraham Ben Dior huius *Ràu Chasdài Ben Isaaci Sciprùtt* meminisse potuerit, cùm *Ràu Chasdài* longè ætate fuerit iunior Abrahamo ipso Ben Dijor? Nam Abraham Ben Dijor secundùm Chronologiam Dauid Ganz fuit sub ann. 4921. Isaac Sciprùtt pater *Ràu Chasdài* sub ann. 5135. *Ràu* verò *Chasdài* eius filius ann. 5156. Præcessit itaque R. Abraham Ben Dijor ipsum *Ràu Chasdài Ben Sciprùtt* annis 235. Itaq; perspicuum est, hanc Epistolam ab aliquo recentiore recutito esse inuectam.

Aduertendum tamen est, errorem inesse in *Zèmach Dauid Ganz* an. 156. sexti millenarij, dum librũ אור יהוה *Or Adonài* tribuit R. Chasdài, qui obijt anno 156. citatq; *Iuchasìn* pag. 234. Duplex enim error com-

Christi 1478. ex remotissimis Occidentis partibus quendam Virum in Cretam Insulam appulisse, qui in publicis disputationibus, & in priuatis colloquijs hoc de Transmigratione Animarum ineptissimum & stultissimum dogma firmare satagebat. Affirmabat etiam se habere librum Arabicum de hac materia tractantem, quem in linguam Hebraicam se vertisse affirmabat. Ad tantam itaque stultitiam deuenit hic homuncio, vt asserere non vereretur, eos, qui hanc de corpore in corpus transmigrationem Animarum negare præsumpsisset, inter Hæreticos Sadducæos & Baithosæos connumerandos esse, & pro Hæreticis habendos. Huiusmodi erroneum dogma etiam tempore Christi inter Iudæos viguisse colligitur ex Euangelio Matth. 16. 13. ita vt alij crederent, Christi Animam fuisse Ioannis Baptistæ, alij Eliæ, alij Ieremiæ, aut vnius ex Prophetis: quò alludere videntur verba Euangelistæ Matthæi. Inter Catholicos damnatur hoc dogma, vt apparet ex Anathematismo XII. Prosperi ex Manichæo conuersi, quo dicitur: *Qui animas humanas transferendi iterùm in alijs corporibus, vel animalibus credit, anathema sit*. Videsis Tomo XI. Concil. Mag. Reg. pag. 53.

Vertit etiam in linguam Hebraicam hic Auctor librum Moralem Arabicè compositum ab Abumat Algazelo, qui sub hoc titulo circumfertur.

מאזני צדק *Motznè Tzèdek Bilances*

Iu-

à *Ràu Chasdài Ben Isaaci Sciprùtt* referri potuisse ab Abrahamo Ben Dijor posteriore tempore *Ràu Chasdài*. Sed vtcumque sit, siuè hic R. Isaac Sciprùtt, qui dicitur fuisse pater Ràu Chasdài, sit ille, qui refertur ad annum 4775. vel alius *R. Isaac Sciprùtt* Auctor אבן בוחן qui ab eodem Auctore *Scialscèleth hakab*. pag. 61. connumeratur inter Auctores, qui viuebant anno 5134. & R. Dauid Ganz ad ann. 5135. hoc sanè certum est, Epistolam illam esse fabulosissimam, & directam cuidam Iosepho Regi Cuzaræorum, proselyto Iudæo, qui nunquam extitit, nisi tantùm in Iudæorum cerebro.

Cæterùm, multi fuerunt insignes Rabbini nomine *Chasdài*, vel *Chasdà*: sed quia nulla ingenij scripta monumenta posteris reliquerunt, ideò de his nil aliud dicemus, nisi quòd Auctor *Scialscèleth hakab*. pag. 109. cuiusdam insignis *Ràu Chasdà* meminit, coætanei Constantini Magni circa ann. mundi 4050. Christi 290.

קסז ר' דון חסדאי קרישקאש מסרקוסטה בספרד חבר ספר לאומה

אלך אגרת אל יהודי אי קאנדיא על ענין הגלגול ובהנפש

כ"י בוותיקאנו .

567 R. DON CHASDA'I KRESCKA'S CÆSARAVGVSTANVS alius à superiore, scripsit.

אגרת *Ighèreth Epistolam* ad Iudæos Cretenses על גילגול הנפש *Al ghilgùl hannephèsc De transmigratione Animarum*. Extat hic liber msc. in Biblioth. Vatic. vbi legitur, anno mundi 5238.

Iustitiæ, vt ait Spizelius in ſua Bibliotheca Vniuerſali.

תקסח **ספר חקירה** על הצלחת האדם ונמצא בוואטיקאנו בלי שם המחבר והוא כתיבת יד ברביעית :

568 SE'PHER CHIKIRRA'H AL HATZALACHA'TH HAADA'M *Liber inueſtigationis proſperitatis hominis*. Tractatus eſt *De Hominis beatitudine*. Extat mſc. in Bibliotheca Vatic. in 4.

תקסט **ספר חרדים** והוא פירוש על תרי"ג מצות של יהודים ונעלם שם המחבר ונדפס בויניציאה שנת שס"א לפ"ק :

569 SE'PHER CHAREDI'M *Liber Trepidantium*. Eſt explicatio 613. Præceptorum Iudaicorum, docens, à quonam ex quinque ſenſibus ſingula dependeant, quaque ratione ſint obſeruanda, & adimplenda. Venetijs in 4. anno mundi 361. minor. ſupputat. Chriſti 1601. Vide Buxtorfium.

תקע **ספר חתן דמים** והוא ספר על הקבלה נדפס בפראגה בדף שלם שנת שנ"ו לפ"ק :

570 CHATHA'N DAMI'M *Sponſus ſanguinum*. Tit. ex Exod. 4. 25. Hottingerus Claſſ. III. Biblioth. Or. dicit eſſe librum, tractantem *De Circumciſione*. At Buxtorfius ait, librum eſſe Cabaliſticum, & Pragæ in folio anno mundi 356. min. ſupput. Chriſti 1596. excuſum.

ט

תקעא **ר' טאם** עיין רבינו תם :

571 R. TAM. Plantauitius ſcribit טאם cum *Tet* & *Aleph*, ſed craſſus eſt error; cùm ſcribi debeat תם *Tham*, quod nomen proprium non eſt, ſed cognomen cuiuſdam docti Rabbini nomine *Iacob*, de quo vide infrà Parte III. in *R. Iacob Ben Meir*. Quia tamen Plantauitius aſſeueranter dicit *R.* טאם *Tam* ſcripſiſſe *Epiſtolam de Pœnitentia* Cracouiæ excuſam, ita & ego ſub hoc deprauato nomine טאם *Tam* eandem *Epiſtolam* annotaui. Vide Plantauit. Cod. 22. אגרת התשובה.

תקעב **טובי בן טוביאל בן חננאל בן אריאל בן נביאל בן עשאל בן נתיאל** מעשה בגלות והיא מגלה אשר בו זוכר מעשה שאירע לטובי בן טוביאל כמו מלאך רפאל נראה אליו ורפא עיניו כי עיור היה והלך עם טוביה בנו אל מדינת רגאי"ש לקחת את הכסף אשר היה שם ביד גבאל אחיו והוליכו לשלום והביאוהו לשלום ורפא את אשתו והביא את הכסף מיד גבאל : ונכתב זה הספר היא לספר צדקותיו של טובי ונפלאותיו ומראת מלאך רפאל אליו ומשבח זיווג והצדקה : והוא נדפס בויניציאה שנת ד"ש לפ"ק עם ספר דברי הימים של משה וספרים אחרים :

572 TOVI' BEN TOVIE'L BEN CHANANE'L BEN ARIE'L BEN GAVI'EL BEN HASAE'L BEN NENATHI'EL de Tribu Nephtali. Eſt liber Tobiæ Hebraicus, quo tota hiſtoria Tobiæ continetur. Non multum diſcrepat à Latina & Vulgata verſione B. Hieronymi,

mi, qui auxilio alicuius vtriusque linguæ Chaldaicæ,& Hebraicæ peritissimi, accito Notario, sermonibus Latinis vnius diei labore illum exposuit, vt scribit ad Chrom. & Eliodorum.

Tempore itaque S. Hieronymi Tobiæ liber Hebraicè non extabat, sed tantùm Chaldaicè. Quo autem tempore, aut à quo hic liber in Hebræum sit traductus, penitùs ignoratur. Superiori sæculo à Iudæis Constantinopolitanis in lingua Hebraica sibi suppeditatum Oswaldus Schreckefuchsius ad Sebast. Munsterum misit, vt ex Epistola Hebraica Tobiæ præfixa apparet: Munsterus Latinum reddidit, adiunctis ad singula capita breuissimis annotationibus, & anno Domini 1542: publicæ verò luci exposuit Basileæ Henricus Petri Typographus in 4.

Eodem quoque tempore Isnæ impressus fuit cum interpretatione Latina Pauli Fagij. Iterum Venetijs Hebraicè tantùm apud Cornelium Ben Baruch Adilkenad an. לפ״ק 304. Chr. 1544. in 8. Etiam apud Io. de Garà ibidem anno 356. Christi 1596. prælo submissum fuisse Plantauitius refert in sua Biblioth. Rabbin. num. 214. vbi de hoc Tobia ita scribit, sed semper mendosè.

טובי בן טוביאל בן חננאל בן אריאל בן נביאל
בן אסאל בן ננטיאל :

Toui Ben Touiel, Ben Chananel, Ben Ariel, Ben Nauiel (corrige גביאל *Gauiel*) *Ben Asael* (corrige עשאל *Hasael*) *Ben Nenattiel* (corrige ננתיאל *Nenathiel*) *qui Samaria in Assyriam captiuus ductus fuit tempore Regis Manassar* (corrige *Salmanasar*). Et sequenti numero 215. iterum de Tobia hæc habet: *Tobias, seù liber Tobiæ, patris & filij è lingua Chaldaica, in quaprimum fuit à Tobia ipso patre conscripta, in Hebraam, Auctore incerto, translata, qui in Germania aliquoties excusus fuit &c.*) Ex his, quæ de Tobia affert Plantauitius, videtur existimasse duos fuisse diuersos libros Tobiæ, cùm reuera vnicus sit, & ille qui primo loco, nempè sub num. 214. à Plantauitio ponitur, est idem qui ab eo in secundo loco, & sub numero 215. collocatur. Vnde suspicor Plantauitiū hunc Tobiæ librum non vidisse. Ego cùm iuuenis adhuc essem, ex exemplari Veneto Cornelij Ben Baruch Adilkenad an. 304. Christi 1544. in 8. emendatis erroribus, iterum Latinitate donaui, additis punctis textui Hebraico ad exactam Grammaticæ Hebraicæ normam. Hunc, vt licuit nouitio Scriptori Hebraico, probè scripsi in membrana cum interlineari interpretatione Latina, & difficilioribus radicibus in margine adnotatis, vti Arias Montanus in alijs Codicibus Sacris olim fecerat. Cui in fine prolixas annotationes adieci, quibus bona pars Theologiæ Iudaicæ, & tota historia Tobiæ Rabbinorum sententijs, & auctoritatibus illustratur. Toti Operi addito Chaldaico titulo גברא דשפיר חזי. *Gaurà desciapìr chazè Vir qui pulchrè videt*. Asseruatur hic Codex in Bibliotheca Vaticana in fol.

Li-

Prædictus autem R. Dauid Ganz ad ann. 209. quarti millenarij omninò respuit hunc librum Tobiæ vt potè (iuxta ipsum) non genuinum Hebraicum, sed stylo barbaro, & omninò à pura puta lingua Hebræa alieno, compositum, vt quilibet in lingua Hebræa versatus primo intuitu animaduertere potest. Vnde absolutè ait, è lingua Latina in linguam Hebræam opera Sebastiani Munsteri in Vrbe Basilea fuisse confectum. Facti etiam narrationem, prout ibi habetur, vti falsam respuit. Quòd ex Latino Textu in Hebræam linguam sit translatus hic liber Tobiæ, refellitur ex eo, quòd magna inter vtrumque textum sit dissimilitudo. Quòd Sebastianus Munsterus ipse, vel ipsius opera, ab aliquo alio Hæretico Hebraicæ linguæ aliquantisper tincto in hac translatione nouo hoc Hebræo fucato splendore, candorem historiæ Latini Tobiæ voluerit obscurare, de facili credendum est. Euulgato autem anno Dom. 1541. Basileæ textu Hebraico Tobiæ, paulo post Venetijs ab *Aschkenàd* nempe anno 1554. cum alijs libellis Hebraicis excusus fuit, & ab omnibus Iudæis receptus, licèt suppositiitius & spurius. Quod attinet ad facti narrationem, non crediderim, eam ex toto esse respuendam, quia in præcipuis rebus non discrepat à Vulgato Tobiæ libro: nam Auctor *Scialscèleth hakabbalà* pag. 68. b. de argumento libri Tobiæ sic dicit.

ספר טוביה אומרים שהיה בימי גלות ככל וכוונתו

Liber Tobiæ tam ille qui ex Chaldæo à S. Hieron. in Latinum translatus est, quàm alius qui Hebraicè circumfertur, quamuis inter Iudæos pro legitimo vterque non habeatur, sed ambo à Catalogo librorum Canonicorum excludantur; attamen historia Tobiæ, quæ in libro nostro à Hieronymo translato, & ab Ecclesia pro Canonico recepto continetur, pro vera historia à Iudæis habetur, cuius veluti veræ & piæ meminit Auctor *Scialscèleth hakab.* pag. 68. b. & ante eum *Iuchasìn* pag. 136. b. quamuis de tempore, quo hæc historia acciderat, inter se non concordent: nam Auctor *Iuchasìn* sic habet.

ובזמן חזקיה היה מעשה טוביה הצדיק ׃

Tempore Ezechiæ (Regis Iudæ) *accidit factum Tobiæ Iusti.* idipsum habet R. Dauid Ganz in צמח דוד ad annum 209. quarti millenarij. Quod verum esse potest: nam in libro Tobiæ Canonico cap. 1. 2. de Tobia dicitur: *Cùm captus esset in diebus Salmanasar Regis Assyriorum. &c.* Salmanassar autem secundum Chronologiam eiusdem Ganz regnauit anno 195. quarti millenarij. & imperauit 10. annis vsque ad annum 205. tertium Ezechiæ Regis Iudæ, quo anno iterum Salmanassar ascendit in Samariam, & transtulit Israëlem in Assyriam. 2. Reg. 18. 9. Potuit igitur contingere factum Tobiæ anno 4. vel 5. post mortem Regis Salmanassaris, id est anno 10. Regis Ezechiæ, anno mun. 3209. vel 3210. id est ante Natiuitatem Domini 551. vel 550.

וכוונתו לספר צדקותיו ונבואותיו ומראת מלאך רפאל אליו ומשכנת הזווג והצדקה :

Liber Tobiæ , dicunt , quòd factus sit (id eſt ſcriptus) *in diebus captiuitatis Babylonicæ . Intentio illius eſt narrare* (Tobiæ) *eleemoſynas , Prophetias , apparitionem Angeli Raphaëlis ad eum ; coniugij & eleemoſynæ laudem .* Cùm hæc omnia in Tobiæ præſenti libro contineantur , non eſt huius libri materia detrectanda ; cùm ſit eadem , quę in libro Canonico Tobiæ habetur , licèt inſulsè compoſita , & mendosè conſcripta .

De hoc libro Tobiæ , præter Auctores Hebræos ſuprà recenſitos , agunt ex Latinis Nicolaus Serarius S.I. Prolegom. IV. in Tobiam .

נקצג׳ ר׳ טוביה הלוי בן ר׳ אברהם הלוי

איש צפת עיר אשר בגליל העליון וחבר - ספר חן טוב והוא ביאור מחודש טוב על כל הפרשיות של תורה ונדפס בויניציאה על יד זואן דגארה ובביתו והוא בעיון נאה על ידי ר׳ יצחק גרשון הגה ולא קם נביא עוד בישראל כמשה לפ״ק :

573 TOVIA'H HALLEVI' TOBIAS LEVITES BEN R. ABRAHAMI LEVITÆ de Vrbe צפת *Tzaphèth* Galileæ ſuperioris , ſcripſit ספר חן טוב *Sèpher chèn tòu Librum Gratiæ bonæ* , Ex Prou. 22. 1. eſt docta declaratio quamplurium locorum Pentateuchi Moſis ſecundùm ordinem *Paraſciòth* , & quem locum explicare aſſumit , adeò dilucidè ex Iudæorum , & Talmudis præcipuè doctrinis id facit , vt potiùs librorum Moſis prolixus videatur Commentarius , quàm ſimplex explicatio ſub nomine ביאור *Biſùr* .

In fine libri extat Tabula מאמרים *Maamarìm Dictorum* , ſeù *Sententiarum* antiquorum Rabbinorum ; quæ paſſim hinc inde in Opere adducuntur , & explanantur . Excuſus eſt Venetijs apud Io. de Garà , correctore R. Iſaaco Gerſone anno 365 . min. ſupput. Chriſti 1605. in fol.

Alium librum nomine תבת הלוי *Theuàth Halleuì Arcam Leuì R. Tobiæ Leuitæ* attribuit Plantauitius num. 723. ſuæ Biblioth. Rabbin. de quo nihil aliud dicit , niſi quòd ſit Commentarius in Legem , & excuſus Venetijs .

Aduertendum eſt , nonnullos erraſſe attribuendo huic Rabbino Tobiæ de Tzaphèth librum כלי חמדה *Chelì chemdà Vas deſiderabile* expoſitionem in Pentateuchum , cùm verus Auctor huius Commentarij ſit *R. Samuèl Laniàdo* de eadem Vrbe Tzaphèth , quem compoſuit in טוריה *Torià* regione Vrbis חליב *Chalèb* . Decepit eos ſimilitudo nominis טוביה & טוריה .

בקפל דון טודרוש בן דון גדליה בן דון שלמה ן׳ יחייא :

ואמר בעל ס׳ שלשלת הקבלה דף כו : עמוד ב׳ . שהוא היה חכם גדול במנא בשנת ה׳ אלפים קי״ג שהיה מלך רפ״ל למינים עם חבריו לפלפל לפני מרטין אפיפיור שני עם ישוע הלורקי שהמיר דת ונקרא אמי׳ ירונימו סנטה פי כנראה באורך בספר שבט יהודה : וטעות יש בדבריו ובדברי ס׳ שבט יהודה כמו אמרתי למעלה : עיין בחלק ראשון זה הספר בדף קס״ד : עמוד ב׳ :

574 DON TODRO'S THEODORVS BEN DON GHEDALIA' ABEN IA'CHIIA ſecundùm

quod

Scialscèleth hakab. pag. 55. meminit cuiusdam *R. Todròs Hallevì Ben R. Iuda*, quem obijsse dicit anno quo compositus est liber התרומות הגדול à *R. Samuele Ben R. Isaac*, videlicet 4985. Christi 1225. Sed quia inter vtrumque intercedunt anni 62. non auderem affirmare eundem esse Auctorem.

In Biblioth. Vaticana reperitur quædam Expositio Cabalistica super Psal. 19. *Cæli enarrant gloriam Dei &c.* in Cod. Papyr. in fol. msc. ad pag. 134. cum titulo שערי הרזים *Sciaarè harrazim Portæ*, seù *Tractatus Secretorum*. Et cuidam *R. Todròs Hallevì Theodoro Narbonensi* attribuitur, sed nescitur, an sit idem cum hoc nostro *Todròs*.

תקע״ו ר׳ טודרוס בן משולם בן דוד טודרוס

המעתיק מלשון ערבי אל לשון עברי ספר עין משפט לאבו ישמעאל פראבי הפילוסוף הישמעאלי ובו הין ס׳ מאמרים על הפילוסופים לדעת ארסטו ; ונמצא בכתיבת יד במלטיקאנו ברומא ;

576 R. TODRO'S THEODORVS BEN MESCIVLLA'M BEN DAVI'D TODRO'S transtulit ex Arabico in Hebraicum librum - עין משפט *En mispàtt Oculi Iudicij Abù Ismaèl Pharabì* Philosophi Ismaelitæ, in quo 60. parui Tractatus Philosophici ad mentem Aristotelis comprehenduntur. Extat msc. in Biblioth. Vaticana Papyr. in 4.

תקע״ז הקדוש טומאסו מאקינו

חבר הפרידיקטורי חבר פירוש על ספר הכתם לארסטו ונעתק מלשון לטין אל לשון עברי הפלוני פלוני ונמצא בכתיבת יד ברומא

quod refert Auctor *Scialscèleth hakab.* pag. 57. b. viuebat anno mundi 5113. Christi 1353. & -

עם חבריו פלפל לפני מרטין אפיפיור שני עם יהושע הלורקי שהמיר דת ונקרא מיסר יירולימו סנטה פה כנראה באורך בספר שבט יהודה ;

Cum socijs suis disputauit coram Martino Papa II. cum Iosuè Hallorki, qui apostatauit à Lege, & vocatus est Misser Ierolimo à S. Fide. Vide I. Part. pag. 714. vbi hunc errorem & anachronismum detexi, & mendacium de Papa Martino II. confutaui. Et in III. Parte in *Iosue Halòrki* Hieronymum à S. Fide à Iudæorum calumnijs vindicabimus.

תקע״ה רבי טודרוס הלוי בן אחי הרמה

ר״ל הרב רבי מנוח הלוי וחבר ;

עליות יבמות ; ונפטר שנת ה׳ אלפים נ״ו ; עיין ס׳ תולדות אדם דף ח׳ עמוד ב׳ ; ובבית ספרי וואטיקאנו נמצא פירוש על מזמור יט השמים מספרים כבוד אל מאמר ל׳ טודרוס הלוי מורכבות על דרך הקבלה ונקרא אותו שערי הרזים ;

575 R. TODRO'S THEODORVS HALLEVI' BEN FRATRIS הרמה HARRAMA', id est *R. Manòach Hallevì*, scripsit - עליות יבמות *Alijòth Ieuamòth Ascensiones fratriarum*, Tit. ex Deuteron. 25.7. Huius meminit *Algazaus* in Chron. תולדות אדם pag. 8. b. Videtur agere de *Lege Leuiratus*. Ibi dicitur obijsse anno נ״ו 296. à compositione sui libri Chronologici, quem anno 5343. composuerat; vnde mors istius Auctoris coincidit cum anno mundi 5047. Christi 1287. Auctor

ברומא בבית מפרי של קולוניו הגרים המשיחיים הנקראים בלשון ניופיטי בדף שלם והוא ספר חסר בתחלת הספר, וחבר גם כן ספר בקיניר וקראו פוטעלם כנגד הגויים ונחלק לארבעה ספרים ושלשה מהם העתיקו מלשון לטין אל לשון עברי יוסף ציאנטיס רומי הגמון מרסיקו אשר בשם חכם הפרידיקטורי הל׳ סדרשים ונדפס ברומא שנת אלף תרנ״ו לפניכינו׃

577 S. THOMAS AQVINAS ORDINIS PRÆDICATORVM, ſanctitate & doctrina celeberrimus, vnde meritò Doctor Angelicus, & Lumen Eccleſiæ nuncupatur.

Ordinem Prædicatorum an. Domini 1238. Neapoli ingreditur. Anno verò 1274. iuſſu Gregorij X. ad Concilium Generale, quod Lugduni celebrabatur, Neapoli diſcedens in itinere infirmatur, qui cùm vlterius progredi præ infirmitate non poſſet, Foſſæ Nouæ Monaſterium noſtri Ordinis Ciſtercienſis Animam beatiſſimam Deo reddidit die 7. Martij an. 1274. ætatis ſuæ, vt Sixtus Senenſis ait 48. vt Surius, quod veriſimilius eſt, 50. Omnium Latinorum Philoſophorum primus fuit, qui manũ admouit ad Ariſtotelicam doctrinam elucidandam, ſcriptis in omnem Ariſtotelis Philoſophiam præclariſſimis Commentarijs, quæ in linguam Hebręam verſa fuerunt, quorum aliquot in Bibliotheca Collegij Neophytorum de Vrbe aſſeruantur, nempè *de Anima* mſc. in Cod. Papyr. in cuius fine hæc verba exarata cernuntur.

פירוש והביאור על ספר הנפש אשר פירש הקדוש טומאסי מאקינו מכת הפרידיקטורי ז״ל

Commentarij & dilucidationes ſuper librum de Anima, quem explanauit S. Thomas de Aquino Ordinis Prædicatorum. Sed valdè dolendum, quòd principio careat, nec vlla ex parte Codicis illius cognoſci poteſt, quiſnam illius fuerit Interpres.

Reliqua huius egregij Doctoris Opera Theologica nota ſunt toti Orbi, nec de ijs aliquid dicendum eſt, niſi quòd ipſius *Summa contra Gentiles*, quæ in quatuor libros diuiditur, tres primi libri in Hebręum fuerunt tranſlati ab Ioſeph Ciantes Romano ex Ord. Pręd. Epiſcopo Marſicenſi, collata verſione cum Ioanne Baptiſta Iona ad fidem conuerſo, Viro in Talmudicis verſatiſſimo, & quondam meo in Rabbinicis Præceptore venerando ז״ל. Excuſi fuerunt Romæ typis Hebraicis eiuſdem Ciantes anno 1657. apud Iacobum Phæum. Quibus præfixum eſt doctum & eruditum Iudicium Ioannis Caramuelis Epiſcopi Campaniæ noſtri Ordinis Ciſtercienſis, in quo oſtendit ſe eſſe in lingua Hebraica, & in Cabalicis arcanis verſatiſſimum.

Cæterùm, quod attinet ad Hebraicos *de Anima* Commentarios S. Thomæ Aquinatis, duo in eis animaduertenda ſunt, primùm eum à tranſlatore appellari *Sanctum*, non vt ſolent vernacula lingua in Hebræã tranſlata סן *San*, vt *Scialſcèleth hakab.* pag. 62. b. in סן ויצינצו *San Vincenzo*, & ſimilibus, ſed vocabulo Hebræo verè & propriè ſignificante הקדוש *Hakadòſc Sanctum*, vt apparet ex particula in fine Codicis Bibliothecæ Collegij Neophytorum Romani ſuprà relati. Se-

Secundò, in eodem Codice & particula nuper allata *Thomæ* nomen ſcribi cum ט, & non cum ת, vt ſcribitur in verſione *Summæ contra Gentiles* à Ioſeph Ciantes, quod errori non tribuo, quia pronunciationem Latinam ſequitur Ciantes, & Italicam Interpres Hebræus. Malo autem cum ט legere טומאסו *Tomaſo*, & ſequi Interpretem Hebræum, & alios peritiores huius linguæ Interpretes, vti Auctorem *Scialſcèleth hakab.* pag. 83. qui dum citat *Secundam Secundæ Diui Thomæ* illius nomen hoc modo ſcribit -

כנראה בחבור ס׳ טומסו בספר שני מהשני ;

quamuis pag. 69. eundem citet ſub nomine החכם אקוינו *Sapientis Aquinatis*.

תקעח׳ **טורי זהב** שם הספר ולא נודע שם המחבר ;

578 TVRRE' ZAHA'V *Ordines aurei*. Hunc titulum libri mihi alioquin ignoti, inter libros Rituales reponit Hottingerus in ſua Bibliotheca Orient. Claſſ. V.

תקעט׳ **טלמיוס אלהות** נזכר בביליותיקא הרבנים של יוחנן פלאנטאוויטיוש ואומר שהוא ס׳ נ״ו ועוד לא נדפס בשום מקום ; ונמצא בוואטיקאנו ספר אחר מטלמיוס ונקרא ספר מאה דברים עם פירוש בלי שם המחבר והוא כתיבת יד ;

579 TALMEV'S ELAHV'TH PTOLEMÆI THEOLOGIA, liber ita inſcriptus, cuius meminit Plantauitius num. 56. hiſce verbis: *Hic liber traductus fuit è lingua Agarena in Hebraicam Auctore R. Moſe*

Ben Tybbòn, qui prelo nondum quod ſciam, fuit editus. Maiorem de eo notitiam non habeo. In Bibliotheca Vaticana extat Ptolemæi מאה דברים *Meàh deuarim Centiloquium* cum Commentario ignoti Auctoris mſc. An autem hæc Ptolemæi Theologia, Theologia ſit Ptolemæi Aſtrologi, cui *Centiloquium* adſcribitur, eodem modo ignotum eſt.

תקפ׳ **טעמי חגים** שם הספר בלי שם המחבר ופלאנטאוויטיוש אומר שהוא על הדינים מכל החגים שהיו הנהגים שונים ;

יש ספר שנקרא טעמי שלשה ספרים אמ״ת ר״ל איוב משלי תהלים שמדבר על טעמי ספרים האלה על דרך הדקדוק ; ולא נמצא שם המחבר ;

580 TAAME' CHAGHI'M *Rationes feſtiuitatum*. Hunc titulum libri ſine Auctoris nomine exhibet nobis Plantauitius in ſua Bibliotheca Rabbin. qui dicit eum tractare de rationibus inſtitutionis vniuſcuiuſque feſtiuitatis, & magnæ auctoritatis apud hodiernos Hebræos eum eſſe, affirmat. Hottingerus etiam Claſſ. XI. ſuæ Biblioth. Orient. notat titulum libri -

טעמי שלשה ספרי א׳מ׳ת *Taamè Scelo-ſcià Siphrè Emèth*, *Accentus trium librorum*, videlicet א׳מ׳ת, איוב *Iob*, משלי *Prouerbiorum*, תהלים *Pſalmorum*. De his enim Accentibus eum tractare grammaticaliter inſinuat, cùm illum inter Grammaticos referat, ſine nomine Auctoris.

תקפא׳ **ר׳ טרפון הכהן העשיר גדול** היה כהן ר׳ עקיבא והוא היה רבו של רבי עקיבא כמו שאומר

Num. 16. Ipſe dicebat: Tu non teneris opus perficere, neque liber es recedere ab eo: Si Legem multam didiceris, mercedem multam dabunt tibi: fidelis eſt enim Dominus operationis tuæ, vt reddat tibi mercedem operationis tuæ: & ſcito quòd munus mercedis Iuſtorum (reddetur) *in ſeculo futuro*.

De hoc noſtro R. Tarphòn, ſeù Tryphone quæri poteſt, an ſit idem cum Tryphone Hebræo, qui de fide Chriſtiana cum Iuſtino Philoſopho & Martyre diſputationem inijt, de qua extat Dialogus *De veritate Chriſtianæ Religionis* inter Opera eiuſdem Martyris Iuſtini?

Reſpond. Probabile quidem eſſe R. Tryphonem hunc noſtrum eſſe eundem cum Tryphone Antagoniſta S. Iuſtini Martyris, licèt certò id affirmare non poſſimus. Probabilitas primò deſumi poteſt à ratione temporis: nam vterque, & *Tryphon* & *Iuſtinus* eodem tempore viuebat.

De Tryphone habemus ex Cod. יבמות cap. האשה referente *Iuchaſin* pag. 59 & *Rambàm* in Prologo הי״ד *R. Tryphonem* fuiſſe ſocium *R. Akibæ*, ideò eos fuiſſe coætaneos, dicendum eſt; licèt *R. Trypho* forſan *R. Akibà* antiquior fuerit. At *R. Akibà* interfectus fuit ab Hadriano Imperatore, anno quo capta fuerat Bithera, nempè mundi 3880. anno ſcilicet 52. ab excidio Templi ſecundùm *Iuchaſin* pag. 32. vel an. 3901. hoc eſt anno 73. ab eodem excidio, vt vult Auctor libri דורות עולם ex eodem *Iuchaſin* pag. mox cit. qui quidem anni ad annos Chriſti redacti effi-

רמב״ם בהקדמה ספר הי״ד והיה קדמון על עקיבא בזה כאשר ביוחסין דף כ״ט ‚ ונוסף ר׳ טרפון אל ר׳ עקיבא בכבודו וכן עשה גדולות על ידי רבי עקיבא שהיה עשרם העניים והשמכת כלה כאשר כי יום אחד לקח ממנו ר׳ אלפים דינרי זהב לצדקה ‚ ובפרק קמא דיבמות פירש רש״י כי ר׳ טרפון היה מתלמידי בית שמאי ‚ ובפרק שני דאבות הוא היה אומר היום קצר והמלאכה מרובה וכו׳ ‚ ואולי הוא שהוכיח עם יוסטינו הפילוסוף על דת משיחנו שנת כמו ג׳ אלפים תתק״ל ליצירה אחר שנלכדה ביתר שלם שנה ‚

581 R. TARPHO'N TRYPHO Sacerdos diues ſecunda ætate תנאים *Tannæorum*, ſeù *Deuterotarum*, deuaſtationem Templi fuit inſecutus, R. Akibbæ Præceptor, vel vt alijs placet, Socius. Opes maximas, quibus affluebat in pauperes largiter diſtribuebat. Vnde legitur in Codice כלה quòd aliquando R. Akibæ, cui alendi pauperes cura commiſſa erat, dediſſe ר׳ אלפים דינרי זהב לצדקה *quatuor aureorum millia pro eleemoſyna* vno die pauperibus diſtribuenda. Scholam Sciammài ſequebatur, vt dicit רש״י *Raſci* in Codice יבמות cap. 1. Huius Rabbini aliquot ſententiæ leguntur in פרקי אבות *Capitulis Patrum*, cap. 2. num. 15. nam ipſe dicebat:

היום קצר והמלאכה מרובה והפועלים עצלים והשכר הרבה ובעל הבית דוחק ׃

Dies (id eſt *vita*) *breuis eſt, ars longa, operatores pigri, merces eſt multa, & paterfamilias impellit.*

י״ו ׃ הוא היה אומר ׃ לא עליך המלאכה לגמור ולא אתה בן חורין ליבטל ממנה אם למדת תורה הרבה נותנין לך שכר הרבה ונאמן הוא בעל מלאכתך שישלם לך שכר פעולתך ודע מתן שכרן של צדיקים לעתיד לבא ׃

Græciam & Corinthum aduolasse. Sic enim respondit Iustino Philosopho cum interroganti quisnam esset, & quomodo vocaretur? *Trypho*, inquit, *Vocor. Sum autem ex circumcisione Ebræus, ex bello proximo profugus: atque in Græcia & Corinthi plurimùm degere solitus.* Ex Dialogo *de Veritate Christianæ Religionis* cum Tryphone circa principium. Verisimile igitur est, Tryphonem hunc nostrum, esse eundem, qui cum Iustino Martyre disputarat.

Plura de hoc Tryphone sub nomine *Rabbì Tarphòn* habes apud *Iuchassìn* pag. 24. b. 25. 35. & 59. חרא'בד in libro Cabalę ad *R. Akibam*, Dauid Ganz in צמח דוד ad annum 840. tertij millenarij. Abrauanel in פרקי אבות cap. 2. Moses Ægyptius in Prologo libri היד. *Scialscèleth hakabbalà* pag. 29. & quamplurimi alij. Et hìc Secundę Parti huius Bibliothecæ Rabbinicæ finem imponam.

תהלה לאל בורא עולם׃

L A V S D E O.

efficiunt annos Christi vel 120. vel 141. Iustinus autem Philosophus pro Christo sanguinem fudit anno ipsius Christi 161. vel 163. Distat itaque mors Iustini Martyris à morte R. Akibæ annis 20. vel seriùs annis 41. nam Bitherę habitabat R. Akibà, quando Hadrianus Imperator contra eam Vrbem rebellantem bellum mouit. Huius rebellionis Auctor & promotor fuit R. Akibà, qui prædicabat quendã Cuzibã esse Messiam à Deo promissum, ante cuius conspectum dum ad bellum egrediebatur, gladiũ ipsius Cuzibæ gestabat, in eadem Vrbe verisimile est habitasse etiam R. Tryphonem, quia cùm esset doctus, Sacerdos, & diues, eum in socium Scholasticũ sibi asciuerat R. Akiba, cuius pecunias in eleemosynas distribuebat; superueniente autem bello, verisimile est, Tryphonem Vrbem Bitheram reliquisse, ne belli periculis succumberet, & relicto patrio solo in

תם החלק שני ונשלם׃

Finis Secundæ Partis.

לוח הטעיות והתקונם : והסופתי גם כן דברי אחרונים על הראשונים :

ADDENDA
ET CORRIGENDA.

P*Ag.* 1. *colum.* 1. *lin.* 2. פתרח *lege* עתיקה.

Ibid. lin. 4. שחברא *lege* שחבר. *lin:* 9. ווידוי *lege* ודוי :

Pag. 2. *col.* 1. *lin.* 33. עם *lege* נגר.

Pag. 3. *col.* 2. *lin.* 33. לייגעי *lege* לייגעו.

Ibid. lin. vltima, Parascià lege Parte.

Pag. 10. *col.* 2. *lin.* 2. למלך *lege* למלכי.

Pag. 13. *col.* 2. *lin.* 8. גואנ *lege* דואנ.

Pag. 14. *col.* 1. *l.* 5. ישנח *lege* ישנה.

Pag. 16. *col.* 1. *l.* 7. לפוע *lege* לפנוע.

Ibid. lin. 11. כוב *lege* שוב. *lin.* 22. שיכיא *lege* שיביא. *lin.* 23. ופול *lege* יפול.

Pag. 19. *col.* 1. *lin.* 16. post מלשון adde עברי אל לשון.

Ibid. col. 2. *lin.* 11. פרווינצ אל *lege* פרווינצאל.

Pag. 23. *col.* 2. *ad* R. Dauid Ben Ioseph *prapone num.* 425.

Pag. 25. *col.* 2. *lin.* 12. *bàm lege ban.*

Pag. 31. *col.* 2. *lin.* 5. Zamorra *lege* Zamora.

Ibid. col. 2. *lin.* 7. Bocaliliæ *lege* Bobadigliæ. *lin.* 34. Gaudia *lege* Gandiensis.

Pag. 39. *col.* 1. *lin.* 2. Est Manlianum nobile Oppidum &c. *lege* Erat quondam Manlianum nobile Oppidum in Sabinis, cuius Ecclesiam Parochialem Deo in honorem S. Liberatoris Episcopi & Martyris dicatam, Pius II. Pont. Max. anno 1460. in Collegiatam erexit. Sed cùm Ecclesia Cathedralis Sabinensis in Foronouo sita, Episcopium dicta, vulgò *Vescouio*, ad functiones Episcopales apta non esset, neque Canonici in ea ampliùs residere possent ædibus circa illam dirutis, Alexander VI. an. 1495. Sedem Episcopalem ex Ecclesia hac Campestri & solitaria ad Ecclesiam Collegiatam Terræ Manliani transtulit; & Oppidum Manlianum in Ciuitatem euexit; sicque vetus Ecclesia Sabinensis, quæ ex tribus Episcopalibus Sedibus coaluerat, nempè Cu-

bus probationibus, putant populus & Ciues Manlianenses S. Liberatum Episcopum esse suum Tutelarem & Patronum. Attamen si res diligentiùs perpendatur, inueniemus huiusce Cathedralis Ecclesię & Vrbis Manliani Protectorem esse S. Liberatorem Episcopum & Martyrem. Nec ij, qui S. Liberatum eum vocant, vllum alium intelligunt huius Vrbis tutelarem, quàm S. Liberatorem. Hoc quidem probatur ex eodem libro Statutorum Ciuitatis Manliani loco nuper citato, vbi inuocatur Dei nomen, & S. Liberati Episcopi. At nullus in Tabulis Ecclesiasticis legitur Sanctus, cuius nomen sit S. Liberati Episcopi. Ergo intentio eorum, qui Statuta Ciuitatis compilarunt, fuit sub nomine Liberati Episcopi inuocare Protectorem Vrbis & Cathedralis Manliani. Sed hic est Sanctus Liberator Episcopus, vt statim probabimus. Ergo.

At si quæsieris, Cur Statutorum Auctores potiùs vsurpauerint nomen *Liberati* quàm *Liberatoris*?

Resp. Ij, qui composuerunt Statuta Ciuitatis Manliani, vernacula lingua loquuti sunt, qua vocabulum *S. Liberatoris* in *S. Liberatum* corruperunt: in recto siquidem voces Latinæ, quæ desinunt in consonantem, ab Italis proferuntur cum vocali in fine: nam ferè omnia Italica nomina in vocalem exeunt, vt *Antonius* Italicè *Antonio*, *Donatus*, *Donato*, & sic de reliquis. In voce verò *Liberator*, abiecta consonante *r*, fit *Liberato*. Plebs enim Sabina impatiens Latinæ Curium Sabinorum, Numentanæ, & Foronouanę sub Episcopij nomine nota, in Manlianensium Ciuitatem, & S. Liberatoris Ecclesiam translata est, quam vulgò Ecclesiam S. Liberati appellant. Vnde inter Clerum & populum Manlianensem non leuis controuersia exorta est: cuinam ex his duobus Martyribus tribuenda sit Cathedralis & Vrbis Manlianensium tutela atque patrocinium? Populus attribuit S. Liberato, eumque vocat S. Liberatum Episcopum. Hanc Vulgi opinionem sequi videntur acta Synodalia eiusdem Ecclesiæ ab anno 1592. vsque ad ann. 1597. in quibus dum de huiusmodi Ecclesia Cathedrali fit mentio, semper vocatur Ecclesia S. Liberati.

Item, in erectione Seminarij anno 1592. eadem S. Liberati nomine nuncupatur. Quin & ipse Clemens VIII. in confirmatione erectionis istius Seminarij eandem Cathedralem Ecclesiam S. Liberati nominat; sicut iam pridem fecerat Alexander VI. Papa in Bulla translationis Veteris Ecclesiæ Sabinensis in nouam S. Liberati, vti videre est in transumpto exemplari eiusdem Bullæ apud Vghellum Tom. I. Italiæ Sacræ.

Præterea idem probant ex libro Statutorum prædictæ Ciuitatis, in cuius Procemio vulgari lingua concepto, hæc verba leguntur: *Nel nome &c. e di S. Liberato Vescouo, Protettore, & Auocato della nostra Città di Magliano in Sabina &c.* quod nomen *S. Liberati* pluriès in eodem libro repetitur. His & alijs consimili-

ſtolica porrecti fuerint; hinc eſt quòd in Bullis, Breuibus, & alijs Summorū Pontificum Diplomatibus *S. Liberati* nomen tam ſæpiùs repetitur; Summus enim Pontifex gratias concedit ſub ijſdem prorsùs nominibus, quibus in ſupplicibus libellis ſupplicantes vtuntur. Non mirum igitur eſt, ſi in Bulla Alexandri VI. erectionis Collegiatæ Manlianenſis in Cathedralem, nomen S. Liberati reperiatur. In reliquis verò publicis ſcripturis, vti & in alijs Synodalibus, ad normam vulgi locuti ſunt ij, qui S. Liberatum pro S. Liberatore appoſuere: quod factum minimè eſt laudandum, ſed potiùs eſt corrigendum.

Aduertendum tamen eſt in exemplis Bullarū Pij II. & Alexandri VI. quæ ab Eminentiſſ. Brancatio *De Optione ſex Epiſcopatuum &c.* afferuntur, loco S. Liberati, ſemper legitur *Sancti Liberatoris*, dum de Eccleſia huius Sancti mentionem faciunt iſti Summi Pontifices.

Cæterùm, de S. Liberatore Epiſcopo & Mart. fit mentio apud Philippum Ferrarium in Catalogo Sanctorum Italiæ. Et in alio Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt; in vtroque ad diem 15. Maij, quo die (aſſerit) in Pelignis frequentem & celebrem huius Sancti fieri memoriam multis in locis, præſertim Sulmonæ, & Beneuenti, vbi eius Reliquiæ habentur, & Manliani in Sabinis, vbi Tutelaris eſt, & Templum habet. Sunt verba Ferrarij. Et in Catalogo Sanctorum extra Marty-ro- Latinè pronunciare, abijcit literam r, & Protectorem ſuum S. Liberatorem nomine *Liberato* appellat; cuius tamen genuina & Latina S. Liberatoris vocis pronunciatio apud Clerum Manlianenſem in Eccleſiaſticis Officijs Latinè loquentem, retenta eſt. Iſte ſiquidem ſuæ Eccleſiæ Tutelarem Sanctum Liberatorem Epiſcopum & Martyrem agnoſcit & nominat. De eo in anniuerſaria eius ſolemnitate, quæ 15. die menſis Maij recurrit in Officio, & Miſſa, de communi vnius Sancti Epiſcopi & Martyris ſub S. Liberatoris nomine celebrat; quod idem nomen Sancti Liberatoris Epiſcopi & Martyris in quotidiana Collecta pro illius commemoratione continuò repetit; & ſub eodem nomine S. Liberatoris Epiſcopi & Martyris imagines pictæ cum Epiſcopali Infula, baculo Paſtorali, & martyris Palma in eadem Eccleſia cernuntur. Nec deeſt Epigraphe in frontiſpitio & portis eiuſdem Templi, in quibus maiuſculis literis in lapide Tiburtino inſculptis, hoc idem proclamet, cùm in his legatur: *DIVI LIBERATORIS AEDES*. Retenta igitur eſt, & per continuatam ſucceſſionis ſeriem ad noſtra vſque tempora propagata memoria S. Liberatoris Epiſcopi & Martyris apud Clerum in Eccleſia Manlianenſi, licèt apud laicos & inter vulgus ſub corrupto nomine *Liberati* (ſeù *di San Liberato*) conſeruetur. Sub quo S. Liberati nomine deprauato cùm ſupplices libelli pro gratijs impetrandis à S. Sede Apo-

שירו ליהוה שיר חדש שירו ליהוה כל הארץ :

Cantate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra. &c. cum reliquis vsque ad finem Psalmi 106.

ואמר כל העם אמן הללויה :

Et dixit omnis populus. Amen, Hallelu-iah.

Anno verò vltimo vitæ suæ, ordinauit custodes Templi Domini per Salomonem filium suum ædificandi, Sacerdotes nempè & Leuitas per vices suas, & inuenti sunt ex Leuitis, Custodibus, & Cantoribus 24000. quorum quatuor millia Musicis instrumentis canebant. Ita *Scialscéleth hakab.* pag. 15.

Pag. 276. *col.* 1. *post lin.* 3. *adde*

Quæres quintò & vltimò, Quo anno mundi natus sit Dauid? quo anno vnctus sit in Regem? quot annos regnarit? & quo anno obierit?

Resp. cum Dauid Ganz in צמח דוד Dauidem vnctum fuisse in Regem anno mundi 2884. ante Christi natiuitatem 876. Regnasse in Hebron super Tribum suam annis $7\frac{1}{2}$. 2. Samuel. 2. Ierosolymis super vniuersum Israëlem anno mundi 2892. ante natiuitatem Christi 868. vbi regnauit 33. annis, in vniuersum 40. annis. Vnde mortuus est anno mundi 2925. ante Christi natiuitatem annis 835.

Pag. 368. *col.* 1. *lin.* 13. 360. *lege* 460.

Pag. 390. *col.* 1. *lin.* 26. 24. *lege* 14.

rolog. eodem die 15. Maij. *Liberatoris Episcopi & Martyris* (inquit) *ex Tabulis Beneuentanæ Ecclesiæ, vbi eius habentur Reliquiæ, & Ecclesia Manlianæ in Sabinis, vbi is vti Patronus loci coli fertur eius memor. &c.* Ex Pelignis igitur ad Sabinos vt potè finitimos populos huius S. Liberatoris Episcopi & Mart. venerationem dimanasse creditur, quem in Patronum Manlianenses receperunt.

Pag. 128. *col.* 1. *lin.* 10. Absalon *lege* Absalom.

Ibid. lin. 20. Filili *lege* Fili.

Pag. 129. *col.* 2. *lin. vltima* ויעל *lege* יעל.

Pag. 137. *col.* 1. *lin.* 15. רד *lege* יר׳.

Ibid. משיח *lege* משנה:

Ibid. col. 2. *lin.* 8. 1. 2. *lege* 2. 1.

Pag. 152. *col.* 1. *lin.* 23. הד *lege* חרד.

Pag. 219. *col.* 1. *lin.* 29. Dauid *lege* Gad.

Pag. 238. *col.* 1. *lin.* 30. quando *lege* quomodo.

Pag. 274. *col.* 2. *lin.* 26. Exedra *lege* Exedras.

Pag. 275. *col.* 2. *post lin.* 21. *adde*

Ordinauit Dauid Sacerdotibus & Leuitis vt mane, & vespere iugiter canerent Psalmos. Mane quidem Psalmum.

הודו ליהוה קראו בשמו וגו׳ :

Confitemini Domino, & inuocate nomen eius &c. vsque ad v. 15. eiusd.

אל תגעו במשיחי ולנביאי אל תרעו :

Ne attingatis Christos meos: & Prophetis meis ne malefaciatis. Vespere autem Psalmum 96.

Pag. 712. *col.* 1. *lin.* 33. *qua*, *lege quam*.

Pag. 714. *col.* 2. *lin.* 16. *post* antecedentis *adde* diei.

Pag. 758. *col.* 2. *lin.* 13. *post* cibum *adde* non.

Pag. 778. *col.* 2. *lin.* 5. 95. *lege* 195.

Pag. 779. *col.* 2. *lin.* 24. ברחת *lege* ברעת.

Pag. 780. *col.* 1. *lin.* 8. 44. *lege* 84.

Pag. 811. *col.* 1. *l.* 29. וזה *lege* וזח.

Ibid. col. 2. *lin. penult.* תנביאים *lege* הנביאים.

Pag. 838. *col.* 2. *post num.* 545. *adde* -

חם בן שני של נח וגם אמו אומרים שהיתה נקראת טיציאה או אריציאה מלשון ארץ להיותה אם חי: ואחרי מותה קראוה אשתה מגזרת אש לפי שעלתה לשמים: וי״א שקראה ארסי פריסקה: ומשלשה בניו שנולדו ע׳ אומות העולם מחם נולדו ל״ב לאומות: וזה חם היו קוראים אותו זורואסטרו: וי״א שהוא נמרוד אשר היה ראשון לחכמת הכשופים ולחכמת חכמות ליברגלי: ובכך שנולד שחק ואמרו שזה היה לסימן רב חכמותיו כן ראיתי בספר שלשלת הקבלה דף כ״ב: פעו ב׳:

CHA'M secundus filius Noë. Matrem eius volunt fuisse vocatam טיציאה *Titziam*, vel אריציאה *Eretziam* ab ארץ *E'retz Terra*, eò quòd fuerit mater cunctorum viuentium, veluti est Terra. Post eius mortem mutato nomine, eam appellarunt אשתה *Escham* ab אש *Esc igne*, quia velut ignis in Cælum ascendit. Quidam dicunt illius nomen fuisse ארסי פריסקה *Arseprifcam*. Et cùm ex tribus Noë filijs septuaginta mundi Nationes prodierint, ex Cham 32. prodijsse asserunt. Vo-

Pag. 403. *col.* 2. *lin.* 32. feriam *lege* feria.

Pag. 412. *col.* 2. *lin.* 11. רוש *lege* ראש.

Pag. 413. *col.* 1. *lin.* 15. שבת *lege* שבט.

Pag. 416. *in Tabula lin.* 15. נב״ן *lege* נב״ן.

Pag. 440. *col.* 2. *lin.* 8. Octobri *lege* Octobris.

Ibid. lin. 9. Septembri *lege* Septembris. *lin.* vno *lege* vnius.

Pag. 466. *col.* 5. *lin.* 14. 16, *lege* 26.

Ibid. lin. 36. 17. *lege* 24.

Pag. 503. *col.* 2. *lin.* 24. prima *lege* secunda.

Ibid. lin. 25. tertij *lege* quarti.

Pag. 508. *In Tab. lin.* 19. *& seqq.* Iduum *lege* Idus.

Pag. 539. *col.* 2. *lin.* 27. Ioannes *lege* Iacobus.

Pag. 580. *lin.* 4. Tiscrì *lege* Elùl.

Ibid. lin. 12, *adde* -

צום כי בו מתו מוציאי דבת הארץ:

Ieiunium, quòd in eo mortui sint exploratores, qui Terram promissionis diffamauerant. Num. 14. 37.

Pag. 588. *col.* 1. *lin.* 4. duobus *lege* duabus.

Pag. 595. *col.* 1. *lin.* 37. *post* capitis *adde* membra.

Pag. 696. *col.* 2. *lin.* 4. *post* populi *adde* lætitiam.

Pag. 700. *col.* 1. *lin.* 24. *institutionem*, *lege institutionis*.

Ibid. lin. 31. *exauditum iri*, *lege exaudiri*.

quis reperire vnquam valuit, aut de his certam aliquam notitiam habere? Itaque irrito semper conatu feruntur hi, qui in refertissimis Principum Bibliothecis huiuscemodi libros se inuenire credunt, ostendentes in hoc animi leuitatem, & studium improbum. Proindeque Zoroastri libros inuestigare in vanum laborat humana curiositas.

Pag. 843. col. 2. lin. 30. Chanàch lege Chanòch.

Alia, si quæ forsan occurrent errata, Lector benignus emendabit.

Volunt etiam, *Cham* esse Zoroastrum, & hunc eundem faciunt cum Nembrothe, quem Principem non Magorum tantùm, & vetitarum Artium, sed & liberalium quoque inuentorem constituunt. Addunt: Ex vtero materno in lucem prodeuntem statim risisse, quod portentosum euentum futurarum ipsius scientiarum indicium fuisse, autumant. Hæc ex Auctore *Scialscèleth hakab.* pag. 92. b. Si res ita se habet, vt refert hic Rabbinus, *Cham* non paucos libros scripsisse dicendum est: sed hos libros à Zoroastro, siuè à Chamo scriptos

F I N I S.

לוח שמות הספרים ובנויים המחברים והעניינים המבוארים בחלק שני מספר הזה הנקרא קרית ספר:

איש

דק
דקדוק לשון הקדש: שס״ח: א׳:

דר
דורשים: תתל״ה: ב׳:
דרך אמת: כ״ג: א׳:
דרך ארץ: שפ״ב: ב׳:

דת
דתי המלך: שפ״נ: ב׳:

הג
הגדה של יום השבועות:
תשס״ר: ב׳:
הגדה של פסח: שפ״ט: א׳:
הגדת שמואל: תשס״ר: ב׳:

הד
הדרת זקנים: תשס״ה: א׳:
הדרת קודש: תשס״ה: א׳:

הה
ההשגות על ס׳ בעלי הנפש:
תתכ״ב: ב׳:

הו
הולך תמים: תשס״ה: ב׳:

הי
ספר היר״אה: רע״ו: א׳:

הל
הלכן ר׳ דוד: כ׳: א׳:
הלכות דעות: תשפ״ג: ב׳:

הר
הרא״בד פרווינצאל: תת״ב: ב׳:
הרסטו: תת״ג: א׳:

וד
ודוי: ב׳: א׳:

וו
ווי העמודים: תת״ג: ב׳:

וי
וידאל: עיין מסיר וידאל:
ויכוח: תת״ה: ב׳: ודף תת״ו: א׳:

זה
זהר: תת״ז: א׳:
זהר יהוח: תת״ז: א׳:

זכ
זכות: תת״ז: ב׳:

מגיד

פירוש

צרור הכסף ׃ תתל״ז ׃ ב׳ ׃

צרת הכת ׃ רפה ׃ ב׳ ׃

קר

ס׳ קרש קרשים ׃ תת״ה ׃ ב׳ ׃

קו

קול יהוה בכח ׃ שפ״ח ׃ א׳ ׃

קמ

קמחי ר׳ דוד בן יוסף ׃ כ״ר ׃ ב׳ ׃

קמחי ר׳ יוסף ׃ כר ׃ ב׳ ׃

ס׳ הקמיצה ׃ שפ״ח ׃ א׳ ׃

קר

קרישקאש דון חסראי ׃
תתנר א׳ ׃

קרית ספר ׃ כ׳ ׃ ב׳ ׃

קרפאר׳ דוד ׃ ר״פ ׃ א׳ ׃

שא

שאלות על כמה מסכתות ׃
תתל״ה ׃ א׳ ׃

ש״ת ׃ ל״ו ׃ א׳ ׃

ש״ת על ס׳ יצירה ׃ שפ״ז ׃ א׳ ׃

שארית יוסף ׃ רצ״ד ׃ ב׳ ׃

שב

שבכי ר׳ דוד ׃ ר״פ ׃ א׳ ׃

של

בר שלמון הידון ׃ רצ״ג ׃ ב׳ ׃

שמ

בן שמעון ר׳ דוד ׃ רפ״א ׃ א׳ ׃

שע

שער התקופות ׃ כ׳ ׃ ב׳ ׃

שערי הדזים ׃ תת״נט ׃ ב׳ ׃

שפ

שפרוט חסראי ׃ תתנ״ב ׃ ב׳ ׃

שר

שר הקראים דוד ׃ רפ״א ׃ א׳ ׃

ס׳ שרשים ׃ ל״ר ׃ ב׳ ׃

תכ

תכת הלוי ׃ תת״נח ׃ ב׳ ׃

תה

ס׳ תהלה לדוד ׃ ר״עז ׃ א׳ ׃ ר״פ ׃ א׳ ׃

תהלי תהלים ׃ תת״נ ׃ א׳ ׃

תו

INDEX LOCORUM
SACRAE SCRIPTURAE,
QUÆ IN HAC II. PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CITANTUR.

GENESIS.

Ca-

NVMERI.

LEVITICI.

Ca-

Ca-

IVDICVM.

I. SAMVELIS.

II. SAMVELIS.

E Z E C H I E L I S.

Ca-

I E R E M I AE.

INDEX RERVM VOCVMQ; MEMORABILIVM,

QVÆ IN HAC SECVNDA PARTE BIBLIOTHECÆ MAGNÆ RABBINICÆ CONTINENTVR.

Prior numerus paginam, secundus columnam indicat.

An

Post

B

R.

C

Sssss 2 Chri-

R. Da-

E

K

L

M

P

Sa-

Vuuuu 3 Item

S

T

Z

Postremò corrige hæc alia duo Typographica menda Hebraica.

Pag. 864. *lin.* 1. והסופתי *lege* והוספתי.
Pag. 867. *col.* 1. *lin.* 35. הרעו *lege* חרעו.

F I N I S.

R E G E S T V M.

✠ ✠✠ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz.

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Sſſſ Tttt Vuur Xxxx Yyyy Zzzz.

Aaaaa Bbobb Ccccc Ddddd Eeeee Fffff Ggggg Hhhhh Iiiii Kkkkk Lllll Mmmmm Nnnnn Ooooo Ppppp Qqqqq Rrrrr Sſſſſ Ttttt Vuuuu.

Omnes ſunt Duerniones præter V u u u u quæ eſt Ternio.

Præter iam dictas Duerniones ſunt inſertæ variæ Tabulæ in folio expanſo numero decem.

- R 2 -